John Adams Library.



IN THE CUSTODY OF THE
BOSTON PUBLIC LIBRARY.



SHELF No
*ADAMS
132.6
v. 1

2p

13—15

13 — 15.

17 6/11 — 32.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΤΟΥ ΛΥΚΟΡΤΑ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΑ ΣΟΖΟΜΕΝΑ.



AMSTELODAMI,
Ex Officinâ JOHANNIS JANSSONII à WAESBERGE,
& JOHANNIS à SOMEREN. 1670.

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΤΟΥ ΛΥΚΟΡΤΑ

ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ.

POLYBII LYCORTÆ

F. MEGALOPOLITANI

HISTORIARVM

LIBRI QUI SUPERSUNT,

interprete

ISAACO CASAUBONO.

IACOBVS GRONOVIVS recenſuit, ac utriuſque *Caſauboni*, *Ful. Vrſini*, *Henr. Valeſii*, *Iac. Palmerii* & ſuas notas adjecit.

Accedit Αἰνείου Τακτικοῦ τε καὶ Πολιορκητικοῦ ὑπόμνημα, περὶ τοῦ, πῶς χρὴ πολιορκουμένων ἀντέχειν.

Æneæ, vetuſtiſſimi Tactici, Commentarius de toleranda obſidione.

cum interpretatione ac notis

ISAACI CASAUBONI.

AMSTELODAMI,

Ex Officinâ JOHANNIS JANSSONII à WAESBERGE, & JOHANNIS van SOMEREN.

cIↄ Iↄ c LXX.

*ADAMS
132.6
v. 1

Viro literarum ſtudiis claro

JOHANNI FRIDERICO GRONOVIO

Patri Piiſſimo & indulgentiſſimo.

Conſilium meum publice te appellandi in fronte Polybii mei, non eſt quod accuſas, Pater honorate, tametſi id videatur ἀκύθηρον & ſermo ſit infans, nec γοργιείων admixtione acceptus. Adeo multa, cum de hac parte deliberabam, occurrebant, quæ huc aurigabantur & me deferebant, ut nullâ calumniâ id evitare poſſe mihi viderer. Tu enim es, qui pueritiæ meæ, immaturo matris deceſſu orbatę, & poſtea in externis locis, ſi à te diſceſſero, plane deſolatæ, utrumque parentem præſtitiſti, apparatus, utenſilia, cunctarum rerum abundantiam loco meo convenientem ſolus laute ſuffeciſti. Tu ſolus es, à quo non modo adoleſcentia mea adhortationibus nutrita, & ab avocationibus aliiſque perverſis remiſſionibus, quę ſępe juvenilem animum deducunt, leni ope eſt retenta, verum etiam à quo uno artium interiorum qualecunque ſum mutuatus commercium. Itaque cui, quod ſum, quod vivo, quod

futurus ſum fortaſſe aliquid, debeo & debiturus ſum, juxta Deum tu es. Ipſe hic auctor, in cujus lectione meminiſti me tot condidiſſe ſoles, & cui nomen tuum preſcribo, propter *κακοπαθείας, θεραπείαν καὶ τροφὴν περὶ τὰ τέκνα* iis, qui liberos tollunt & educunt, gratias naturà deberi docet; ego cum me ſingulis paginis in calendario tuo patere agnoſcam; quid ſtropharum eſt, quin primum curæ antiquitatiſque ducam, ut ex agro, cujus culturam unus tot annos adminiſtraſti, coacti fructus primitias tibi portem? Præter hæc, cum ad tantam operam edendam vocarer, & ipſe ut pote editionum novus non perite hac cithara uſurus viderer, nec omnino perſonam ſtandi in hac cenſura habere, tu ut non fortis adhortator audendi fuiſti, ita non penitus deterruiſti; id quod me *διαπετλύειν τὴν ἐλπίδα* fecit, & totius operis auſpicium accepi. Tu, cujus ſolius de vita, moribus actiſque meis exiſtimatio eſt, hæc mea *ἀθύρματα*, ut tanto ſcriptori adderentur, tanti judicaviſti. Exſtet igitur tuæ meæque pietatis diuturnum indicium, certe, ſi forte cælo placuerit, ut jam quinque ipſos menſes inter tot honeſtorum hominum fulmina à febre infeſtiſſimà vexatus hoc tanquam *κύκνειον* ediderim, veriſſimum *ἀντιπελαργήσεως* ſymbolum. Quod ſupereſt, oro, quoaduſque exemplum Gelonis erga Hieronem imitatus ſtudium placendi in te conferam, me, primum tuum votum, amare ac diligere pergas. Ita Salutis augurium

tibi

tibi ſit propitium. Ita porro ſinceram ex procreatione voluptatem capias.

Lugduni in Batavis: Calendis Martiis CIↃ IↃ CLXX.

Pietati Tuæ Obſequentiſſimus

FILIUS

JACOBUS GRONOVIUS.

BENEVOLO &

φιλοπολυβίῳ Lectori.

VT primum in ſtudiis bonarum artium pro eo ac potui, mediocriter profeciſſe mihi viſus ſum, & ætas ferebat, flagrare cœpi deſiderio peregrinarum terrarum & virorum virtutumque ac bibliothecarum viſendi. Itaque erat in curſu animus, & ab iis, qui me hactenus continuerant, pro perpetua ſua indulgentia commeatus accommodabatur; cum ecce de Polybii, quam parabant, exigenda editione librarii me appellantes adierunt. A quibus licet ſatis ambitioſis ſollicitationibus alliciebar, tamen quod à primo Ἀρκαδίαν μ᾽ αἰτεῖν *videbantur, vix à ſuſcepta cogitatione averti potui. Nam quamvis non deſit cupido pro viribus aliquid in publicum conferendi, tamen vix dum tempeſtivum & parem me tantæ moli credebam; & in ea aggrediendа laborem tantum animo præcipiebam, ut quoties me reſpicerem, omnia huic rei obnunciarent. Ut taceam eſſe alienum opus, & periculoſum judicarem in patefacienda fama non mei ſudoris meſſem facere. Hoc enim jamdudum imbibi & mihi perſuaſi, permagnam ſubire invidiam & turpem in maculam incidere eos, qui corraſis aliorum commentationibus, nihil* αἰδεόμενοι Τρῶας *nomen ſolummodo ſuum præfigunt,*

gunt, & ſic apud imperitos aut vulgi magis & ſua opinione quam rebus doctos ſibi decus, ſi per Muſas licet, quærere & eniteſcere cupiunt, laudis fiſcum medius fidius acerbiſſime agentes. Sed de hac calamitate deplorare non eſt meum; tantum ne in idem morbi genus delabar, maximo opere cavendum mihi cenſeo. Quo accedebat, ut provinciam minime ornatam ſortirer, & nullum vetere manu-ſcripti inſtrumenti adjutorium in hac bibliothecarum paupertate ſperare auderem, ſine quo, niſi valde temere, ſe nunquam aliquis huic curæ commiſerit. Quid mirúm igitur ſi ἔξωρα facturus & in igne ambulaturús viderer, ſi annuiſſem? Eblanditi ſunt tamen, ut, quamvis vicem meam ſollicitiſſimus, annuerem, & ne qua me maneret invidia, quod aſſurgentes in Græcarum literarum vindictam conatus deſtituiſſem, deſiderio illorum veniam dedi, non tam mihi quam aliis laborando, & ſuſcipienda cura, ut hoc opus pro copia noſtra quam elaboratiſſimum exiret. Cui operæ quo te licentius, benevole lector, poſſim ἀμφιανακτίζειν, faciendum videtur, ut argumentum componam, & quomodo quidque tractaverim, δι' εὐῤῥημονεστάτως declarem. Conſtitueram primum ſolas intactasque magni viri lucubrationes publico reddere. Sed cum jam ipſe ad nonnulla offendiſſem, & apud alios hic illic notata deprehendiſſem, quæ non pro reliqua tantæ doctrinæ felicitate ceſſerant; nunc quoque ſedulo rurſum mihi conferenti Græca cum Latinis, nec tam ἐπ' αὐτὸν τὸν λέγοντα quam ἐπὶ τὰ λεγόμενα συνεπιστήσαιμι ex auctoris mei mandatu, obvenirent quædam male Græcis conve-

nientia, ac præſertim in militum numeris, ut ipſe cecinit, ægræ mentis hallucinationes & ſtyli properati centieſque interpellati παροράματα, ea tacite mutare volui, quod & ipſius manibus (ſi quis remanet in umbris ſenſus horum ludicrorum) gratum fore putabam & à mea ſimplicitate non alienum. Quod cum mihi nemo auctor eſſet (aut enim nihil ſibi in alieno permittendum obteſtabantur aut lectorem advertendum) ab ea ratione me abjunxi, & rei, ad quam inexpertus eram, hoc eſt, notis faciendis me paravi: in quibus & quæ ipſe, ſi quid forte, utiliter obſervaſſem, & in aliorum obſervatis emendanda putarem, eorum rationes redderem: qui me ita paraverim, ut nunquam temere à magnis illis interiorum artium myſtis, quorum nomina immortalitati ſunt commendata, diſcedam, mihique quam minimum indulgeam; at ſicubi quid humanitus illis accìdit, & magnis atque ut plurimum proſperis curis obrepſit error, ibi modeſte diſſentire immune exiſtimem eſſe, & id cuiquam auferre velle quanta eſſet pravitas? In notis itaque, nec prolixis meis, ut candide ἀπορίας meas poſui, ita ut licuit, iis mederi ſum conatus: & nihil mihi fuit longius, quam ut id fieret cum ulla aliorum inſectatione, ac præcipue Iſaaci Caſauboni, viri honoratiſſimæ imaginis ad poſteros, Polybiani interpretis locupletiſſimi; in cujus exuviis ea qua par eſt obſervantia colendis ſanctiſſimam mihi conſtitui ſuperſtitionem; id quod cum omnibus humaniorum literarum profeſſionem præ ſe ferentibus, tum amplius Polybii ſtudioſis agendum cenſeo, niſi ingratiſſimi audire velint. His ipſius Iſaaci poſtuma, jam

olim

olim vulgata & quæ ante annos de exemplaris, quo poſtremo uſus eſt, margine deſcripta, huc miſſa & diu malo exemplo ſuppreſſa, nunc horum typographorum ſtudio inquiſita, collegerat digniſſimus tanto parente Mericus, item quondam à Fulvio Urſino ad legationes à ſe editas adnotata præmiſimus. Poſt hæc quicquid ex hoc auctore excerptorum in lucem reduxit operâ Peireſcianì libri vir clariſſimus, ingens literarum incrementum, Henricus Valeſius, animadverſioneſque ejuſdem doctiſſimas, nunc quoque repræſentamus. Et ut omnium, quorum in Polybio labor illuſtris eſt, corpus exſtaret, etiam nobiliſſimi Jacobi Palmerii Gentemeſnilii Exercitationes, nuper hoc in oppido publicatas, adjecimus, non minus quam cætera hanc recenſionem ornantes. Quod ad ea attinet, quæ paſſim apud ſcriptores veteres ex civis Megalopolitani deperditis voluminibus ſumpta reſtant, non leviter illa animum meum pepulerunt. Ad ea colligenda primus operam navavit Fulvius Urſinus, & feliciter conquiſivit haud pauca; quæ tamen & multis partibus locupletavit & in meliorem ordinem digeſſit Caſaubonus. Propter quam curam, quemadmodum ſummis viris plauſum merito deferimus, ita quid proſit periodos eas inter fragmenta conſpici, quæ hodieque ſuo loco in ipſa narrationis Polybianæ ſerie habentur, nobis parum liquere libentes conſitemur. Hujus judicii regulam cum ab omnibus probari debere puto, tum ipſum Caſaubonum non diſſimilia ſtatuentem video: quippe non ſemel verbis à Fulvio allatis ſubjicit locum & paginam, ubi nunc leguntur, ut ſciat lector non

magni

magni caſus id fragmentum eſſe. Præterea in ſuæ editionis marginibus velut ſecundæ editioni operatum novimus eum multa ex fragmentorum reliquiis, induci juſſiſſe, per eam cauſam, quod jam alibi ea notaſſet. Ego perpeti & aſſidua lectione verbi ſcriptores tanti, quantum memoria debilis & brevis hora ſuppeditabat, familiaribus mihi factis præter hæc ab ipſo inducta, magnam etiam reliquorum partem ſuo loco nunc quoque poſita comperi: immo ab eodem nonnulla parum propitiâ Minervâ tentari; id quod indubitabile argumentum eſſe cenſui, τοῦ πάνυ *oblitum fuiſſe, quamvis eadem jam ipſe eſſet interpretatus, hæc in ipſo contextu haberi. Acceſſit poſtea ad eandem induſtriam vir ob egregia de literis & ipſo Polybio merita celeberrimus: ſed & de altera ferme ab eo collectorum parte demonſtrare idem poteram. Hic quum animus quidem ferret quam conſideratiſſime omnia facere, nihil tamen temere recidere & corrigere; quod indueremus ingenium, multum hæſimus, nunc ſupervacuis expunctis reliqua omnium in unam maſſam contribuere conſtituentes, nunc ne ab hac parte parum tuti eſſemus, veriti. Tandem conducibilius rati chartæ non parci, quam aliorum ſtudium vilipendi; omnia ſuis auctoribus integra reſervavimus, & ex quo loco unaquæque excerptorum pars deveniſſet, aut eam deveniſſe ſuſpicaremur,* διὰ βραχέων καὶ κεφαλαιωδῶς *ſingulis excerptis ſubjecimus, optime ita ne quis diffideret nobis aut ambitioſe agi putaret, defuncturos rati. Sed & ipſi vidimus magnam talium ex hoc auctore excerptorum ſegetem reſiduam à ſummis viris apud eundem Grammaticum*

maticum (Suidam dictum volo) factam, nunc præpoſito iis, alias omiſſo Polybii nomine: quæ cum animadverteremus plurima depravatiſſime ibi legi, & depravatius ac ſæpe ridicule (ut in his fruſtis mirum non eſt) à doctiſſimo Æmilio Porto verti, operæ duximus hæc quoque attingere, ut duntaxat in fragmentis Polybianis Suidas eo modo reſtitueretur. Quæ omnia rebus exhibituros nos, & vel ſeveriſſimis diſceptatoribus probaturos confido. Et ſic tamen reſtant, quæ in aliorum ſcriptis explicantur & Polybio aſſeruntur; ut ipſum Caſaubonum memini ad Suetonium & alibi Salmaſium feciſſe: ac nos collegimus adhuc quædam, ut ſuſpicio eſt, Polybiana, ſed ea ſolis conjecturis, infirmis nimium quantum proceribus, innixa pro certis oſtentare conſultum non putavi. Denique ut operis hujus juſtorum nihil intentatum relinquerem, reſtabat acerbiſſima laboris tanti ruta reconcinnandus index; quem conductornm hominum ſolitam levitatem & negligentiam exoſus, ipſe quoque non indignam inſpectione mea duxi; eo magis quod videbam ita comparatum nunc eſſe, ut complures ad renovandarum editionum jus ſolam ſibi arbitrentur ſufficere indicum confectorum ambitionem. Eum quem vulgavit ὁ πάνυ, deprehendas in propriis nominibus minime elaboratum; omnes in illo duces cognomines confuſi; cumque inſtituerit, qui eum fecit, in Romanis appellandis ducem ſequi primam nominis vel familiæ literam (quod verum erat) multa aberraverunt. Sic Atilius *in* Aulus. Junius Brutus *in* Brutus *& ſimilia. Plurima adverſa vero, & plane cum Polybio pugnantia. Sic* Ardyæi ab Illy-

Illyriis ſubacti. *Immo Romanis.* C. Valerius M. Lævini fil. primus cum Ætolis ſocietatem pepigit. *Immo Marcus ipſe.* Attalus cædem Seleuci junioris ulciſcitur. *Immo Achæus.* Antigonus Seleuco fratri in Syria ſuccedit. *Immo Antiochus, taliaque alia. Invenias non pauca inſulſa & inepta.* Aratus junior quo anni tempore prætura eſt functus, *quod nulli rei.* Galli Thyrreos obſident. *In Geographicis multa inaudita.* Dardanica Macedonia *bis:* Phium, Tamini ubi ſiti, Carradæ, Etæus. Nova urbs Meſſanæ oppidi, *quod eſt etiam in* Vetus urbs, *cum ſit Panormi. Ut alia minuta ſubtilia, & quam cum auxerim (quod vel ex ſecunda ante ultimam litera patebit, omni nuper omiſſa) in teſtimonium non citem. Et hæc ſunt, quæ præſtari cum maxime illis, quæ Muſarum benignitate ex Polybii ſcriptis ſuperantia & quaſi recidiva carpentis omnia vetuſtatis dentem & denſæ barbariæ tenebras evaſerunt, modico temporis ſpatio potuerunt, duntaxat à nobis, quorum ſtudia ſunt adhuc tanquã* Αδώνιδος κῆποι. *Quod ne mirareris, nos in ipſo diſcendi tyrocinio conſtitutos, & quartæ annorum hebdomadis vixdum pulſata janua adoriri auſos laborem, cui vix robuſtiſſima & ſummis ſapientiæ incrementis formata ætas ferundo & muſice profligando eſſet, his paucis explicandam rationem cenſui; non quo vellemus* ἐγγλωττοτυπεῖν, *ſed ut tibi hujus recenſionis ratio ac proceſſus conſtaret, & conſilia noſtra utcunque ab obtrectationis (ſi quæ in hæc cadere poteſt) morſu defenderem. Quibus ſi tuum, erudite lector, judicium merebor, ſatis opimam mercedem*

dem mihi ſolutam judicabo, & gratias agam fortunæ, quæ aliis deſtinatis meis hanc moram objecit, meæque & facilitati, quæ labori haud exiguo & ſatis moleſto me alligavit; & conſtantiæ, quâ ſuſcepta, etſi pœniteret interdum, ſine intermiſſione decucurri; aliorum βομβυλίων & βλιτ͡τομαμμῶν, *bonarumque artium famam pertæſorum voculas nihili faciam. Vale & in Polybium amabiliter cogita.*

In notis pag. 406. verſu 4. *adde*. Ut Polybio ἀνατολαὶ de flumine ſic Joſepho ἀνατέλλειν. Lib. 1. bell. Jud. 16. τοῦ δ' ἄντρου κατὰ τὰς ἔξωθεν ῥίζας ἀνατέλλουσιν αἱ πηγαί.

Pag. 407. v. 8. ſcribere ἐξήργαζον. *Corrige*, ἐξήργαον vel ἐξήργασαν.

Pag. 459. v. ὑπήκνοι. *adde*. Similibus quoque ſententiis apud Joſephum non ſemel occurras; & ſic Valerianus apud eundem lib. 3. bell. Jud. παρὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ στρατηγοῦ συμβαλεῖν οὐκ ἀσφαλὲς ἡγούμενος dicitur. Sed hæc ipſa verba, quæ Polybii eſſe τῷ πάνυ perſuaſerunt validæ conjecturæ, quibus nullæ infirmiores, apud Joſephum exſtant libro 6. ejus belli cap. 12. pag. 912. tantum legitur ὅτι καὶ τὸ νικᾶν παρὰ Ῥωμαίοις δίχα παραγγέλματος ἀδοξεῖται.

Pag. 460. poſt verſum 25. inſere: Ad xxii. Nec Suidas id Polybii dicit eſſe, nec eſt quicquam præcipuum, ex quo Polybium poſſis agnoſcere. Evolve Joſephum libro 7. belli Jud. cap. 13. pag. 951. & diſces, quomodo hoc à Suida conflatum ſit, ac procul à Polybio elimina.

POLYBII MEGALOPOLITANI
Hiſtoriarum Liber primus.

SI eſſet ab iis qui ante nos res geſtas memoriȩ mandarunt, hiſtoriæ ipſius prȩtermiſſa laudatio: neceſſarium fortaſſe jam foret, omnes hortari, ut hoc commentariorum genus potiſſimum eligant, ſuſcipiantque: quum nulla ſit mortalibus ad proficiendum via expeditior, rerum ante actarum ſcientiâ. Verum quoniam non aliqui, neque aliquatenus, ſed prope dixerim omnes, hoc principio & fine ſunt uſi: quum dicerent, veriſſimam quidem inſtitutionem eſſe, ac prȩparationem ad capeſſendam Rempublicam doctrinam illam, quæ ex hiſtoria paratur: magiſtram vero unicam, eamque præſentiſſimam, ut poſſit aliquis fortunæ mutationes generoſe ſufferre, alienorum caſuum recordationem: palam eſt, non jam convenire cuiquam, ut recte aliis, & quidem multis, dicta reponat: omnium vero minime nobis. Ipſa enim rerum de quibus dicturi ſumus inopinata novitas, vel per ſe facile quemvis alliciet, incitabitque, ſive juvenem ſive ſenem, ad hiſtoriæ hujuſce lectio-

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ
ἱστοριῶν πρώτη.

1 ΕΙ μὲν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἀναγράφουσι τὰς πράξεις, παραλελεῖφθαι συνέβαινε τὸν ὑπὲρ αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἔπαινον· ἴσως ἂν ἀναγκαῖον ἦν τὸ προτρέπεσθαι πάντας πρὸς τὴν αἵρεσιν καὶ παραδοχὴν τῶν τοιούτων ὑπομνημάτων· διὰ τὸ μηδεμίαν ἑτοιμοτέραν εἶναι τοῖς ἀνθρώποις διόρθωσιν, τῆς τῶν προγεγενημένων πράξεων ἐπιστήμης. Ἐπεὶ δὲ οὐ τινὲς, οὐδ' ἐπὶ ποσὸν, ἀλλ' ἅπαντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἀρχῇ καὶ τέλει κέχρηνται τούτῳ· φάσκοντες ἀληθινωτάτην μὲν εἶναι παιδείαν καὶ γυμνασίαν πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, τὴν ἐκ τῆς ἱστορίας μάθησιν· ἐναργεστάτην δὲ καὶ μόνην διδάσκαλον τοῦ δύνασθαι τὰς τῆς τύχης μεταβολὰς γενναίως ὑποφέρειν, τὴν τῶν ἀλλοτρίων περιπετειῶν ὑπόμνησιν. δῆλον, ὡς οὐδενὶ μὲν ἂν δόξαι καθήκειν, περὶ τῶν καλῶς καὶ πολλοῖς εἰρημένων ταυτολογεῖν, ἥκιστα δ' ἡμῖν· αὐτὸ γὰρ τὸ παράδοξον τῶν πράξεων, ὑπὲρ ὧν προῃρήμεθα γράφειν, ἱκανόν ἐστι προκαλέσασθαι καὶ παρορμῆσαι πάντα καὶ νέον καὶ πρεσβύτερον πρὸς τὴν ἔντευ-

ἐστὶ τῆς πραγματείας. Τίς γὰρ οὕτως
ὑπάρχει φαῦλος ἢ ῥάθυμος ἀν-
θρώπων, ὃς οὐκ ἂν βούλοιτο γνῶναι,
πῶς, καὶ τίνι γένει πολιτείας ἐπικρα-
τηθέντα σχεδὸν ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκου-
μένην οὐχ ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν
ἔτεσιν, ὑπὸ μίαν ἀρχὴν ἔπεσε τὴν
Ῥωμαίων; ὃ πρότερον οὐχ εὑρίσκεται
γεγονός. Τίς δὲ πάλιν οὕτως ἐκπαθὴς
πρός τι τῶν ἄλλων θεαμάτων ἢ μαθη-
μάτων, ὃς προυργιαίτερον ἄν τι ποιή-
2 σαιτο τῆσδε τῆς ἐμπειρίας; Ὡς δ' ἔστι πα-
ράδοξον καὶ μέγα τὸ περὶ τὴν ἡμετέραν
ὑπόθεσιν θεώρημα, γένοιτ' ἂν οὕτω
μάλιστα ἐμφανές, εἰ τὰς ἐλλογιμωτά-
τας τῶν προγεγενημένων δυναστειῶν,
περὶ ἃς οἱ συγγραφεῖς τοὺς πλείστους
διατέθεινται λόγους, παραβάλλοιμεν
καὶ συγκρίναιμεν πρὸς τὴν Ῥωμαίων
ὑπεροχήν. Εἰσὶ δ' αἱ τῆς παραβολῆς
ἄξιαι καὶ συγκρίσεως αὗται. Πέρ-
σαι κατά τινας καιροὺς μεγάλην ἀρ-
χὴν κατεκτήσαντο καὶ δυναστείαν· ἀλλ'
ὁσάκις ἐτόλμησαν ὑπερβῆναι τοὺς τῆς
Ἀσίας ὅρους, οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς,
ἀλλὰ καὶ περὶ σφῶν ἐκινδύνευσαν.
Λακεδαιμόνιοι πολλοὺς ἀμφισβητή-
σαντες χρόνους ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων
ἡγεμονίας, ἐπειδή ποτ' ἐκράτησαν,
μόλις ἔτη δώδεκα κατέσχον αὐτὴν
ἀδήριτον. Μακεδόνες τῆς μὲν Εὐρώπης
ἦρξαν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν τόπων,
ἕως ἐπὶ τὸν Ἴστρον ποταμόν· ὃ βραχὺ
παντελῶς ἂν φανείη μέρος τῆς προει-
ρημένης χώρας. μετὰ δὲ ταῦτα προσέ-
λαβον τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχήν, καταλύσαν-
τες τὴν τῶν Περσῶν δυναστείαν. ἀλλ' ὅ-
μως οὗτοι πλείστων δόξαντες καὶ τόπων καὶ
πραγμάτων γενέσθαι κύριοι, τὸ πολὺ
μέρος ἀκμὴν ἀπέλιπον τῆς οἰκουμένης
ἀλλότριον. Σικελίας μὲν γὰρ καὶ Σαρ-

nem. Nam quis erit adeo nihili homo aut ignavus, quin ſcire cupiat, quomodo & quo rerum adminiſtrandarum genere, univerſus prope Orbis terrarum annis LIII, ac ne iis quidem totis, ſub unius Po. Ro.. imperium fuerit redactus? quod quidem nunquam antea factum invenitur. Rurſus verò quis ullum aliud vel ſpectaculi, vel diſciplinæ genus adeo perdite adamaverit, ut harum rerum cognitione quicquam ei ſit antiquius? Quod autem inopinatæ novitatis plenum & magnificum ſit noſtræ ſcriptionis argumentum, ita facillimè manifeſtum erit: ſi nobiliſſimæ quęque priorum temporum dynaſtiæ, de quibus ut plurimum extant hiſtoriæ, cum Romano imperio componantur ac comparentur. Sunt verò dignæ componi compararíque hæ. Fuit aliquando Perſarum magnum imperium ac dominatio: ſed quoties Aſiæ fineis tranſgredi ſunt auſi, non ſolùm de imperiò, verum & de propria ſalute ſunt periclitati. Lacedæmonii quum de principatu Gręcię perdiu contendiſſent, atque illum tandem obtinuiſſent: vix annos duodecim ſine certamine eum tenuerunt. Macedonum in Europa regnum ab Adriatico mari vicinis regionibus Iſtrum uſque patuit: quæ pars dictæ Europæ jure merito exigua videatur: adjecêre deinde iidem Aſiæ imperium, everſo Perſarum dominatu. verumtamen etiam hi, quorum potentia, & quam latiſſime porrigi, & opes quàm plurimas habere eſt credita, maximam orbis partem nihil quicquam ad ſe pertinere ſunt paſſi. De Sicilia, Sardinia, ac Libya, ne contendere quidem

quidem in animũ unquam Macedones induxerunt: Europę verò pugnaciſſimas nationes ad occaſum ſitas, vix ac ne vix quidem notas habuerunt. At Romani, non partibus ſolummodo aliquot, ſed univerſo fere terrarum orbe in jus ditionemque ſuam coacto, imperium ſuum in tantum evexerunt faſtigium; ut prædicare quidem illius felicitatem præſens ætas meritò queat: ſuperare verò illud, nulla unquam ſecula ſint valitura. Atque hęc omnia ex iis quę deinceps dicentur fient manifeſtiora. Simul etiam conſtabit, quot quantáſque utilitates hiſtoria poſſit afferre, quę rerum geſtarum veram & exactam narrationem profitetur. Initium porrò ſcriptionis nobis erit, ſi tempora ſpectes, Olympias centeſima quadrageſima: ſi res geſtas, bellum apud Græcos quidem Sociale, quod primum cum Achæis adverſus Ætolos Philippus ſuſcepit Demetrii filius, Perſei pater: apud Aſianos vero, bellum Cœleſyriacum inter Antiochum & Ptolemæum Philopatorem: in Italia autem & Africa, quod Romani & Carthaginienſes inter ſeſe geſſerunt, vulgo dictum Annibalicum. Sunt autem hæc iis cohærentia, quæ Aratus Sicyonius opere extremo narrat. Enimvero ante iſta tempora quę per orbem terrarum gerebantur, ea quaſi ſparſa divulſáque erant: quum & ſuſciperentur finirenturque ſingula eorum diverſas ob cauſſas: & temporibus quoque ac locis invicem diſtarent. Poſt iſta verò tempora, ut in unum quaſi corpus coiret hiſtoria, evenit: utque res Italicæ ac Libycæ

βύης, καὶ Λιβύης, οὐδ' ἐπεβάλοντο καθάπαξ ἀμφισβητεῖν· τῆς δὲ Εὐρώπης τὰ μαχιμώτατα γένη τῶν προσεσπερίων ἐθνῶν, ἰσχνῶς εἰπεῖν, οὐδ' ἐγίνωσκον. Ῥωμαῖοί γε μήν, οὐ τινὰ μέρη, σχεδὸν δὲ πᾶσαν πεποιημένοι τὴν οἰκουμένην ὑπήκοον αὑτοῖς· (ζηλωτὸν μὲν τοῖς νῦν οὖσιν, ἀνυπέρβλητον δὲ τοῖς ἐπιγινομένοις ὑπεροχὴν κατεσκεύασαν δυναστείας. Τοῦτο μὲν τοὶ τὰ πολλὰ διὰ τῆσδε τῆς συγγραφῆς) ἔσται σαφέστερον κατανοεῖν. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ, πόσα καὶ πηλίκα συμβάλλεσθαι πέφυκε τοῖς φιλομαθοῦσιν ὁ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας τρόπος. Ἀρχὴ δὲ τῆς πραγματείας ἡ- 3
μῖν, τῶν μὲν χρόνων Ὀλυμπιὰς ἑκατοστή τε καὶ τετταρακοστή· τῶν δὲ πράξεων, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν ὁ προσαγορευθεὶς Συμμαχικὸς πόλεμος· ὃν πρῶτον ἐξήνεγκε μετ' Ἀχαιῶν πρὸς Αἰτωλοὺς Φίλιππος, Δημητρίου μὲν υἱός, πατὴρ δὲ Περσέως· παρὰ δὲ τοῖς τὴν Ἀσίαν κατοικοῦσιν, ὁ περὶ Κοίλης Συρίας, ὃν Ἀντίοχος καὶ Πτολεμαῖος ὁ Φιλοπάτωρ ἐπολέμησαν πρὸς ἀλλήλους. Ἐν δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Λιβύην τόποις, ὁ συστὰς Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις, ὃν οἱ πλεῖστοι προσαγορεύουσιν Ἀννιβιακόν· ταῦτα δὲ ἐστὶ συνεχῆ τοῖς τελευταίοις τῆς παρὰ τοῦ Σικυωνίου συντάξεως. ἐν μὲν οὖν τοῖς πρὸ τούτων χρόνοις, ὡσανεὶ σποράδας εἶναι συνέβαινε τὰς τῆς οἰκουμένης πράξεις. (διὰ τὸ καὶ κατὰ τὰς ἐπιβολάς, ἔτι δὲ συντελείας αὐτῶν, καὶ κατὰ τόπους διαφέρειν ἕκαστα τῶν πεπραγμένων) ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν οἱονεὶ σωματοειδῆ συμβαίνει γίνεσθαι τὴν ἱστορίαν, συμπλέ-

Aſiaticis & Græcis miſceren-

κεσθαί τε τὰς Ἰταλικὰς καὶ Λιβυκὰς πράξεις, ταῖς τε κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ ταῖς Ἑλληνικαῖς, καὶ πρὸς ἓν γίνεσθαι τέλος τὴν ἀναφορὰν ἁπάντων. διὸ καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς αὑτῶν πραγματείας, ἀπὸ τούτων πεποιήμεθα τῶν καιρῶν. τῷ γὰρ προειρημένῳ πολέμῳ κρατήσαντες Ῥωμαῖοι Καρχηδονίων, καὶ νομίσαντες τὸ κυριώτατον καὶ μέγιστον μέρος αὐτοῖς ἠνύσθαι πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐπιβολήν, οὕτω καὶ τότε πρῶτον ἐθάρσησαν ἐπὶ τὰ λοιπὰ τὰς χεῖρας ἐκτείνειν, καὶ περαιοῦσθαι μετὰ δυνάμεως, εἴς τε τὴν Ἑλλάδα, καὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἀσίαν τόπους. Εἰ μὲν οὖν ἡμῖν ἦν συνήθη καὶ γνώριμα τὰ πολιτεύματα, τὰ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀμφισβητήσαντα, ἴσως οὐδὲν ἂν ἡμᾶς ἔδει περὶ τῶν πρὸ τοῦ γράφειν, ἀπὸ ποίας προθέσεως ἢ δυνάμεως ὁρμηθέντες, ἐνεχείρησαν τοῖς τοιούτοις καὶ τηλικούτοις ἔργοις. ἐπεὶ δ᾽ οὔτε τοῦ τῶν Ῥωμαίων, οὔτε τοῦ τῶν Καρχηδονίων πολιτεύματος πρόχειρός ἐστι τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἡ προγεγενημένη δύναμις, οὐδ᾽ αἱ πράξεις αὐτῶν· ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν εἶναι, συντάξασθαι ταύτην καὶ τὴν ἑξῆς βίβλον πρὸ τῆς ἱστορίας. ἵνα μηδεὶς ἐπιστὰς ἐπ᾽ αὐτὴν τὴν τῶν πραγμάτων ἐξήγησιν τότε διαπορῇ, καὶ ζητῇ, ποίοις διαβουλίοις, ἢ ποίαις δυνάμεσι καὶ χορηγίαις χρησάμενοι Ῥωμαῖοι, πρὸς ταύτας ὥρμησαν τὰς ἐπιβολάς, δι᾽ ὧν καὶ τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάττης τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἐγένοντο πάσης ἐγκρατεῖς. ἀλλ᾽ ἐκ τούτων τῶν βίβλων καὶ τῆς ἐν ταύταις προκατασκευῆς δῆλον ᾖ τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅτι καὶ λίαν εὐλόγοις ἀφορμαῖς χρησάμενοι, πρός τε τὴν ἐπίνοιαν ὥρμησαν, καὶ

ſtróq;tempore mirandum accidit,

tur, & omnes ad unum finem referrentur. iccirco & nos opus iſtud quo illa deſcripſimus, inde ſumus exorſi. Nam quum eo, quod diximus, bello Romani Carthaginienſes ſuperaſſent: rati potiſſimam ab ſe maximámque partem, ad capeſſendum univerſi orbis imperium, eſſe confectam: ita demum, ac tum primum in reliqua manus auſi ſunt porrigere: & cum in Gręciam tum in Aſiaticas regiones exercitus ſuos tranſmittere. Equidem ſi vulgo familiariter notæ eſſent illæ Reſpublicæ, quæ de ſumma rerum inter ſe contenderunt: nihil fortaſſe neceſſe nobis eſſet priora attingere: quo nempe propoſito, aut quibus freti viribus tale tantumq;opus inceptarint. nunc quoniam & Romanorum & Carthaginienſium vires quas prius habuerunt, & bella quæ ante geſſerunt, Græcorum plerique ignorant: faciendum putavimus, ut hunc & ſequentem librum reliquæ hiſtoriæ præmuniremus: ne quis forte, ubi ad rerum ipſarum narrationem venerit, hęreat & quęrere incipiat, quibus tandem conſiliis, quibus viribus opibúſq; inſtructi Romani ad ejuſmodi incepta animum adjecerint: per quę & terram & mare noſtrum univerſum poteſtati ſuę ſubjecerunt: ſed ex præparatu duobus hiſce libris contento intelligant lectores, ſane quam probabiles admodum fuiſſe Romanis rationes, & idonea pręſidia, ut & animo conciperent, & ad extremum conſequerentur imperium hoc & orbis terrarum dominatum. Quod enim operis noſtri proprium eſt nohoc illud eſt: quod ſicut Fortuna res

pro-

prope univerſas totius quà habitatur orbis, in unam partem inclinavit, atque omnia ad unum eundémq; ſcopum vergere coegit: ita & nos ſcriptione hac ſub unum quaſi conſpectum lectoribus ponimus, quonam modo ad operis hujus univerſi conſummationem ipſa ſe Fortuna geſſerit. Atque hoc in primis fuit, quod me excitavit impulitque, ut hiſtoriam ſuſciperem ſcribendam. accedebat eò, quod nemo memoria noſtra hiſtoriam univerſalem conſcribere erat aggreſſus: nam alioquin minus equidem ad id ſtudii attuliſſem. nunc, quum viderem particulatim quidem geſta bella, & nonnulla quæ temporibus iiſdem evenerant, non unum aut alterum, ſed plures memoriæ mandaſſe: univerſam verò illorum quæ ad ſummam rerum conferunt adminiſtrationem in iis quæ acciderunt, quando & à quibus principiis quæque ſint profecta, quove modo hunc tandem finem res ſint nactæ: hęc inquam, neminem, quod ipſe quidem ſciam, in animum induxiſſe examinare: omnino factu neceſſarium duximus, ut pulcherrimum atque utiliſſimum Fortunæ inſtitutum, ne ſileremus, neque tranſmitteremus inobſervatum. Hęc enim multa quotidie nova moliens, & in humanis ſuarum virium ſpecimen continue edens: nullum plane ad hoc tempus neque opus ſimile fecerat, neque certamen ullum, quale noſtra memoria certaverat: id verò ex iis qui particulatim res geſtas ſcripſerunt, non cognoſcas. niſi forte ali quis, ubi nobiliſſimas urbes ſigillatim adierit, aut etiam mehercule pictas

πρὸς τὴν συντέλειαν ἥκοντο τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς καὶ δυναστείας. Τὸ γὰρ 4 τῆς ἡμετέρας πραγματείας ἴδιον, καὶ τὸ θαυμάσιον τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν, τοῦτό ἐστιν· ὅτι καθάπερ ἡ τύχη σχεδὸν ἅπαντα τὰ τῆς οἰκουμένης πράγματα πρὸς ἓν ἔκλινε μέρος, καὶ πάντα νεύειν ἠνάγκασε πρὸς ἕνα, καὶ τὸν αὐτὸν σκοπόν· οὕτω καὶ διὰ τῆς ἱστορίας, ὑπὸ μίαν σύνοψιν ἀγαγεῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι τὸν χειρισμὸν τῆς τύχης, ᾧ κέχρηται πρὸς τὴν τῶν ὅλων πραγμάτων συντέλειαν. καὶ γὰρ τὸ προκαλεσάμενον ἡμᾶς καὶ παρορμῆσαν πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τῆς ἱστορίας, μάλιστα τοῦτο γέγονε· σὺν δὲ τούτῳ, καὶ τὸ, μηδένα τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπιβεβλῆσθαι τῇ τῶν καθόλου πραγμάτων συντάξει· πολὺ γὰρ ἂν ἧττον ἔγωγε πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐφιλοτιμήθην. νῦν δ' ὁρῶν τοὺς μὲν κατὰ μέρος πολέμους, καί τινας τῶν ἅμα τούτοις πράξεων καὶ πλείους πραγματευομένους, τὴν δὲ καθόλου καὶ συλλήβδην οἰκονομίαν τῶν γεγονότων, πότε καὶ πόθεν ὡρμήθη, καὶ πῶς ἔσχε τὴν συντέλειαν, ταύτην οὐδ' ἐπιβαλλόμενον οὐδένα βασανίζειν, ὅσον γε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι· παντελῶς ὑπέλαβον ἀναγκαῖον εἶναι τὸ μὴ παραλιπεῖν, μηδ' ἐᾶσαι παρελθεῖν ἀνεπιστάτως τὸ κάλλιστον ἅμα καὶ ὠφελιμώτατον ἐπιτήδευμα τῆς τύχης. πολλὰ γὰρ αὕτη καινοποιοῦσα καὶ συνεχῶς ἐναγωνιζομένη τοῖς τῶν ἀνθρώπων βίοις, οὐδέπω τοιόνδ' ἁπλῶς οὔτ' εἰργάσατο ἔργον, οὔτ' ἠγωνίσατο ἀγώνισμα, οἷον τὸ καθ' ἡμᾶς. ὅπερ ἐκ μὲν τῶν κατὰ μέρος γραφόντων τὰς ἱστορίας, οὐχ οἷόν τε συνιδεῖν. εἰ μὴ καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας πόλεις τις κατὰ μίαν ἑκάστην ἐπελθὼν,

ἢ καὶ νὴ Δία γεγραμμένας χωρὶς ἀλλήλων θεασάμενος, εὐθέως ὑπολάβοι κατανενοηκέναι καὶ τὸ τῆς ὅλης οἰκουμένης σχῆμα, καὶ τὴν σύμπασαν αὐτῆς θέσιν καὶ τάξιν· ὅπερ ἐστὶν οὐδαμῶς εἰκός. καθόλου μὲν γὰρ ἔμοί γε δοκοῦσιν οἱ πεπεισμένοι διὰ τῆς κατὰ μέρος ἱστορίας μετρίως συνόψεσθαι τὰ ὅλα, παραπλήσιόν τι πάσχειν, ὡς ἂν εἴ τινες ἐμψύχου καὶ καλοῦ σώματος γεγονότος διερριμμένα τὰ μέρη θεώμενοι, νομίζοιεν ἱκανῶς αὐτόπται γίγνεσθαι τῆς ἐνεργείας αὐτοῦ τοῦ ζώου καὶ καλλονῆς. εἰ γάρ τις αὐτίκα μάλα συνθεὶς, καὶ τέλειον αὖθις ἀπεργασάμενος τὸ ζῶον τῷ τε εἴδει καὶ τῇ τῆς ψυχῆς εὐπρεπείᾳ, κἄπειτα πάλιν ἐπιδεικνύοι τοῖς αὐτοῖς ἐκείνοις· ταχέως ἂν οἶμαι πάντας αὐτοὺς ὁμολογήσειν, διότι καὶ λίαν πολύ τι τῆς ἀληθείας ἀπελείποντο πρόσθεν, καὶ παραπλήσιοι τοῖς ὀνειρώττουσιν ἦσαν. ἔννοιαν μὲν γὰρ λαβεῖν ἀπὸ μέρους τῶν ὅλων δυνατόν. ἐπιστήμην δὲ καὶ γνώμην ἀτρεκῆ ἔχειν, ἀδύνατον. διὸ παντελῶς βραχύ τι νομιστέον συμβάλλεσθαι τὴν κατὰ μέρος ἱστορίαν πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἐμπειρίαν καὶ πίστιν. ἐκ μέντοι γε τῆς ἁπάντων πρὸς ἄλληλα συμπλοκῆς καὶ παραθέσεως, ἔτι δ' ὁμοιότητος καὶ διαφορᾶς, μόνως ἄν τις ἐφίκοιτο καὶ δυνηθείη κατοπτεύσας, ἅμα καὶ τὸ χρήσιμον καὶ τὸ τερπνὸν ἐκ τῆς ἱστορίας λαβεῖν. ὑποθησόμεθα δὲ ταύτην ἀρχὴν τῆς βίβλου, τὴν πρώτην διάβασιν ἐξ Ἰταλίας Ῥωμαίων. αὕτη δ' ἐστὶ συνεχὴς μὲν τοῖς ἀφ' ὧν Τίμαιος ἀπέλιπε· πίπτει δὲ κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ εἰκοστὴν πρὸς ταῖς ἑκατὸν Ὀλυμπιάδα. διὸ καὶ ἀ-

in tabula fuerit contemplatus: ſtatim putaturus ſit, totius quoque orbis figuram, univerſúmque adeo illius ſitum atque ordinem probe ſe didiciſſe. quod penitus à ratione ſit alienum. Omnino meo quidem judicio ſimiles ſunt qui ſibi perſuadent è particulari hiſtoria ſummæ rei notitiam ſatis commode parari poſſe, iis qui diſiecta membra corporis antè animati ac pulchri tuentes, abunde ſatis ſpectatam ſibi crediderint animalis ipſius vim, actiones ac pulchritudinem. nam ſi quis illa membra repente in unum compoſuerit, & denuo integrato animali ſuam formam & animæ decus reddiderit, atque ita rurſus iiſdem illis ipſum oſtenderit: omnes, credo, ſtatim fateantur, longè ſe antea à rei veritate abfuiſſe: non multo ſecus, atque eos qui ſomnia vident. quippe ex parte poteſt quidem de toto ſubire animum cogitatio: ceterum ſcientia & cognitio vera haberi nequaquam poteſt. Quamobrē ita exiſtimare debemus: parum omnino ſingularum partium hiſtoriam ad rerum univerſarũ conferre notitiam & fidem: quam ex ſola cunctarum inter ſe partium connexione & comparatione, item ſimilitudine ac differentia aliquis conſequatur: eóque modo in penetralia admiſſus hiſtoriæ, & utilitatem & voluptatem ex ea poterit capere. Porrò initium ac velut fundamentum libri hujus erit, prima Romanorum extra Italiam trajectio: cum illis cohærens, in quibus Timęi hiſtoria deſinit: idque in tempora Olympiadis centeſimę vigeſimę nonę incidit. Dicendum igitur fuerit, quo-

mo-

modo & quando rebus in Italia conſtitutis, quibuſque poſtea rerum opportunitatibus uſi, trajiciendi in Siciliam impetū ceperint. nam omnium extra Italiam regionum hanc primam Romani adierunt. ipſa autem trajectionis hujus cauſſa nudè eſt exponenda: ne ſi cauſſa cauſſam requirat, argumenti totius principium & explicatio ſuo quaſi demonſtrationis fundamento careat. ſumendum vero principium eſt, quod & tempora certa apud omnes notaque habeat: & res ejuſmodi, ut poſſit ipſum per ſe intelligi. etiamſi oporteat, repetitis paulo altius temporibus, medii intervalli res geſtas ſummatim in memoriam revocare. quando enim principium aut ignoratur, aut parum eſt certum: ne eorum quidem quę deinceps ſequuntur, quicquam aſſenſum aut fidem poteſt mereri. ubi vero certa & indubitata hujus notitia fuerit hominibus tradita: tunc & omnis quæ deinceps ſubjicitur narratio, cum aſſenſu ab audientibus admittitur.

Annus igitur agebatur poſt navalem quidem ad Ægos flumen pugnam decimus nonus; ante Leuctricam vero XVI. quo Lacedæmonii pacem cum Perſa icerunt, quę opera & ſtudio Antalcidæ convenit: at Dionyſius ſenior ſuperatis ad Elorum amnem Græcis Italicis, Rhegium obſidebat. Galli Romam ipſam per vim à ſe occupatam tenebant, Capitolio excepto: quibuſcum ubi fœdus ac pacta feciſſent Romani, prout Gallis ipſis placuerat; mox præter ſpem recuperata patria, & quodam quaſi principio incrementi ſumpto, bella deinde adverſus finitimos movere ceperunt. igitur

τρόπον αὖ εἴη, πῶς καὶ πότε συστησάμενοι τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ τίσιν ἀφορμαῖς μετὰ ταῦτα χρησάμενοι, διαβαίνειν ὥρμησαν εἰς Σικελίαν. ταύτῃ γὰρ τῇ γῇ πρώτῃ ἐπέβησαν, τῶν ἐκτὸς τόπων τῆς Ἰταλίας· καὶ ῥητέον αὐτὴν τὴν τῆς διαβάσεως αἰτίαν ψιλῶς, ἵνα μὴ τῆς αἰτίας αἰτίαν ἐπιζητούσης, ἀνυπόστατος ἡ τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀρχὴ γίνηται καὶ θεωρία. ληπτέον δὲ καὶ τοῖς καιροῖς ὁμολογουμένην καὶ γνωριζομένην ἀρχὴν παρ' ἅπασι, καὶ τοῖς πράγμασι δυναμένην αὐτὴν ἐξ αὐτῆς θεωρεῖσθαι. κἂν δέῃ τοῖς χρόνοις βραχὺ προσαναδραμόντας κεφαλαιώδη τῶν μεταξὺ πράξεων ποιήσασθαι τὴν ἀνάμνησιν. τῆς γὰρ ἀρχῆς ἀγνοουμένης, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀμφισβητουμένης, οὐδὲ τῶν ἑξῆς οὐδὲν οἷόν τε παραδοχῆς ἀξιωθῆναι καὶ πίστεως. ὅταν δ' ἡ περὶ ταύτης ὁμολογουμένη παρασκευασθῇ δόξα, τότ' ἤδη καὶ πᾶς ὁ συνεχὴς λόγος ἀποδοχῆς τυγχάνει παρὰ τοῖς ἀκούουσιν.

Ἔτος μὲν οὖν ἐνειστήκει μετὰ 6
μὲν τὴν ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ναυμαχίαν, ἐννεακαιδέκατον, πρὸ δὲ τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης ἑκκαιδέκατον, ἐν ᾧ Λακεδαιμόνιοι μὲν τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου λεγομένην εἰρήνην πρὸς βασιλέα τῶν Περσῶν ἐκύρωσαν. ὁ δὲ πρεσβύτερος Διονύσιος τῇ περὶ τὸν Ἐλλέπορον ποταμὸν μάχῃ νενικηκὼς τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνας, ἐπολιόρκει Ῥήγιον. Γαλάται δὲ κατὰ κράτος ἑλόντες αὐτὴν τὴν Ῥώμην κατεῖχον πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. πρὸς οὓς ποιησάμενοι Ῥωμαῖοι σπονδὰς καὶ διαλύσεις εὐδοκουμένας Γαλάταις, καὶ γενόμενοι πά-

πάλιν ἀνελπίστως τῆς πατρίδος ἐγκρατεῖς, καὶ λαβόντες οἷον ἀρχὴν τῆς συναυξήσεως, ἐπολέμουν ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας. γενόμενοι δ' ἐγκρατεῖς ἁπάντων τῶν Λατίνων, διά τε τὴν ἀνδρίαν, καὶ τὴν ἐν ταῖς μάχαις ἐπιτυχίαν, μετὰ ταῦτα ἐπολέμουν Τυῤῥηνοῖς, ἔπειτα Κελτοῖς, ἑξῆς δὲ Σαυνίταις τοῖς πρός τε τὰς ἀνατολὰς καὶ τὰς ἄρκτους συντερμονοῦσι τῇ τῶν Λατίνων χώρᾳ. μετὰ δέ τινα χρόνον, Ταραντίνων διὰ τὴν εἰς τοὺς πρεσβεύοντας τῶν Ῥωμαίων ἀσέλγειαν, καὶ τὸν διὰ ταῦτα φόβον, ἐπισπασαμένων Πύῤῥον τῷ πρότερον ἔτει τῆς τῶν Γαλατῶν ἐφόδου, τῶν τε περὶ Δελφοὺς φθαρέντων, καὶ περαιωθέντων εἰς τὴν Ἀσίαν, Ῥωμαῖοι Τυῤῥηνοὺς μὲν καὶ Σαυνίτας ὑφ' αὑτοὺς πεποιημένοι, τοὺς δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτοὺς πολλαῖς μάχαις ἤδη νενικηκότες, τότε πρῶτον ἐπὶ τὰ λοιπὰ μέρη τῆς Ἰταλίας ὥρμησαν, οὐχ ὡς ὑπὲρ ὀθνείων, ἐπὶ δὲ τὸ πλεῖον, ὡς ὑπὲρ ἰδίων ἤδη καὶ καθηκόντων σφίσι πολεμήσοντες· ἀθληταὶ γεγονότες ἀληθινοὶ τῶν κατὰ τὸν πόλεμον ἔργων, ἐκ τῶν πρὸς τοὺς Σαυνίτας καὶ Κελτοὺς ἀγώνων. ὑποστάντες δὲ γενναίως τὸν πόλεμον τοῦτον, καὶ τὸ τελευταῖον τάς τε δυνάμεις καὶ Πύῤῥον ἐκβαλόντες ἐκ τῆς Ἰταλίας, αὖθις ἐπολέμουν καὶ κατεστρέφοντο τοὺς κοινωνήσαντας Πύῤῥῳ τῶν πραγμάτων. γενόμενοι δὲ παραδόξως ἁπάντων ἐγκρατεῖς, καὶ ποιησάμενοι τοὺς τὴν Ἰταλίαν κατοικοῦντας ὑφ' αὑτοὺς, πλὴν Κελτῶν, μετὰ ταῦτα πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν τοὺς τότε κατέχοντας τὸ Ῥήγιον Ῥω-
7 μαίους. ἴδιον γάρ τι συνέβη καὶ παραπλήσιον ἑκατέραις ταῖς περὶ τὸν πορθμὸν ἐκτισμέναις πόλεσιν. εἰσὶ δ' αὗ-

Latinis omnibus partim virtute, partim dexteritate quadam in acie vincendi ſub jugum miſſis: mox cum Etruſcis, deinde cum Gallis bellum geſſerunt: poſtea cum Samnitibus, qui ad ortum & ſeptentrionem Latinorum fines attingunt. non multo poſt quum accitus à Tarentinis metu Romanorum, quod eorum legatos per obſcenam contumeliam violaſſent, Pyrrhus in Italiam veniſſet; (anno prius quam Græciam invaderent Galli: & qui Delphorum occuparant urbem ad internecionem delerentur, reliquis in Aſiam transvectis:) Romani Etruſcis & Samnitibus dominationi ſuæ adjectis: multiſque jam de Gallis qui Italiam incolebant partis victoriis: tunc primum ad reliqua Italiæ ſunt progreſſi: velut non jam de alienis, ſed majorem partem ſuis & ad ſe pertinentibus dimicaturi: ex prioribus contra Samnites & Gallos certaminibus hoc conſecuti, ut veri athletæ bellicorum certaminum evaderent. ei igitur, quum bellum hoc fortiter ſuſtinuiſſent, tandémque exercitus omnes, ipſúmque adeo Pyrrhum Italia expuliſſent: rurſus illos qui Pyrrhi ſectam ſecuti erant armis ſunt aggreſſi, eóſque ſui juris fecerunt. quibus omnibus contra opinionem hominum in poteſtatem redactis, cunctíſque Italię populis, præter Gallos, ſibi ſubjectis: ſecundum hæc Romanos qui Rhegium id temporis tenebant, obſidere inſtiterunt. Singularis enim ac conſimilis quidam caſus ambobus illis accidit oppidis, quæ ad fretum

ſunt

ſunt condita: Meſſanæ videlicet ac Rhegio. quippe Meſſanam, non multo ante iſta de quibus nunc agimus, tempora, Campani ſub Agathocle merentes, qui jamdudum ejus oppidi pulchritudini ac reliquæ felicitati oculos cupiditatis adjecerant, ubi primum occaſio eſt oblata, per fidem circumvenire ſunt adorti. ſubdolè namque ſpecie amicorum ingreſſi, urbis potiti, cives partim ejecerunt, partim jugulaverunt. quibus rebus ita patratis, uxores quidem & liberos infelicium Meſſaniorum, prout cuique tempore ipſo ſceleris admiſſi ſors cecidiſſet, retinent: opes verò cæteras & mox agrum quoque ipſum viritim inter ſe diviſum occupant. ita, quum iſti brevi ac facili negotio opima ditione atque urbe eſſent potiti, è veſtigio facinoris iſtius imitatores invenerunt. Rhegini enim, quo tempore Pyrrhus in Italiam trajiciebat, tum ob adventum novi hoſtis metu perculſi, tum Carthaginienſes penes quos maris imperium erat, veriti, præſidium pariter & auxilium à Romanis acciverant. hi oppidum ingreſſi, homines numero quater mille, Decio Campano ductore, poſtquam & oppidum & fidem ſuam aliquamdiu ſervaſſent; tandem Mamertinos æmulati, eoſdemque adjutores nancti, quà opportunitati urbis ipſius, quà privatis civium Rheginorum opibus avide inhiantes, fidem mutarunt. itaque civibus partim in exilium pulſis, aliis trucidatis, exemplo Campanorum oppidum ſibi aſſerunt. at Romani graviter illi quidem quod acciderat ferre: verùm qui dictis modo bellis diſtinerentur, efficere

ται, Μεσσήνη καὶ Ῥήγιον. Μεσσήνην μὲν γὰρ οὐ πολλοῖς ἀνώτερον χρόνοις τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν, Καμπανοὶ παρ' Ἀγαθοκλεῖ μισθοφοροῦντες, καὶ πάλαι περὶ τὸ κάλλος καὶ τὴν λοιπὴν εὐδαιμονίαν τῆς πόλεως ὀφθαλμιῶντες, ἅμα τῷ λαβεῖν καιρὸν εὐθὺς ἐπεχείρησαν παρασπονδεῖν. παρεισελθόντες δ' ὡς φίλοι, καὶ κατασχόντες τὴν πόλιν, οὓς μὲν ἐξέβαλον τῶν πολιτῶν, οὓς δ' ἀπέσφαξαν. πράξαντες δὲ ταῦτα, τὰς μὲν γυναῖκας καὶ τὰ τέκνα τῶν ἠκληρηκότων, ὥς ποθ' ἡ τύχη διένειμε παρ' αὐτὸν τὸν τῆς παρανομίας καιρὸν ἑκάστοις, οὕτως ἔσχον· τοὺς δὲ λοιποὺς βίους, καὶ τὴν χώραν μετὰ ταῦτα διελόμενοι κατεῖχον. ταχὺ δὲ καὶ ῥᾳδίως καλῆς χώρας καὶ πόλεως ἐγκρατεῖς γενόμενοι, παρὰ πόδας εὗρον μιμητὰς τῆς πράξεως. Ῥηγῖνοι γὰρ καθ' ὃν καιρὸν Πύρρος εἰς Ἰταλίαν ἐπεραιοῦτο, καταπλαγεῖς γενόμενοι τὴν ἔφοδον αὐτοῦ, δεδιότες δὲ καὶ Καρχηδονίους θαλαττοκρατοῦντας, ἐπεσπάσαντο φυλακὴν ἅμα καὶ βοήθειαν παρὰ Ῥωμαίων. οἱ δ' εἰσελθόντες, χρόνον μέν τινα διετήρουν τὴν πόλιν, καὶ τὴν ἑαυτῶν πίστιν, ὄντες τετρακισχίλιοι τὸν ἀριθμὸν, ὧν ἡγεῖτο Δέκιος Καμπανός. τέλος δὲ ζηλώσαντες τοὺς Μαμερτίνους, ἅμα δὲ καὶ συνεργοὺς λαβόντες αὐτοὺς, παρεσπόνδησαν τοὺς Ῥηγίνους, ἐκπαθεῖς ὄντες ἐπί τε τῇ τῆς πόλεως εὐκαιρίᾳ, καὶ τῇ τῶν Ῥηγίνων περὶ τοὺς ἰδίους βίους εὐδαιμονίᾳ· καὶ τοὺς μὲν ἐκβαλόντες, τοὺς δὲ ἀποσφάξαντες τῶν πολιτῶν, τὸν αὐτὸν τρόπον τοῖς Καμπανοῖς κατέσχον τὴν πόλιν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι βαρέως μὲν ἔφερον τὸ γεγονός· οὐ μὴν εἶχόν γε

ποιεῖν οὐδὲν, διὰ τὸ συνέχεσθαι τοῖς προειρημένοις πολέμοις. ἐπεὶ δὲ ἀπὸ τούτων ἐγένοντο, συγκλείσαντες αὐτοὺς ἐπολιόρκουν τὸ Ῥήγιον, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. κρατήσαντες δὲ, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ καταλήψει διέφθειραν, ἐκθύμως ἀμυνομένους διὰ τὸ προορᾶσθαι τὸ μέλλον. ζωγρείᾳ δ' ἐκυρίευσαν πλειόνων ἢ τριακοσίων. ὧν ἀναπεμφθέντων εἰς τὴν Ῥώμην, οἱ στρατηγοὶ προαγαγόντες εἰς τὴν ἀγορὰν, καὶ μαστιγώσαντες ἅπαντας κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἐπελέκισαν· βουλόμενοι διὰ τῆς εἰς ἐκείνους τιμωρίας καθόσον οἷοί τε ἦσαν διορθοῦσθαι παρὰ τοῖς συμμάχοις τὴν αὐτῶν πίστιν. τὴν δὲ χώραν καὶ τὴν πόλιν παραχρῆμα τοῖς
8 Ῥηγίνοις ἀπέδοσαν. οἱ δὲ Μαμερτῖνοι (τοῦτο γὰρ τοὔνομα κυρώσαντες οἱ Καμπανοὶ τῆς Μεσσήνης, προσηγόρευσαν σφᾶς αὐτοὺς) ἕως μὲν συνεχρῶντο τῇ τῶν Ῥωμαίων συμμαχίᾳ τῶν τὸ Ῥήγιον κατεχόντων, οὐ μόνον τῆς ἑαυτῶν πόλεως καὶ χώρας ἀσφαλῶς κατεκράτουν, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς συνορούσης, οὐχ ὡς ἔτυχε, παρηνώχλουν τοῖς τε Καρχηδονίοις, καὶ τοῖς Συρακουσίοις, καὶ πολλὰ μέρη τῆς Σικελίας ἐφορολόγουν. ἐπεὶ δ' ἐστερήθησαν τῆς προειρημένης ἐπικουρίας, συγκλεισθέντων τῶν τὸ Ῥήγιον κατεχόντων εἰς τὴν πολιορκίαν, παρὰ πόδας ὑπὸ τῶν Συρακουσίων αὐτοὶ πάλιν συνεδιώχθησαν εἰς τὴν πόλιν, διά τινας τοιαύτας αἰτίας. χρόνοις οὐ πολλοῖς πρότερον αἱ δυνάμεις τῶν Συρακουσίων διενεχθεῖσαι πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ διατρίβουσαι περὶ τὴν Μεργάνην, κατέστησαν ἐξ αὑτῶν ἄρχοντας, Ἀρτεμίδωρόν τε καὶ τὸν μετὰ ταῦτα βα-

nihil poſſe. ubi vero primum ea cura ſunt defuncti, concluſos intra Rhegium ipſos obſident, ſicut ſupra commemoravi: demum, ut pugnando vicerunt, plurimos eorum in ipſa occupanda urbe, quam eò pertinacius propugnabant, quod imminens infortunium prævidérent, obtruncant: vivos in poteſtatem redigunt amplius trecentos. quibus Romam miſſis, Prætores productos in forum univerſos, flagríſque cæſos, pro more populi Romani, ſecuri percuſſerunt: id nimirum ſpectantes, ut quantum in ipſis eſſet, fidem ſuam apud ſocios labefactatam, iſtorum ſupplicio in integrum reſtituerent. agrum & urbem Rheginis mora nulla interpoſita reddunt. Mamertini (hoc namque ſibi nomen Campani occupata Meſſana indiderunt:) quamdiu Romanorum, qui Rhegium prius occupaverant, auxilio ſunt uſi, & oppidum & fines ſuos ſecuri poſſederunt: neque id ſolum: verùm etiam de finitima ditione negotium & Carthaginienſibus & Syracuſanis non leve faceſſerunt: multas quin etiam urbes ſtipendium penſitare coëgerunt. Poſtea vero quàm obſidione cinctis qui Rhegium tenebant, illud de quo diximus auxilium defecit: mox ipſi viciſſim ob quaſdam hujuſcemodi cauſſas intra muros à Syracuſiis ſunt compulſi. Non multo antè Syracuſiorum exercitus ab iis qui erant in urbe diſſidentes, & ad Merganam tunc hærentes, delectos è ſuo numero magiſtratus creaverant, Artemidorum & Hieronem, qui poſtea regnum apud Syracuſios obtinuit; admodum juvenem quidem illum:

ſed

ſed ad regiam quandam dignitatem & ſollertem rerum civilium adminiſtrationem, à natura egregiè comparatum. Is ubi magiſtratum ſuſcepiſſet, atque urbem neceſſariorum quorumdam opera clandeſtina fuiſſet ingreſſus, redactis in poteſtatem iis qui diverſas in Rep. partes amplexi fuerant; id ſpecimen clementiæ & magni animi in rebus ordinandis præbuit: ut Syracuſii, licet à militibus habita comitia creandis magiſtratibus nequaquam probarent: tunc tamen univerſi conſentientibus animis Hieronem Prætorem perlubenter acciperent. quem quidem virum ipſa quæ Remp. auſpicans promebat conſilia, ſignificabant rectè æſtimantibus, ad majorum rerum ſpem eſſe erectum, quàm ut ipſum Prætura caperet. Nam qui cerneret, Syracuſios quidem quoties domo copias ſuas unâ cum magiſtratibus emiſiſſent, ſeditionibus inteſtinis laborare, & novi ſemper aliquid moliri: Leptinem verò noſſet clientelis ac fide reliquis præſtare: eumdémq; magnam apud vulgus opinionem virtutis habere; adfinitatem cum eo contrahit: habens in animo, domi hunc tanquam in ſubſidiis ac ſibi ſuccenturiatum, relinquere, quoties ſibi ad res gerendas cum exercitu foret proficiſcendum. Poſt ductam verò uxorem hujus filiam animadverſo mercenarios veteranos vitiis corruptos maléque animatos & quosvis ad motus eſſe proclives: quaſi Barbaros Meſſanam obtinentes peteret, copias educit. quumque prope Centuripam in conſpectu hoſtium caſtra poſuiſſet: atque aciem ad Cyamoſorũ amnem inſtruxiſſet:

στρατεύσαντα τῶν Συρακουσίων Ἱέρωνα, νέον μὲν ὄντα κομιδῆ, πρὸς δέ τι γένος εὐφυῆ βασιλικῆς καὶ πραγματικῆς οἰκονομίας. ὁ δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχήν, καὶ παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν, διά τινων οἰκείων, καὶ κύριος γενόμενος τῶν ἀντιπολιτευομένων, οὕτως ἐχρήσατο πρᾴως καὶ μεγαλοψύχως τοῖς πράγμασιν, ὥστε τοὺς Συρακουσίους, καίπερ οὐδαμῶς εὐδοκουμένους ἐπὶ ταῖς τῶν στρατιωτῶν ἀρχαιρεσίαις, τότε πάντας ὁμοθυμαδὸν εὐδοκῆσαι στρατηγὸν αὐτῶν ὑπάρχειν Ἱέρωνα. ὃς ἐκ τῶν πρώτων ἐπινοημάτων, εὐθέως δῆλος ἦν τοῖς ὀρθῶς σκοπουμένοις, μειζόνων ὀρεγόμενος ἐλπίδων, ἢ κατὰ τὴν στρατηγίαν.
θεωρῶν γὰρ τοὺς Συρακουσίους ἐπει- 9
δὰν ἐκπέμψωσι τὰς δυνάμεις καὶ τὰς ἀρχὰς μετὰ τῶν δυνάμεων αὐτοὺς ἐν αὑτοῖς στασιάζοντας, καὶ καινοτομοῦντας ἀεί τι· τὸν δὲ Λεπτίνην εἰδὼς καὶ τῇ προστασίᾳ, καὶ τῇ πίστει πολὺ διαφέροντα τῶν ἄλλων πολιτῶν, εὐδοκιμοῦντα δὲ καὶ παρὰ τῷ πλήθει διαφερόντως· συνάπτεται κηδείαν πρὸς αὐτόν, βουλόμενος οἷον ἐφεδρείαν ἀπολιπεῖν ἐν τῇ πόλει τοῦτον, ὅτε αὐτὸν ἐξιέναι δέοι μετὰ τῶν δυνάμεων ἐπὶ τὰς πράξεις. γήμας δὲ τὴν θυγατέρα τοῦ προειρημένου, καὶ συνθεωρῶν τοὺς ἀρχαίους μισθοφόρους καχέκτας ὄντας καὶ κινητικούς, ἐξάγει στρατείαν ὡς ἐπὶ τοὺς βαρβάρους τοὺς τὴν Μεσσήνην κατέχοντας. ἀντιστρατοπεδεύσας δὲ περὶ Κεντόριπα, καὶ παραταξάμενος περὶ τὸν Κυαμόσωρον ποταμόν, τοὺς μὲν πολιτικοὺς ἱππεῖς καὶ πεζοὺς αὐτὸς ἐν ἀποστήματι συνεῖχεν, ὡς κατ' ἄλλον τόπον τοῖς πολεμίοις

συμ-

συμμίξων· τοὺς δὲ ξένους προβαλόμενος, εἴασε πάντας ὑπὸ τῶν βαρβάρων διαφθαρῆναι. κατὰ δὲ τὸν τῶν ἐκείνων τροπῆς καιρὸν, ἀσφαλῶς αὐτὸς ἀπεχώρησε μετὰ τῶν πολιτῶν εἰς τὰς Συρακούσας. συντελεσάμενος δὲ τὸ προκείμενον πραγματικῶς, καὶ παρῃρηκὼς πᾶν τὸ κινητικὸν καὶ στασιῶδες τῆς δυνάμεως, ξενολογήσας δι' αὑτοῦ πλῆθος ἱκανὸν μισθοφόρων, ἀσφαλῶς ἤδη τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν διεξῆγε. θεωρῶν δὲ τοὺς βαρβάρους ἐκ τοῦ προτερήματος θρασέως καὶ προπετῶς ἀναστρεφομένους, καθοπλίσας καὶ γυμνάσας ἐνεργῶς τὰς πολιτικὰς δυνάμεις, ἐξῆγε. καὶ συμβάλλει τοῖς πολεμίοις ἐν τῷ Μυλαίῳ πεδίῳ περὶ τὸν Λογγανὸν καλούμενον ποταμόν. τροπὴν δὲ ποιήσας αὐτῶν ἰσχυρὰν, καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐγκρατὴς γενόμενος ζωγρείᾳ, τὴν μὲν τῶν βαρβάρων κατέπαυσε τόλμαν· αὐτὸς δὲ παραγενόμενος εἰς τὰς Συρακούσας, βασιλεὺς ὑπὸ πάντων προσηγορεύθη τῶν συμ-
10 μάχων. οἱ δὲ Μαμερτῖνοι πρότερον μὲν ἐστερημένοι τῆς ἐπικουρίας τῆς ἐκ τοῦ Ῥηγίου, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον, τότε δὲ τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐπταικότες ὁλοσχερῶς διὰ τὰς νῦν ῥηθείσας αἰτίας, οἱ μὲν ἐπὶ Καρχηδονίους κατέφυγον, καὶ τούτοις ἐνεχείριζον σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν ἄκραν· οἱ δὲ πρὸς Ῥωμαίους ἐπρέσβευον, παραδιδόντες τὴν πόλιν, καὶ δεόμενοι βοηθῆσαι σφίσιν αὐτοῖς ὁμοφύλοις ὑπάρχουσι. Ῥωμαῖοι δὲ πολὺν μὲν χρόνον ἠπόρησαν, διὰ τὸ δοκεῖν ἐξόφθαλμον εἶναι τὴν ἀλογίαν τῆς βοηθείας. τὸ γὰρ

urbanos quidem equites peditéſque aliquanto ſpatio à cæteris ſejunctos, ipſe ſecum retinet, velut ab alia parte manum cum hoſte conſerturus: extraneos verò Barbaris objiciens, univerſos ab iis deleri ad internecionem eſt paſſus. ac quo tempore iſti cum maxime ab hoſtibus cædebantur: ipſe cum civibus abſque ullo periculo Syracuſas retro conceſſit. Sollerter autem eo quod deſtinaverat perfecto, & univerſa illa parte exercitus expuncta, quæ ad concitandos motus erat proclivis ac ſeditioſa; magna ſatis conductitiorum manu arbitratu ſuo comparata, magiſtratum abſque ullo jam metu adminiſtrabat. quúmque animadverteret Barbaros ſecunda pugna elatos audacter atque temerè palantes: urbanum militem armis inſtructum & naviter exercitatum educit: deinde in Mylæo campo, propter amnem quem Longanum dicunt hoſtem adortus: eo magna vi fuſo fugatóque, ducibus etiam captis, audaciam Barbarorum compeſcuit. mox Syracuſas reverſus, ab univerſis ſociis Rex ſalutatus eſt. Mamertini, qui jam antè Rhegienſi auxilio, uti ſupra narrabam, fuiſſent deſtituti: nunc vero etiam propriarum opum extremo caſu ob commemoratas modo cauſas fracti eſſent: pars ad Carthaginienſes confugere, iíſque ſe arcémque ſuam tradere: pars miſſis ad populum Rom. legatis, urbem ei dedere: utque ſibi, ceu originis communione junctis opem ferat, petere. Romani quid conſilii caperent perdiu ancipitibus animis dubitarunt: quippe auxilii latio manifeſtam præ ſe ferebat abſurditatem. Nam eos qui paullo ante cives

ſuos,

ſuos, ob violatam erga Rheginos fidem, graviſſimo ſupplicio affeciſſent, repente Mamertinis, qui ſimilia patraſſent, non ſolum erga Meſſaniorum urbem, ſed etiam Rheginorum ire auxiliatum, id vero cum eo delicto conjunctum erat, quod excuſari difficulter poſſet. Neque ſane hæc Romani neſciebant: ſed quod Pœnos viderent non Africæ regiones duntaxat, verum etiam in Hiſpania pleraque loca juris ſui feciſſe: inſulis præterea Sardoi Etruſcique maris omnibus potitos: anxii ſupra modum erant: ne ſi hoc amplius Sicilię dominatum adipiſcerentur, valde ſibi graves & formidabiles vicini forent: qui & circumdarent undique populum Rom. & omnibus Italiæ partibus imminerent. Quod autem, ſi Mamertinis auxilium denegaretur, brevi temporis ſpatio Siciliam ditionis ſuę facturi eſſent, res loquebatur ipſa. quippe Meſſana potiti, quæ nunc ipſis tradebatur, non multo poſt Syracuſas inſuper erant occupaturi: quandoquidem cunctam propemodum reliquam Siciliam imperio ſuo jam tenebant. hæc quum intelligerent Romani, ſuiſque rebus neceſſarium ducerent, Meſſanam non deſeri, nec permitti Carthaginienſibus, ut ad trajiciendum in Italiam quaſi pontem aliquem ſibi ſtruerent, diu de re conſultabant. Ac ſenatus quidem, propter expoſitas modò cauſſas, ne ad extremum quidem ut hujus ſententiæ auctor eſſet, adduci potuit: quoniam præſtandi Mamertinis auxilii abſurditas, paria momenta habere cum provenientibus ex ope lata utilitatibus, videbatur, at vulgo Romani ſu-

τες πρὸς τὸν κίνδυνον, συστρεφόμενοι κατὰ μέρη καὶ τοὔνομα τὸ Ξανθίππου ἀναβοῶντες, ἐξάγειν σφᾶς ᾤοντο δεῖν τὴν ταχίστην. οἱ δὲ στρατηγοὶ τήν τε τῶν ὄχλων ὁρμὴν καὶ προθυμίαν θεωροῦντες, ἅμα δὲ καὶ τοῦ Ξανθίππου διαμαρτυρομένου μὴ παριέναι τὸν καιρὸν, παρήγγειλαν τοῖς μὲν πλήθεσι διασκευάζεσθαι· τῷ δὲ Ξανθίππῳ χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν ἐπέτρεψαν, ὡς ποτ' αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν. ὁ δὲ λαβὼν τὴν ἐξουσίαν, τοὺς μὲν ἐλέφαντας ἐξαγαγὼν ἐφ' ἕνα πρὸ πάσης τῆς δυνάμεως ἐν μετώπῳ κατέστησε. τὴν δὲ φάλαγγα τῶν Καρχηδονίων ἐν ἀποστήματι συμμέτρῳ τούτοις κατόπιν ἐπέστησε· τῶν δὲ μισθοφόρων, τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας παρενέβαλε, τοὺς δ' εὐκινητοτάτους ὁμοῦ τοῖς ἱππεῦσιν ἑκατέρου τοῦ κέρατος προέστησεν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι συνιδόντες παραταττομένους τοὺς ὑπεναντίους, ἀντεξῄεσαν ἑτοίμως. καταπεπληγμένοι δὲ, καὶ προορώμενοι τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον, προθέμενοι τοὺς γροσφομάχους, πολλὰς ἐπαλλήλους κατόπιν ἵστασαν σημαίας· τοὺς δ' ἱππεῖς ἐμέρισαν ἐφ' ἑκάτερον τὸ κέρας. τὴν δὲ σύμπασαν τάξιν βραχυτέραν μὲν ἢ πρόσθεν, βαθυτέραν δὲ ποιήσαντες, τοῦ μὲν πρὸς τὰ θηρία μάχης δεόντως ἦσαν ἐστοχασμένοι· τοῦ δὲ πρὸς τοὺς ἱππεῖς, πολλαπλασίους ὄντας τῶν παρ' αὐτοῖς, ὁλοσχερῶς ἠστόχησαν. ἐπεὶ δ' ἀμφότεροι κατὰ τὰς ἑαυτῶν προαιρέσεις καὶ καθόλου καὶ κατὰ μέρος ἑκάστους ἔθηκαν εἰς τὰς ἁρμοζούσας τάξεις, ἔμενον ἐν κόσμῳ καραδοκοῦντες τὸν καιρὸν τῆς ἀλλήλων ἐπιθέσεως.

los paſſim cogere: Xanthippi nomen cum clamoribus uſurpare: poſtulare denique, ut quàm primum educerentur. hunc illorum impetum atque alacritatem quum animadverterent duces, ad hæc fidem deûm hominumque teſtante Xanthippo, ne oblatam occaſionem elabi ſinerent; milites ad pugnam ſe parare jubent: ipſi Xanthippo, facere quicquid è re futurum judicaret, permittunt. ille accepta poteſtate hac, elephantos in ordinem unum digeſtos, ante univerſam aciem in frontem inſtruit. pone beſtias modico relicto intervallo, phalangem Carthaginienſium ſtatuit. mercenarii militis partem dextri cornu ordinibus interjicit: partim, quod maxime expediti fuit eorum, unâ cum equitum alis ante cornu utrumque locat. Romani, inſtrui ab inimicis aciem cernentes, prompto & ipſi animo contra exeunt. territi tamen, quod futuram providerent elephantorum impreſſionem; velitibus præpoſitis, à tergo illorum denſos collocant manipulos: equites in utrumque cornu diſtribuunt. totius aciei longitudini quam prius uſurpaverant, aliquid detrahunt, altitudini adjiciunt: quo quidem modo ad pugnam cum beſtiis commodè ſe fore inſtructos, recte conjecerunt: in cavendo vero ſibi ab equitibus, quorum numerus longe major apud Pœnos, tota via aberrarunt. & Romanus & Pœnus diſpoſitis ex animi ſententia ſingulis ordinibus, acieque univerſa, ita ordinati ſe continebant: quum uterque

mutuæ

mutuæ invaſionis opportunitatem captaret. Simul ac vero Xanthippus eos qui elephantos regebant juſſit progredi, & aciem hoſtium diſſipare, equites ab utroque cornu hoſtem cingere, atque adoriri: tum etiam Romani more ſuo armis concrepuerunt, & clamore militari ab omnibus edito, Pœnum invadere ceperunt. ſed Romani quidem equites, quod multis vicibus numero ſuperarentur à Carthaginienſibus, ab utroque mox cornu fugerunt: è peditibus vero, qui in ſiniſtro cornu erant, partim ut belluarum impetum declinarent: partim quod conductitium militem aſpernarentur, dextimos Carthaginienſium petunt: verſis in fugam inſtant, & ad vallum uſque eos perſequuntur. qui ex adverſo elephantorum locati fuerant, horum primi magna vi facto in eos impetu beſtiarum violentia repulſi, & conculcati acervatim pugnantes conficiebantur. enimvero univerſæ aciei corpus propter ſtantium pone primos ordines profundam ſeriem, aliquamdiu manſit indivulſum: poſtea vero quàm extremi ordines undique ab equitibus circumventi, cogebantur facta converſione cum iis dimicare: & illi qui per medios elephantos in ulteriora perruperant, cum jam à tergo ipſis conſiſterent, in Pœnorum integram atque compoſitam phalangem incidentes, trucidabantur: tum demum omni ex parte laborantibus Romanis, plurimi illorum à ſtupendæ molis ac virium beſtiis ſunt conculcati: reliqui in ipſo pugnæ loco ab equitum turba jaculis ſunt confixi: perpauci ad-

ἅμα δὲ τῷ τὸν Ξάνθιππον τοῖς μὲν ἐπὶ τῶν θηρίων παραγγεῖλαι προάγειν, καὶ διασπᾶν τὰς τῶν ὑπεναντίων τάξεις, τοῖς δ᾽ ἱππεῦσιν ἐφ᾽ ἑκατέρου τοῦ κέρατος κυκλοῦν, καὶ προσβάλλειν τοῖς πολεμίοις· τότε δὴ καὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον κατὰ τὰ παρ᾽ αὐτοῖς ἔθη συνεψόφησαν τοῖς ὅπλοις· καὶ συναλαλάξαντες, ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς πολεμίους. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς τῶν Ῥωμαίων ταχέως ἀφ᾽ ἑκατέρων τῶν κεράτων ἔφυγον, διὰ τὸ πολλαπλασίους εἶναι τοὺς Καρχηδονίους. τῶν δὲ πεζῶν οἱ ταχθέντες ἐπὶ τοῦ λαιοῦ κέρως, ἅμα μὲν ἐκκλίνοντες τὴν τῶν θηρίων ἔφοδον· ἅμα δὲ καταφρονοῦντες τῶν μισθοφόρων, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ δεξιὸν κέρας τῶν Καρχηδονίων· τρεψάμενοι δὲ τούτους, ἐπέκειντο καὶ κατεδίωκον αὐτοὺς, ἕως εἰς τὸν χάρακα. τῶν δὲ κατὰ τοὺς ἐλέφαντας ταχθέντων, οἱ μὲν πρῶτοι συμπεσόντες ὑπὸ τῆς βίας τῶν ζώων ἐξωθούμενοι καὶ καταπατούμενοι σωρηδὸν ἐν χειρῶν νόμῳ διεφθείροντο. τό γε μὴν ὅλης τάξεως τὸ σύστημα διὰ τὸ βάθος τῶν ἐφεστώτων, ἕως τινὸς ἀδιάσπαστον ἔμεινον· ἐπεὶ δ᾽ οἱ μὲν τὰς ἐσχάτας ἔχοντες τάξεις, κυκλούμενοι πανταχόθεν ὑπὸ τῶν ἱππέων, ἠναγκάζοντο πρὸς τούτους στρεφόμενοι κινδυνεύειν· οἱ δὲ διὰ μέσων τῶν ἐλεφάντων εἰς τοὔμπροσθεν ἐκβιαζόμενοι, καὶ κατὰ νώτου παρεστάμενοι τῶν θηρίων, εἰς ἀκέραιον καὶ συντεταγμένην ἐμπίπτοντες τὴν τῶν Καρχηδονίων φάλαγγα, διεφθείροντο· τότε δὴ πανταχόθεν πονοῦντες, οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων συνεπατήθησαν ὑπὸ τῆς ὑπερφυοῦς βίας τῶν ζώων· οἱ δὲ λοιποὶ συνηκοντίσθησαν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱππέων ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως τόπῳ· τελέως 34

δέ τινες ὀλίγοι περὶ φυγὴν ὥρμησαν· ὄντων δὲ πεδινῶν τῶν ὑποχωρήσεων, καὶ τούτων οἱ μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων ἀπώλλυντο· πεντακόσιοι δ' ἴσως οἱ μετὰ Μάρκου τοῦ στρατηγοῦ φυγόντες, μετ' ὀλίγον ὑποχείριοι γενόμενοι, σὺν αὐτῷ ἐκείνῳ πάντες ἐζωγρήθησαν. τῶν μὲν οὖν παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις μισθοφόρων ἔπεσον εἰς ὀκτακοσίους, οἱ κατὰ τὸ λαιὸν τῶν Ῥωμαίων ταχθέντες. τῶν δὲ Ῥωμαίων ἐσώθησαν μὲν εἰς δισχιλίους, οἱ κατὰ τὸ διωγμα τῶν προειρημένων ἐκτὸς γενόμενοι τοῦ κινδύνου. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος διεφθάρη, πλὴν Μάρκου τοῦ στρατηγοῦ, καὶ τῶν ἅμα τούτῳ φυγόντων. αἱ μὲν οὖν σημαῖαι τῶν Ῥωμαίων αἱ διασωθεῖσαι, διέπεσον εἰς τὴν Ἀσπίδα παραδόξως. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τοὺς νεκροὺς σκυλεύσαντες, καὶ τὸν στρατηγὸν ἅμα μετὰ τῶν αἰχμαλώτων ἄγοντες, ἐπανῆλθον περιχαρεῖς τοῖς
35 παροῦσιν εἰς τὴν πόλιν. Ἐν ᾧ καιρῷ πολλά τις ἂν ὀρθῶς ἐπισημαινόμενος εὕροι, πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου συντελεσθέντα. καὶ γὰρ τὸ δεῖν ἀπιστεῖν τῇ τύχῃ, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς εὐπραγίας, ἐναργέστατον ἐφάνη πᾶσι τότε διὰ τῶν Μάρκου συμπτωμάτων. ὁ γὰρ μικρῷ πρότερον οὐ διδοὺς ἔλεον, οὐδὲ συγγνώμην τοῖς πταίουσι, παρὰ πόδας αὐτὸς ἤγετο δεησόμενος τούτων περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. καὶ μὴν τὸ παρ' Εὐριπίδῃ πάλαι καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας νικᾷ· τότε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβε τὴν πίστιν. εἷς γὰρ ἄνθρωπος καὶ μία γνώμη, τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ δοκοῦντα εἶναι, καθεῖλε· τὸ δὲ προφανῶς πε-

modum fuêre qui fugam capeſſerent: ſed quia per patentes campos erat fugiendum, etiam horum plerique ab elephantis equitibuſque ſunt cæſi: ad quingentos qui cum Marco Conſule fugerant, mox in hoſtium poteſtatem venerunt, & omnes cum ipſo vivi ſunt capti. deſiderati ſunt eo prælio è mercenariis Pœnorum qui ante ſiniſtrum Romanorum cornu ſtabant, ad IↃ CCC. Romanorum ſervati ſunt ad duo millia: qui hoſtem perſequentes ſicuti ante oſtendimus, periculo ſunt erepti. reliqui omnes Cos. Marco excepto, & iis quos habuit in fuga comites, perierunt. quæ ſuperfuerunt cohortes Clupeam miraculo evaſerunt. Carthaginienſes poſt detracta cadaveribus ſpolia, ipſum quoque Cos. inter captivos ducentes, gaudio ex ſucceſſu ovanteis in urbem ſunt reverſi. Heic vero multa, ſi quis recte obſervet, inveniet accidiſſe, ad corrigendos vitæ hominum errores, profutura. Quod enim Fortunæ non ſit confidendum, utique in rebus lætis, per ea quæ Regulo acciderunt, omnibus tunc factum eſt manifeſtiſſimum. nam qui paullo ante nullum miſericordiæ locum dabat, neque ullam afflictis veniam concedebat: mox ductus ipſe eſt, iiſdem pro ſalute ſua ſupplicaturus. Jam quod recte olim dixit Euripides, Mens una sapiens plurium vincit manus, ex ipſis rebus manifeſtam tunc fidem invenit. unus quippe vir, & conſilium unum legiones quæ propter ſollertiam ac præſtantiam in re militari vinci non poſſe crede-

crede-

credebantur, delevit: civitatem vero illam, quam penitus concidiſſe palàm erat, militumque animos, qui ex deſperatione ipſum quoque doloris ſenſum amiſerant, recreavit atque erexit. Equidem iſta commemoravi, ut qui hos Commentarios legerint, meliores fiant: nam quum duæ univerſis mortalibus propoſitæ ſint ad proficiendum rationes: per proprios caſus, aut per alienos: evidentior quidem illa eſt, quę per propria ducit infortunia: at tutior illa quæ per aliena. itaque viam priorem ſponte ſua nemo unquam debet ingredi: magnis enim ejuſmodi correctio laboribus conſtat ac periculis. poſterior ſemper nobis captanda: per quam ſine ulla noxa id quod melius eſt cernere unicuique licet. Quod reputantem, ſic apud ſe quemque ſtatuere oportet: pulcherrimum diſciplinæ genus eſſe ad veras vitæ rationes cognoſcendas, peritiam ex hiſtoria collectam, quæ geſtorum veram & exactam narrationem continet. ſola namque hæc in omni tempore ac quocumque rerum eventu, nullo tuo incommodo, dijudicandi id quod melius eſt facultatem tibi largitur. verum de his hactenus. Carthaginienſes, quibus ex voto omnia ceſſerant, ſignificandæ lætitiæ nihil reliqui fecerunt: cum gratias Deo agentes, tum mutua inter ſe benevolentiæ officia uſurpantes. Xanthippus vero qui rebus Carthaginienſium ad nova incrementa tantum momentum attulerat: non multo poſt inde eſt profectus: prudenter ſanè ac ſapienter. illuſtres enim atque admirandæ a-

πεπτωκὸς ἄρδην πολίτευμα, καὶ τὰς ἀπηλγηκυίας ψυχὰς τῶν δυνάμεων, ἐπὶ τὸ κρεῖττον ἤγαγεν. ἐγὼ δὲ τούτων ἐπεμνήσθην χάριν τῆς τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς ὑπομνήμασι διορθώσεως. δυοῖν γὰρ ὄντων τρόπων πᾶσιν ἀνθρώποις τῆς ἐπὶ τὸ βέλτιον μεταθέσεως· τοῦ τε διὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων, καὶ τοῦ διὰ τῶν ἀλλοτρίων· ἐναργέστερον μὲν εἶναι συμβαίνει, τὸν διὰ τῶν οἰκείων περιπετειῶν, ἀσφαλέστερον δὲ τὸν διὰ τῶν ἀλλοτρίων. διὸ τὸν μὲν οὐδέποθ' ἑκουσίως αἱρετέον· ἐπεὶ μετὰ μεγάλων πόνων καὶ κινδύνων ποιεῖ τὴν διόρθωσιν· τὸν δὲ ἀεὶ θηρευτέον, ἐπεὶ χωρὶς βλάβης ἐστὶ συνιδεῖν ἐν αὐτῷ τὸ βέλτιον. ἐξ ὧν συνιδόντι, καλλίστην παιδείαν ἡγητέον πρὸς ἀληθινὸν βίον, τὴν ἐκ τῆς πραγματικῆς ἱστορίας περιγινομένην ἐμπειρίαν. μόνη γὰρ αὕτη χωρὶς βλάβης ἐπὶ παντὸς καιροῦ καὶ περιστάσεως, κριτὰς ἀληθινοὺς ἀποτελεῖ τοῦ βελτίονος. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. Καρχηδόνιοι 36
δέ, κατὰ νοῦν ἁπάντων σφίσι κεχωρηκότων, ὑπερβολὴν χαρᾶς οὐκ ἀπέλιπον· διά τε τῆς πρὸς τὸν θεὸν εὐχαριστίας, καὶ διὰ τῆς μετ' ἀλλήλων φιλοφροσύνης. Ξάνθιππος δὲ τηλικαύτην ἐπίδοσιν καὶ ῥοπὴν ποιήσας τοῖς Καρχηδονίων πράγμασι, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέπλευσε πάλιν, φρονίμως καὶ συνετῶς βουλευσάμενος. αἱ γὰρ ἐπιφανεῖς καὶ παράδοξοι πράξεις, βαρεῖς μὲν τοὺς φθόνους, ὀξείας δὲ τὰς διαβολὰς γεννῶσιν.

ὡς οἱ μὲν ἐγχώριοι διά τε τὰς συγγενείας καὶ τὸ τῶν φίλων πλῆθος οἷοί τ' ἂν εἶεν φέρειν· οἱ δὲ ξένοι ταχέως ἐφ' ἑκατέρων τούτων ἡττῶνται, καὶ κινδυνεύουσι. λέγεται δὲ καὶ ἕτερος ὑπὲρ τῆς ἀπαλλαγῆς τοῦ Ξανθίππου λόγος. ὃν πειρασόμεθα διασαφεῖν, οἰκειότερον λαβόντες τοῦ παρόντος καιρόν. Ῥωμαῖοι δὲ προσπεσόντων σφίσι παρ' ἐλπίδα τῶν ἐν Λιβύῃ συμβεβηκότων, εὐθέως ἐγίνοντο πρὸς τὸ καταρτίζειν τὸν στόλον, καὶ τοὺς ἄνδρας ἐξαιρεῖσθαι τοὺς ἐν τῇ Λιβύῃ διασεσωσμένους. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι μετὰ ταῦτα στρατοπεδεύσαντες, ἐπολιόρκουν τὴν Ἀσπίδα, σπουδάζοντες ἐγκρατεῖς γενέσθαι τῶν ἐκ τῆς μάχης διαφυγόντων. διὰ δὲ τὴν γενναιότητα καὶ τόλμαν τῶν ἀνδρῶν, οὐδαμῶς ἑλεῖν δυνάμενοι, τέλος ἀπέστησαν τῆς πολιορκίας. προσπεσόντος δ' αὐτοῖς ἐξαρτύειν τὸν στόλον τοὺς Ῥωμαίους, καὶ μέλλειν αὖθις ἐπὶ τὴν Λιβύην ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, τὰ μὲν ἐπεσκεύαζον σκάφη, τὰ δ' ἐκ καταβολῆς ἐναυπήγουν. ταχὺ δὲ συμπληρώσαντες ναῦς διακοσίας, ἀνήχθησαν, καὶ παρεφύλαττον τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῆς θερείας ἐναρχομένης καθελκύσαντες τριακόσια καὶ πεντήκοντα σκάφη, καὶ στρατηγοὺς ἐπιστήσαντες Μάρκον Αἰμίλιον καὶ Σερούϊον Φολούϊον ἐξαπέστειλαν. οἱ δ' ἀναχθέντες ἔπλεον παρὰ τὴν Σικελίαν ὡς ἐπὶ τῆς Λιβύης. συμμίξαντες δὲ περὶ τὴν Ἑρμαίαν τῷ τῶν Καρχηδονίων στόλῳ, τούτους μὲν ἐξ ἐφόδου καὶ ῥᾳδίως τρεψάμενοι, ναῦς ἔλαβον αὐτάνδρους ἑκατὸν δεκατέσσαρας. τοὺς δ' ἐν Λιβύῃ

ctiones graves invidias & acres calumnias conflare ſolent: quibus cives fortaſſe, cognatorum amicorumque opibus nixi, fuerint pares: at peregrinis utraque res in exitium facile vertit. Sunt qui diſceſſum Xanthippi aliter narrent: quorum ſententiam commodiorem nacti locum, referemus. Romani nuntio inopinato accepto de iis quę in Africa acciderant, ad reparandam claſſem animum ſtatim applicant, & eos periculo eximendos, qui prælio effugerant. quos ut in poteſtatem redigerent Carthaginienſes, Clupeam caſtris admotis obſidione cinxerant: ſed magno animo atque audacia illis reſiſtentibus, fruſtra omnia experti, tandem obſidione deſtiterant. ut nuntiatum Pœnis, claſſem Romanos parare, qua in Africam iterum navigent: ipſi quoque alias reficere naves, alias à fundamentis ædificare. quumque brevi ſpatio ducentas rebus omnibus inſtruxiſſent, claſſe ire obviam hoſti, ejuſque adventum obſervare pergunt. Romani initio æſtatis deductis in mare navibus trecentis & quinquaginta, ductu novorum Coss. M. Æmilii & Servii Fulvii copias proficiſci jubent. illi ſublatis ancoris præter Siciliam navigant, velut qui in Africam curſum dirigerent. circa Hermæam promontorium inito cum claſſe Punica certamine, primo ſtatim impetu hoſte in fugam verſo, naves cum omnibus qui in iis erant, centum & quatuordecim capiunt: deinde, ut manum illam juvenum qui in Africa adhuc reſta-

bant,

bant, ſuſciperent, navibus Clupeam appulſis, mox iterum Siciliam petunt. Jam medium mare ſine periculo erant emenſi, & Camarinæorum ditioni appropinquabant, cum in tantam inciderunt tempeſtatem, tantaſque calamitates, ut ne referri quidem pro rei magnitudine ſatis poſſint. è navibus enim CCCLXIII ſolæ remanſerunt LXXX. cæterorum navigiorum, alia undis ſunt obruta: alia æſtu maris ad ſcopulos & promontoria alliſa atque fracta, corporibus & naufragii tabulis oram univerſam complerunt. Majorem hac cladem uno tempore mari acceptam, ne hiſtoriæ quidem commemorant. cauſſa vero illius, non tam Fortunæ, quàm ipſis Coss. eſt adſcribenda: quippe gubernatoribus ſæpe multum obteſtantibus, ne ſecundum exterius Siciliæ latus, quod mare Africum ſpectat, navigare vellent: quoniam profundum ibi pelagus eſt, & tota illa ora importuoſa: ſimul quod, infeſtorum navigationi ſignorum, alterum nondum eſſet confectum, alterum mox oriturum: (nam inter Orionis & Canis ortum navigabant:) illi, ſpretis hiſce monitis, in altum imprudenter ſunt provecti; dum cupiunt urbes quaſdam in illo poſitas litore, quod præternavigabant, recentem victoriam illis oſtentando, perterrefacere, & ad deditionem compellere. ſed hi ob ſpes exiguas magnis mactati infortuniis, ſtultitiam ſuam tum certè agnoverunt: at Romani quum in univerſum violentiam ad omnia adhibeant; & quicquid propoſuerint id neceſſario fieri debere exiſtiment,

διαμείναντας νεανίσκους ἀνακλαβόντες ἐκ τῆς Ἀσπίδος, ἔπλεον αὖθις ἐπὶ Σικελίας. διάραντες δὲ τὸν πόρον 37
ἀσφαλῶς, καὶ προσμίξαντες τῇ τῶν Καμαριναίων χώρᾳ, τηλικούτῳ περιέπεσον χειμῶνι, καὶ τηλικαύταις συμφοραῖς, ὥστε μηδ᾽ ἂν εἰπεῖν ἀξίως δύνασθαι διὰ τὴν ὑπερβολὴν τοῦ συμβάντος. τῶν γὰρ ἑξήκοντα καὶ τετταράκοντα πρὸς ταῖς τριακοσίαις ναυσὶν, ὀγδοήκοντα μόνον συνέβη περιλειφθῆναι σκάφη. τῶν δὲ λοιπῶν τὰ μὲν ὑποβρύχια γενέσθαι, τὰ δὲ ὑπὸ τῆς ῥαχίας πρὸς ταῖς σπιλάσι καὶ τοῖς ἀκρωτηρίοις καταγνύμενα, πλήρη ποιῆσαι σωμάτων τὴν παραλίαν καὶ ναυαγίων. ταύτης δὲ μείζω περιπέτειαν ἐν ἑνὶ καιρῷ κατὰ θάλατταν, οὐδ᾽ ἱστορῆσαι συμβέβηκεν. ἧς τὴν αἰτίαν οὐχ οὕτως εἰς τὴν τύχην, ὡς εἰς τοὺς ἡγεμόνας ἐπανοιστέον. πολλὰ γὰρ τῶν κυβερνητῶν διαμαρτυρομένων μὴ πλεῖν παρὰ τὴν ἔξω πλευρὰν τῆς Σικελίας, τὴν πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος ἐστραμμένην, διὰ τὸ πελαγίαν εἶναι καὶ δυσπρόσορμιστον· ἅμα δὲ καὶ τὴν μὲν οὐδέπω καταλήγειν ἐπισημασίαν, τὴν δ᾽ ἐπιφέρεσθαι. μεταξὺ γὰρ ἐποιοῦντο τὸν πλοῦν τῆς Ὠρίωνος καὶ Κυνὸς ἐπιτολῆς· οὐδενὶ προσέχοντες τῶν λεγομένων, ἔλαθον ἔξω πελάγιοι, σπουδάζοντες τινὰς τῶν ἐν τῷ παράπλῳ πόλεις τῷ τοῦ γεγονότος εὐτυχήματος φαντασίᾳ καταπληξάμενοι προσλαβέσθαι. πλὴν οὗτοι μὲν μικρῶν ἐλπίδων ἕνεκα μεγάλοις περιτυχόντες ἀτυχήμασι, τότε τὴν αὑτῶν ἀβουλίαν ἔγνωσαν. καθόλου δὲ Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χρώμενοι τῇ βίᾳ, καὶ τὸ προτεθὲν οἰόμενοι δεῖν κατ᾽ ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηδὲν ἀδύνατον εἶναι

σφίσι τῶν ἅπαξ δοξάντων, ἐν πολλοῖς μὲν κατορθοῦσι διὰ τὴν τοιαύτην ὁρμήν. ἔν τισι δὲ προφανῶς σφάλλονται, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς κατὰ θάλατταν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῆς γῆς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ τὰ τούτων ἔργα ποιούμενοι τὰς ἐπιβολάς, τὰ μὲν πολλὰ κατορθοῦσι, διὰ τὸ πρὸς τὰς παραπλησίους δυνάμεις χρῆσθαι τῇ βίᾳ· ποτὲ δὲ καὶ σπανίως ἀποτυγχάνουσι. πρὸς δὲ τὴν θάλατταν καὶ πρὸς τὸ περιέχον, ὅταν παραβάλωνται καὶ βιαιομαχῶσι, μεγάλοις ἐλαττώμασι περιπίπτουσι. ὃ καὶ τότε καὶ πλεονάκις αὐτοῖς ἤδη συνέβη, καὶ συμβήσεται πάσχειν, ἕως ἄν ποτε διορθώσωνται τὴν τοιαύτην τόλμαν καὶ βίαν· καθ' ἣν οἴονται δεῖν αὐτοῖς πάντα καιρὸν εἶναι πλωτὸν

38 καὶ πορευτόν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι συνέντες τὴν γεγενημένην φθορὰν τοῦ τῶν Ῥωμαίων στόλου, καὶ νομίσαντες κατὰ μὲν γῆν ἀξιόχρεως εἶναι διὰ τὸ προγεγονὸς εὐτύχημα, κατὰ δὲ θάλατταν διὰ τὴν εἰρημένην τῶν Ῥωμαίων περιπέτειαν, ὁρμήσαντες προθυμότερον, ἐπί τε τὰς ναυτικὰς καὶ πεζικὰς παρασκευάς. καὶ τὸν μὲν Ἀσδρούβαν εὐθέως ἐξαπέστελλον εἰς τὴν Σικελίαν, δόντες αὐτῷ τούς τε προϋπάρχοντας, καὶ τοὺς ἐκ τῆς Ἡρακλείας παραγεγονότας στρατιώτας, ἅμα δὲ τούτοις ἐλέφαντας ἑκατὸν καὶ τετταράκοντα. τοῦτον δ' ἐκπέμψαντες, διακοσίας κατεσκεύαζον ναῦς, καὶ τἄλλα τὰ πρὸς τὸν πλοῦν ἡτοίμαζον. ὁ δ' Ἀσδρούβας διακομισθεὶς εἰς τὸ Λιλύβαιον ἀσφαλῶς, τά τε θηρία καὶ τὰς δυνάμεις ἐγύμναζε. καὶ δῆλος ἦν ἀντιποιησόμενος τῶν ὑπαίθρων. Ῥωμαῖοι δὲ τῶν ἐκ τῆς ναυαγίας ἀνακομισθέντων διακούσαντες τὰ κατὰ

nihilque eorum, quæ ſemel decreverint, non poſſe fieri ſtatuant: efficiunt illi quidem pleraque omnia hoc tanto impetu, ex animi ſententia: in quibuſdam tamen clades patiuntur inſignes, maximè autem in mari. nam in terra quidem ubi res illis eſt cum hominibus & operibus humanis, ut plurimum, ſuccedit audacia: quoniam adverſus ſimiles vires violentia utuntur: tamen etiam heic aliquando, licet raro, auſis excidunt: at quoties contra mare aut cœlum projecta quadam audacia pugnant, ſuaque illâ vi abruptâ vincere ſatagunt, magnas calamitates incurrunt. quod & tunc & ſæpe aliâs experti ſunt: experientur etiam in poſterum; donec audaciam hanc & violentiam correxerint: per quam omni tempore maria terraſque ſibi pervias eſſe debere autumant. Carthaginienſes cognito Romanę claſſis naufragio, rati, terreſtribus quidem copiis propter ſuperiorem victoriam pares ſe Romanis: navalibus vero propter hanc illorum calamitatem: eo animoſius utriuſque generis paratibus operam dabant. Igitur Aſdrubalem confeſtim in Siciliam mittunt: traduntque illi præter quos ante habebat ſub ſignis, etiam eos qui recens Heraclea advenerant, cum elephantis CXL. hoc jam miſſo, naves ducentas, cum neceſſariis rebus omnibus parabant. Aſdrubal ſecunda navigatione delatus Lilybæum, & milites & beſtias exercebat: habens in animo, quod palam præ ſe ferebat, foris poſita copiis eductis latè occupare. Romani de omnibus, quæ acciderant, ab iis, qui naufragium

gium evaſerant, edocti, magnum quidem ex ea re dolorem ceperunt: ſed qui ſemel decreviſſent hoſti non cedere, iterum naves ędificare ccxx ab ipſis carinis ac ſtatuminibus conſtituunt. quibus, trimeſtri ſpatio, quod vix credat aliquis, abſolutis, ilico novi Coss. Aulus Atilius & Gn. Cornelius, claſſe inſtructa proficiſcuntur: & trajecto freto, aſſumptiſque Meſſanæ navibus quæ ex naufragio ſupererant, claſſe navium trecentarum Panormum in Sicilia appellunt; eamque urbem cæterarum caput in ditione Carthaginienſium, obſidere aggrediuntur. itaque duobus locis operibus inſtitutis, cæteriſque rebus præparatis, machinas admovent. dejecta non difficulter turri ad mare ſita, quum illac irruiſſent milites, capta eſt per vim illa oppidi pars quæ dicitur Nova: nec mediocriter illa quam Veterem vocant periclitabatur. itaque deditionem ſine mora oppidani fecerunt. ea potiti urbe Coss. relicto ibi præſidio, Romam repetunt. Ineunte vero ſequentis anni æſtate, novi Coss. Gn. Servilius & C. Sempronius, cum univerſa claſſe ſublatis ancoris, in Siciliam trajiciunt: unde mox in Africam proficiſcuntur. navigantes autem ſecundum Africæ littus, plurimis locis exſcenſionem faciunt. nulla tamen re memorabili geſta, ad Lotophagorum inſulam, quæ Meninx dicitur, neque longe à Syrti minore abeſt, deveniunt. ibi propter naturæ locorum imperitiam, in quędam illapſi brevia, quum rece-

μέρος, βαρέως μὲν ἤνεγκαν τὸ γεγονός. οὐ βουλόμενοι δὲ καθάπαξ εἴκειν, αὖθις ἔγνωσαν ἐκ τῶν δρυόχων εἴκοσι καὶ διακόσια ναυπηγεῖσθαι σκάφη. τούτων δὲ τὴν συντέλειαν ἐν τριμήνῳ λαβόντων, ὅπερ οὐδὲ πιστεῦσαι ῥᾴδιον, εὐθέως οἱ κατασταθέντες ἄρχοντες, Αὖλος Ἀτίλιος καὶ Γνάϊος Κορνήλιος, καταρτίσαντες τὸν στόλον, ἀνήχθησαν. καὶ πλεύσαντες διὰ τοῦ πορθμοῦ, προσανέλαβον ἐκ τῆς Μεσσήνης τὰ διασωθέντα τῶν πλοίων ἐκ τῆς ναυαγίας· καὶ καταίραντες εἰς Πάνορμον τῆς Σικελίας τριακοσίαις ναυσὶν, ἥπερ ἦν βαρυτάτη πόλις τῆς τῶν Καρχηδονίων ἐπαρχίας, ἐνεχείρησαν αὐτὴν πολιορκεῖν. συστησάμενοι δὲ κατὰ δύο τόπους ἔργα, καὶ τἄλλα παρασκευασάμενοι, προσήγαγον τὰς μηχανάς. ῥᾳδίως δὲ τοῦ παρὰ θάλατταν πύργου πεσόντος, καὶ βιαζομένων ταύτῃ τῶν στρατιωτῶν, ἡ μὲν καλουμένη Νέα πόλις ἑαλώκει κατὰ κράτος· ἡ δὲ Παλαιὰ προσαγορευομένη, τούτου συμβάντος, ἐκινδύνευσε. διὸ καὶ ταχέως ἐνέδωκαν αὐτὴν οἱ κατοικοῦντες. γενόμενοι δ' ἐγκρατεῖς, οὗτοι μὲν ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Ῥώμην, ἀπολιπόντες φυλακὴν τῆς πόλεως. 39
μετὰ δὲ ταῦτα τῆς θερείας ἐπιγινομένης, οἱ κατασταθέντες ἄρχοντες, Γνάϊος Σερουίλιος καὶ Γάϊος Σεμπρώνιος, ἀνέπλευσαν παντὶ τῷ στόλῳ· καὶ διάραντες εἰς τὴν Σικελίαν, ἀφώρμησαν ἐντεῦθεν εἰς τὴν Λιβύην. κομιζόμενοι δὲ παρὰ τὴν χώραν, ἐποιοῦντο καὶ πλείστας ἀποβάσεις. ἐν αἷς οὐδὲν ἀξιόλογον πράττοντες, παρεγένοντο πρὸς τὴν τῶν Λωτοφάγων νῆσον, ἣ καλεῖται μὲν Μῆνιγξ, οὐ μακρὰν δ' ἀπέχει τῆς μικρᾶς Σύρτεως. ἐν ᾗ προσπεσόντες εἰς τινὰ βράχεα διὰ τὴν ἀπει-

ρίαν, ἐπιγενομένης ἀμπώτεως, καὶ καθισάντων τῶν πλοίων, εἰς πᾶσαν ἦλθον ἀπορίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ πάλιν ἀνελπίστως μετά τινα χρόνον ἐπενεχθείσης τῆς θαλάττης ἐκρίψαντες ἐκ τῶν πλοίων πάντα τὰ βάρη, μόλις ἐκούφισαν τὰς ναῦς. οὗ γενομένου, φυγῇ παραπλήσιον ἐποιήσαντο τὸν ἀπόπλουν. ἁψάμενοι δὲ τῆς Σικελίας, καὶ κάμψαντες τὸ Λιλύβαιον, καθωρμίσθησαν εἰς Πάνορμον. ἐντεῦθεν δὲ ποιούμενοι παραβόλως καὶ διὰ πόρου τὸν πλοῦν εἰς τὴν πόλιν, πάλιν περιέπεσον χειμῶνι τηλικούτῳ τὸ μέγεθος, ὥστε πλείω τῶν ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα πλοίων ἀποβαλεῖν. οἱ δ᾽ ἐν τῇ Ῥώμῃ τούτων συμβάντων, καίπερ ὄντες ἐν παντὶ φιλότιμοι διαφερόντως, ὅμως τότε διὰ τὸ μέγεθος καὶ τὸ πλῆθος τῶν συμπτωμάτων, τοῦ μὲν ἔτι στόλον ἀθροίζειν ἀναγκασθέντες ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἀπέστησαν. ἐν δὲ ταῖς πεζικαῖς δυνάμεσι τὰς ὑπολοίπους ἔχοντες ἐλπίδας, τοὺς μὲν στρατηγοὺς ἀπέστειλαν, Λεύκιον Κεκίλιον, καὶ Γνάιον Φούριον, καὶ στρατόπεδα μετὰ τούτων εἰς τὴν Σικελίαν. ἑξήκοντα δὲ μόνον ἐπλήρωσαν ναῦς, χάριν τοῦ τὰς ἀγορὰς κομίζειν τοῖς στρατοπέδοις. ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων περιπετειῶν, συνέβη πάλιν ἐπικυδέστερα γενέσθαι τὰ τῶν Καρχηδονίων πράγματα. τῆς μὲν γὰρ θαλάττης ἀδεῶς ἐπεκράτουν ἐκκεχωρηκότων τῶν Ῥωμαίων. ἐν δὲ ταῖς πεζικαῖς δυνάμεσι μεγάλας εἶχον ἐλπίδας. καὶ τοῦτ᾽ ἔπασχον οὐκ ἀλόγως. οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι διαδοθείσης φήμης περὶ τῆς ἐν τῇ Λιβύῃ μάχης, ὅτι τὰ θηρία τάς τε τάξεις αὐτῶν διασπάσαι, καὶ τοὺς πλείστους διαφθεῖραι τῶν ἀνδρῶν, οὕτως ἦσαν κατάφοβοι τοὺς ἐλέφαντας, ὡς ἐπὶ

dente maris æſtu ſiderent naveis, quò ſe verterent planè neſciebant: ſed mox præter ſpem redeunte mari, facto omnium onerum jactu, ægre tandem naves ſublevarunt: deinde fugientibus ſimiles diſcedunt: delatique in Siciliam, ſuperato Lilybæo, Panormi naves in portum applicant. quo ex loco temerarii audacia per fretum Romam contendentes, iterum tempeſtate jactati ſunt adeo vehemente, ut amplius centum quinquaginta naveis amitterent. Hæc quum ita accidiſſent, Senatus populuſque Rom. etſi cupiditate gloriæ in omni re mirifice ſtimulabantur: attamen, propter magnitudinem ac frequentiam detrimentorum, quæ acceperant, à paranda amplius claſſe, rebus ipſis cogentibus, deſtiterunt: atque in terreſtribus copiis ſuas de cætero ſpes omnes reponentes, Coss. L. Cæcilium & Gn. Furium cum legionibus in Siciliam mittunt: navibus tantum LX remigibus militibuſque inſtructis, ad commeatum exercitui importandum. Per has clades factum eſt, ut denuo gloria florerent res Pœnorum, melioreque loco eſſent. nam maris dominatum cedentibus Romanis, tuto jam obtinebant: in terreſtribus quoque copiis, plurimum ſpei collocabant. neque id immerito. Romani enim, poſtquam fama accepiſſent elephantos in African pugna ordines diſſipaſſe, multoſque militum contrucidaſſe: adeo illos horrere ceperunt, ut continuo inde biennio, quum modo id

Lilybæum, modo in agro Selinuntio, intervallo quinque aut ſex ſtadiorum aciem adverſus hoſtes inſtruerent; initium tamen prælii facere, aut omnino in plana deſcendere, dum impreſſionem beſtiarum reformidant, nunquam ſint auſi. neque aliud per illa geſſerunt tempora, niſi quod montanis atque inacceſſis locis inhærentes, Thermam & Liparam obſidione expugnarunt. itaque Romani, cognito pavore & animorum conſternatione quæ in terreſtribus copiis verſabatur: mutata ſententia, iterum ad mare animum ſibi eſſe adjiciendum ſtatuunt. Conſulibus creatis C. Atilio & L. Manlio, naves quinquaginta fabricant: magnaque vi claſſem, habito delectu militum, reparant. Animadverterat Aſdrubal Carthaginienſium præfectus, Romanos, cum ante aliquoties aciem inſtruxiſſent, pavitantes: itaque factus certior alterum Conſulem cum dimidia copiarum parte in Italiam rediiſſe, Cæcilium Panormi agere cum reliquo exercitu, ut, quia adulta jam meſſis erat, ſociorum frugibus præſidio eſſet: Lilybæo cum exercitu profectus, ad fines agri Panormitani caſtra ponit. Cæcilius, temeraria illius audacia cognita, quò hunc ejus impetum magis etiam irritaret, ſuos intra portas continuit. qua re elatus Aſdrubal, tanquam non audente exire contra Cæcilio, auſu præcipiti cum univerſis copiis per ipſas fauces in Panormita-

δύο ἐνιαυτοὺς τοὺς ἑξῆς τῶν προειρημένων καιρῶν, πολλάκις μὲν ἐν τῇ Λιλυβαίτιδι χώρᾳ, πολλάκις δ᾽ ἐν τῇ Σελινουντίᾳ παραταττόμενοι τοῖς πολεμίοις ἐξ καὶ πέντε σταδίους, οὐκ ἐθάρρησαν οὐδέποτε κατάρξαι τῆς μάχης, οὐδ᾽ εἰς τοὺς ὁμαλοὺς καθόλου συγκαταβῆναι τόπους, δεδιότες τὴν τῶν ἐλεφάντων ἔφοδον. Θέρμαν δὲ μόνον καὶ Λιπάραν ἐξεπολιόρκησαν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς, ἀντεχόμενοι τῶν ὀρεινῶν καὶ δυσδιαβάτων τόπων. διὸ καὶ θεωροῦντες οἱ Ῥωμαῖοι τὴν ἐν τοῖς πεζικοῖς στρατοπέδοις πτοίαν καὶ δυσελπιστίαν, αὖθις ἔγνωσαν ἐκ μεταμελείας ἀντιλαμβάνεσθαι τῆς θαλάττης. καὶ καταστήσαντες στρατηγὸν Γάιον Ἀτίλιον, καὶ Λεύκιον Μάλλιον, ναυπηγοῦνται πεντήκοντα σκάφη, καὶ κατέγραφον καὶ συνήθροιζον στόλον ἐνεργῶς. ὁ δὲ προεστὼς τῶν Καρχηδονίων Ἀσδρούβας, ὁρῶν ἀποδειλιῶντας τοὺς Ῥωμαίους ἐν ταῖς προγεγονημέναις παρατάξεσι, πυθόμενος τὸν μὲν ἕνα τῶν στρατηγῶν μετὰ τῆς ἡμισείας δυνάμεως εἰς τὴν Ἰταλίαν ἀπηλλάχθαι, τὸν δὲ Κεκίλιον ἐν τῷ Πανόρμῳ διατρίβειν, τὸ λοιπὸν μέρος ἔχοντα τῆς στρατείας, βουλόμενον ἐφεδρεῦσαι τοῖς τῶν συμμάχων καρποῖς ἀκμαζούσης τῆς συγκομιδῆς· ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ Λιλυβαίου τὴν δύναμιν, ὥρμησε καὶ κατεστρατοπέδευσε πρὸς τοῖς ὅροις τῆς χώρας τῆς Πανορμίτιδος. ὁ δὲ Κεκίλιος θεωρῶν αὐτὸν καταπεθαρρηκότα, καὶ σπουδάζων ἐκκαλεῖσθαι τὴν ὁρμὴν αὐτοῦ, συνεῖχε τοὺς στρατιώτας ἐντὸς τῶν πυλῶν. οἷς ἐπαιρόμενος Ἀσδρούβας ὡς οὐ τολμῶντος ἀντεξιέναι τοῦ Κεκιλίου, θρασέως ὁρμήσας παντὶ τῷ στρατεύματι,

κατῆρε διὰ τῶν στενῶν εἰς τὴν Πανορμῖτιν. φθείροντος δὲ τοὺς καρποὺς αὐτοῦ μέχρι τῆς πόλεως, ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὑποκειμένης γνώμης ὁ Κεκίλιος, ἕως αὐτὸν ἐξεκαλέσατο διαβῆναι τὸν πρὸ τῆς πόλεως ποταμόν. ἐπεὶ δὲ τὰ θηρία διεβίβασαν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τὴν δύναμιν· τὸ τηνικαῦτα δὲ τοὺς εὐζώνους ἐξαποστέλλων ἠρέθιζε, μέχρι πᾶν αὐτοὺς ἐκτάξαι τὸ στρατόπεδον ἠνάγκασε. συνθεασάμενος δὲ γινόμενον ὃ προέθετο, τινὰς μὲν τῶν εὐκινήτων πρὸ τοῦ τείχους καὶ τῆς τάφρου παρέβαλε, προστάξας ἂν ἐγγίζῃ τὰ θηρία πρὸς αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς βέλεσιν ἀφθόνως· ὅταν δ' ἐκπιέζωνται, καταφεύγειν εἰς τὴν τάφρον· καὶ πάλιν ἐκ ταύτης ὁρμωμένους εἰσακοντίζειν εἰς τὰ προσπίπτοντα τῶν ζώων. τοῖς δ' ἐκ τῆς ἀγορᾶς βαναύσοις, φέρειν προσέταξε τὰ βέλη, καὶ παραβάλλειν ἔξω παρὰ τὸν θεμέλιον τοῦ τείχους. αὐτὸς δὲ τὰς σημαίας ἔχων ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ λαιὸν κέρας τῶν ὑπεναντίων κειμένης πύλης ἐφεστήκει, πλείους ἀεὶ καὶ πλείους ἐπαποστέλλων τοῖς ἀκροβολιζομένοις. ἅμα δὲ τῷ τούτων ὁλοσχερεστέραν γενέσθαι τὴν συμπλοκὴν, ἀντιφιλοδοξοῦντες οἱ τῶν ἐλεφάντων ἐπιστάται πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν, καὶ βουλόμενοι δι' αὐτῶν ποιῆσαι τὸ προτέρημα, πάντες ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς προκινδυνεύοντας. τρεψάμενοι δὲ τούτους ῥᾳδίως συνεδίωξαν εἰς τὴν τάφρον. προσπεσόντων δὲ τῶν θηρίων, καὶ τιτρωσκομένων μὲν ὑπὸ τῶν ἐκ τοῦ τείχους τοξευόντων, συνακοντιζομένων δ' ἐνεργοῖς πυκνοῖς τοῖς ὑσσοῖς καὶ τοῖς γρόσφοις ὑπ' ἀκεραίων τῶν πρὸ τῆς τάφρου διατεταγμένων, συμβελῆ γινόμενα καὶ κατατραυματιζόμενα,

num agrum irrumpit. qui quum ad ipſum uſque oppidum fruges corrumperet, in ſuſcepta ſemel ſententia manſit Cæcilius, quoad hoſtem fluvium tranſire qui ante urbem fluit, pelliceret. trajectis elephantis cum exercitu: tum vero expeditos immittere Cæcilius, atque adverſarios laceſſere: donec univerſum exercitum in aciem educere coëgiſſet. tandem voti compos, manum expeditorum ante urbem foſſamque locat, juſſam, ſi propius beſtiæ acceſſerint, crebris telis eas obruere: ubi premi cepiſſent, in foſſam confugere, atque inde rurſus denſa tela in illas quæ appropinquaſſent mittere: ſimul ſellulariis qui forum obſident, præcipit, ut tela his extra urbem comportent, & ut ad imam mœnium partem ſtent inſtructi. ipſe cum omnibus cohortibus ad portam lævo hoſtium cornui oppoſitam conſtitit, ſubinde plures alium ſuper alium ſubſidio mittens velitantibus. coorta inter hos acriore jam pugna, rectores belluarum æmuli gloriæ Aſdrubalis, ſuam facere victoriam optantes, uno omnes impetu in primos pugnatores irruunt: quos non magno negotio fugatos in foſſam compellunt. in hos acti elephanti, quum & ab iis qui è mœnibus ſagittas mittebant, ferirentur, & pilis haſtiſque velitaribus certis ac denſis ab integris illis qui pro foſſa poſiti fuerant, configerentur: mox telis confoſſi toto corpore, vulneribuſque confecti, ſævire incipiunt: & converſi, in

ſuos

ſuos ruunt; ac tum ſingulos proculcando interimunt, tum ordines ipſos conturbant diſſipantque. hoc cognito Cæcilius copias extemplo educit: & quum recentibus ſuis compoſitaque acie hoſtium incompoſitorum cornu à latere invaſiſſet, fuſis magna clade hoſtibus, multos eorum occidit, reliquos in fugam effuſam avertit. belluæ cum Indis ſuis captæ ſunt decem: cæteras quæ rectores dejecerant, poſt pugnam omnes ab equitibus circumventas cepit. Atque his geſtis, confeſſione omnium hæc ei laus tribuebatur, quod per illum terreſtribus copiis animus rediiſſet, ad ea quæ extra munitiones erant vindicanda. Allato Romam de hac victoria nuntio, efferri omnes lætitia: non adeo, quod amiſſis elephantis, multum hoſti de viribus ſuis deceſſiſſet: verum eo magis, quòd militibus poſt beſtias ſuperatas animi ſpiritusque rediiſſent. rurſus igitur hanc ob cauſſam, ſicut initio propoſuerant, animos obfirmarunt, ut Conſules cum claſſe copiiſque navalibus in expeditionem mitterent: bello huic finem imponere modis omnibus cupientes. Paratis omnibus ad expeditionalem uſum neceſſariis, claſſe navium CC in Siciliam Coss. proficiſcuntur. atque hic annus erat primi Punici belli XIV. quum Lilybæum appuliſſent, & pedeſtres etiam copiæ quæ in Sicilia erant, eodem illis occuriſſent, ejus oppidi obſidendi conſilium ineunt: quippe eo capto bellum in

ταχέως διεταράχθη, καὶ στραφέντα κατὰ τῶν ἰδίων ἐφέρετο, τοὺς μὲν ἄνδρας καταπατοῦντα καὶ διαφθείροντα, τὰς δὲ τάξεις συγχέοντα καὶ καταπατοῦντα τὰς αὐτῶν. ἃ καὶ καλιδὼν ὁ Κεκίλιος, ἐξῆγε τὴν δύναμιν ἐνεργῶς· καὶ συμπεσὼν ἐκ πλαγίου κατὰ κέρας τεταραγμένοις τοῖς πολεμίοις, ἀκεραίους ἔχων καὶ συντεταγμένους, τροπὴν ἐποίει τῶν ὑπεναντίων ἰσχυράν· καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασε φυγεῖν προτροπάδην. θηρία δὲ σὺν αὐτοῖς μὲν Ἰνδοῖς ἔλαβε δέκα. τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς Ἰνδοὺς ἀπερριφότων μετὰ τὴν μάχην περιελασάμενος, ἐκυρίευσε πάντων. ταῦτα δ' ἐπιτελεσάμενος, ὁμολογουμένως αἴτιος ἐδόκει γεγονέναι τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι, τοῦ πάλιν ἀναθαρρῆσαι τὰς πεζικὰς δυνάμεις, καὶ κρατῆσαι τῶν ὑπαίθρων. τοῦ δὲ προτερήματος τού- 41
του προσπεσόντος εἰς τὴν Ῥώμην, περιχαρεῖς ἦσαν, οὐχ οὕτως ἐπὶ τῷ τοὺς πολεμίους ἠλαττῶσθαι τῶν θηρίων ἐστερημένους, ὡς ἐπὶ τῷ τοὺς ἰδίους τεθαρρηκέναι τῶν ἐλεφάντων κεκρατηκότας. διὸ καὶ πάλιν ἐπερρώσθησαν διὰ ταῦτα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, εἰς τὸ μετὰ στόλου καὶ ναυτικῆς δυνάμεως τοὺς στρατηγοὺς ἐπὶ τὰς πράξεις ἐκπέμπειν, σπουδάζοντες εἰς δύναμιν πέρας ἐπιθεῖναι τῷ πολέμῳ. παρασκευασθέντων δὲ τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τὴν ἐξαποστολήν, ἔπλεον οἱ στρατηγοὶ διακοσίαις ναυσὶν ὡς ἐπὶ τῆς Σικελίας. ἔτος δ' ἦν τῷ πολέμῳ τεσσαρεσκαιδέκατον. καθορμισθέντες δὲ πρὸς τὸ Λιλύβαιον, ἅμα καὶ τῶν πεζικῶν ἐκεῖ στρατοπέδων αὐτοῖς ἀπηντηκότων, ἐνεχείρησαν πολιορκεῖν· ὅτι κρατήσαντες ταύτης, ῥᾳδίως μεταβιβά-

βιβάσουσι τὸν πόλεμον εἰς τὴν Λι-
βύην. σχεδὸν δέ γε περὶ τούτου τοῦ
μέρους καὶ τῶν Καρχηδονίων οἱ προε-
στῶτες ὡμοδόξουν καὶ τοὺς αὐτοὺς εἶ-
χον λογισμοὺς τοῖς Ῥωμαίοις· διὸ καὶ
τἄλλα πάρεργα ποιησάμενοι, περὶ
τὸ βοηθεῖν ἐγίνοντο, καὶ παραβάλλε-
σθαι καὶ πᾶν ὑπομένειν ὑπὲρ τῆς προ-
ειρημένης πόλεως, διὰ τὸ μηδεμίαν
ἀφορμὴν καταλείπεσθαι σφίσι, πά-
σης δὲ τῆς ἄλλης Σικελίας ἐπικρα-
τεῖν Ῥωμαίους, πλὴν Δρεπάνων·
ἵνα δὲ μὴ τοῖς ἀγνοοῦσι τοὺς τόπους
ἀσαφῆ τὰ λεγόμενα γίνηται, πειρα-
σόμεθα διὰ βραχέων ἀγαγεῖν εἰς
ἔννοιαν τῆς εὐκαιρίας καὶ θέσεως αὐ-
42 τῶν τοὺς ἐντυγχάνοντας. Τὴν μὲν
οὖν σύμπασαν Σικελίαν τῇ θέσει
τετάχθαι συμβαίνει πρὸς τὴν
Ἰταλίαν καὶ τὰ ἐκείνης πέρατα, πα-
ραπλησίως τῇ τῆς Πελοποννήσου
θέσει πρὸς τὴν λοιπὴν Ἑλλάδα καὶ
τὰ ταύτης ἄκρα. τούτῳ δ' αὐτῷ
διαφέρειν ἀλλήλων, ᾗ ἐκείνη μὲν νῆ-
σός ἐστιν, ἡ δὲ χερσόννησος. ἧς μὲν
γὰρ ὁ μεταξὺ τόπος ἐστὶ πορευτός,
ἧς δὲ πλωτός. τὸ δὲ σχῆμα τῆς Σι-
κελίας ἐστὶ μὲν τρίγωνον, αἱ δὲ κορυ-
φαὶ τῶν γωνιῶν ἑκάστης ἀκρωτηρίων
λαμβάνουσι τάξεις. ὧν τὸ μὲν πρὸς
μεσημβρίαν νεῦον, εἰς δὲ τὸ Σικε-
λικὸν πέλαγος ἀνατεῖνον, Πάχυνος
καλεῖται. τὸ δ' εἰς τὰς ἄρκτους κεκλι-
μένον, ὁρίζει μὲν τοῦ πορθμοῦ τὸ πρὸς
δύσει μέρος, ἀπέχει δὲ τῆς Ἰταλίας ὡς
δέκα δύο στάδια, προσαγορεύεται δὲ
Πελωριάς. τὸ δὲ τρίτον τέτραπται
μὲν εἰς αὐτὴν τὴν Λιβύην, ἐπίκειται δὲ
τοῖς προειρημένοις τῆς Καρχηδόνος
ἀκρωτηρίοις εὐκαίρως, διέχον ὡς
χιλίους σταδίους. νεύει δ' εἰς χειμερι-
νὰς δύσεις, διαιρεῖ δὲ τὸ Λιβυκὸν καὶ τὸ

Africam facile ſe tranſlaturos. in quo ſenſus ferme idem fuit & ducum Carthaginienſium: qui de ea re non aliter quam Romani judicabant. itaque cætera inſuperhabentes, in eo toti erant, ut opem ferrent, & quidvis auderent, ac nihil non facerent ei urbi ſervandæ: qua amiſſa, Romanis totam Siciliam præter Drepana tenentibus, nullam ipſi amplius in inſula arcem belli erant habituri reliquam. Sed ne locorum imperitis obſcura ſint quæ ſumus dicturi, conabimur opportunitatis & ſitus illorum notitiam aliquam lectoribus dare. Sicilia omnis eodem fere modo ſe habet ratione ſitus, ad Italiam & ejus extrema, quo Peloponneſus ad reliquam Græciam & prominentes illius terminos. hoc differunt, quod inſula illa eſt, hæc peninſula: nam per illius quidem iſthmum, pedibus iter patet: per hujus fretum, navibus. Figuram Sicilia habet trigoni: cujuſque anguli vertices locum obtinent promontoriorum. quod ex iis in meridiem vergit, & in mare Siculum porrigitur, Pachynus vocatur: quod in Septentriones, fretum ab occaſu terminans, diſtanſque ab Italia ad mille paſſus & quingentos, Pelorias dicitur: tertium in ipſam verſum eſt Africam, commode ſitum ad trajectum verſus illa Carthaginis promontoria, de quibus facta eſt antè mentio: diſtatque ab iis M. P. CXXV: vergit ad hibernum occaſum, ac mare Africum Sardoumque divi-

dit,

dit, nomine Lilybæum. in hac parte urbs habitatur ejuſdem cum ipſo loco appellationis: ea eſt quam tunc Romani obſidebant: muris egregie munitam, atque in circuitu altâ foſsâ, & aquis è mari reſtagnantibus: per quas patet ad portum aditus, peritia uſuque multo opus habens. ad hanc quum ab utraque parte bina caſtra poſuiſſent Romani, juncta inter ſe foſſa valloque ac muro: opera verſus turrim mari proximam, quà eſt in pelagus Libycum proſpectus, admovere ceperunt. dum prioribus ſemper aliquid adſtruunt, & operum ſtructuras ulterius proferunt; tandem ſex dejectis turribus jam dictæ continuis, reliquas omnes quatere ariete parant. quum urgeretur acriter terribilemque in modum obſidio, & turres quotidie ruinam minarentur, quædam ruerent: ad hæc opera magis magiſque intra urbem penetrarent: pavor & conſternatio ingens obſeſſos invadit: quantumvis eſſent in urbe præter civilem multitudinem, externorum auxiliorum ad CCIƆƆ. Enimvero dux ipſorum Himilcon nihil eorum quæ fieri poterant prætermittere: ſed dejecta inſtaurans, cuniculos cuniculis eludens, difficultate non mediocri hoſtes afficere. idem quotidie hac illac circumcurſans, & machinis intentus, ſi quo poſſet modo ignem illis injicere, multa hoc fine ac pene temeraria & noctu & interdiu certamina excitavit: ut plures interdum in ejuſmodi dimicationi-

Σαρδόνιον πέλαγος, προσαγορεύεται δὲ Λιλύβαιον. ἐπὶ δὲ τούτῳ πόλις ὁμώνυμος κεῖται τῷ τόπῳ, περὶ ἣν τότε συνέβαινε τοὺς Ῥωμαίους συνίστασθαι τὴν πολιορκίαν· τείχεσι δὲ διαφερόντως ἠσφαλισμένην, καὶ πέριξ τάφρῳ βαθείᾳ καὶ τενάγεσιν ἐκ θαλάττης· δι' ὧν ἐστιν εἰς τοὺς λιμένας εἴσπλους, πολλῆς δεόμενος ἐμπειρίας καὶ συνηθείας. ταύτῃ δὲ προσστρατοπεδεύσαντες ἐξ ἑκατέρου μέρους οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ τὰ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων, τάφρῳ καὶ χάρακι καὶ τείχει διαλαβόντες, ἤρξαντο προσάγειν ἔργα, κατὰ τὸν ἔγγιστα τῆς θαλάττης κείμενον πύργον, ὡς πρὸς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος. προσκατασκευάζοντες δὲ ἀεὶ τοῖς ὑποκειμένοις, καὶ παρεκτείνοντες τῶν ἔργων τὰς κατασκευὰς, τέλος ἓξ πύργους τοὺς συνεχεῖς τῷ προειρημένῳ κατέβαλον· τοὺς δὲ λοιποὺς πάντας ἅμα κριοκοπεῖν ἐνεχείρησαν. γινομένης δ' ἐνεργοῦς καὶ καταπληκτικῆς τῆς πολιορκίας, καὶ τῶν πύργων, τῶν μὲν πονούντων ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν, τῶν δ' ἐρειπομένων, ἅμα δὲ καὶ τῶν ἔργων ἐπιβαινόντων ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐντὸς τῆς πόλεως, ἦν ἰσχυρὰ διατροπὴ καὶ κατάπληξις παρὰ τοῖς πολιορκουμένοις. καίπερ ὄντων ἐν τῇ πόλει χωρὶς τοῦ πολιτικοῦ πλήθους αὐτῶν τῶν μισθοφόρων εἰς μυρίους. οὐ μὴν ἀλλ' ὅ γε στρατηγὸς αὐτῶν Ἰμίλκων, οὐδὲν παρέλιπε τῶν δυνατῶν· ἀλλὰ τὰ μὲν ἀντοικοδομῶν, τὰ δ' ἀντιμεταλλεύων, οὐ τὴν τυχοῦσαν ἀπορίαν παρεῖχε τοῖς ὑπεναντίοις. ἔτι δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπιπορευόμενος, καὶ τοῖς ἔργοις ἐγχειρῶν, εἴ πως δύναιτο πῦρ ἐμβαλεῖν, πολλοὺς ὑπὲρ τούτου τοῦ μέρους καὶ παραβόλους ἀγῶνας δὴ συνίστατο, καὶ μεθ' ἡμέραν καὶ νύ-

κτωρ·

κτωρ· ὥστε πλείους ἐνίοτε γίγνεσθαι νεκροὺς ἐν ταῖς τοιαύταις συμπλοκαῖς, τῶν εἰωθότων πίπτειν ἐν ταῖς
43 παρατάξεσι. κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους τῶν ἡγεμόνων τινὲς τῶν τὰς μεγίστας χώρας ἐχόντων ἐν τοῖς μισθοφόροις, συλλαλήσαντες αὑτοῖς ἑαυτοῖς ὑπὲρ τοῦ τὴν πόλιν ἐνδοῦναι τοῖς Ῥωμαίοις, καὶ πεπεισμένοι πειθαρχήσειν σφίσι τοὺς ὑποτεταγμένους, ἐξεπήδησαν νυκτὸς ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, καὶ διελέγοντο τῷ τῶν Ῥωμαίων στρατηγῷ περὶ τούτων. ὁ δ᾽ Ἀχαιὸς Ἀλέξων, ὁ καὶ τοῖς Ἀκραγαντίνοις κατὰ τοὺς ἐπάνω χρόνους αἴτιος γενόμενος τῆς σωτηρίας, καθ᾽ ὃν καιρὸν ἐπεβάλοντο παρασπονδεῖν αὐτοὺς οἱ τῶν Συρακουσίων μισθοφόροι· καὶ τότε πρῶτος συνεὶς τὴν πρᾶξιν, ἀνήγγειλε τῷ στρατηγῷ τῶν Καρχηδονίων. ὁ δὲ διακούσας, παραχρῆμα συνῆγε τοὺς καταλελειμμένους τῶν ἡγεμόνων, καὶ παρεκάλει μετὰ δεήσεως, μεγάλας δωρεὰς καὶ χάριτας ὑπισχνούμενος, ἐὰν ἐμμείνωσι τῇ πρὸς αὐτὸν πίστει, καὶ μὴ κοινωνήσωσι τοῖς ἐξεληλυθόσι τῆς ἐπιβουλῆς. δεξαμένων δὲ προθύμως τοὺς λόγους, εὐθέως μετ᾽ αὐτῶν ἀπέστειλε, πρὸς μὲν τοὺς Κελτοὺς Ἀννίβαν τὸν υἱὸν τοῦ Ἀννίβου, τοῦ μεταλλάξαντος ἐν Σαρδόνι, διὰ τὴν προγεγενημένην ἐν τῇ στρατείᾳ πρὸς αὐτοὺς συνήθειαν· ἐπὶ δὲ τοὺς ἄλλους μισθοφόρους Ἀλέξωνα, διὰ τὴν παρ᾽ ἐκείνοις ἀποδοχὴν αὐτοῦ καὶ πίστιν. οἱ καὶ συναγαγόντες τὰ πλήθη, καὶ παρακαλέσαντες, ἔτι δὲ πιστωσάμενοι τὰς προτεινομένας ἑκάστοις δωρεὰς ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ, ῥᾳδίως ἔπεισαν αὐτοὺς μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων. διὸ καὶ μετὰ ταῦτα τῶν ἐκπηδησάντων εἰς τὰ τείχη, καὶ βου-

bus deſiderarentur, quam cadere ſoleant, cum acie utrinque inſtructa res agitur. Inter hæc duces quidam præcipui inter mercenarios, conſpiratione facta urbis tradendæ Romanis, perſuaſi obtemperaturos ſibi milites ſuos, in caſtra ex oppido noctu tranſiliunt: déque ea re cum Rom. Conſule agunt. verùm Alexon Achæus, qui ſuperioribus temporibus Agrigentinis, quorum proditionem mercenarii Syracuſanorum moliebantur, ſalutis auctor fuerat: tunc quoque primus fraudem intellexit, & Himilconi aperuit. is re cognita, omnes, qui reſtabant in urbe duces, in unum cogit, hortatur, oratque magna etiam præmia pollicens, ut in data fide maneant: neque proditionis, quam illi agitabant qui exierant, participes eſſe velint. quibus prompto animo aſſentientibus, ad milites conductitios extemplo eos mittit: & una cum ipſis, ad Gallos quidem Hannibalem Hannibalis F. qui in Sardinia vitam finierat, ex veteri commilitio notum ipſis ac familiarem: ad reliquos vero, Alexonem, acceptum ipſis virum & cui facile fidem haberent. hi ſuos quiſque congregare, hortari, & de præmiis quæ dux Pœnus oſtendebat, certam ipſis fidem facere. ita facile ab iis impetrant, ne quid ultra moveant. quare quum poſt hæc qui mœnia tranſiluerant, iterum ad eadem acceſſiſſent, ut ſuos convenirent, & oblatas à Romanis conditiones ipſis

indica-

indicarent: ne auribus quidem admittere eorum ſermones voluerunt: nedum ut ipſis conſentirent: quinimo lapidibus ac telis petitos recedere à mœnibus compellunt. atque ita Carthaginienſes, fidem mutante milite mercenario, minimo minus omnibus ſuis inceptis exciderant illam ob cauſſam: ni Alexo, qui jam ante fidei integritate ſuam Agrigentinis urbem, regionem, leges etiam & libertatem conſervaverat: tunc quoque ne ſummæ rei jacturam Pœni facerent, in cauſſa ſolus extitiſſet. Nihil quidem iſtorum qui erant Carthagine compertum habebant: ſed qui facile conjicerent, quibus rebus ſit obſeſſis opus, naves L milite implent, & Hannibalem Amilcaris F. triremium præfectum, Adherbaliſque amicum præcipuum, qui claſſi huic præerat, multis adhortati, prout res ac tempus exigebant, propere proficiſci jubent: mandantque huic ut miſſa omni lentitudine, ſimulac opportunum foret, auderet, atque obſeſſis opem ferret. Hannibal cum decem miliibus militum ſolvit, & mox Æguſas quas vocant inter Lilybæum & Carthaginem ſitas, appellit: ibique tempus navigationi commodum præſtolatur: deinde ventum nactus ſecundum ac proſperum, paſſis velis omnibus ac flatuum opportunitate uſus, ipſum portus oſtium curſu petit, milites in navium tabulatis armatos & ad pugnam paratos habens. Romani vero partim quod ex inopinato hoſtis apparuiſſet: partim quod metuerent, ne vi ventorum unâ cum

λομένων παρακαλεῖν καὶ λέγειν τι περὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἐπαγγελίας. οὐχ οἷον προσεῖχον αὐτοῖς· ἀλλ' ἁπλῶς οὐδ' ἀκούειν ἠξίουν. βάλλοντες δὲ τοῖς λίθοις καὶ συνακοντίζοντες, ἀπεδίωξαν ἀπὸ τοῦ τείχους. Καρχηδόνιοι μὲν οὖν διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, παρὰ μικρὸν ἦλθον ἀπολέσαι τὰ πράγματα, παρασπονδηθέντες ὑπὸ τῶν μισθοφόρων. Ἀλέξων δὲ πρότερον Ἀκραγαντίνους ἔσωσε διὰ τὴν πίστιν, οὐ μόνον τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν, ἀλλὰ καὶ τοὺς νόμους καὶ τὴν ἐλευθερίαν· τότε δὲ Καρχηδονίοις αἴτιος ἐγένετο, τοῦ μὴ σφαλῆναι τοῖς ὅλοις. οἱ δ' ἐν τῇ 44
Καρχηδόνι τούτων μὲν οὐδὲν εἰδότες, συλλογιζόμενοι δὲ τὰς ἐν ταῖς πολιορκίαις χρείας, πληρώσαντες στρατιωτῶν πεντήκοντα ναῦς, καὶ παρακαλέσαντες τοῖς ἁρμόζουσι λόγοις τῆς πράξεως τὸν ἐπὶ τούτοις τεταγμένον Ἀννίβαν, ὃς ἦν Ἀμίλκου μὲν υἱός, τριήραρχος δὲ καὶ φίλος Ἀτάρβου πρῶτος, ἐξαπέστειλαν κατὰ σπουδήν, ἐντειλάμενοι μὴ καταμελῆσαι. χρησάμενον δὲ σὺν καιρῷ τῇ τόλμῃ, βοηθῆσαι τοῖς πολιορκουμένοις. ὁ δ' ἀναχθεὶς μετὰ μυρίων στρατιωτῶν, καὶ καθορμισθεὶς ἐν ταῖς καλουμέναις Αἰγούσαις, μεταξὺ δὲ κειμέναις Λιλυβαίου καὶ Καρχηδόνος, ἐπετήρει τὸν πλοῦν. λαβὼν δ' οὔριον καὶ λαμπρὸν ἄνεμον, ἐκπετάσας πᾶσι τοῖς ἀρμένοις καὶ κατουρώσας, ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ἔχων καθωπλισμένους καὶ πρὸς μάχην ἑτοίμους τοὺς ἄνδρας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὰ μὲν αἰφνιδίου γινομένης τῆς ἐπιφανείας, τὰ δὲ φοβούμενοι μὴ σὺν τοῖς πολε-

μίοις ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πνεύματος συγκατενεχθῶσιν εἰς τὸν λιμένα τῶν ὑπεναντίων, τὸ μὲν διακωλύειν τὸν εἴσπλουν τῆς βοηθείας ἀπέγνωσαν. ἐπὶ δὲ τῆς θαλάττης ἔστησαν καταπεπληγμένοι τὴν τῶν πολεμίων τόλμαν. τὸ δὲ ἐκ τῆς πόλεως πλῆθος ἠθροισμένον ἐπὶ τὰ τείχη πᾶν ἅμα μὲν ἠγωνία τὸ συμβησόμενον, ἅμα δ' ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς ἐλπίδος ὑπερχαρὲς ὑπάρχον, μετὰ κρότου καὶ κραυγῆς παρεκάλει τοὺς εἰσπλέοντας. Ἀννίβας δὲ παραβόλως καὶ τεθαρρηκότως εἰσδραμὼν καὶ καθορμισθεὶς εἰς τὸν λιμένα, μετ' ἀσφαλείας ἀπεβίβασε τοὺς στρατιώτας. οἱ δ' ἐν τῇ πόλει πάντες οὐχ οὕτως ἦσαν ἐπὶ τῇ τῆς βοηθείας παρουσίᾳ περιχαρεῖς, καίπερ μεγάλην ἐλπίδα καὶ χεῖρα προσειληφότες, ὡς ἐπὶ τῷ μὴ τετολμηκέναι τοὺς Ῥωμαίους κωλῦσαι
45 τὸν ἐπίπλουν τῶν Καρχηδονίων. Ἰμίλκων δ' ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως στρατηγὸς, θεωρῶν τὴν ὁρμὴν καὶ προθυμίαν, τῶν μὲν ἐν τῇ πόλει διὰ τὴν παρουσίαν τῆς βοηθείας, τῶν δὲ παραγεγονότων διὰ τὴν ἀπειρίαν τῶν περιεστώτων κακῶν· βουλόμενος ἀκεραίοις ἀποχρήσασθαι ταῖς ἑκατέρων ὁρμαῖς, πρὸς τὴν διὰ τοῦ πυρὸς ἐπίθεσιν τοῖς ἔργοις, συνῆγε πάντας εἰς ἐκκλησίαν. παρακαλέσας δὲ τῷ καιρῷ τὰ πρέποντα διὰ πλειόνων, καὶ παραστήσας ὁρμὴν ὑπερβάλλουσαν διά τε τὸ μέγεθος τῶν ἐπαγγελιῶν τοῖς κατ' ἰδίαν ἀνδραγαθήσουσι, καὶ τὰς κατὰ κοινὸν ἐσομένας χάριτας αὐτοῖς καὶ δωρεὰς παρὰ Καρχηδονίων, ὁμοθυμαδὸν ἐπισημαινομένων καὶ βοώντων μὴ μέλλειν, ἀλλ' ἄγειν αὐτούς· τότε μὲν ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος τὴν

hoſtibus in portum deferrentur, aditu quidem prohibere adveniens auxilium ſuperſedent: verùm ad mare progreſſi ſubſiſtunt eo loci, Pœnorum audaciam cum ſtupore ſpectantes. oppidanorum turba in unum congregata, ſtanſque in mœnibus, anxia ſimul ac ſollicita de eventu, & ſpe inopinati auxilii ſupra modum læta, plauſu & clamore portum ſubeuntibus animos addebat. Hannibal audaci ad temeritatem uſque facinore delatus curſu, ut portum tenuit, tuto copias in terram expoſuit. tum enimvero qui in urbe erant gaudio ovare: non tam propter allatam ſibi in præſens opem: etſi magna tum ſpe, tum auxiliorum manu ſuſceptâ: quàm eo potiſſimum nomine, quod Pœnos Romani appulſu prohibere non eſſent auſi. Himilco præfectus urbi, motu atque alacritate omnium perſpecta: oppidanorum propter ſubſidii adventum: eorum qui advenerant, quod urgentia obſeſſos mala necdum erant experti: ratus priuſquam reſideret hic in utriſque animorum impetus, eo ſibi integro adhuc utendum ad machinis ignem injiciendum: ad concionem cunctos vocat: ibi multis eos hortatus, prout res poſcere videbatur, ingenti cupiditate pugnæ in omnium animis excitata: cum magnitudine eorum quę viritim cuique fortium promittebantur: tum publicæ etiam liberalitatis ac munificentiæ à Rep. Carthaginienſium facta ſpe: cunctis una voce aſſentientibus, ac clamore ſublato educi poſcentibus; tunc quidem illos laudatos, quum gratam ſibi hanc ipſorum alacrita-

critatem digiſſet, dimittit: dato mandato, ut ad quietem mature ſe reciperent, ac de cætero ducibus obtemperarent. mox ductores ordinum ad ſe vocat: idoneos ad faciendam impreſſionem locis opportunis diſtribuit: dat teſſeram: inchoandi tempus aperit: ductoribus imperat, ut cum omnibus ſuis circa matutinam vigiliam certis locis ſe ſiſtant. quibus juſſa facientibus, eductis luce prima copiis, pluribus ſimul locis machinas invadit. Romani, qui præviderant quod futurum erat, neque ceſſabant, neque erant imparati, ſed promptè, quò res cunque vocabat laturi opem accurrebant, hoſtibuſque fortiter reſiſtebant. nec longa mora eſt, cum totis utrinque viribus concurritur, fitque pugna atrox circa mœnia. nam ex urbe ad viginti hominum millia exierant: quem numerum aliquanto ſuperabant, qui foris erant. quoniam autem non ſervatis ordinibus, ſed promiſcuè pugnabatur, ut quemque ferebat impetus: eo pugna erat acrior: ut pote, quum è tanta multitudine paſſim vir cum viro, ordo cum ordine pari ardore dimicarent, ac fieri ſolet in ſingulari certamine. verumtamen clamor ac pugnantium globus præcipuus circa machinas extitit. nam qui utrinque à principio ob id ipſum collocati fuerant, hi ut operum cuſtodiæ appoſitos fugarent: illi ne ſinerent damnum his inferri: tanta æmulatione gloriæ atque contentione ſunt uſi, dum alii propellere nituntur, alii cedere nequaquam ſuſtinent, ut præ nimio ſtu-

προθυμίαν ἀφῆκε, παραγγείλας ἀναπαύεσθαι καθ' ὥραν, καὶ πειθαρχεῖν τοῖς ἡγουμένοις· μετ' οὐ πολὺ δὲ συγκαλέσας τοὺς προεστῶτας αὐτῶν, διένειμε τοὺς ἁρμόζοντας πρὸς τὴν ἐπίθεσιν ἑκάστοις τόποις, καὶ τὸ σύνθημα καὶ τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθέσεως ἐδήλωσε, καὶ παρήγγειλε τοῖς ἡγεμόσι μετὰ πάντων τῶν ὑποτεταγμένων ἐπὶ τοῖς τόποις ἑωθινῆς εἶναι φυλακῆς. τῶν δὲ πειθαρχησάντων, ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν ἅμα τῷ φωτὶ, κατὰ πλείους τόπους ἐνεχείρει τοῖς ἔργοις. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι διὰ τὸ προορᾶσθαι τὸ μέλλον, οὐκ ἀργῶς, οὐδ' ἀπαρασκεύως εἶχον, ἀλλ' ἑτοίμως παρεβοήθουν πρὸς τὸ δεόμενον, καὶ διεμάχοντο τοῖς πολεμίοις ἐρρωμένως. πάντων ἐν βραχεῖ χρόνῳ συμπεσόντων ἀλλήλοις, ἦν ἀγὼν παράβολος πέριξ τοῦ τείχους. οἱ μὲν γὰρ ἐκ τῆς πόλεως ἦσαν οὐκ ἐλάττους δισμυρίων, οἱ δ' ἔξωθεν ἔτι πλείους τούτων. ὅσῳ δὲ συνέβαινε τοὺς ἄνδρας ἐκτὸς τάξεως ποιεῖσθαι τὴν μάχην ἀναμὶξ κατὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις, τοσούτῳ λαμπρότερος ἦν ὁ κίνδυνος· ὡς ἂν ἐκ τοσούτου πλήθους κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ ζυγὸν οἱονεὶ μονομαχικῆς συνεστώσης περὶ τοὺς ἀγωνιζομένους τῆς φιλοτιμίας· οὐ μὴν ἀλλ' ἥ τε κραυγὴ καὶ τὸ σύστρεμμα, διαφέρον ἦν πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἔργοις. οἱ γὰρ ἀρχῆθεν ἐπ' αὐτῷ τούτῳ παρ' ἀμφοῖν ταχθέντες, οἱ μὲν ἐπὶ τῷ τρέψασθαι τοὺς ἐπὶ τῶν ἔργων, οἱ δ' ἐπὶ τῷ μὴ προέσθαι ταῦτα, τηλικαύτην ἐποιοῦντο φιλοτιμίαν καὶ σπουδὴν, οἱ μὲν ἐξῶσαι σπεύδοντες, οἱ δ' οὐδαμῶς εἶξαι τούτοις τολμῶντες διὰ τὴν προθυμίαν· τέλος ἐν ταὐτῷ μένον-

τες ταῖς ἐξ ἀρχῆς χώραις, ἀπέθνησκον. οἱ γε μὴν ἅμα τούτοις ἀναμεμιγμένοι, δᾷδα καὶ στυππεῖον καὶ πῦρ ἔχοντες, οὕτω τολμηρῶς καὶ πανταχόθεν ἅμα προσπίπτοντες ἐνέβαλλον ταῖς μηχαναῖς, ὥστε τοὺς Ῥωμαίους εἰς τὸν ἔσχατον παραγενέσθαι κίνδυνον, μὴ δυναμένους κατακρατῆσαι τῆς τῶν ἐναντίων ἐπιβολῆς. ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς θεωρῶν ἐν μὲν τῷ κινδύνῳ πολλοὺς ἀποθνήσκοντας, οὗ δ᾽ ἕνεκα ταῦτ᾽ ἔπραττεν, οὐ δυνάμενος κρατῆσαι τῶν ἔργων, ἀνακαλεῖσθαι τοὺς ἑαυτοῦ παρήγγειλε τοῖς σαλπικταῖς. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παρ᾽ οὐδὲν ἐλθόντες τοῦ πάσας ἀποβαλεῖν τὰς παρασκευάς, τέλος ἐκράτησαν τῶν ἔργων, καὶ πάντα διετήρησαν ἀσφαλῶς.
46 ὁ μὲν οὖν Ἀννίβας μετὰ τὴν χρείαν ταύτην ἐξέπλευσε νύκτωρ ἔτι μετὰ τῶν νεῶν, λαθὼν τοὺς πολεμίους, εἰς τὸ Δρέπανον, πρὸς Ἀτάρβαν τὸν Καρχηδονίων στρατηγόν. διὰ γὰρ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, καὶ τὸ κάλλος τοῦ περὶ τὸ Δρέπανον λιμένος, ἀεὶ μεγάλην ἐποιοῦντο τὴν σπουδὴν οἱ Καρχηδόνιοι περὶ τὴν φυλακὴν αὐτοῦ. συμβαίνει δὲ τοῦ Λιλυβαίου τοῦτον ἀπέχειν τὸν τόπον, ὡς ἂν ἑκατὸν καὶ εἴκοσι στάδια. τοῖς δ᾽ ἐν τῇ Καρχηδόνι βουλομένοις μὲν εἰδέναι τὰ περὶ τὸ Λιλύβαιον, οὐ δυναμένοις δέ, διὰ τὸ τοὺς μὲν συγκεκλεῖσθαι, τοὺς δὲ παραφυλάττεσθαι φιλοτίμως, ἐπηγγείλατό τις ἀνὴρ τῶν ἐνδόξων, Ἀννίβας ἐπικαλούμενος, Ῥόδιος, εἰσπλεύσας εἰς τὸ Λιλύβαιον, καὶ γενόμενος αὐτόπτης, ἅπαντα διασαφήσειν. οἱ δὲ τῆς ἐπαγγελίας μὲν ἀσμένως ἤκουσαν. οὐ μὴν ἐπίστευόν γε διὰ τὸ τὸν στόλον τοὺς Ῥωμαίους ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν εἴσπλουν στόματος ἐφορμεῖν. ὁ δὲ καταρτίσας

dio, iiſdem locis, in quibus ante pugnam collocati fuerant, tandem immorerentur. at permiſti his alii faces, ſtuppas atque ignem habentes, tanta audacia omni ex parte machinas invadebant, ut extremum periculum Romani adirent, hoſtilem impetum coërcere non valentes. Pœnus, quum in pugna multos cadere videret, neque tamen in poteſtatem opera redigi, cujus rei cauſſa certamen aggreſſus fuerat, tubicines receptui canere jubet. Romani vero qui omnes ſuos apparatus tantum non amiſerant, potiti tandem operum, tuto omnia conſervarunt. Secundum hæc Hannibal inſciis hoſtibus priuſquam illuceſceret, Drepanum ad Adherbalem ducem Carthaginienſium eſt profectus. nam propter loci opportunitatem, & portus Drepanitani præſtantiam, plurimum ſemper ſtudii adhibuere Pœni, ut id oppidum cuſtodirent: quod à Lilybæo abeſt ad millia paſſuum quindecim. quum autem qui domi erant Carthaginienſes, quid ageretur Lilybæi, ſcire cuperent, nec tamen poſſent: quod alii tenerentur incluſi, alii diligenter obſervarentur: vir quidam ex honoratis, cui nomen Hannibali erat, genere Rhodius, recepit, ſe navi urbem ingreſſurum, & quæ vidiſſet ipſe, cuncta renunciaturum. grata quidem hæc pollicitatio illis erat: ſed fidem tamen homini non habebant: quod Romana claſſis ad anchoras ſtaret in oſtio quà aditur ad portum. ille propriam

ſibi

ſibi navem parat; deinde in altum evectus, ad unam ex iis inſulis tranſmittit, quæ ante Lilybæum ſunt ſitæ. poſtridie ejus diei uſus opportune vento ſecundo, circa horam quartam in oculis omnium hoſtium, qui miraculo tantæ audaciæ defixi ſtabant, portum eſt ingreſſus: ac ſtatim die ſequenti ad reditum ſe accinxit. Conſul quo diligentius aditum omni ex parte cuſtodiret, inſtructis per noctem navibus x quàm expeditiſſimis, ſtabat ipſe in littore cum omni exercitu, ſpectator eorum quæ gerebantur. naves vero ab utraque parte ad paludis voraginem quantum fieri poterat accedentes, remos quaſi alatæ ſuſtinebant, ad invadendum & comprehendendum navem quæ erat exitura. at Rhodius ora palàm ſoluta, adeo hoſtibus inſultavit audacia fretus & velocitate navigandi, ut non ſolum illæſus ipſe cum navi & viris qui in ea erant præteriret, quaſi ſtantes naves Romanas prætervectus: ſed etiam remis ſublatis curſum aliquantiſper ſiſteret, ac modo adnavigans, modo circumnavigans, velut ad pugnam hoſtem provocaret. ubi nemo propter remigii celeritatem contra progredi audet, poſtquam nave unica claſſi univerſæ hoſtium inſultaſſet, abit. ac deinceps quoque idem faciens, magno uſui Carthaginienſibus fuit: cum ſubinde quæ poſtulabat uſus illis nuntiaret: obſeſſis animos adderet: Romanos projecta hac audacia in ſtuporem daret. Porro ut tantum facinus auderet, multum eo adjuvabatur; quod brevium illorum peri-

τὴν ἰδίαν ναῦν, ἀνήχθη. καὶ διάρας εἴς τινα τῶν πρὸ τοῦ Λιλυβαίου κειμένων νήσων, τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ λαβὼν εὐκαίρως ἄνεμον οὔριον, περὶ τετάρτην ὥραν ἁπάντων τῶν πολεμίων ὁρώντων, καὶ καταπεπληγμένων τὴν τόλμαν, εἰσέπλευσε. καὶ τὴν κατόπιν εὐθέως ἐγίνετο περὶ ἀναγωγήν. ὁ δὲ τῶν Ρωμαίων στρατηγὸς βουλόμενος ἐπιμελέστερον τὸν κατὰ τὸν εἴσπλουν τόπον τηρεῖν, ἐξηρτυκὼς ἐν τῇ νυκτὶ δέκα ναῦς τὰς ἄριστα πλεούσας, αὐτὸς μὲν ἐπὶ τοῦ λιμένος ἑστὼς, ἐθεώρει τὸ συμβαῖνον, ὁμοίως δὲ καὶ πᾶν τὸ στρατόπεδον· αἱ δὲ νῆες τοῦ στόματος ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν, ἐφ' ὅσον ἦν δυνατὸν ἔγγιστα τοῖς τενάγεσι προσάγειν, ἐπεῖχον, ἐπτερωκυῖαι πρὸς τὴν ἐμβολὴν καὶ σύλληψιν τῆς ἐκπλεῖν μελλούσης νεώς. ὁ δὲ Ρόδιος τὴν ἀναγωγὴν ἐκ τοῦ προφανοῦς ποιησάμενος, οὕτω κατανέστη τῶν πολεμίων τῇ τε τόλμῃ, καὶ τῷ ταχυναυτεῖν, ὥστ' οὐ μόνον ἄτρωτον ἐξέπλευσε, τὴν ναῦν ἔχων καὶ τοὺς ἄνδρας, οἷον ἑστῶτα παραδραμὼν τὰ σκάφη τῶν ὑπεναντίων· ἀλλὰ καὶ βραχὺ προαναπλεύσας ἐπέστη πτερώσας τὴν ναῦν, ὡσανεὶ προκαλούμενος τοὺς πολεμίους. οὐδενὸς δὲ τολμῶντος ἐπ' αὐτὸν ἀνάγεσθαι διὰ τὸ τάχος τῆς εἰρεσίας, ἀπέπλευσε καταναστὰς μιᾷ νηῒ παντὸς τοῦ τῶν ἐναντίων στόλου. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη πλεονάκις ποιῶν ταὐτὸ τοῦτο, μεγάλην χρείαν παρείχετο· τοῖς μὲν Καρχηδονίοις ἀεὶ τὰ κατεπείγοντα διασαφῶν· τοὺς δὲ πολιορκουμένους εὐθαρσεῖς παρασκευάζων· τοὺς δὲ Ρωμαίους καταπληττόμενος τῷ παραβόλῳ· μέγιστα δὲ συνεβάλλετο 47
πρὸς τὴν τόλμαν αὐτοῦ, τὸ διὰ τῆς

βραχέων ἐκ τῆς ἐμπειρίας ἀκριβῶς σεσημειῶσθαι τὸν εἴσπλουν. ὑπεράρας γὰρ καὶ φαινόμενος ἐπεδίδει, ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν μερῶν ἐλάμβανε τὸν ἐπὶ τῆς θαλάττης πύργον κατὰ πρῷραν οὕτως, ὥστε τοῖς πρὸς τὴν Λιβύην τετραμμένοις πύργοις τῆς πόλεως ἐπίπροσθεν εἶναι πᾶσι. δι' οὗ τρόπου μόνως ἐστὶ δυνατὸν ἐξ οὐρίας πλέουσι τοῦ κατὰ τὸν εἴσπλουν στόματος ἐπιτυχεῖν. τῇ δὲ τοῦ Ῥοδίου τόλμῃ πιστεύσαντες, καὶ πλείους ἀπεθάῤῥησαν τῶν εἰδότων τοὺς τόπους τὸ παραπλήσιον ποιεῖν, ἐξ ὧν οἱ Ῥωμαῖοι δυσχρηστούμενοι τῷ συμβαίνοντι, χωννύειν τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐπεχείρησαν. κατὰ μὲν οὖν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἐπιβολῆς, οὐδὲν ἤνυον, διὰ τὸ βάθος τῆς θαλάττης, καὶ διὰ τὸ μηθὲν δύνασθαι τῶν ἐμβαλλομένων στῆναι, μηδὲ συμμεῖναι τὸ παράπαν· ἀλλ' ὑπό τε τοῦ κλύδωνος καὶ τῆς τοῦ ῥοῦ βίας τὸ ῥιπτόμενον εὐθέως ἐν τῇ καταφορᾷ παρωθεῖσθαι καὶ διασκορπίζεσθαι. κατὰ δέ τινα τόπον ἔχοντα βράχεα, συνέστη χῶμα μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας· ἐφ' ᾧ τετρήρης ἐκτρέχουσα νυκτὸς ἐκάθισε, καὶ τοῖς πολεμίοις ὑποχείριος ἐγένετο, διαφέρουσα τῇ κατασκευῇ τῆς ναυπηγίας. ἧς οἱ Ῥωμαῖοι κρατήσαντες, καὶ πληρώματα καταρτίσαντες ἐπίλεκτα, πάντας τοὺς εἰσπλέοντας, μάλιστα δὲ τὸν Ῥόδιον ἐπετήρουν. ὁ δὲ κατὰ τύχην εἰσπλεύσας νυκτὸς, μετὰ ταῦτα πάλιν ἀνήγετο φανερῶς. θεωρῶν δ' ἐκ καταβολῆς αὐτῷ τὴν τετρήρη συνεξορμήσασαν, γνοὺς τὴν ναῦν διεταράχθη. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὥρμησεν ὡς καταταχήσων· τῷ δὲ τοῦ πληρώματος κατισχυόμενος καταλαμβανό-

tus, ſemitam in iis, quà patet aditus, exacte notaverat. nam ubi pelagus medium emenſus, in conſpectu eſſe ceperat, quaſi ex Italia veniret, ſic navem dirigebat, ut ad proram habens turrim mari proximam, cæteris omnibus turribus Africam ſpectantibus, quo minus ipſe videretur hæc obſtaret. qua ſola ratione poſſunt qui vento ſecundo feruntur, à faucibus in aditu non aberrare. audacia Rhodii pluribus locorum peritis fiduciam adjecit, ut idem atque ille auderent. qua ex re quum magna Romani incommoda acciperent, fauces portus obſtruere ſunt aggreſſi. in cæteris partibus propter maris altitudinem, & quod nihil eorum quæ injiciebantur conſiſtere, aut omnino manere eodem loco poterat: ſed ſemper quicquid immitteretur in ipſo deſcenſu à fluctibus & fluentium aquarum violentia protrudebatur, atque in diverſa raptabatur, non procedebat inceptum: uno quodam loco, mari vadoſo, labore improbo agger excitatus eſt: ſuper quo ſidens quadriremis arte ſingulari fabrefacta, quæ noctu excurrerat, in hoſtium poteſtatem venit. hac capta & ſelecto remigio militeque inſtructa, Romani omnes qui veherentur, maxime autem illum Rhodium obſervabant. ille caſu noctis ſilentio ingreſſus, rediturus poſtea palàm ſolvit. qui animadverſo quadriremem ad omnes motus ſuæ navis ſubinde pariter ſe moviſſe, nave agnita, perturbatus eſt. primò igitur celeritate navigandi erumpere tentavit: ſed cum propter præſtantiam remigii jam-jam

jam eſſet comprehendendus, convertere tandem & certamen inire eſt coactus. verum qui à milite claſſiario facile vinceretur, (nam & plures erant Romani & ſelecti:) in hoſtium poteſtatem cadit. qui hac etiam affabre facta navi potiti, neceſſariis omnibus rebus illam inſtruunt, ac deinceps eorum audaciam, qui Lilybæum curſu petebant, coërcent. quum autem obſeſſi, inſtaurare quidem ut quidque erat dejectum, ſtrenue pergerent, ſed apparatus hoſtium perdendi corrumpendique ſpem omnem amiſiſſent: venti exoritur tempeſtas, ea violentia atque impetu in machinarum fulcra, quibus agebantur, flatus immittens; ut etiam porticus illarum concuteret, ſtructaſque ante opera turres vi abriperet. cum quidem è mercenariis Græcis nonnulli animadvertentes quantam hæc tempeſtas opportunitatem daret tormenta corrumpendi, conſilium duci aperiunt. quo rem approbante, ac neceſſaria omnia ſtatim parante: juvenes iſti, manu facta, tribus ex partibus ignem operibus injiciunt. erant illa ad facile concipiendum ignem cum primis apta, ut pote multo ante facta: tum autem ventorum flatus ita vehementer ſpirabat, ut ipſas turrium atque machinarum baſes concuteret: eo fit, ut omnia depaſcens ignis magna vi atque efficacia graſſaretur: cum interea Romanis impediendi atque opis ferendæ omnes omnino rationes eſſent difficiles, & conſilia irrita. tantum namque ille caſus pavoris afferebat opitulantibus, ut neque in-

μένος, τέλος ἐπιστρέψας ἠναγκάσθη συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις. καταπονούμενος δὲ τοῖς ἐπιβάταις διά τε τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν ἀνδρῶν, ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριος. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κυριεύσαντες καὶ ταύτης τῆς νεὼς εὖ κατεσκευασμένης, καὶ καταρτίσαντες αὐτὴν τοῖς πρὸς τὴν χρείαν, οὕτως ἐκώλυσαν τοὺς κατατολμῶντας καὶ πλέοντας εἰς τὸ Λιλύβαιον.

τῶν δὲ πολιορκουμένων ταῖς μὲν ἀντοικοδομίαις ἐνεργῶς χρωμένων, τοῦ δὲ λυμαίνεσθαι καὶ διαφθείρειν τὰς τῶν ὑπεναντίων παρασκευὰς ἀπεγνωκότων· γίνεταί τις ἀνέμου στάσις ἔχουσα τηλικαύτην βίαν καὶ φορὰν εἰς αὐτὰς τὰς τῶν μηχανημάτων προσαγωγάς, ὥστε καὶ τὰς στοὰς διασαλεύειν, καὶ τοὺς προκειμένους τούτων πύργους τῇ βίᾳ βαστάζειν. ἐν ᾧ καιρῷ συννοήσαντές τινες τῶν Ἑλληνικῶν μισθοφόρων τὴν ἐπιτηδειότητα τῆς περιστάσεως πρὸς τὴν τῶν ἔργων διαφθοράν, προσφέρουσι τῷ στρατηγῷ τὴν ἐπίνοιαν. τοῦ δὲ δεξαμένου, καὶ ταχέως ἑτοιμάσαντος πᾶν τὸ πρὸς τὴν χρείαν ἁρμόζον· συστραφέντες οἱ νεανίσκοι κατὰ τρεῖς τόπους ἐνέβαλον πῦρ τοῖς ἔργοις. ὡς δ' ἂν τῶν μὲν κατασκευασμάτων διὰ τὸν χρόνον εὖ παρεσκευασμένων πρὸς τὸ ῥᾳδίως ἐμπρησθῆναι, τῆς δὲ τοῦ πνεύματος βίας φυσώσης, καὶ αὐτῶν τῶν πύργων καὶ μηχανημάτων διασαλευούσης τὰς βάσεις, τὴν μὲν νομὴν τοῦ πυρὸς ἐνεργὸν συνέβαινε γίνεσθαι καὶ πρακτικήν· τὰς δ' ἐπικουρίαν καὶ βοήθειαν τοῖς Ῥωμαίοις εἰς τέλος ἄπρακτον καὶ δυσχερῆ. τοιαύτην γὰρ ἔκπληξιν παρείχετο τὸ συμβαῖνον τοῖς βοηθοῦσιν, ὥστε μήτε συννοῆσαι 48

μήτε συνιδεῖν δύνασθαι τὸ γιγνόμενον. ἀλλ' ἀποσκοτουμένους ὑπὸ τῆς εἰς αὐτοὺς φερομένης λιγνύος καὶ τῶν φεψαλύγων, ἔτι δὲ τοῦ καπνοῦ πολυπληθίας, οὐκ ὀλίγους ἀπόλλυσθαι καὶ πίπτειν, μὴ δυναμένους ἐγγίσαι πρὸς αὐτὴν τὴν τοῦ πυρὸς βοήθειαν. ὅσῳ δὲ μείζω συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν δυσχρηστίαν περὶ τοὺς ὑπεναντίους διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας, τοσούτῳ πλείων εὐχρηστία περὶ τοὺς ἐνιέντας ἦν τὸ πῦρ. τὸ μὲν γὰρ προσκοτοῦν καὶ βλάπτειν δυνάμενον, πᾶν ἐξεφυσᾶτο καὶ προωθεῖτο κατὰ τῶν ὑπεναντίων. τὸ δὲ βαλλόμενον ἢ ῥιπτούμενον, ἐπί τε τοὺς βοηθοῦντας, καὶ τὴν τῶν ἔργων διαφθοράν, εὔστοχον μὲν ἐπεγίνετο διὰ τὸ συνορᾶν τοὺς ἀφιέντας τὸν περὶ αὐτῶν τόπον. πληκτικὸν δὲ διὰ τὸ γίγνεσθαι σφοδρὰν τὴν πληγήν, συνεργούσης τοῖς βάλλουσι τῆς τοῦ πνεύματος βίας. τὸ δὲ πέρας, τοιαύτην συνέβη γενέσθαι τὴν συντέλειαν τῆς καταφθορᾶς· ὥστε καὶ τὰς βάσεις τῶν πύργων, καὶ τὰ τύπη τῶν κριῶν ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀχρειωθῆναι. τούτων δὲ συμβάντων, τὸ μὲν ἔτι διὰ τῶν ἔργων πολιορκεῖν, ἀπέγνωσαν οἱ Ῥωμαῖοι. περιταφρεύσαντες δέ, καὶ χάρακι περιλαβόντες κύκλῳ τὴν πόλιν, ἔτι δὲ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας τεῖχος περιβαλόμενοι, τῷ χρόνῳ παρέδοσαν τὴν πρᾶξιν. οἱ δ' ἐν τῷ Λιλυβαίῳ τὸ πεπτωκὸς ἐξοικοδομησάμενοι τεῖχος, εὐθαρσῶς ὑπέμενον ἤδη τὴν πολιορκίαν.

49 Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην προσπεσόντων τούτων, καὶ μετὰ ταῦτα πλειόνων ἀναγγελλόντων, διότι συμβαίνει τῶν ἀπὸ τοῦ στόλου πληρωμάτων τὸ πλεῖστον μέρος, ἔν τε τοῖς ἔργοις, καὶ τῇ καθόλου πολιορκίᾳ διεφθάρθαι, σπουδῇ κατέγραφον ναύτας, καὶ συναθροίσαντες

telligerent neque viderent, quæ gerebantur. verum tenebris obtecti, cum in eos ferrentur fuligo, ſcintillæ micantes, & fumus, iſque denſiſſimus, pereuntes, cadebant multi, prius quàm ad defendendum ignem poſſent accedere. quo autem plura incommoda Romani ea dimicatione perferebant: eo melius cum iis agebatur, qui ignem injiciebant. nam quicquid obtenebrare lædereve poterat, id omne ventorum flatus in hoſtem impellebat: eorum vero quæ immittebantur jaciebanturve in defendentes aut ad conflagrationem machinarum, nihil extra ſcopum ferebatur, oculis probe utentibus qui mittebant: ſed ad victoriam ſingula proficiebant, propter ictus vehementiam, ipſâ ventorum violentiâ jactum adjuvante. Tandem uſque adeo ſunt corruptæ machinæ, ut & baſes turrium & arietum acumina ignis redderet inutilia. propter hæc Romani de expugnando per vim Lilybæo ſpem omnem ponere: & quum foſſa valloque urbem ab omni parte cinxiſſent, caſtrorumque locum muro circumdediſſent, tempori rem permittere. oppidani contra, inſtaurata muri parte quæ ceciderat, obſidionem de cætero magno animo tolerabant. Harum rerum fama Romam perlata, mox etiam renuntiantibus multis, partem maximam ſociorum navalium militumque claſſis Rom. quà in propugnatione tormentorum, quà in cætera obſidione fuiſſe interemtam: magno ardore militiæ nomina dabant, conſcriptus eſt de-

cem

cem M exercitus, atque in Siciliam miſſus. quibus per fretum trajectis, quum ad caſtra pedibus perveniſſent: Pub. Claudius C o s. tribunis convocatis, Jam, inquit, opportunum eſt, omni claſſe Drepana proficiſci: Adherbalem enim Pœnorum ducem loci illius præfectum, imparatum eſſe ac futuri ſecurum: ut pote qui de ſupplemento quod recens advenerat nihil dum reſciret; & cui ſatis acceptum eſſet, Romanos, poſt tantam cladem in obſidione contractam, claſſem habere in mari non poſſe. cunctis ex facili aſſentientibus, veteres novoſque remiges è veſtigio navibus imponit, cum ſelectis epibatis, qui ex univerſis legionibus ultro ſeſe offerebant: quod nec longa navigatio eſſet conficienda, & paratæ prædæ ſpes oſtenderetur. his ita proviſis, nemine hoſtium animadvertente, circa mediam noctem ſolvit claſſis. quæ initio conferta, ad dextram littus habens, navigabat. ſimul illuxit, primis navibus quæ Drepano jam propinquabant, apparere incipientibus: iis conſpectis ſtupere primò Adherbal ad inopinatæ rei ſpectaculum: ſed quum ad ſe illico rediiſſet, nec jam dubitaret hoſtem imminere: quidvis ſibi ſtatuit experiundum, quidvis tolerandum eſſe, prius quàm obſidione, quæ manifeſtò pararetur, cingi ſe pateretur. igitur claſſiarium militem remigeſque repente cogit in littore: mercenarios è civitate per præconem convocat. ubi convenêre omnes, brevi inſtituta ad eos oratione, victoriæ ſpem, ſi prælium navale non detrectarint: ſin autem

εἰς μυρίους, ἐξέπεμψαν εἰς τὴν Σικελίαν. ὧν διὰ τοῦ πορθμοῦ περαιωθέντων, καὶ πεζῇ παραγινομένων εἰς τὸ στρατόπεδον. συναγαγὼν τοὺς χιλιάρχους ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Πόπλιος Κλαύδιος, ἔφη, καιρὸν εἶναι πλεῖν ἐπὶ τὰ Δρέπανα παντὶ τῷ στόλῳ. τὸν γὰρ στρατηγὸν τῶν Καρχηδονίων τὸν Ἀπάρβαν τὸν τεταγμένον ἐπ᾽ αὐτῶν, ἀπαράσκευον εἶναι πρὸς τὸ μέλλον· ἀγνοοῦντα μὲν τὴν παρουσίαν τῶν πληρωμάτων, πεπεισμένον δὲ μὴ δύνασθαι πλεῖν τὸν αὐτῶν στόλον, διὰ τὴν γεγενημένην ἐν τῇ πολιορκίᾳ καταφθορὰν τῶν ἀνδρῶν. πρὸ χεῖρας δ᾽ αὐτῶν συγκατατιθεμένων, ὀξέως ἐνεβίβασε τούς τε προϋπάρχοντας, καὶ τὰ προσφάτως παραγεγονότα πληρώματα. τοὺς δ᾽ ἐπιβάτας ἐκ παντὸς ἐπέλεξε τοῦ στρατεύματος ἐθελοντὰς τοὺς ἀρίστους· ἅτε δὴ τοῦ μὲν πλοῦ σύνεγγυς ὄντος, τῆς δ᾽ ὠφελείας ἑτοίμου προφαινομένης. ταῦτα δὲ παρασκευασάμενος, ἀνήχθη περὶ μέσας νύκτας, λαθὼν τοὺς πολεμίους. καὶ τὰς μὲν ἀρχὰς, ἄθρους ἔπλει, δεξιὰν ἔχων τὴν γῆν. ἅμα δὲ τῷ φωτὶ, τῶν πρώτων ἐπὶ τὰ Δρέπανα νεῶν ἐπιφαινομένων, κατιδὼν Ἀπάρβας, τὸ μὲν πρῶτον ἐξενίσθη διὰ τὸ παράδοξον· ταχὺ δ᾽ ἐν αὐτῷ γενόμενος, καὶ νοήσας τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων, ἔκρινε παντὸς ἔργου πεῖραν λαμβάνειν, καὶ πᾶν ὑπομένειν, χάριν τοῦ μὴ περιιδεῖν σφᾶς, εἰς πρόδηλον συγκλεισθέντας πολιορκίαν. διόπερ εὐθέως τὰ μὲν πληρώματα συνῆγε πρὸς τὸν αἰγιαλὸν, τοὺς δὲ ἐκ τῆς πόλεως μισθοφόρους ἤθροιζε μετὰ κηρυγμάτων. τῶν δὲ συλλεχθέντων, ἐπεβάλετο διὰ βραχέων εἰς ἔννοιαν αὐτοὺς ἄγειν τῆς τε τοῦ νικᾶν ἐλπίδος, ἐὰν τολμήσω-

σι ναυμαχεῖν, καὶ τὰς ἐν τῇ πολιορκίᾳ δυσχρηστίας, ἐὰν καταμελήσωσι πρoϊδόμενοι τὸν κίνδυνον. ἑτοίμως δ᾽ αὐτῶν παρορμηθέντων πρὸς τὴν ναυμαχίαν, καὶ βοώντων ἄγειν καὶ μὴ μέλλειν, ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος τὴν ὁρμὴν, παρήγγειλε κατὰ τάχος ἐμβαίνειν, καὶ βλέποντας πρὸς τὴν αὐτοῦ ναῦν ἕπεσθαι ταύτῃ κατὰ πρύμναν. διασαφήσας δὲ τὰ προειρημένα κατὰ σπουδὴν, πρῶτος ἐποιεῖτο τὸν ἀνάπλουν, ὑπ᾽ αὐτὰς τὰς πέτρας ἐπὶ θάτερα μέρη τοῦ λιμένος ἐξάγων τοῦ τῶν πολεμίων εἴσπλου. Πόπλιος δὲ ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς θεωρῶν τοὺς μὲν πολεμίους παρὰ τὴν αὐτοῦ δόξαν οὐκ εἴκοντας, οὔτε καταπεπληγμένους τὸν ἐπίπλουν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ναυμαχεῖν ὄντας· τῶν δὲ σφετέρων νεῶν τὰς μὲν ἐντὸς ἤδη τοῦ λιμένος οὔσας, τὰς δὲ ἐν αὐτῷ τῷ στόματι, τὰς δὲ φερομένας ἐπὶ τὸν εἴσπλουν, πάσαις ἀναστρέφειν παρήγγειλε, καὶ ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν ἔξω πάλιν. ἔνθα δὴ τῶν μὲν ἐν τῷ λιμένι, τῶν δὲ κατὰ τὸν εἴσπλουν ἐκ τῆς μεταβολῆς συμπιπτουσῶν, οὐ μόνον θόρυβος ἦν ἐκ τῶν ἀνδρῶν ἄπλετος· ἀλλὰ καὶ τοὺς ταρσοὺς ἔθραυον αἱ νῆες ἀλλήλαις συγκρούουσαι. ὅμως δ᾽ οὖν αἰεὶ τοὺς ἀναστρέχοντας ἐκτάττοντες οἱ τριήραρχοι, παρ᾽ αὐτὴν τὴν γῆν ταχέως ἐποίουν ἀντιπρῴρους τοῖς πολεμίοις. ὁ δὲ Πόπλιος ἐπέπλει μὲν αὐτὸς ἀρχῆθεν κατόπιν, ἐπὶ παντὶ τῷ στόλῳ. τότε δ᾽ ἐπιστρέψας κατ᾽ αὐτὸν τὸν πλοῦν πρὸς τὸ πέλαγος, ἔλαβε τὴν εὐώνυμον τῆς ὅλης δυνάμεως τάξιν. Ἀτάρβας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ὑπεράρας τὸ λαιὸν τῶν πολεμίων Ῥωμαίων,

ut periculo prævertant ignave ſe geſſerint, obſidionis mala ob oculos illis ponit. quum ad dimicandum paratos ſe oſtenderent, & magno cum clamore dicerent, educeret ſtatim, neque cunctaretur: laudare illos Adherbal, & alacritatem ipſorum ſibi gratam eſſe dicere: tum ut naves properè conſcenderent: utque à navi ſua oculos ne dimoverent, eamque à puppi ſequerentur, imperat. hiſce raptim datis præceptis, primus evehi in altum. & ſub ipſas rupes in contrariam portus partem copias educere illi, per quam hoſtis ingrediebatur. C o s. Publius qui cerneret hinc nequaquam cedentem hoſtem, quod ipſe exiſtimaverat, neque adventu ſuo territum, ſed ad prælium ſe parantem: inde naves ſuas partim intra portum receptas, partim in ipſo adhuc oſtio, alias portus aditum ſubeuntes, facta converſione retro navigare omnes jubet. ibi dum aliæ in portu, aliæ in ejus faucibus poſtquam ſunt converſæ, invicem ſibi obviæ fiunt naves, non hominum dumtaxat ingens concitatus eſt tumultus: ſed ipſa quoque navigia ex mutua colliſione remorum ordines invicem ſibi deterſerunt. at quum triremium præfecti, ut quiſque ex anguſtiis emerſerat, in aciem ſtatim illum juxta littus dirigerent; brevi omnium proræ in hoſtem ſunt obverſę. Publius, principio quidem in extremo agmine univerſam claſſem ſequebatur: tum vero in ipſo curſu provectus in altum, ad lævam claſſis partem pervenerat. inter hæc Adherbal, Romanorum cornu ſiniſtrum prætervectus navibus

quinque

quinque roſtratis, ab ea parte quæ altum tenebat in hoſtes navis ſuæ proram dirigit: ſimul, quum inſequentium quiſque in eodem ſe collocaret ordine cum iis quibus ſe adjungebat, ut idem cuncti facerent per miniſtros imperat. poſtquam erant omnes in frontem inſtructi, data ad ſignum teſſera, in hoſtem primò, ordine ſervato, pergit ire: Romanis interim ad terram manentibus, quod prodeuntes paullatim naves è portu exciperent. ex quo factum, ut magno ſuo incommodo Romani ad ipſum littus decertarent. ubi ventum eſt comminus, ſublato ſigno ab utriuſque exercitus prætoria navi, initur certamen. principiò paribus momentis utrinque pugnatum eſt: etenim ab utraque parte flos pedeſtrium copiarum dimicabat. paullatim tamen magis magiſque ſuperior res Pœnorum eſſe cepit: quoniam toto illo certamine longe melior eorum conditio fuit, quàm Romanorum. jam primum velocitate navigandi longe vincebant, cum fabricâ ipſâ navium, tum uſu ac peritiâ remigum: ipſe deinde locus pugnæ multum eos adjuvabat: quod ab illa parte, quæ pelagus ſpectabat, aciem ſuam explicaſſent. ſive enim hoſtis inſtaret vehementius, retrorſum ſe nullo periculo recipiebant in apertum: quod præ agilitate navium facile ipſis erat: tum autem ſi quis hoſtium inter perſequendum longius eſſet provectus, converſi, ac modo circumnavigantes, modo ad latus occurrentes, dum ſe illi circumagerent & cum immani gravitate navium ſuarum remi-

ἔχων πέντε ναῦς ἐπίπλους ὑπέστησε
τὴν ἑαυτοῦ ναῦν ἀντίπρωρον τοῖς πολε-
μίοις, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸ πέλαγος μέρους.
ἅμα δὲ καὶ τῶν ἐπιπλεόντων ἀεὶ τοῖς
συνάπτουσι προσεπιταττομένων,
ταὐτὸ ποιεῖν παρήγγειλε διὰ τῶν ὑπ-
ηρετῶν. καταστάντων δὲ πάντων
εἰς μέτωπον, σημήνας διὰ τῶν συν-
θημάτων, τὰς μὲν ἀρχὰς ἐποιεῖτο
τὸν ἐπίπλουν ἐν τάξει, μενόντων
πρὸς τῇ γῇ τῶν Ῥωμαίων, διὰ τὸ
προσδέχεσθαι τὰς ἐκ τοῦ λιμένος ἀνα-
τρεχούσας ναῦς· ἐξ οὗ συνέβαινε με-
γάλα τοὺς Ῥωμαίους ἐλαττωθῆναι,
πρὸς αὐτῇ τῇ γῇ ποιησαμένους τὴν
συμπλοκήν. ἐπεὶ δὲ σύνεγγυς αὐτῶν 51
ἦσαν, ἀρθέντων τῶν συνθημάτων ἐφ᾽
ἑκατέρας τῆς ναυαρχίδος, συνέβα-
λον ἀλλήλοις. τὸ μὲν οὖν πρῶτον
ἰσόρροπος ἦν ὁ κίνδυνος, ὡς ἂν
ἀμφοτέρων τοῖς ἀρίστοις ἐκ τῆς πεζι-
κῆς δυνάμεως ἐπιβάταις χρωμέ-
νων. ἀεὶ δὲ μᾶλλον ὑπερεῖχον οἱ Καρ-
χηδόνιοι, διὰ τὸ πολλὰ προτερή-
ματα παρ᾽ ὅλον ἔχειν τὸν ἀγῶνα.
τῷ τε γὰρ ταχυναυτεῖν πολὺ περι-
ῆσαν διὰ τὴν διαφορὰν τῆς ναυ-
πηγίας, καὶ τὴν τῶν πληρωμά-
των ἕξιν· ἥ τε χώρα μεγάλα
συνεβάλετο αὐτοῖς, ἅτε πεποι-
ημένων τὴν ἔκταξιν ἀπὸ τῶν κατὰ τὸ
πελάγους τόπων. εἴτε γὰρ πιέζοιντό
τινες ὑπὸ τῶν πολεμίων, κατό-
πιν ἀνεχώρουν ἀσφαλῶς διὰ τὸ
ταχυναυτεῖν εἰς τὸν ἀναπεπταμέ-
νον τόπον. κἄπειτ᾽ ἐκ μετα-
βολῆς τοῖς προπίπτουσι τῶν διω-
κόντων, τοτὲ μὲν περιπλέοντες,
τοτὲ δὲ πλάγιοι προσπίπτοντες
στρεφομένοις καὶ δυσχρηστοῦσι διὰ
τὸ βάρος τῶν πλοίων, καὶ διὰ
τὴν ἀπειρίαν τῶν πληρωμάτων, ἐμ-

βολάς τε συνεχεῖς ἐδίδοσαν, καὶ πολλὰ τῶν σκαφῶν ἐβάπτιζον. εἴ τε κινδυνεύοιεν τινες τῶν συμμάχων, ἑτοίμως παρεβοήθουν ἔξω τοῦ δεινοῦ, καὶ μετ' ἀσφαλείας παρὰ τὰς πρύμνας καὶ τὸ πέλαγος ποιούμενοι τὸν πλοῦν. τοῖς γε μὴν Ῥωμαίοις τἀναντία τούτων συνέβαινε· τοῖς τε γὰρ πιεζομένοις, οὐκ ἦν εἰς τοὔπισθεν δυνατὸν ἀποχωρεῖν πρὸς τῇ γῇ ποιουμένοις τὸν κίνδυνον. ἀεὶ δὲ τὸ θλιβόμενον ὑπὸ τῶν κατὰ πρόσωπον σκάφος, ἢ τοῖς βράχεσι περιπῖπτον ἐκάθιζε κατὰ πρύμναν, ἢ πρὸς τὴν γῆν φερόμενον ἐπώκελλε. διεκπλεῖν μὲν οὖν διὰ τῶν πολεμίων νεῶν, καὶ κατόπιν ἐπιφαίνεσθαι τοῖς ἤδη πρὸς ἑτέρους διαμαχομένοις, ὅπερ ἐν τῷ ναυμαχεῖν ἐστι πρακτικώτατον, ἀδυνάτως εἶχον, διά τε τὴν βαρύτητα τῶν πλοίων, προσέτι δὲ καὶ τὴν ἀπειρίαν τῶν πληρωμάτων. οὐδὲ μὴν ἐπιβοηθεῖν τοῖς δεομένοις κατὰ πρύμναν ἐδύναντο, διὰ τὸ συγκεκλεῖσθαι πρὸς τῇ γῇ, καὶ μηδὲ μικρὸν ἀπολείπεσθαι τόπον τοῖς βουλομένοις ἐπαρκεῖν τῷ δεομένῳ. τοιαύτης δὲ δυσχρηστίας ὑπαρχούσης περὶ τὸν ὅλον ἀγῶνα· καὶ τῶν μὲν καθιζόντων ἐν τοῖς βράχεσι, τῶν δ' ἐκπιπτόντων σκαφῶν· κατιδὼν ὁ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων τὸ συμβαῖνον, ὥρμησε πρὸς τὴν φυγὴν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων παρὰ τὴν γῆν ἐξελίξας, καὶ σὺν αὐτῷ περὶ τριάκοντα νῆας, αἵπερ ἔτυχον ἐγγὺς οὖσαι. τῶν δὲ λοιπῶν σκαφῶν ὄντων ἐνενήκοντα καὶ τριῶν, ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι, καὶ τῶν πληρωμάτων, ὅσοι μὴ τὰς ναῦς εἰς τὴν γῆν

52 ἐκβαλόντες ἀπεχώρησαν. γενομένης δὲ τῆς ναυμαχίας τοιαύτης, Ἀτάρ-

gumque imperitia luctarentur; continuos impetus quum darent, multas naves demergebant. ſive aliquis partium ſuarum periclitaretur, pronum erat ſine ſua fraude ac ſecure ferre opem, nave poſt aliarum puppes perque altum circumducta. Romani contraria his omnia experiebantur: qui ſi premerentur, retro ſe recipere, quum ad terram pugnarent, nequibant. quoties autem aliqua navis à pugnantibus ex adverſo urgeretur infeſtius; aut à puppe ſidebat, ſi in brevia incideret: aut ſi in terram ferretur, ſolo illidebatur. quod autem in prælio navali plurimum ad victoriam ſolet conferre, per medias adverſariorum naves ſuam tranſmittere, & à tergo illos invadere, qui jam in pugna cum aliis ſunt occupati: hoc vero quominus à Romanis fieret, navium gravitas ſimul & remigum imperitia prohibebant. poſtremo ne ſuppetias quidem laborantibus ire, à tergo navigantes poterant: qui ad terram eſſent concluſi, & ne minimum quidem ſpatii vacuum haberent, ad ſuccurrendum, ſi cui opus eſſet. tantis hiſce incommodis ſuos conflictari conſpicatus Rom. Cos. quum aliæ naves inter brevia ſiderent, aliæ terræ alliderentur, à læva fugam capeſſit, ac circum littus ſe evolvit, triginta navibus, quas habebat proximas, comitatus. cæteras ad tres & nonaginta, cum omnibus qui intus erant, ceperunt Pœni: paucis virorum exceptis, qui è navibus ſuis, quas ad littus impegerant, aufugêre. Ex hoc prælio magnam apud ſuos gloriam conſecutus eſt Adherbal: ut qui ſolus, pro-

lus, providentia ac fortitudine ſingulari uſus, auctor victoriæ extitiſſet. Publium contra lacerare maledictis Romani, vehementerque incuſare, quod temeritate ſua atque imprudentia male rem geſſiſſet: & quantum in ipſo fuerat, magnis Remp. detrimentis affeciſſet. unde poſtea habito de eo judicio, graviter multatus eſt, ac pericula magna adiit. Nihil tamen Romani hac tanta clade ſunt deterriti, quo minus omnia pro viribus experirentur, ac rerum curam pro more capeſſerent. ea erat de ſummo imperio inter duos hoſce populos æmulatio. igitur appetente conſularium comitiorum tempore, è creatis Coss. alterum L. Junium mittunt: qui obſidentibus Lilybæum annonam deferret, ac neceſſaria alia exercitui, omniſque generis commeatum. hoc amplius naves LX his commeatibus præſidio futuras armant. Junius aſſumtis Meſanæ navibus, quas ſibi exercitus & reliqua Sicilia miſerant obviam, Syracuſas cum longis navibus CXX, onerariis vero annona cæteriſque rebus onuſtis, prope IↃCCC contendit. inde Quæſtores dimittit Cos. juſſos etiam & etiam neceſſaria legionibus quantocius perferre: tradiditque eis onerariarum partem alteram, & longarum quoque nonnullas. ipſe Syracuſis ſubſtitit, eos qui Meſana venientem aſſequi non potuerant, exſpectans: ſimul ut frumentum mediterraneæ regioni imperatum ſuſciperet. Eodem ferme tempore Adherbal, quos ceperat viros in prælio navali, quaſque habuit naves captivas, miſit Cartha-

βας μὲν εὐδοκίμει παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις, ὡς δι' αὐτὸν καὶ διὰ τὴν ἰδίαν πρόνοιαν καὶ τόλμαν κατωρθωκώς. Πόπλιος δὲ παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις ἠδόξει καὶ διεβέβλητο μεγάλως, ὡς εἰκῇ καὶ ἀλογίστως τοῖς πράγμασι κεχρημένος. καὶ τὸ καθ' αὐτὸν, οὐ μικροῖς ἐλαττώμασι περιβεβληκὼς τὴν Ῥώμην. διὸ καὶ μετὰ ταῦτα μεγάλαις ζημίαις καὶ κινδύνοις κριθεὶς περιέπεσεν. οὐ μὴν οἵ γε Ῥωμαῖοι, καίπερ τοιούτων συμβεβηκότων διὰ τὴν ὑπὲρ τῶν ὅλων φιλοτιμίαν, οὐδὲν ἀπέλειπον τῶν ἐνδεχομένων, ἀλλ' εἴχοντο τῶν ἑξῆς πραγμάτων. διὸ καὶ συνάψαντος τοῦ κατὰ τὰς ἀρχαιρεσίας χρόνου, στρατηγοὺς ὑπάτους καταστήσαντες, παραυτίκα τὸν ἕτερον αὐτῶν ἐξέπεμπον Λεύκιον Ἰούνιον. τάς τε σιταρχίας παρακομίζοντα τοῖς τὸ Λιλύβαιον πολιορκοῦσι, καὶ τὰς ἄλλας ἀγορὰς καὶ χορηγίας τῷ στρατοπέδῳ. πρὸς δὲ καὶ παραπομποὺς τούτοις ἐπλήρωσαν ἑξήκοντα ναῦς. ὁ δὲ Ἰούνιος ἀφικόμενος εἰς τὴν Μεσήνην, καὶ προσλαβὼν τὰ συνηντηκότα τῶν πλοίων, ἀπό τε τοῦ στρατοπέδου καὶ τῆς ἄλλης Σικελίας, παρεκομίσθη κατὰ σπουδὴν εἰς τὰς Συρακούσας, ἔχων ἑκατὸν εἴκοσι σκάφη, καὶ τὴν ἀγορὰν σχεδὸν ἐν ὀκτακοσίαις ναυσὶ φορτηγοῖς. ἐντεῦθεν δὲ παραδοὺς τοῖς ταμίαις τὰς ἡμισείας φορτηγοὺς, καί τινα τῶν μακρῶν πλοίων, ἐξαπέστελλε διακομισθῆναι σπουδάζων τῷ στρατοπέδῳ τὰ πρὸς τὴν χρείαν. αὐτὸς δ' ἐν ταῖς Συρακούσαις ὑπέμενε, τούς τε κατὰ πλοῦν ἀφυστεροῦντας ἐκ τῆς Μεσήνης ἀναδεχόμενος· καὶ παρὰ τῶν ἐκ τῆς μεσογαίου συμμάχων σῖτον προσαναλαμβάνων. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς και- 53
ροὺς Ἀτάρβας μὲν ἄνδρας τοὺς ἐν τῇ ναυμα-

ναυμαχίᾳ ληφθέντας, καὶ τὰς αἰχμαλώτους νῆας ἐξαπέστειλεν εἰς τὴν Καρχηδόνα. Καρθάλωνα δὲ τὸν συνάρχοντα δοὺς τριάκοντα ναῦς ἐξέπεμψε, πρὸς αἷς ἔχων αὐτὸς ἑβδομήκοντα κατέπλευσε. προστάξας ἄφνω προσπεσόντα ταῖς ὁρμούσαις παρὰ τὸ Λιλύβαιον τῶν πολεμίων ναυσὶν, ὧν μὲν ἂν δυνατὸς ᾖ κυριεῦσαι, ταῖς δὲ λοιπαῖς πῦρ ἐμβαλεῖν. πεισθέντος δὲ τοῦ Καρθάλωνος, καὶ ποιησαμένου τὸν ἐπίπλουν ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, καὶ τὰ μὲν ἐμπιπρῶντος, τὰ δὲ ἀποσπῶντος τῶν πλοίων, μεγάλην συνέπεσε γενέσθαι ταραχὴν περὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον. προσβοηθούντων γὰρ αὐτῶν ἐπὶ τὰς ναῦς, καὶ γινομένης κραυγῆς, συννοήσας Ἰμίλκων ὁ τὸ Λιλύβαιον τηρῶν, καὶ θεωρῶν ἤδη τῆς ἡμέρας ὑποφαινούσης τὸ συμβαῖνον, ἐπαποστέλλει τοὺς ἐκ τῆς πόλεως μισθοφόρους. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τοῦ δεινοῦ πανταχόθεν αὐτοὺς περιστάντος, οὐκ εἰς μικρὰν, οὐδ' εἰς τὴν τυχοῦσαν ἦλθον διατροπήν. ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, ὀλίγα τῶν σκαφῶν, τὰ μὲν ἀποσπάσας, τὰ δὲ συντρίψας, μετὰ ταῦτα μικρὸν ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου παρακομισθεὶς ὡς ἐφ' Ἡρακλείας, ἐτήρει, βουλόμενος διακωλύειν τοὺς ἐπὶ τὸ στρατόπεδον πλέοντας. προσαγγειλάντων δὲ τῶν σκοπῶν, πλῆθος ἱκανὸν πλοίων προσφέρεσθαι παντοδαπῶν καὶ συνεγγίζειν, ἀναχθεὶς ἔπλει συμμῖξαι σπεύδων διὰ τὸ καταφρονεῖν τῶν Ῥωμαίων ἐκ τοῦ προγεγονημένου προτερήματος. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἐκ τῶν Συρακουσῶν προαπεσταλμένοις ταμίαις ἀνήγγειλαν οἱ προπλεῖν εἰθισμένοι λέμβοι τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων. οἱ δὲ νομίσαντες οὐκ ἀξιόχρεως σφᾶς αὐτοὺς εἶναι πρὸς ναυ-

ginem. idemque Carthalonem Pœnorum ducem alterum, navibus triginta ei traditis, præter alias LXX quibuſcum ipſe advenerat, dimittit: jubetque, ut naves hoſtium, quæ Lilybæi in ancoris ſtabant, repente adortus, quas poterit cunque capiat, cæteris ignem injiciat. præcepta exequente Carthalone, quum circa vigiliam quartam feciſſet in hoſtes impetum, jámque aliæ naves conflagrarent, aliæ per vim abſtraherentur, magna in Romanis caſtris fuit trepidatio. accurrentibus namque ipſis, ut auxilio eſſent navibus, Himilco Lilybæi præfectus ex clamore primùm re cognita, deinde ubi ſubluxit, omnia quæ agebantur cernens, mercenarios ex urbe in eos immiſit. Romani undique malis circumventi, non mediocriter ſunt animis conſternati. at Punicæ claſſis præfectus, aliis avulſis navibus, aliis confractis, mox Lilybæo Heracleam verſus proficiſcitur: omnia circumſpiciens, quò Romanos impediret, ne ad exercitum navigarent. itaque certior factus à ſpeculatoribus non pœnitendum numerum navium omnis generis adventare, jámque in propinquo eſſe, pugnæ avidus, ut qui Romanos ex ſuperiore victoria contemneret, portu ſolvit. Romanis quoque Quæſtoribus qui Syracuſis fuerant præmiſſi, lembi claſſem præire ſoliti, imminere hoſtem ſignificant. illi impares ſe ad certamen navale rati, ad quoddam Romanæ ditionis oppidulum appel-

lunt;

ſunt: ubi portus quidem nullus erat, ſed ſtationes dumtaxat & prominentia è terra ſaxa, quæ medium ſpatium claudebant utrinque. ibi exſcenſione facta & catapultis machiniſque petrariis, quæ in oppido ſunt inventæ, diſpoſitis, hoſtium impreſſionem exſpectabant. Carthaginienſes initio conſilium ceperant eos obſidendi: quod putarent milites ex nimio metu in illud oppidulum receſſuros; naves autem ſine periculo ſibi ceſſuras. ea ſpe exitum non habente, ſed contra Romanis fortiter ſeſe defendentibus: quod magnis incommodis eo loci omnifariam conflictarentur, contenti paucas naves commeatibus onuſtas abduxiſſe, ad proximum amnem ſe recipiunt; ibique applicatis navibus, diſceſſum hoſtium obſervant. Conſul poſt res confectas, quarum gratiâ Syracuſis ſubſtiterat, Pachyno ſuperato, navigationem verſus Lilybęum inſtituit: omnium quæ iis acciderant quos præcedere juſſerat, ignarus. Præfectus vero Punicæ claſſis, factus iterum certior à ſpeculatoribus, hoſtes apparere, magna celeritate in eos progreditur è portu: id agens, ut dum ipſi à ſuis navibus abſunt quàm longiſſimè, cum eis confligeret. Junius, qui è longo ſpatio claſſem Punicam viderat, & ingentem navium numerum: quum neque dimicare ſuſtineret, neque evadere jam, adeo propinquo hoſte, poſſet: ad loca aſpera & prorſus importuoſa deflectens, eò naves ejicit. ſatius enim judicabat, quemvis ſubire ca

μαχίαν, καθώρμισεν πρός τι πολισμάτιον τῶν ὑπ' αὐτοὺς ταττομένων, ἀλίμενον μὲν, σάλους δὲ ἔχον καὶ προβολὰς περικλειούσας ἐκ τῆς γῆς εὐφυεῖς. οὗ ποιησάμενοι τὴν ἀπόβασιν, καὶ τούς τε καταπέλτας καὶ τοὺς πετροβόλους τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ἐπιστήσαντες, προσεδέχοντο τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι συνεγγίσαντες, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλοντο πολιορκεῖν τούτους, ὑπολαβόντες τοὺς μὲν ἄνδρας καταπλαγέντας εἰς τὸ πολισμάτιον ἀποχωρήσειν, τῶν δὲ πλοίων ἀσφαλῶς κυριεύσειν. οὐ προχωρούσης δὲ τῆς ἐλπίδος, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀμυνομένων γενναίως, καὶ τοῦ τόπου πολλὰς ἔχοντος καὶ παντοδαπὰς δυσχρηστίας, ὀλίγα τῶν τὰς ἀγορὰς ἐχόντων πλοίων ἀποσπάσαντες, ἀπέπλευσαν πρός τινα ποταμὸν, ἐν ᾧ καθορμισθέντες, ἐπετήρουν τὸν ἀνάπλουν αὐτῶν. ὁ δ' ἐν 54
ταῖς Συρακούσαις ὑπολειφθεὶς στρατηγὸς, ἐπεὶ τὰ κατὰ τὴν πρόθεσιν ἀπετέλεσε, κάμψας τὸν Πάχυνον, ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν ὡς ἐπὶ τὸ Λιλύβαιον, οὐδὲν εἰδὼς τῶν περὶ τοὺς προπλέοντας συμβεβηκότων. ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, σημηνάντων τῶν σκοπῶν αὐτῷ πάλιν τὴν ἐπιφάνειαν τῶν ὑπεναντίων, ἀναχθεὶς ἔπλει μετὰ σπουδῆς· βουλόμενος αὐτοῖς ὡς πλεῖστον ἀπέχουσι τῶν οἰκείων νεῶν συμβαλεῖν. ὁ δ' Ἰούνιος καθιδὼν ἐκ πολλοῦ τὸν στόλον τῶν Καρχηδονίων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν σκαφῶν. οὔτε συμβαλεῖν τολμῶν, οὔτ' ἐκφυγεῖν ἔτι δυνατὸς ὢν διὰ τὸ συνεγγὺς εἶναι τοὺς πολεμίους, ἐγκλίνας εἰς τόπους τραχεῖς, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ἐπισφαλεῖς, καθωρμίσθη. κρίνων αἱρετώτερον ὑπάρχειν, ὅ, τι δέοι

παθεῖν

παθεῖν μᾶλλον, ἢ τοῖς πολεμίοις αὔτανδρον τὸ σφέτερον στρατόπεδον ὑποχείριον ποιῆσαι. συνιδὼν δὲ καὶ τὸ περὶ τοῦτο γεγονὸς ὁ τῶν Καρχηδονίων ναύαρχος, τὸ μὲν παραβάλλεσθαι καὶ προσάγειν τοιούτοις τόποις, ἀπεδοκίμασε. λαβὼν δὲ ἄκραν τινὰ, καὶ προσορμισθεὶς ταύτῃ, μεταξὺ τῶν στόλων ἐτήρει, καὶ προσεῖχε τὸν νοῦν ἀμφοτέροις. ἐπιγινομένου δὲ χειμῶνος, καὶ περιστάσεως προφαινομένης ἐκ τοῦ πελάγους ὁλοσχερεστέρας· οἱ μὲν τῶν Καρχηδονίων κυβερνῆται διά τε τὴν τῶν τόπων καὶ τὴν τοῦ πράγματος ἐμπειρίαν, προορώμενοι τὸ μέλλον, καὶ προλέγοντες τὸ συμβησόμενον· ἔπεισαν τὸν Καρθάλωνα φυγεῖν τὸν χειμῶνα, καὶ κάμψαι τὴν ἄκραν τοῦ Παχύνου. πεισθέντος δὲ νουνεχῶς, οὗτοι μὲν πολλὰ μοχθήσαντες, καὶ μόλις ὑπεράραντες τὴν ἄκραν, ἐν ἀσφαλεῖ καθωρμίσθησαν. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων στόλοι τοῦ χειμῶνος ἐπιγενομένου, καὶ τῶν τόπων εἰς τέλος ὑπαρχόντων ἀλιμένων, οὕτω διεφθάρησαν, ὥς τε μηδὲ τῶν ναυαγίων μηδὲν γενέσθαι χρήσιμον· ἀλλ' ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἄρδην καὶ παραλόγως ἀχρειωθῆναι.

55 τούτου δὲ συμβάντος, τὰ μὲν τῶν Καρχηδονίων αὖθις ἀνέκυψε, καὶ πάλιν ἐπιρρεπεστέρας εἶχε τὰς ἐλπίδας. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι πρότερον μὲν ἐπὶ ποσὸν ἠτυχηκότες, τότε δὲ ὁλοσχερῶς, ἐκ μὲν τῆς θαλάττης ἐξέβησαν, τῶν δ' ὑπαίθρων ἐκράτουν, Καρχηδόνιοι δὲ τῆς μὲν θαλάττης ἐκυρίευον, τῆς δὲ γῆς οὐχ ὅλως ἀπήλπιζον. μετὰ δὲ ταῦτα πάντες μὲν ἐπὶ τοῖς ὅλοις ἐσχετλίαζον, οἱ δὲ ἐν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὰ

ſum potius quàm ut integrum exercitum ſuum in poteſtatem hoſtium traderet. hoc cognito, Pœnus acie quidem decertare, & ad loca tam pericu oſa accedere noluit: ſed promontorio quodam occupato, claſſem illuc applicat. ibique medius inter utramque Rom. claſſem, ambas obſervabat, pariter in utramque intentus. tempeſtate dehinc coorta, quum manifeſto appareret funditus turbatum iri mare: Punici quidem gubernatores, quę erat ipſorum peritia & locorum & rei, procellam imminentem providere ac ſuis prædicere: qui & Carthaloni auctores fuerunt, ut Pachyni promontorium flecteret, ac tempeſtati ſe ſubduceret. id conſilium prudenter amplectente Carthalone, Pœni quidem magno cum labore, ægre tandem promontorio ſuperato, naves in tuto collocarunt. at Romanorum claſſis utraque à ſæviente tempeſtate in locis penitus importuoſis deprehenſa, ita miſere confracta eſt, ut ne tabula quidem ullius uſus è naufragio ſuperaret: ſed penitus & ſupra hominum fidem utraque corrumperetur. Secundum iſta caput iterum exerere Carthaginienſium Reſp. atque in ſpe firmiore eſſe cepit. at Romani, quorum vires priora quidem mala aliquantum imminuerant, hæc vero noviſſima clades prorſus infregerat, mari tunc cedentes, omnia in aperto poſita late obtinebant: Pœnis interim mari dominantibus, neque de terra ſpei omni renuntiantibus. Enimvero quum poſt iſta infelicem publicæ rei ſtatum cuncti lamentarentur; & eos qui Romæ

Romæ erant, & exercitus qui Lilybæum obſidebant, præcipuè angebant clades modo expoſitæ: neque tamen à ſuſceptæ obſidionis conſilio propterea recedebant. ſed contra, & illi abſque ulla cauſſatione omnia per terram ſubminiſtrabant: & hi totis viribus propoſito inſtabant. Junius vero ad legiones poſt naufragium reverſus, animi anxius, in eam curam totus incumbere, ut novo aliquo & memorabili facinore edito acceptum detrimentum ſarciret. Itaque levi quadam occaſione ſe offerente, Erycem proditione occupat, & tam Veneris ædem, quàm urbem ipſam in poteſtatem redigit. Eryx mons eſt ad mare, in eo Siciliæ latere quod Italiam ſpectat, inter Drepana & Panormum: quà Drepana contingit magis inacceſſus, omnes Siciliæ montes præter Ætnam longe ſuperans. habet hic in vertice planitiem cui immolita eſt Veneris Erycinæ ædes, omnium ſine controverſia, quæ tota hac inſula ſpectantur & divitiis & reliquo cultu longè clariſſima. urbs ſub ipſum verticem poſita eſt, aſcenditúrque ad illum longa admodum & difficili via. Junius igitur, cum in cacumine montis præſidio impoſito, tum in ea parte quà itur Drepana, locum utrumque impenſo ſtudio cuſtodiebat, ad vim differendam potius inclinans, donec aliqua daretur occaſio: ratus, ſe hac ratione & urbem & montem totum in poteſtate ſua tuto retenturum. Poſt iſta Carthaginienſes ducem conſtituunt Amilcarem cognomento Barcam, & claſſis

περὶ τὸ Λιλύβαιον στρατόπεδα διὰ
τὰ προειρημένα συμπτώματα· τῆς
γε μὴν προθέσεως οὐκ ἀφίσταντο τῆς κατὰ
τὴν πολιορκίαν· ἀλλ' οἱ μὲν ἐχορήγουν
κατὰ γῆν ἀπροφασίστως, οἱ δὲ προσεκαρτέρουν
ταύτῃ κατὰ τὸ δυνατόν.
ὁ δ' Ἰούνιος ἀνακομισθεὶς
ἐπὶ τὸ στρατόπεδον ἐκ τῆς ναυαγίας,
καὶ περιπαθὴς ὤν, ἐγίνετο
πρὸς τὸ καινοτομῆσαί τι καὶ πρᾶξαι
τῶν δεόντων, σπουδάζων ἀναμαχέσασθαι
τὴν γεγενημένην
περιπέτειαν. διὸ καὶ βραχείας
αὐτῷ παραπεσούσης ἀφορμῆς, καταλαμβάνει
πραξικοπήσας τὸν Ἔρυκα,
καὶ γίνεται τοῦ τε τῆς Ἀφροδίτης
ἱεροῦ καὶ τῆς πόλεως ἐγκρατής. ὁ
δὲ Ἔρυξ, ἐστὶ μὲν ὄρος παρὰ θάλατταν
τῆς Σικελίας ἐν τῇ παρὰ τὴν
Ἰταλίαν κειμένη πλευρᾷ, μεταξὺ
Δρεπάνων καὶ Πανόρμου· μᾶλλον δ'
ὀχυρὸν καὶ συνάπτον πρὸς τὰ Δρέπανα·
μεγέθει δὲ παρὰ πολὺ διαφέρον
τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ὀρῶν,
πλὴν τῆς Αἴτνης. τούτου δ' ἐπ' αὐτῆς
μὲν τῆς κορυφῆς οὔσης ἐπιπέδου, κεῖται
τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερὸν,
ὅπερ ὁμολογουμένως ἐπιφανέστατόν
ἐστι τῷ τε πλούτῳ καὶ τῇ λοιπῇ προστασίᾳ
τῶν κατὰ τὴν Σικελίαν ἱερῶν. ἡ δὲ
πόλις ὑπ' αὐτὴν τὴν κορυφὴν τέτακται,
πάνυ μακρὰν ἔχουσα καὶ προσάντη
πανταχόθεν τὴν ἀνάβασιν. ἐπί τε δὴ τὴν
κορυφὴν ἐπιστήσας φυλακὴν, ὁμοίως
δὲ καὶ τὴν ἐπὶ Δρεπάνων πρόσβασιν,
ἐτήρει φιλοτίμως ἀμφοτέρους τοὺς
τόπους, καὶ μᾶλλον ἐπὶ τὸν τῆς ἀναβολῆς
ἐτρέπετο καιρόν· πεπεισμένος οὕτω
καὶ τὴν πόλιν ἀσφαλῶς καὶ τὸ σύμπαν
ὄρος ὑφ' αὑτὸν ἕξειν. οἱ δὲ Καρχη- 56
δόνιοι μετὰ ταῦτα στρατηγὸν καταστήσαντες
αὑτῶν Ἀμίλκαν, τὸν Βάρκαν

ἐπικα-

ἐπικαλουμένοι, τούτῳ τὰ κατὰ τὸν στόλον ἐνεχείρισαν. ὃς παραλαβὼν τὰς ναυτικὰς δυνάμεις, ὥρμησε πορθήσων τὴν Ἰταλίαν. ἔτος δ᾽ ἦν ὀκτωκαιδέκατον τοῦ πολέμου. καταφθείρας δὲ τὴν Λοκρίδα, καὶ τὴν Βρεττιανὴν χώραν, ἀποπλέων ἐντεῦθεν κατῆρε παντὶ τῷ στόλῳ πρὸς τὴν Πανορμῖτιν, καὶ καταλαμβάνει τὸν ἐπὶ τῆς Εἱρκτῆς λεγόμενον τόπον, ὃς κεῖται μὲν Ἔρυκος καὶ Πανόρμου μεταξὺ πρὸς θαλάττῃ· πολὺ δέ τι τῶν ἄλλων δοκεῖ διαφέρειν τόπων ἐπιτηδειότητι πρὸς ἀσφάλειαν στρατοπέδων, καὶ χρονισμόν. ἔστι γὰρ ὄρος περίτομον ἐξανεστηκὸς ἐκ τῆς περικειμένης χώρας εἰς ὕψος ἱκανόν. τούτου δὲ ἡ περίμετρος τῆς ἄνω στεφάνης οὐ λείπει τῶν ἑκατὸν σταδίων, ὑφ᾽ ἧς ὁ περιεχόμενος τόπος εὔβοτος ὑπάρχει καὶ γεωργήσιμος. πρὸς μὲν τὰς πελαγίους πνοιὰς εὐφυῶς κείμενος, θανασίμων δὲ θηρίων εἰς τέλος ἄμοιρος. περιέχεται δὲ κρημνοῖς ἀπροσίτοις ἔκ τε τοῦ κατὰ θάλατταν μέρους, καὶ τοῦ παρὰ τὴν μεσόγαιαν παρήκοντος· τὰ δὲ μεταξὺ τούτων ἐστὶν ὀλίγης καὶ βραχείας δεόμενα κατασκευῆς. ἔχει δ᾽ ἐν αὐτῷ καὶ μαστὸν, ὃς ἅμα μὲν ἀκροπόλεως, ἅμα δὲ σκοπῆς εὐφυοῦς λαμβάνει τάξιν, κατὰ τῆς ὑποκειμένης χώρας. κρατεῖ δὲ καὶ λιμένος εὐκαίρου πρὸς τὸν ἀπὸ Δρεπάνου καὶ Λιβυβαίου δρόμον ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν, ἐν ᾧ πλῆθος ὕδατος ἄφθονον ὑπάρχει. προσόδους δὲ τὰς πάσας ἔχει τρεῖς, τὰς δυσχερεῖς· δύο μὲν ἀπὸ τῆς χώρας, μίαν δ᾽ ἀπὸ τῆς θαλάττης. ἐν ᾧ καταστρατοπεδεύσας παραβόλως Ἀμίλκας, ὡς ἂν μήτε πόλεως οἰκείας, μήτ᾽ ἄλλης ἐλπίδος μηδεμιᾶς ἀντεχόμενος, εἰς μέσους δὲ τοὺς

imperium illi tradunt. qua mox aſſumta ad devaſtandam Italiam proficiſcitur. erat is annus belli hujus XVIII. hic Locrorum & Brutiorum agros populatus, inde mox in fines Panormitanorum cum univerſa claſſe appulit: ibique locum occupavit ad mare ſitum, inter Erycem ac Panormum, qui dicitur, Supra carcerem: vulgóque exiſtimatur, omnium locorum eſſe ad caſtrametandum appoſitiſſimus, & ad fovendum quamvis diu exercitum. mons quippe eſt, præruptus omni ex parte, è circumjecta planitie in altum ſic ſatis ſe attollens. eſtque ejus ambitus in ſummo faſtigio, non minor quam M. P. XII. & quingentorum. medium omne ſpatium pecori alendo & frugibus ſerendis aptum eſt: adverſus marinos flatus egregie comparatum, peſtiferarum beſtiarum in totum immune: utrinque & à mari & ab ea parte quà cohæret mediterraneis, ita circundatum præruptis ac præcipitibus locis, ut ad medis intervalla parva brevique munitione ſit opus. in hac item planitie tumulus aſſurgit, ſic à natura factus, ut arcis vicem obtinere ac ſpeculæ ad obſervandam ſubjectam regionem, queat. habet & portum aqua abundantem, iis opportunum, qui Drepano aut Lilybæo Italiam curſu petunt. aditus ad hunc montem tres omnino ſunt, iique oppidò difficiles: duo à terra: unus à mari. ubi quum ingenti audacia caſtra muniſſet Amilcar; (ſociam enim nullam urbem habens, neque ſpem ullam aliam, in medios

ſe hoſtes

ſe hoſtes dederat :) plurimum Romanis negotii faceſſit, & gravibus illos periculis implicuit. Nam primùm ex eo loco navibus proficiſcens, oram Italiæ ad Cumanorum uſque fines devaſtabat. deinde autem, quum non longe caſtra Romani locaſſent ante Panormum urbem, intervallo paſſuum ſexcentorum & xxv. magnas cum illis pugnavlt pugnas terreſtres, trium ferme annorum ſpatio: quæ quidem recenſeri omnes ſigillatim non queunt. Quemadmodum enim in pugilibus animi corporiſque robore præſtantibus uſu venit, cum in certamen de corona progreſſi, ictibus ſubinde ac ſine intermiſſione repetitis inter ſe pugnant: ut ſingularum petitionum plagarumque rationem habere, aut eas prævidere, neque ipſi qui certant, neque ii qui ſpectant poſſint: ſed ex eo quod tandem fuerit effectum, & ex utriuſque pervicacia; abunde licet de peritia certandi quam habent, deque viribus eorum, atque etiam de conſtantia judicium facere: ſic & in his de quibus ſermo eſt ducibus res ſe habet. Nam cauſſas quidem aut modos, quibus invicem ſibi quotidie inſidias ſtruebant, aut ſtructas in caput auctoris retorquebant, invaſiones & aggreſſiones, nec percenſere ſcriptoribus facile fuerit: & longa tædioſaque res audientibus, quæque nullam lectoribus utilitatem ſit allatura, merito judicetur. ſed ex eo quod in univerſum de iis pronuntiatum fuerit, & exitu quem nacta eſt illa acris contentio, melius dictos viros noſcas. etenim neque eorum ſtratagematum quæ ex hiſtoriis peti

πολεμίοις ἑαυτὸν δεδωκώς· ὅμως
οὐ μικροὺς, οὐδὲ τοὺς τυχόντας Ῥω-
μαίοις ἀγῶνας, καὶ κινδύνους παρε-
σκεύασε. πρῶτον μὲν γὰρ ἐντεῦθεν
ὁρμώμενος κατὰ θάλατταν, τὴν παρα-
λίαν τῆς Ἰταλίας ἐπόρθει μέχρι τῆς
Κυμαίων χώρας. δεύτερον δὲ κατὰ
γῆν παραστρατοπεδευσάντων αὐτῷ
Ῥωμαίων πρὸ τῆς Πανορμιτῶν πό-
λεως ἐν ἴσως πέντε σταδίοις, πολλοὺς
καὶ ποικίλους ἀγῶνας συνεστήσατο κατὰ
γῆν σχεδὸν ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτούς. περὶ
ὧν οὐχ οἷόν τε διὰ τῆς γραφῆς τὸν
κατὰ μέρος ἀποδοῦναι λόγον. καθά- 57
περ γὰρ ἐπὶ τῶν διαφερόντων πυκτῶν,
καὶ ταῖς γενναιότησι καὶ ταῖς εὐεξίαις,
ὅταν εἰς τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ στεφάνου
συγκαταστάντες καιρὸν διαμάχων-
ται, πληγὴν ἐπὶ πληγῇ τιθέντες
ἀδιαπαύστως, λόγον μὲν ἢ πρόνοιαν
ἔχειν ὑπὲρ ἑκάστης ἐπιβολῆς καὶ πλη-
γῆς, οὔτε τοῖς ἀγωνιζομένοις, οὔτε
τοῖς θεωρουμένοις ἐστὶ δυνατόν. ἐκ δὲ
τῆς καθόλου τῶν ἀνδρῶν ἐνεργείας καὶ
τῆς ἑκατέρου φιλοτιμίας, ἐστὶ καὶ τῆς
ἐμπειρίας αὐτῶν καὶ τῆς δυνάμεως,
ἔτι δὲ καὶ τῆς εὐψυχίας ἱκανὴν ἔννοιαν
λαβεῖν. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν νῦν λεγομέ-
νων στρατηγῶν. τὰς μὲν γὰρ αἰτίας, ἢ
τοὺς τρόπους, δι' ὧν ἀνὰ ἑκάστην ἡμέ-
ραν ἐποιοῦντο κατ' ἀλλήλων ἐνέδρας,
ἀντενέδρας, ἐπιθέσεις, προσβολάς,
οὔτ' ἂν ὁ γράφων ἐξαριθμούμενος
ἐφίκοιτο, τοῖς τ' ἀκούουσιν ἀπέραν-
τος, ἅμα δ' ἀνωφελὴς ἂν ἐκ
τῆς ἀναγνώσεως κρίνοιτο χρεία.
ἐκ δὲ τῆς καθολικῆς ἀποφάσεως
περὶ αὐτῶν καὶ τοῦ τέλους τῆς φι-
λοτιμίας, μᾶλλον ἄν τις εἰς ἔν-
νοιαν ἔλθοι τῶν προειρημένων. οὔ-
τε γὰρ τῶν ἐξ ἱστορίας στρατηγη-
μάτων, οὔτε τῶν ἐκ τοῦ καιροῦ,

καὶ τῆς ὑποκειμένης περιστάσεως ἐπινοημάτων, οὔτε τῶν εἰς παράβολον καὶ βίαιον ἀνηκόντων τόλμαν, οὐδὲν παρελείφθη. κρίσιν γε μὴν ὁλοσχερῆ γενέσθαι διὰ πλείους αἰτίας, οὐχ οἷόν τ' ἦν. αἵ τε γὰρ δυνάμεις ἀμφοτέρων ἦσαν ἰσάμιλλοι, τά τε κατὰ τοὺς χάρακας ὁμοίως ἀπρόσιτα διὰ τὴν ὀχυρότητα, τό τε διάστημα τῶν στρατοπέδων βραχὺ παντελῶς· ὅπερ αἴτιον ἦν μάλιστα τοῦ τὰς μὲν κατὰ μέρος συμπτώσεις ἀπαύστους γίνεσθαι καθ' ἡμέραν, ὁλοσχερὲς δὲ συντελεῖσθαι μηδέν. τούτους γὰρ αὐτοὺς ἀεὶ συνέβαινε διαφθείρεσθαι κατὰ τὰς συμπλοκὰς τοὺς ἐν χειρῶν νόμῳ περιπεσόντας. οἱ δ' ἅπαξ εὐθέως ἐγκλίναντες, ἐκτὸς τοῦ δεινοῦ πάντες ἦσαν ὑπὸ ταῖς αὐτῶν ἀσφαλείαις· καὶ πάλιν ἐκ μεταβολῆς ἐκινδύνευον.
58 οὐ μὴν ἀλλ' ὥσπερ ἀγαθὸς βραβευτὴς ἡ τύχη μεταβιβάσασα παραβόλως αὐτοὺς ἐκ τοῦ προειρημένου τόπου καὶ τοῦ προϋπάρχοντος ἀθλήματος, εἰς παραβολώτερον ἀγώνισμα, καὶ τόπον ἐλάττω συνέκλεισεν. ὁ γὰρ Ἀμίλκας, τῶν Ῥωμαίων τὸν Ἔρυκα τηρούντων, ἐπί τε τῆς κορυφῆς, καὶ παρὰ τὴν ῥίζαν, καθάπερ εἴπομεν, κατελάβετο τὴν πόλιν τῶν Ἐρυκίνων, ἥτις ἦν μεταξὺ τῆς τε κορυφῆς καὶ τῶν πρὸς τῇ ῥίζῃ στρατοπεδευσάντων. ἐξ οὗ συνέβαινε παραβόλως μὲν ὑπομένειν καὶ διακινδυνεύειν πολιορκουμένους τοὺς τὴν κορυφὴν κατέχοντας τῶν Ῥωμαίων· ἀπίστως δὲ τοὺς Καρχηδονίους ἀντέχειν, τῶν τε πολεμίων πανταχόθεν προσκειμένων, καὶ τῶν χορηγιῶν οὐ ῥᾳδίως αὐτοῖς παρακομιζομένων, ὡς ἂν τῆς θα-

poſſunt, neque earum inventionum quas occaſio & inſtans neceſſitas ſuggerunt, neque item eorum quæ abruptam & violentam audaciam deſiderant, quidquam eſt prætermiſſum. in caſum tamen univerſæ dimicationis venire, multis de cauſſis non poterant. nam & vires utrinq; erant pares: & caſtra pariter ob locorum munitionem inacceſſa: & quum vicinis admodum locis conſiderent, ex eo fiebat, ut per partes quidem ſine intermiſſione quotidie concurrerent: at quod in ſummam totius ſpei proficeret, nihil patrarent. ſi quidem ex æquo ambobus eveniebat, ut quoties comminus res gerebatur, illi perirent; qui manum cum hoſte conſererent: at qui cito aciem ſemel inclinarent, intra ſuas munitiones recepti, extra periculum erant, & in hoſtem denuo converſi dimicabant. Sed enim Fortuna, tanquam brabeuta bonus è dicto loco & certato aliquamdiu certamine audacter translatos, in certamen aliud longe periculoſius, ac locum breviorem eos concluſit. Cuſtodiebant Romani Erycem, præſidio vertici impoſito, & ad radices montis, ſicut diximus. Hamilcar Erycinorum urbem inter ipſum verticem & eos qui in imo monte conſederant ſitam, occupat. inde eveniebat, ut Romani qui ſummum faſtigium tenebant, ab hoſte obſeſſi mira animi præſentia, quævis aſpera ſufferrent & pericula omnia ſubirent: Carthaginienſes vero ſupra hominum fidem ipſi quoque hoſtibus undique prementibus reſiſterent: accedente etiam commeatuum difficultate, quod uno dumtaxat loco,

ſtat loco, & unico aditu maris uſum retinerent. verùm heic quoque poſteaquam omnibus artibus queis expugnari urbes ſolent, omnique violentia alii adverſus alios uſi eſſent, inopiæ nullum non toleraſſent genus, omnis denique invaſionis & pugnæ periculum feciſſent: tandem, non, ut Fabius ait, exhauſtis viribus & victi malis, ſed ut viri quidam nullo malorum ſenſu præditi atque invicti, hieram fecerunt. prius enim quàm alii alios vincerent, (etſi per biennium item continuum eodem loco certatum eſt ab ipſis) accidit, ut alia ratione quadam finis bello imponeretur. igitur, quod ad Erycem, & copias terreſtres, hic ſtatus rerum erat. Ipſæ enimvero civitates illæ erant ambæ ſimiles gallis gallinaceis, qui majoribus animis decertant quàm viribus. nam & hi perſæpe propter virium imbecillitatem alis multati, ſolis animis reſiſtentes, plagas inferunt: donec tandem ſponte ſua congreſſi, facile ſeſe invicem vellicant: ut ex eo concidere alteri ante alterum contingat. & Romani quoque ac Carthaginienſes, laboribus jam defatigati propter continua certamina, ad ultimum deſperationis jam venerant, viribus ſolutis ac remiſſis ob tot annorum erogationes atque impenſas. & tamen Romani animorum pervicaciam retinentes: etſi annis ferme jam quinque mari in totum abſtinuerant: partim adverſis coacti: partim etiam illa ſpe ducti, quod terreſtribus copiis finem bello poſſe imponi ſibi perſuaſerant: tunc cum animadverterunt ſuum illud conſilium exitum qualem ipſi

memorata ſunt, in ſuam pernitiem eſſe converſa: tanta animorum anxietudine ſunt affecti, ut rebus ſuis penitus diffiderent: adeo contra omnium opinionem hæc ipſis acciderant. quippe continuis in Sicilienſe bellum ſumptibus attriti, ubi pax ſemel conveniſſet, reſpiraturos ſeſe, & in aliquo tolerabili ſtatu ſe futuros ſperaverant. jam vero in contrarium hæc ipſis ſpes vertebat. majus enim ac periculoſius bellum erat, cujus tunc principium eruperat. nam antea cum Romanis de Sicilia erat illis certamen: nunc civile bellum futurum, & de propria ſalute ac patria erat periclitandum. ad hæc nulla arma, nullæ navales copiæ, nullius claſſis apparatus apud eos erant; ut qui tot navalibus præliis male pugnaſſent. ſed nec alendi exercitus ulla ſuppetebat facultas: neque externi auxilii ab amicis aut ſociis præſtandi vel tenuiſſimam ſpem habebant. tum enimvero didicere liquido Carthaginienſes, bellum externum & tranſmarinum à ſeditione civili ac tumultu quantum differat. Erant vero ipſi cum primis horumce tot tantorumque malorum ſibi auctores. quippe qui ſuperiore bello populis Africæ crudeliter imperaſſent: quum ſatis juſtam ſibi viderentur cauſſam nacti, cum ab aliis quidem omnibus annui proventus partem alteram ſemper exigerent: urbium vero incolas alterum tantum tributi nomine pendere cogerent, quantum ante bellum pendebant. jam in exigendo, inopi veniam aut gratiam nullam concedere: præſides provinciarum eos

παραλόγως, ἀλλὰ καὶ καθ' αὑτῶν ὁρῶντες ἕκαστα τῶν προειρημένων ἐπιστρέφοντα, τελέως ἐν μεγάλῃ δυσθυμίᾳ καὶ δυσελπιστίᾳ καθέστασαν, ὥστε παρὰ τὴν προσδοκίαν αὖθις τῶν πραγμάτων ἀποβεβηκότων. τετρυμμένοι γὰρ ἐν τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ συνεχῶς, ἤλπιζον ἐπιτελεσθεισῶν τῶν διαλύσεων, ἀναπνοῆς τινος τεύξεσθαι καὶ καταστάσεως εὐδοκουμένης. συνέβαινε δ' αὐτοῖς τἀναντία. μείζονος γὰρ ἐνίστατο πολέμου καταρχὴ καὶ φοβερωτέρου. πρόσθεν μὲν γὰρ ὑπὲρ Σικελίας ἠμφισβήτουν Ῥωμαίοις· τότε δὲ περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῆς πατρίδος ἔμελλον κινδυνεύσειν, πόλεμον ἀναλαμβάνοντες ἐμφύλιον. πρὸς δὲ τούτοις, οὐχ ὅπλων πλῆθος, οὐ ναυτικὴ δύναμις, οὐ πλοίων κατασκευὴ παρ' αὐτοῖς ἦν, ὡς ἄν, τοσαύταις ναυμαχίαις περιπεπτωκότων· καὶ μὴν οὐδὲ χορηγιῶν διάθεσις, οὐδὲ φίλων οὐδὲ συμμάχων τῶν βοηθησόντων ἔξωθεν ἐλπίς, οὐδ' ἥτις οὖν ὑπῆρχε. διὸ καὶ τότε σαφῶς ἔγνωσαν ἡλίκην ἔχει διαφορὰν ξενικὸς καὶ διαπόντιος πόλεμος, ἐμφυλίου στάσεως καὶ ταραχῆς. οὐχ ἥκιστα δ' αὐτοὶ σφίσι τῶν τοιούτων καὶ τηλικούτων κακῶν ἐγεγόνεισαν αἴτιοι.
κατὰ γὰρ τὸν προγεγονότα πόλεμον 72
εὐλόγους ἀφορμὰς ἔχειν ὑπολαμβάνοντες, πικρῶς ἐπεστάτησαν τῶν κατὰ τὴν Λιβύην ἀνθρώπων· παραιρούμενοι μὲν τῶν ἄλλων πάντων τῶν καρπῶν τοὺς ἡμίσεις· διπλασίους δὲ ταῖς πόλεσι τοὺς φόρους ἢ πρὶν ἐπιτάττοντες. συγγνώμην δὲ τοῖς ἀπόροις ἢ συμπεριφορὰν οὐδ' ἡντινοῦν ἐπ' οὐδενὶ τῶν πραττομένων διδόντες· θαυμάζοντες δὲ καὶ τιμῶντες τῶν

τι στρατηγῶν, οὐ τοὺς πράως καὶ φιλανθρώπως τῷ πλήθει χρωμένους· ἀλλὰ τοὺς αὑτοῖς μὲν ἑτοιμάζοντας πλείστας χορηγίας καὶ παρασκευάς, τοῖς δὲ κατὰ τὴν χώραν πικρότατα χρωμένους· ὧν εἷς ἦν Ἄννων. τοιγαροῦν οἱ μὲν ἄνδρες οὐχ οἷον παρακλήσεως πρὸς τὴν ἀπόστασιν, ἀλλ' ἀγγέλου μόνον ἐδεήθησαν. αἱ δὲ γυναῖκες αἱ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον ἀπαγομένους περιορῶσαι τοὺς σφετέρους ἄνδρας καὶ γονεῖς πρὸς τὰς εἰσφοράς· τότε συνομνύουσαι κατὰ πόλεις, ἐφ' ᾧ μηδὲν κρύψειν τῶν ὑπαρχόντων αὐταῖς, ἀφαιρούμεναι τὸν κόσμον εἰσέφερον ἀπροφασίστως εἰς τοὺς ὀψωνιασμούς. καὶ τοιαύτην παρασκευάσαντες εὐπορίαν τοῖς περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, ὥστε μὴ μόνον διαλῦσαι τὰ προσοφειλόμενα τῶν ὀψωνίων τοῖς μισθοφόροις κατὰ τὰς ἐπαγγελίας, ἃς ἐποίησαν πρὸς τὴν ἀπόστασιν· ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ συνεχὲς εὐπορῆσαι χορηγίας. οὕτως οὐδέποτε δεῖ πρὸς τὸ παρὸν μόνον, ἔτι δὲ μᾶλλον πρὸς τὸ μέλλον ἀποβλέπειν δεῖ τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους.
73 οὐ μὴν ἀλλὰ καίπερ ἐν τοιούτοις καιροῖς ὄντες οἱ Καρχηδόνιοι, προστησάμενοι τὸν Ἄννωνα στρατηγὸν, διὰ τὸ δοκεῖν τοῦτον καὶ πρότερον αὐτοῖς τὰ κατὰ τὴν Ἑκατοντάπυλον τῆς Λιβύης καταστρέψασθαι, συνήθροιζον μὲν μισθοφόρους, καθώπλιζον δὲ τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις τῶν πολιτῶν· ἐγύμναζον δὲ καὶ συνέταττον τοὺς πολιτικοὺς ἱππεῖς· παρεσκεύαζον δὲ καὶ τὰ περίλοιπα τῶν πλοίων τριήρεις καὶ πεντηκοντόρους, καὶ τὰ μέγιστα τῶν ἀκατίων. οἱ δὲ περὶ τὸν Μάθω παραγενομένων αὐτοῖς εἰς ἑπτὰ μυριά-

mirari & in pretio habere, non qui benignitate & humanitate in ſubditos uterentur: ſed qui ſibi quidem ad alendum exercitum & naves atque opera conficienda, plurima Reip. ſubſidia pararent: homines vero agreſtes ac ruſticos acerbiſſime tractarent: quorum unus erat Hanno. Itaque ergo, quum viri in Africa non dicam hortatu, ſed vix nuntio opus habuerint ad rebellandum: etiam mulieres, quæ antea perſæpe maritos parenteſque ſuos ab exactoribus tributorum in carcerem duci paſſæ erant: tunc in ſuis quæque civitatibus inter ſe conjuratæ, nihil rerum ſuarum ſe occultaturas: detractum ſibi mundum abſque ulla tergiverſatione in ſtipendium militi conferebant. moxque tanta pecuniæ vi Matho & Spendius abundarunt, ut non ſolum reliqua ſtipendiorum mercenariis exſolverent: quæ fuerat ab initio pacta ipſis rebellionis merces: ſed etiam ad continuandos deinceps eos ſumptus large ſuppeteret. Adeo, ſi quis rectam conſiliorum inire viam cupit, non ſolum præſentis, ſed etiam futuri habenda ei ratio eſt. At Carthaginienſes quantumvis preſſi malis, belli ducatu Hannoni delato, cujus opera jam ante in ſubigenda parte Libyæ circa Hecatompylum fuerant uſi, mercenarios undique cogere, cives armare qui ætate eſſent militari, equites urbanos exercere; navium denique quicquid ſupererat, triremes, actuarias remorum L & acatiorum maxima quæque inſtruere. interea Matho & Spendius, poſtquam L X X jam Africanorum millia ad eos conve-

niſſent,

niſſent, partiti copias, Uticenſes & Hippacritas tuti ab hoſte undique obſidebant: & poſita Tunete caſtra adverſus omnia pericula firmata ſervabant; Carthaginienſibus ab univerſa exteriore Africa excluſis. Urbs namque hæc Carthago in ſinum quemdam prona, peninſulæque ad figuram accedens; hinc mari, inde lacu, maxima ſui parte cingitur. Iſthmus, quo Africæ jungitur, patet in latitudinem ſtadia xxv. ſitaque eſt in hujus ſpatii latere, quod vergit ad mare, Utica, modico ab urbe intervallo: in altero ſecundum lacum eſt Tunes. ad quæ duo loca quum mercenarii caſtra admoviſſent, & Carthaginienſes à cætera regione excluſiſſent; ipſi jam Carthagini imminebant. ac modo interdiu, modo noctu ad muros ipſos accedentes, metu ac trepidatione maxima intus omnia miſcebant. Hanno autem in apparatibus quidem conquirendis, nihil quod fieri poſſet prætermittebat: erat enim ad eam rem ingenioſus: ſed quoties cum exercitu in hoſtem ibat, alium diceres. qui quidem oblatis occaſionibus uti neſciebat, & imperite atque ignave omnia adminiſtrabat. quum igitur expeditione prima obſeſſis Uticenſibus ſuppetias veniſſet, ac multitudine elephantorum, quos habuit non pauciores centum, hoſti pavorem injeciſſet: mox univerſæ victoriæ principium adeptus, adeo male ſe geſſit, ut præter exercitum, ipſos inſuper Uticenſes male perdiderit. catapultis namque & tormentis, omnique oppugnandarum ur-

δας Λιβύων, ἐπιδιελόντες τούτους, ἀσφαλῶς ἐπολιόρκουν τοὺς Ἰτυκαίους καὶ τοὺς Ἱππακρίτας· βεβαίως δὲ τὴν ἐν τῷ Τύνητι στρατοπεδείαν κατεῖχον· ἀποκεκλείκεσαν δὲ τοὺς Καρχηδονίους ἁπάσης τῆς ἐκτὸς Λιβύης. ἡ γὰρ Καρχηδὼν, αὐτὴ μὲν ἐν κόλπῳ κεῖται προτείνουσα καὶ χερρονησίζουσα τῇ θέσει, τὸ μὲν τῇ θαλάττῃ, τὸ δέ τι καὶ λίμνῃ περιεχομένη κατὰ τὸ πλεῖστον. ὁ δὲ συνάπτων ἰσθμὸς αὐτὴν τῇ Λιβύῃ, τὸ πλάτος ὡς εἴκοσι καὶ πέντε σταδίων ἐστί. τούτου δ' ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὸ πέλαγος νεύοντος μέρους, οὐ μακρὰν ἡ τῶν Ἰτυκαίων κεῖται πόλις· ἐπὶ δὲ θατέρου παρὰ τὴν λίμνην ὁ Τύνης. ἐφ' ὧν ἑκατέρων τότε στρατοπεδεύσαντες οἱ μισθοφόροι, καὶ διακλείσαντες ἀπὸ τῆς χώρας τοὺς Καρχηδονίους, λοιπὸν ἐπεβούλευον αὐτῇ τῇ πόλει. καὶ ποτὲ μὲν ἡμέρας, ποτὲ δὲ καὶ νύκτωρ παραγινόμενοι πρὸς τὸ τεῖχος εἰς φόβους καὶ θορύβους ὁλοσχερεῖς ἐνέβαλον τοὺς ἔνδον. Ἄννων δὲ περὶ μὲν τὰς 74
παρασκευὰς ἐνδεχομένως ἐγίνετο· καὶ γὰρ ἦν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος εὐφυής· ἐξορμήσας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως, ἕτερος ἦν. καὶ γὰρ τοῖς καιροῖς ἀστόχως ἐχρῆτο, καὶ τοῖς ὅλοις πράγμασιν ἀπείρως καὶ νωθρῶς. διὸ καὶ τὸ μὲν πρῶτον εἰς Ἰτύκην παραβοηθήσας τοῖς πολιορκουμένοις, καὶ καταπληξάμενος τοὺς ὑπεναντίους τῷ πλήθει τῶν θηρίων. εἶχε γὰρ οὐκ ἐλάττους ἑκατὸν ἐλεφάντων· καὶ μετὰ ταῦτα λαβὼν προτερήματος ἀρχὴν ὁλοσχερῶς, οὕτως ἐχρήσατο κακῶς, ὥστε κινδυνεῦσαι προσαπολέσαι καὶ τοὺς πολιορκουμένους. κομίσας γὰρ ἐκ τῆς πόλεως τοὺς καταπέλτας καὶ τὰ βέλη, καὶ συλλήβδην ἁ-

τίσας τὰς πρὸς τὴν πολιορκίαν παρασκευάς, καὶ στρατοπεδεύσας πρὸς τῇ πόλει, ἐνεχείρησε προσβάλλειν πρὸς τὸν τῶν ὑπεναντίων χάρακα. τῶν δὲ θηρίων βιασαμένων εἰς τὴν παρεμβολήν, οὐ δυνάμενοι τὸ βάρος οὐδὲ τὴν ἔφοδον οἱ πολέμιοι ὑπομένειν, πάντες ἐξέπεσον ἐκ τῆς στρατοπεδείας. καὶ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἀπέθανον, τρωθέντες ὑπὸ τῶν θηρίων· τὸ δὲ διασωζόμενον μέρος πρός τινα λόφον ἐρυμνὸν καὶ σύμφυτον ἔμεινε, πιστεῦον ταῖς ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων ἀσφαλείαις. ὁ δ' Ἄννων εἰθισμένος Νομάσι καὶ Λίβυσι πολεμεῖν, οἵτινες ὅταν ἅπαξ ἐγκλίνωσι ποιοῦνται τὴν φυγὴν ἐπὶ δύο ἡμέρας καὶ τρεῖς ἐκτοπίζοντες αὐτούς, ὑπολαβὼν καὶ τότε πέρας ἔχειν τοὺς πολεμίους καὶ νενικηκέναι τοῖς ὅλοις, τῶν μὲν στρατιωτῶν ὠλιγώρησε, καὶ καθόλου τῆς παρεμβολῆς· αὐτὸς δ' εἰσελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἐγίνετο περὶ τὴν τοῦ σώματος θεραπείαν. οἱ δὲ συμπεφευγότες τῶν μισθοφόρων εἰς τὸν λόφον, σύντροφοι γεγονότες τῆς Βάρκα τόλμης· συνήθεις δ' ἐκ τῶν κατὰ Σικελίαν ἀγώνων, πολλάκις τῆς αὐτῆς ἡμέρας ποτὲ μὲν ὑποχωρεῖν, ποτὲ δὲ πάλιν ἐκ μεταβολῆς ἐγχειρεῖν τοῖς πολεμίοις· καὶ τότε συνιδόντες τὸν μὲν στρατηγὸν ἀπηλλαγμένον εἰς τὴν πόλιν, τοὺς δὲ πολλοὺς διὰ τὸ προτέρημα ῥαθυμοῦντας καὶ διαρρέοντας ἐκ τῆς στρατοπεδείας, συστραφέντες ἐπιτίθενται τῷ χάρακι· καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασαν φυγεῖν αἰσχρῶς ὑπὸ τὰ τείχη καὶ τὰς πύλας. ἐκυρίευσαν δὲ τῆς ἀποσκευῆς ἁπάσης, καὶ τῆς τῶν πολιορκουμένων παρασκευῆς· ἣν Ἄννων πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐκκομίσας ἐκ τῆς πόλεως, ἐποίησε τοῖς ἐχθροῖς

bium apparatu Carthagine afferri juſſis, & ad oppidum Uticam caſtris locatis, vallum hoſtium adoriri cepit. & quum beſtiæ in eorum caſtra irrupiſſent, hoſtes violentam impreſſionem illarum non ſuſtinentes, vallo omnes exceſſerunt. ac multi quidem ex iis ab elephantis vulnerati perierunt: qui autem evaſerunt ad proximum collem munitum & arboribus conſitum ſe receperunt, rati ipsâ naturâ loci ſe fore tutos. Hanno bellare contra Numidas & Afros antea ſolitus, qui inclinata ſemel acie fugam arripiunt, ad remota inde loca per biduum aut triduum contendentes; exiſtimans tunc temporis omnino jam debellatum eſſe, hoſtemque penitus profligatum; & milites & caſtra in totum neglexit: atque ipſe urbem ingreſſus, corpori curando operam dabat. mercenarii vero qui in collem fugerant, aſſueti longo militiæ uſu audaciæ Barcæ; quibus præterea familiare erat ex rebus in Sicilia geſtis, perſæpe eodem die modo hoſti cedere, modo converſione facta eundem invadere: certiores tum facti, ipſum quidem in oppidum conceſſiſſe ducem, at milites propter victoriam agere negligentius, & ex caſtris dilabi; in globos collecti vallum adoriuntur, & multis hoſtium occiſis, reliquos ad portas ac muros turpiter fugere compellunt. potiti ſunt omnibus impedimentis, & obſeſſorum commeatu: quem Hanno quum ex urbe exportaſſet, ut & ipſe in poteſtatem adverſariorum veniret effecit. neque

hoc ſo-

hoc ſolum tempore ignave ſe Hanno geſſit: ſed etiam poſt paucos dies circa oppidum Gorzam: ubi caſtra hoſtium ſuis oppoſita habens, nactus rei bene gerendæ occaſiones, bis collatis ſignis, bis ex inſidiis inopinata invaſione, (ut pote admodum propinquis inimicorum caſtris:) utramque opportunitatem fruſtra per imprudentiam paſſus eſt perire. itaque Carthaginienſes male res geri ab illo conſpicati, Amilcarem Barcam exercitui denuo præficiunt. traditiſque ipſi elephantis LXX & quotquot præterea cogi poterant mercenariis, cum iis qui tranſitum ab hoſte fecerant: item equitum peditumque urbanis copiis, qui accedebant univerſi ad decem millia; in expeditionem ipſum mittunt. cujus ſtatim initio hoſtes ex inopinato aggreſſus, tantum illis pavoris injecit, ut animis collapſi, Uticæ obſidione deſiſterent: atque ipſe gloria anteactarum rerum dignus videretur, & ea exſpectatione quam apud omnes concitaverat. Series eorum quæ hac expeditione geſſit, hæc eſt. Cervix illa quæ Africæ Carthaginem jungit, colles terrenos in ipſa commiſſione habet difficiles & arduos: inque his arte munitæ ſunt viæ per quas in regionem patet tranſitus. tunc autem Matho omnia bello opportuna loca in illis collibus firmata præſidiis cuſtodiebat. ad hæc, quum Macar fluvius locis nonnullis ſimiliter tranſitum impediat iis, qui Carthagine profecti in regionem tendunt; ac propter aquarum copiam vado ut plurimum

ὑποχείριον. οὐ μόνον δὲ περὶ τοῦτον τὸν καιρὸν οὕτως ἀνεστράφη νωθρῶς, ἀλλὰ καὶ μετ' ὀλίγας ἡμέρας περὶ τὴν καλουμένην Γόρζαν, ἀντιστρατοπεδευσάντων αὐτῷ τῶν πολεμίων λαβὼν καιροὺς, δὶς μὲν ἐκ παρατάξεως εἰς τὸ νικᾶν, δὶς δ' ἐξ ἐπιθέσεως, ὥστε στρατοπεδευόντων σύνεγγυς αὐτῷ τῶν ὑπεναντίων, ἀμφοτέρους δοκεῖ τούτους εἰκῇ καὶ παραλόγως προέσθαι. διόπερ οἱ Καρχηδόνιοι θεωροῦντες 75 αὐτὸν κακῶς χειρίζοντα τὰς πράξεις, Ἀμίλκαν τὸν ἐπικαλούμενον Βάρκαν αὖθις προεστήσαντο. καὶ τοῦτον ἐξέπεμπον εἰς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον στρατηγὸν, δόντες ἑβδομήκοντα μὲν ἐλέφαντας, καὶ τοὺς ἐπισυνηγμένους τῶν μισθοφόρων, καὶ τοὺς ηὐτομοληκότας ἀπὸ τῶν πολεμίων· ἅμα δὲ τούτοις τοὺς πολιτικοὺς ἱππεῖς καὶ πεζοὺς, ὥστε τοὺς σύμπαντας εἰς μυρίους ὑπάρχειν· ὃς κατὰ τὴν πρώτην εὐθέως ἔξοδον καταπληξάμενος τῷ παραδόξῳ τῆς ἐπιβολῆς, ἥττησε μὲν τὰς ψυχὰς τῶν ὑπεναντίων, ἔλυσε δὲ τὴν τῆς Ἰτυκῆς πολιορκίαν· ἐφάνη δ' ἄξιος τῶν προγεγονότων ἔργων, καὶ τῆς παρὰ τῷ πλήθει προσδοκίας. τὸ δὲ πραχθὲν ἦν ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὴν χρείαν ταύτην τοιοῦτον. τῶν γεωλόφων τῶν ἐπιζευγνυόντων τὸν αὐχένα τὸν συνάπτοντα τὴν Καρχηδόνα πρὸς τὴν Λιβύην, ὄντων δυσβάτων, καὶ χειροποιήτους ἐχόντων διεκβολὰς ἐπὶ τὴν χώραν· συνέβαινε τοὺς περὶ τὸν Μάθω πάντας τοὺς διὰ τῶν προειρημένων λόφων εὐκαίρως κειμένους τόπους φυλακαῖς διειληφέναι. πρὸς δὲ τούτοις ὁ προσαγορευόμενος Μάκαρ ποταμὸς διείργοντος κατά τινας τόπους παραπλησίως τὴν ἐπὶ τὴν χώραν τοῖς ἐκ τῆς πόλεως ἔξοδον, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τοῦ

ῥεύματος ἄβατος κατὰ τὸ πλεῖστον ὑπάρχοντος, μιᾶς δ' οὔσης ἐπ' αὐτῷ γεφύρας, καὶ ταύτην τηρεῖν τὴν δίοδον ἀσφαλῶς, πόλιν ἐπ' αὐτῆς ᾠκοδομηκότας· ἐξ ὧν συνέβαινε τοὺς Καρχηδονίους, μὴ οἷον στρατοπέδῳ τῆς χώρας ἐπιβαίνειν· ἀλλὰ μηδὲ τοὺς κατ' ἰδίαν θέλοντας διαπεσεῖν, ῥᾳδίως ἂν δύνασθαι λαθεῖν τοὺς ὑπεναντίους. εἰς ἃ βλέπων Ἀμίλκας, καὶ παντὸς πράγματος καὶ καιροῦ πεῖραν λαμβάνων, διὰ τὸ δυσχρηστεῖν περὶ τὴν ἔξοδον, διενοήθη τι τοιοῦτον. τοῦ προειρημένου ποταμοῦ κατὰ τὴν εἰς θάλατταν ἐκβολὴν συνθεωρήσας κατά τινας ἀνέμων στάσεις ἀποθινούμενον τὸ στόμα, καὶ τεναγώδη γινομένην τὴν παρ' αὐτῷ τῷ στόματι πάροδον, ποιήσας εὐτρεπῆ τῷ στρατοπέδῳ τὰ πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ κρύπτων ἐν αὐτῷ τὴν ἐπιβολήν, ἐτήρει τὸ προειρημένον σύμπτωμα. παραπεσόντος δὲ τοῦ καιροῦ, νυκτὸς ἐξορμήσας ἔλαθε πάντας ἅμα τῷ φωτὶ τὸν προειρημένον τόπον διαβιβάσας τὴν δύναμιν. παραδόξου δὲ τοῦ πράγματος φανέντος, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει καὶ τοῖς ὑπεναντίοις, ὁ μὲν Ἀμίλκας προῆγε διὰ τοῦ πεδίου, ποιούμενος τὴν πορείαν ἐπὶ τοὺς τὴν γέφυραν φυλάττοντας. 76 οἱ δὲ περὶ τὸν Σπένδιον συνιέντες τὸ γεγονός, ἀπήντων εἰς τὸ πεδίον, καὶ παρεβοήθουν ἀλλήλοις. οἱ μὲν ἐκ τῆς περὶ τὴν γέφυραν πόλεως ὄντες οὐκ ἐλάττους μυρίων, οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἰτύκης ὑπὲρ τοὺς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους. ἐπεὶ δ' εἰς τὸ συνάπτειν ἧκον ἀλλήλοις, νομίσαντες ἐν μέσῳ τοὺς Καρχηδονίους ἀπειληφέναι, σπουδῇ παρηγγύων ἅμα παρακαλοῦντες σφᾶς αὐτούς, καὶ συνῆπτον τοῖς πολεμίοις. ὁ δ' Ἀμίλκας ἦγε μὲν τὴν πορείαν, πρώτους

tranſiri nequeat: Matho pontem ei amni impoſitum, qui eſt unicus, magna diligentia tuebatur, urbe etiam ad illum exſtructa; ex quo fiebat, ut non ſolum exercitus in regionem ducere non poſſent: ſed ut ne ſinguli quidem hoſtem effugerent, qui tranſire conarentur. hæc Amilcar videns, ad omnes & rerum & temporum occaſiones ſemper intentus, quia trajicere non poterat, hujuſmodi conſilium excogitavit. Obſervaverat circa exitum fluminis ejus in mare, quo tempore certi quidam venti obtinent, ſabulo oppleri oſtium: tæniamque paluſtrem effici ad tranſeundum idoneam. igitur exercitu ad profectionem parato, nemine conſilii conſcio, ut illud fieret de quo diximus, exſpectabat. ubi tempus advenit, noctu eductis copiis, luce prima prius quam animadvertiſſet quiſquam univerſas trajecit. mirari ergo factum, quod fieri poſſe non putabant, & qui in urbe erant & hoſtes. interea per patentes campos progrediebatur Amilcar, itinere verſus pontis cuſtodes inſtituto. at Spendius re cognita, obviam Amilcari in planitiem procedit: mutuiſque auxiliis qui prodierant ex urbe ad pontem ſita, decem millibus non pauciores; & qui Utica advenerant ſupra XV hominum millia, ſe ſuſtinebant. qui ubi invicem appropinquaſſent, rati Pœnos in medio deprehenſos teneri, ſedulò alii aliis dare mandata, invicem ſe adhortari, hoſtem aggredi. pergebat contra Amilcar agmen ducere: præcedebant elephanti: ſequebantur equites

equites cum levi armatura: agmen ſcutati claudebant. is ut videt hoſtem in ſuos ferri inconſultius, verti aciem totam imperat. igitur qui à fronte erant, hos flectere ſe, ac retro properare jubet: eos vero qui in extremo agmine prius erant, poſt factam converſionem circumagens, in aciem inſtructos inimicis opponit. Afri & mercenarii fugere Carthaginienſes ex pavore rati, ſolutis ordinibus eos invadunt, ac manu pugnam valide capeſſunt. ubi vero equites poſt converſionem proximi jam ordinatis hoſtem ſuſtinere, ac reliquam aciem obducere ceperunt: Afri, qui temere ac ſparſim certamen erant orſi, inopinata illorum virtute perculſi, in fugam ſubito inclinantur. horum deinde alii, quum in ſuos à tergo ſequentes incidiſſent, errore ducti & ſibi & ſuis pernitiem afferebant: alii, & quidem plerique omnes, equitibus atque elephantis terga prementibus, permixtim ſunt conculcati. Periére ex Afris & mercenariis ad ſex millia: capti ſunt ad duo millia: reliqui partim in urbem ponti adjacentem, partim in caſtra ante Uticam poſita, fugêre. parta hoc modo victoria, fugientes è veſtigio perſecutus Amilcar, proximam ponti urbem ab Afris relictam, qui Tunetum ſe receperant, ſubitus irrupit: regionem vero reliquam incurſans, alia oppida ad deditionem coegit, alia vi expugnavit. atque ita Carthaginienſibus, qui paullo ante de

ἔχων τοὺς ἐλέφαντας, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους, τελευταῖα δὲ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων. καθορῶν δὲ προχειρότερον ἐπιφερομένους τοὺς ὑπεναντίους, ἀναστρέφειν παρήγγελλε πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ. καὶ τοὺς μὲν ἀπὸ τῆς πρωτοπορείας ἀναστρέφοντας, σπουδῇ ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν ἐκέλευσε· τοὺς δὲ περὶ τὴν οὐραγίαν ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχοντας, ἐξ ἐπιστροφῆς περισπῶν ἐξέταττε πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. οἱ δὲ Λίβυες καὶ μισθοφόροι νομίσαντες αὐτοὺς καταπεπληγμένους φυγεῖν, λύσαντες τὴν τάξιν, ἐπέκειντο, καὶ συνῆπτον εἰς τὰς χεῖρας ἐῤῥωμένως. ἅμα δὲ τῷ τοὺς ἱππεῖς συνεγγίσαντας τοῖς παρατεταγμένοις ἐκ μεταβολῆς ὑποστῆναι, τὴν δὲ λοιπὴν δύναμιν ἐπάγειν, ἐκπλαγεῖς γινόμενοι διὰ τὸ παράδοξον οἱ Λίβυες, ἐγκλίναντες εὐθέως ἔφευγον, ὡς ἂν εἰκῇ καὶ σποράδην ἐπικείμενοι· λοιπὸν, οἱ μὲν τοῖς κατόπιν ἐπιφερομένοις ἐμπίπτοντες, ἐσφάλλοντο, καὶ διέφθειρον αὑτούς τε καὶ τοὺς οἰκείους· οἱ δὲ πλείους συνεπατήθησαν ἐκ χειρὸς τῶν ἱππέων ἐπικειμένων αὐτοῖς καὶ τῶν θηρίων. ἀπώλοντο μὲν οὖν εἰς ἑξακισχιλίους τῶν Λιβύων καὶ τῶν ξένων· ἑάλωσαν δὲ περὶ δισχιλίους· οἱ δὲ λοιποὶ διέφυγον· οἱ μὲν εἰς τὴν πρὸς τῇ γεφύρᾳ πόλιν, οἱ δὲ ἐπὶ τὴν πρὸς τῇ Ἰτύκῃ παρεμβολήν. Ἀμίλκας δὲ ποιήσας τὸ προτέρημα τὸν προειρημένον τρόπον, εἵπετο κατὰ πόδας τοῖς πολεμίοις. καὶ τὴν μὲν ἐπὶ τῆς γεφύρας πόλιν ἐξ ἐφόδου κατέσχε, προεμένων καὶ φυγόντων εἰς τὸν Τύνητα τῶν ἐν αὐτῇ πολεμίων. τὴν δὲ λοιπὴν χώραν ἐπιπορευόμενος, τὰς μὲν προσήγετο, πλείστας δὲ κατὰ κράτος ἐξῄρει. τοῖς δὲ Καρχηδονίοις

βραχύ

βραχύ τι θάρσους ἐνειργάσατο καὶ τόλμης, ἐπὶ ποσὸν αὐτοὺς ἀπαλλάξας τῆς προϋπεγγυημένης δυσελπιστίας.

77 ὁ δὲ Μάθων αὐτὸς μὲν ἐπὶ τῆς τῶν Ἱππακριτῶν πολιορκίας ἐπέμενε. τοῖς δὲ περὶ τὸν Αὐτάριτον τὸν τῶν Γαλατῶν ἡγεμόνα καὶ Σπένδιον, ἔχεσθαι τῶν ὑπεναντίων συνεβούλευε· τὰ μὲν πεδία φεύγοντας διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρὰ τοῖς ὑπεναντίοις ἱππέων καὶ θηρίων. ταῖς δὲ ὑπωρείαις ἀντιπαράγοντας καὶ συνεπιτιθεμένους κατὰ τὰς ὑποπιπτούσας ἀεὶ δυσχερείας. ἅμα δὲ ταῖς ἐπινοίαις ταύταις, καὶ πρὸς τοὺς Νομάδας καὶ τοὺς Λίβυας ἐξέπεμπε, δεόμενος βοηθεῖν σφίσι, καὶ μὴ καταπροΐεσθαι τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καιρούς. ὁ δὲ Σπένδιος προσλαβὼν ἐκ τοῦ Τύνητος ἀφ' ἑκάστου τῶν γενῶν τοὺς πάντας εἰς ἑξακισχιλίους, προῆγε ταῖς ὑπωρείαις ἀντιπαράγων τοῖς Καρχηδονίοις, ἔχων ἅμα τοῖς προειρημένοις, καὶ τοὺς μετ' Αὐταρίτου Γαλάτας, ὄντας εἰς δισχιλίους. τὸ γὰρ λοιπὸν μέρος αὐτῶν τοῦ κατ' ἀρχὰς συστήματος ηὐτομολήκει πρὸς τοὺς Ῥωμαίους ἐν ταῖς περὶ τὸν Ἔρυκα στρατοπεδείαις. τοῦ δ' Ἀμίλκου παρεμβεβληκότος ἔν τινι πεδίῳ πανταχόθεν ὄρεσι περιεχομένῳ, συνέβη τὰς παρὰ τῶν Νομάδων καὶ Λιβύων βοηθείας εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον συνάψαι τοῖς περὶ τὸν Σπένδιον. γενομένης δὲ τοῖς Καρχηδονίοις τῆς μὲν τῶν Λιβύων ἐπιστρατοπεδείας αἰφνιδίου καὶ κατὰ πρόσωπον, τῆς δὲ τῶν Νομάδων ἀπ' οὐρᾶς, τῆς δὲ περὶ τὸν Σπένδιον ἐκ πλαγίου, μεγάλην αὐτοῖς ἀπορίαν συνέβη περιστῆναι, καὶ δυσέκφευκτον.

78 Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, Ναραύας, ὢν μὲν Νομὰς

ſuis rebus plane deſperabant, metu nonnihil minuto, aliquanto audentiores eos reddidit. Matho interim in Hippacritarum obſidione permanens, Autarito Gallorum duci ac Spendio auctor erat, ut ab hoſtibus ne longius recederent: ſed campos evitantes, quod equitum elephantorumque copia Pœni valerent, ſecus montium radices exercitum ductantes, quantum inimici procederent, tantum ipſi progrederentur: & ubi difficultate aliqua impeditos ſenſiſſent, impetum in eos facerent. ſimul cum his conſiliis, ad Numidas & Afros mittit, rogans ut auxilia ſubminiſtrent, & recuperandæ libertatis occaſionem ne omittant. Spendius, ex omnium nationum copiis quę Tunete erant, militum ad ſex millia ſeligit: iiſque aſſumptis, quoquo irent Carthaginienſes, longo agmine circa radices montium ſuos opponebat: etiam Gallicas Autariti copias, ad bis mille homines, ſecum trahens: nam cæteri Galli, qui initio ſub Autarito militabant, quo tempore ad Erycem caſtra habebant, ad Romanos defecerant. quum autem Amilcar in planitie quadam montibus undique cincta conſediſſet, eodemq; tempore Spendius Numidarum atque Afrorum auxilia accepiſſet: Afris à fronte caſtra repente ponentibus, à tergo Numidis, ad latus Spendio, in magnas anguſtias & prope ineluctabile periculum Carthaginienſes devenerunt. Per id tempus Naravaſus quidam erat, genere Numida, inter ſuos nobiliſſimus, militari animo juvenis,

hic

hic Pœnis jam ante favebat, propter eam notitiam quæ patri ipſius cum illis interceſſerat: tunc vero Amilcaris ducis præſtante gloria motus, magis adhuc in eadem mente eſt confirmatus. itaque ratus opportunum veniſſe tempus ejus conveniendi, & gratiæ conciliandæ, ad caſtra accedit, centum circiter Numidis comitatus. jamque vallo proximus, ſubſiſtit intrepidus, manu mota dans ſignum. Amilcar quid hic ſibi vellet admirans, unum ex equitibus ad eum mittit. ille ducem convenire ſe velle, dixit. dum Pœnus cum maxime dubitabat, verbis fidem non habens; Naravaſus equum & haſtas comitibus tradit, & magna confidentia nudus intra munitiones venit. mirari omnes & ſtupere ad hanc hominis audaciam. excipiunt tamen venientem, & cum eo congrediuntur. Naravaſus colloquio inſtituto dixit, omnibus ſe quidem Carthaginienſibus bene velle: ſed cum Barca imprimis jungere amicitiam optare. ea nunc fine veniſſe, ut ipſi conciliaretur; futurus illi in poſterum omnis conſilii atque incepti conſors fidelis. His auditis tanta lætitia inceſſit Barcam, & quia magna fiducia juvenis acceſſerat, & quod miram in ſermonibus ſimplicitatem præ ſe ferebat; ut non ſolum in ſocietatem omnium conſiliorum lubens illum admitteret: ſed filiam quoque ſuam ei ſe daturum jurejurando confirmaret: dum modo in fide populi Carthaginienſis perpetuo maneret. icto fœdere, venit Naravaſus cum Numidis quibus im-

τῶν ἐνδοξοτάτων εἷς, ἦν δὲ καὶ πλήρης ὁρμῆς πολεμικῆς. οὗτος ἀεὶ μὲν οἰκείως διέκειτο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, πατρικὴν ἔχων σύστασιν· τότε δὲ μᾶλλον παρωρμήθη διὰ τὴν Ἀμίλκου τοῦ στρατηγοῦ καταξίωσιν. διὸ καὶ νομίσας ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν πρὸς ἔντευξιν αὐτῶν καὶ σύστασιν, ἧκε πρὸς τὴν στρατοπεδείαν, ἔχων περὶ αὑτὸν Νομάδας εἰς ἑκατόν. καὶ συνεγγίσας τῷ χάρακι, θαρρῶν ἔμενε κατασείων τῇ χειρί. τοῦ δ' Ἀμίλκου θαυμάσαντος τὴν ἐπιβολήν, καὶ προσπέμψαντος ἕνα τῶν ἱππέων, εἰς λόγους ἔφη βούλεσθαι συνελθεῖν τῷ στρατηγῷ. διαπορουντος δ' ἀκμὴν, καὶ διαπιστοῦντος τοῦ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνος, παραδοὺς ὁ Ναραύασος τὸν ἵππον καὶ τὰς λόγχας τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ, παρῆν ἄνοπλος εὐθαρσῶς εἰς τὴν παρεμβολήν. οἱ δὲ τὰ μὲν ἐθαύμαζον, τὰ δὲ κατεπλήττοντο τὴν τόλμαν· ὅμως δὲ προσεδέξαντο, καὶ συνῆλθον εἰς τὰς χεῖρας. ὁ δὲ παραγενόμενος εἰς λόγους, ἔφη πᾶσι μὲν Καρχηδονίοις εὐνοεῖν, μάλιστα δ' ἐπιθυμεῖν Βάρκα γενέσθαι φίλος. διὸ καὶ νῦν παρεῖναι συστησόμενος αὐτῷ, καὶ κοινωνήσων ἀδόλως παντὸς ἔργου καὶ πάσης ἐπιβολῆς. Ἀμίλκας δὲ ταῦτα ἀκούσας, οὕτως ἥσθη μεγάλως, ἐπί τε τῷ κατὰ τὴν παρουσίαν θάρσει, καὶ τῇ κατὰ τὴν ἔντευξιν ἁπλότητι τοῦ νεανίσκου· ὡς οὐ μόνον εὐδοκῆσαι κοινωνὸν αὐτὸν προσλαβέσθαι τῶν πράξεων· ἀλλὰ καὶ τὴν θυγατέρα δώσειν ἐπηγγείλατο μεθ' ὅρκου, διαφυλάξαντος αὐτοῦ τὴν πρὸς Καρχηδονίους πίστιν. γενομένων δὲ τῶν ὁμολογιῶν, ὁ μὲν Ναραύασος ἧκε, τοὺς ὑφ' αὑτὸν τεταγμένους ἔχων,

Νομά-

Νομάδας ὄντας εἰς δισχιλίους. ὁ δ' Ἀμίλκας προσγενομένης αὐτῷ τῆς χειρὸς ταύτης, παρετάξατο τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν Σπένδιον συνάψαντες ἐπὶ ταὐτὸ τοῖς Λίβυσι, καὶ καταβάντες εἰς τὸ πεδίον, συνέβαλον τοῖς Καρχηδονίοις. γενομένης δὲ μάχης ἰσχυρᾶς, ἐνίκων οἱ περὶ τὸν Ἀμίλκαν· καλῶς μὲν τῶν θηρίων ἀγωνισαμένων· ἐπιφανεστάτην δὲ τοῦ Ναραύασου παρεχομένου χρείαν. ὁ μὲν οὖν Αὐτάριτος καὶ Σπένδιος διέφυγον· τῶν δὲ λοιπῶν ἔπεσον μὲν εἰς μυρίους· ἑάλωσαν δὲ εἰς τετρακισχιλίους. ἐπιτελεσθέντος δὲ τοῦ κατορθώματος, Ἀμίλκας τοῖς μὲν οὖν βουλομένοις τῶν αἰχμαλώτων μεθ' ἑαυτοῦ στρατεύειν, ἐξουσίαν ἔδωκε, καὶ καθώπλιζε τοῖς ἀπὸ τῶν πολεμίων σκύλοις. τοὺς δὲ μὴ βουλομένους ἀθροίσας παρεκάλει φάσκων, ἕως μὲν τοῦ νῦν συγγνώμην αὐτοῖς ἔχειν τῶν ἡμαρτημένων· διὸ καὶ συγχωρεῖν τρέπεσθαι κατὰ τὰς ἰδίας ὁρμάς, οὗ ποτ' ἂν ἕκαστος αὐτῶν προαιρῆται. μετὰ δὲ ταῦτα διηπειλήσατο, μηδένα φέρειν ὅπλον πολέμιον κατ' αὐτῶν. ὡς ἐὰν ἁλῷ τις, ἀπαραιτήτου τευξόμενος

79 τιμωρίας. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς οἱ τὴν Σαρδόνα τὴν νῆσον παραφυλάττοντες τῶν μισθοφόρων, ζηλώσαντες τοὺς περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, ἐπιτίθενται τοῖς ἐν τῇ νήσῳ Καρχηδονίοις. καὶ τὸν μὲν τότε παρ' αὐτοῖς ὄντα βοήθαρχον Βώσταρον συγκλείσαντες εἰς τὴν ἀκρόπολιν, μετὰ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν ἀπέκτειναν. αὖθις δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸν ἐξαποστειλάντων μετὰ δυνάμεως Ἄννωνα, κἄπειτα καὶ τούτων τῶν δυνάμεων ἐγκαταλειπουσῶν τὸν Ἄννωνα, καὶ μεταθεμένων πρὸς σφᾶς· γενόμενοι ζωγρίᾳ κύριοι τοῦ προειρη-

perabat, circiter bis mille. Amilcar hac manu adauctus, copias ad pugnam educit. Spendius cum Afris ſe conjungit. juncti omnes in campum deſcendunt, & cum Carthaginienſibus confligunt. fit pugna atrox: uincit Amilcar: nam & elephanti ſtrenuè certarant, & Naravaſus inſignem præ cæteris eo prælio operam navaverat. evasêre fuga Autaritus & Spendius: è reliquis deſiderati ſunt ad decem millia: capti ad quatuor. Hac victoria parta Amilcar, captivis qui ſecum militare vellent, poteſtatem ejus facit, & de ſpoliis cæſorum arma ipſis præbet. qui recuſabant, iis pro concione dixit, eorum quæ hactenus deliquiſſent. veniam ſe illis dare; idcirco liberam facultatem omnibus tribuere, abeundi quò ſua quemque voluntas ferret. in poſterum ne quod telum nocivum contra Carthaginienſes quiſquam eorum geſtaret, magnopere interminatus eſt. qui ſecus facere deprehenſus foret; hunc omni ſpe veniæ præciſa, grave ſupplicium manere. Per idem tempus mercenariorum præſidium quod in Sardinia erat, Mathi ac Spendii exemplum ſecutum, adverſus Carthaginienſes qui in inſula erant, inſurgit. Boſtarem igitur auxiliorum præfectum, in arcem concluſum, cum ſuis popularibus interimunt. deinde quum eôdem Pœni Hannone duce novas copias miſiſſent, atque etiam illæ Hannone relicto ad conjuratos ſe adjunxiſſent; vivi Hannonis potiti, confeſtim ipſum quidem in crucem agunt: Carthaginienſes vero omnes

omnes qui erant in inſula inuſitatis atque exquiſitis ſuppliciis cruciatos necant. tum autem, urbium potentes facti, inſulam vi obtinebant. donec ſeditione inter ipſos & Sardos orta, in Italiam ab illis ſunt ejecti. atque hoc modo à Carthagine alienata eſt Sardinia: inſula & magnitudine, & frequentia hominum, & fructuum proventu præſtans. ſed quia de illa multi jam multa ſcripſerunt, neceſſarium non duximus, ſuper re de qua dubitat nemo, aliis dicta reponere. cæterum Matho, Spendius, & unâ cum his Gallus Autaritus ſuſpectam illam humanitatem habebant, qua uſus Amilcar erat erga captivos. itaque veriti ne & Afri & pars magna mercenariorum ea arte deliniti, oſtenſam ſibi impunitatem cupide amplecterentur: habito concilio deliberant, qui poſſent aliquo inſigni ad impietatem facinore edito, multitudinem adverſus Carthaginienſes penitus efferare. Placuit ergo, milites in unum convocari: deinde in hunc cœtum introducitur tabellarius cum epiſtola, quaſi ab ejuſdem ſocietatis hominibus qui in Sardinia erant, miſſus. erat autem in epiſtola ſcriptum, cuſtodirent magna cura Geſconem, & cæteros qui cum illo erant omnes, quibus ut ante oſtendimus, Tunete fidem violaverant. eſſe enim in exercitu nonnullos, qui cum Carthaginienſibus ſecreta conſilia ad eos liberandos injerint. hac occaſione arrepta Spendius, primum hortatur ſuos, ne in ea humanitate quam Pœnus capti-

μένου, παραχρῆμα τὸν μὲν ἀνεσταύρωσαν· μετὰ δὲ ταῦτα παραλελειμμένας ἐπινοοῦντες τιμωρίας, πάντας τοὺς ἐν τῇ νήσῳ Καρχηδονίους στρεβλοῦντες ἀπέκτειναν. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη ποιησάμενοι τὰς πόλεις ὑφ' ἑαυτούς, εἶχον ἐγκρατῶς τὴν νῆσον, ἕως οὗ στασιάσαντες πρὸς τοὺς Σαρδονίους, ἐξέπεσον ὑπ' ἐκείνων εἰς Ἰταλίαν. ἡ μὲν οὖν Σαρδὼ τοῦτον τὸν τρόπον ἠλλοτριώθη Καρχηδόνος, νῆσος καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῇ πολυανθρωπίᾳ καὶ τοῖς γεννήμασι διαφέρουσα. τῷ δὲ πολλοὺς, καὶ πολλὴν ὑπὲρ αὐτῆς πεποιῆσθαι λόγον, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθ' εἶναι ταυτολογεῖν ὑπὲρ τῶν ὁμολογουμένων. Μάθως δὲ καὶ Σπένδιος, ἅμα δὲ τούτοις Αὐτάριτος ὁ Γαλάτης, ὑπιδόμενοι τὴν Ἀμίλκου φιλανθρωπίαν εἰς τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ φοβηθέντες μὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ ψυχαγωγηθέντες ὁρμήσωσι πρὸς τὴν ὑποδεικνυμένην ἀσφάλειαν, οἵ τε Λίβυες καὶ τὸ τῶν μισθοφόρων πλῆθος, ἐβουλεύοντο, πῶς ἂν καινοτομήσαντές τι τῶν πρὸς ἀσέβειαν, εἰς τέλος ἀποθηριώσαιεν τὰ πλήθη πρὸς τοὺς Καρχηδονίους. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς συναθροῖσαι τοὺς πολλούς· γενομένου δὲ τούτου γραμματοφόρον εἰσήγαγον ὡς ἀπεσταλμένον ὑπὸ τῶν ἐκ Σαρδόνος αἱρετιστῶν. ἡ δ' ἐπιστολὴ διεσάφει, τόν τε Γέσκωνα καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ πάντας, οὓς παρεσπόνδησαν ἐν τῷ Τύνητι, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, φυλάττειν ἐπιμελῶς· ὡς πραττόντων τινῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου τοῖς Καρχηδονίοις ὑπὲρ τῆς τούτων σωτηρίας. λαβόμενος δὲ τῆς ἀφορμῆς ταύτης ὁ Σπένδιος, πρῶτον μὲν παρεκάλει μὴ πιστεύειν τῇ ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τοῦ τῶν Καρχηδονίων γε-

γενημένῃ

γεγενημένης φιλανθρωπίας πρὸς τοὺς
αἰχμαλώτους. οὐ γὰρ ταύτῃ τῇ προ-
ηγμένον αὐτὸν ταῦτα βεβουλεῦσθαι
περὶ τῶν ἀλόντων, ἀλλὰ διὰ τῆς ἐκεί-
νων ἀφέσεως ἡμῶν ἐγκρατῆ γενέσθαι
σπουδάζοντα· πρὸς τὸ μὴ τινας,
ἀλλὰ πάντας ἡμᾶς ἅμα τιμωρή-
σασθαι πιστεύσαντας αὐτῷ. πρὸς δὲ
τούτοις φυλάττεσθαι παρήνει, μὴ
προέμενοι τοὺς περὶ τὸν Γέσκωνα,
καταφρονηθῶσι μὲν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν,
μεγάλα δὲ βλάψωσι τὰς ἰδίας
πράξεις, ἄνδρα τοιοῦτον καὶ στρατηγὸν
ἀγαθὸν ἐάσαντες διαφυγεῖν, ὃν εἰ-
κὸς αὐτοῖς ἔσεσθαι ἐχθρὸν φοβερώ-
τατον. ἔτι δὲ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ,
παρῆν ἄλλος γραμματοφόρος, ὡς
ἀπὸ τῶν ἐκ τοῦ Τύνητος ἀπεσταλμένος,
παραπλήσια τοῖς ἐκ τῆς Σαρδόνος
80 διασαφῶν. ἐφ' οἷς Αὐτάριτος ὁ
Γαλάτης ἐπιβαλὼν, μίαν ἔφη σω-
τηρίαν εἶναι τοῖς ἑαυτῶν πράγμα-
σι, τὸ πάντας ἀπογνῶναι τὰς ἐν
Καρχηδονίοις ἐλπίδας. ἕως δ'
ἂν ἀντέχηταί τις τῆς ἐκείνων φιλαν-
θρωπίας, οὐ δυνατὸν αὐτοῖς ἀλη-
θινὸν γενέσθαι τὸν τοιοῦτον σύμμα-
χον. διόπερ ἠξίου τούτοις πιστεύ-
ειν, τούτους ἀκούειν, τοῖς τοιού-
τοις προσέχειν τὸν νοῦν, οἵτινες ἀεί
τι τῶν ἀπεχθεστάτων καὶ πικροτάτων
εἰσαγγέλωσι κατὰ Καρχηδονίων· τοὺς
δ' ἐναντία τούτοις λέγοντας, προδό-
τας καὶ πολεμίους ἡγεῖσθαι παρήνει.
ταῦτα δὲ εἰπὼν, παρήνει καὶ συνεβού-
λευε τόν τε Γέσκωνα καὶ τοὺς μετ'
αὐτοῦ συλληφθέντας, καὶ τοὺς ὕστερον
γενομένους αἰχμαλώτους τῶν Καρ-
χηδονίων, αἰκισαμένους ἀποκτεῖναι.
πρακτικώτατος δ' ἦν οὗτος ἐν
ταῖς συμβουλίαις, διὰ τὸ πολλοὺς
τὴν φωνὴν αὐτοῦ συνιέναι. πάλαι

vis exhibuerat, ſpem ullam ſalutis ponerent. non enim id illum ſpectaſſe hoc conſilio, ut captos ſervaret: ſed id potius egiſſe, ut illis dimittendis, nos omnes in poteſtatem redigat: & ſic, non aliquos, ſed omnes nos ſimul, ſi fidem illi habuerimus, ſupplicio afficiat. ad hæc cavendum admonet, ne Geſcone dimiſſo, ludibrium hoſtibus debeant, & præterea rebus ſuis plurimum incommodent: ſi talem virum, ducem egregium, quem par ſit credere hoſtem ipſis futurum maximê terribilem, ſiverint evadere. hæc adhuc loquebatur Spendius, cum ecce alium tabellarium, qui fingebat ſe ab iis miſſum, qui Tuneti ſedebant; literas idem cum Sardinienſibus dicentes, afferens. poſt iſta prodit Autaritus Gallus, & ſalutem unicam rebus ipſorum eſſe ait: ſi omni ſpei quę à Carthaginienſibus oſtenderetur, ſemel renuntiaſſent. quamdiu namque aliquis illorum humanitatem reſpiceret, non poſſe eum hoc animo præditum, veram cum ipſis ſocietatem colere. orare igitur, eis crederent, eos audirent, iis auſcultarent, qui inimiciſſimarum & acerbiſſimarum ſententiarum adverſus Carthaginienſes auctores eſſent. qui his contraria dicerent, pro hoſtibus ac proditoribus haberi petebat. hæc locutus, hortari ſuadereque cepit, ut Geſconem quique cum eo capti eſſent, necnon quotquot poſtea è Carthaginienſibus vivi in poteſtatem veniſſent, cruciatos omnes trucidarent. Omnino vir hic in conciliis plurimum poterat, quod dicentem multi intelligerent. nam & Punice

Punice loqui didicerat, longo militiæ uſu. quam etiam ob cauſſam, quod perdiu ſub ſignis fuerant, plerique cum ſe blandius invicem compellabant, hac lingua utebantur. Autaritus ergo una voce laudatus à multitudine, magnam ex ea concione laudem reportavit. quum autem ex omnibus nationibus multi acceſſiſſent, propter merita egregia Geſconis erga ipſos, cruciatus ſaltem deprecari ab eo cupientes: multis ſimul verba facientibus, & uno quoque propriam gentis ſuæ loquelam uſurpante, nihil poterat intelligi. ubi tandem intellectum utcumque eſt, ſupplicium iſtos deprecari; atque aliquis aſſidentium dixit, FERI OMNES; cunctos qui acceſſerant, lapidibus ſimul obruerunt. & iſtos quidem, tanquam à beſtiis interemtos propinqui extulerunt. at Geſconem & reliquos captivos, numero ad ſeptingentos, extra vallum ducit Spendius. & productis paullum ultra caſtra, manus primo præcidunt, initio facto à Geſcone ipſo: quem virum aliquanto prius, omnibus prælatum Carthaginienſibus, & bene meritum de ſe pronuntiaverant, & controverſiarum ſuarum arbitrum tulerant. manibus præciſis, miſeros deartuant. mutilatis crura ſuffringunt; & ſpirantes adhuc in foſſam conjiciunt. Carthaginienſes cognito horum infortunio, qui aliud nihil poſſent, lamentantes, tantiſque malis ingemiſcentes, ad Amilcarem & ducem alterum Hannonem legatos mittunt; orant Reip. ferant

γὰρ στρατευόμενος ᾔδει διαλέγεσθαι Φοινικιστί. ταύτῃ δέ πως οἱ πλεῖστοι συνεσχημένοι τῇ διαλέκτῳ, διὰ τὸ μῆκος τῆς προγεγενημένης στρατείας. διόπερ ἐπαινέσαντος αὐτὸν ὁμοθυμαδὸν τοῦ πλήθους, οὗτος μὲν εὐδοκιμῶν ἀνεχώρησε. πολλῶν δὲ προπορευομένων ἀφ' ἑκάστου γένους ἅμα, καὶ βουλομένων αὐτὴν παραιτεῖσθαι τὴν αἰκίαν, διὰ τὰς γεγενημένας ἐκ τοῦ Γέσκωνος εἰς αὐτοὺς εὐεργεσίας· οὔτε μὴν τῶν λεγομένων οὐθὲν ἦν συνετόν· ὡς ἂν ἅμα πολλῶν, ἑκάστου δὲ κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον συμβουλεύοντος. ἐπειδὴ δὲ καὶ παρεγυμνώθη διότι τὴν τιμωρίαν παραιτοῦνται· καί τις ἐκ τῶν καθημένων εἶπεν, ὅτι ΒΑΛΛΕ ΠΑΝΤΑΣ, ἅμα κατέλευσαν τοὺς προσπορευθέντας. καὶ τούτους μὲν ὥσπερ ὑπὸ θηρίων διεφθαρμένους, ἐξέφερον οἱ προσήκοντες· τοὺς δὲ περὶ τὸν Γέσκωνα λαβόντες, ὄντας εἰς ἑπτακοσίους, ἦγον ἐκ τοῦ χάρακος οἱ περὶ τὸν Σπένδιον. καὶ προαγαγόντες βραχὺ πρὸ τῆς στρατοπεδείας, πρῶτον μὲν ἀπέκοπτον τὰς χεῖρας, ποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ Γέσκωνος· ὃν βραχεῖ χρόνῳ πρότερον ἐκ πάντων Καρχηδονίων προκρίναντες, ἀνέδειξαν μὲν εὐεργέτην αὐτῶν, ἐπέτρεψαν δὲ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων. ἐπειδὴ δὲ τὰς χεῖρας ἀπέκοψαν, ἠκρωτηρίαζον τοὺς ταλαιπώρους. κολοβώσαντες δὲ καὶ συντρίψαντες τὰ σκέλη, ἔτι ζῶντας ἔρριψαν εἴς τινα τάφρον. οἱ δὲ 81
Καρχηδόνιοι τοῦ δυστυχήματος αὐτοῖς ἀναγγελθέντος, ποιεῖν μὲν οὐδὲν εἶχον, ἐσχετλίαζον δὲ καὶ περιπαθεῖς γινόμενοι τῇ συμφορᾷ, πρὸς μὲν Ἀμίλκαν καὶ τὸν ἕτερον τῶν στρατηγῶν Ἄννωνα πρεσβευτὰς ἐξέπεμπον, δεό-

μενοι βοηθεῖν καὶ τιμωρεῖν τοῖς ἠτυχηκόσι. πρὸς δὲ τοὺς ἠσεβηκότας κήρυκας ἐξαπέστελλον περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως. οἱ δ' οὔτε ἔδοσαν, προεῖπόν τε τοῖς παροῦσι, μήτε κήρυκα πέμπειν πρὸς σφᾶς, μήτε πρεσβευτὴν, ὡς τῆς αὐτῆς κολάσεως ὑπομενούσης τοὺς παραγενομένους, ἧς νῦν Γέσκων τέτευχε. πρὸς δὲ τὸ λοιπὸν ἐδογμάτισαν καὶ παρήνεσαν ἑαυτοῖς, ὃν μὲν ἂν λάβωσι Καρχηδονίων, τιμωρησαμένους ἀποκτείνειν· ὃν δ' ἂν τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς, ἀποκόψαντας τὰς χεῖρας, αὖθις εἰς Καρχηδονίους ἀποπέμπειν. ὃ δὴ καὶ διετέλεσαν ἐπιμελῶς ποιοῦντες. διόπερ εἰς ταῦτα βλέπων, οὐκ ἄν τις εἰπεῖν ὀκνήσειεν, ὡς οὐ μόνον τὰ σώματα τῶν ἀνθρώπων, καί τινα τῶν ἐν αὐτοῖς γεννωμένων ἑλκῶν καὶ φυμάτων ἀποθηριοῦσθαι συμβαίνει, καὶ τελέως ἀβοήθητα γίνεσθαι· πολὺ δὲ μάλιστα τὰς ψυχάς. ἐπί τε γὰρ τῶν ἑλκῶν, ἐὰν μὲν θεραπείας τοῖς τοιούτοις προσάγῃ τις, ὑπ' αὐτῆς ἐνίοτε ταύτης ἐρεθιζόμενα θᾶττον ποιεῖται τὴν νομήν. ἐὰν δὲ πάλιν ἀφῇ, κατὰ τὴν ἐξ αὐτῶν φύσιν φθείροντα τὸ συνεχὲς, οὐκ ἴσχει παῦλαν, ἕως ἂν ἀφανίσῃ τὸ ὑποκείμενον. ταῖς τε ψυχαῖς παραπλησίως τοιαῦται πολλάκις ἐπιφύονται μελανίαι καὶ σηπεδόνες, ὥστε μηδὲν ἀσεβέστερον ἀνθρώπου μηδὲ ἀμότερον ἀποτελεῖσθαι τῶν ζώων. οἷς ἐὰν μὲν συγνώμην τινὰ προσάγῃς καὶ φιλανθρωπίαν, ἐπιβουλὴν καὶ παραλογισμὸν ἡγούμενοι τὸ συμβαῖνον ἀπιστότεροι καὶ δυσμενέστεροι γίνονται πρὸς τοὺς φιλανθρωποῦντας. ἐὰν δὲ

opem, & miſeris cæde hoſtium parentent. miſſi & caduceatores ad ſcelere impiatos, qui defunctorum cadavera tollerent. illi neque hæc tradiderunt, & eos qui advenerant monuerunt, ne vel caduceatorem poſtea ad ſe mitterent, vel legatum. ſi qui accederent, eodem ſupplicii genere cum Geſcone perituros. Decretum deinde, multum ſeſe invicem hortati, in poſterum faciunt; quicumque Carthaginienſium captus fuerit, hunc ſe cruciatum prius occiſuros: quicumque è ſociis illorum, hunc præciſis manibus ad Carthaginienſes remiſſuros. idque poſtea magna cura ſemper ſervarunt. Hæc igitur intuens aliquis merito dixerit, non corpora ſolummodo hominum, & quæ in iis naſcuntur ulcera tuberaque nonnulla aliquando efferari, ut prorſus fiant inſanabilia: ſed multo etiam magis hoc ipſum animis evenire. & in ulceribus quidem, ſi curationem ita affectis admoveas, illâ ipsâ irritatur malum, ut tanto ſerpat velocius: rurſus ſi curatio omittatur, proxima queque loca corrumpendo, ut natura eſt horum ulcerum, non ante finem faciunt, quàm corpori ſubjecto pernitiem attulerint. ſimiliter in animis quoque fuligines quædam ingenerantur, ac tabes ejuſmodi, ut nullum animal inveniri poſſit, quod impietate atque crudelitate homo non ſuperet. his ſi veniam delictorum dare, & humanitatem præſtare velis, dolum ac fraudem ſubeſſe rati, minus etiam quàm antea fidei habent, & acrioribus odiis eos perſequuntur, à quibus fuerint humanitate provocati. ſin contra certare animis cum illis inſtituas,

inſtituas, & crudelitatem crudelitate ulciſci; nullum eſt tantum nefas, nullum ſcelus tam abominandum, quo ſe non obligent: quum talem audaciam ducant laudi: donec tandem exuant hominem & in feras evadant. Non eſt autem dubitandum provenire hunc animorum habitum à malis moribus, & prava à teneris educatione. ſed adjuvantes cauſſæ ſunt vel plures: inter quas omnes principem locum tenent injuriȩ à magiſtratibus illatæ ac rapinæ. id quod tunc temporis locum habuerat cum in univerſo mercenariorum corpore: tum in illorum maxime ducibus. Amilcar per hanc deſperatam hoſtium audaciam magnis difficultatibus conflictatus, Hannonem ad ſe vocat: perſuaſus, ſi omnes copiæ in unum cogerentur, univerſo bello facilius poſſe finem imponi. hoſtium quotquot in ipſius poteſtatem veniebant, vel in ipſo diſcrimine jure belli eos tollebat: vel ſi capti ad ſe adducti fuiſſent, feris objiciebat: unicum ratus eſſe tot malorum remedium, ſi ad internecionem hoſtes poſſet delere. Quum viderentur Carthaginienſes longe meliore jam in ſpe de bello eſſe: ingenti atque admirabili mutatione facta, res illorum ſublabi retro ceperunt. nam & duces ſimul ac fuerunt unâ, eò diſcordiarum venerunt, ut non ſolum rei bene gerendȩ tempora omitterent; verum etiam occaſiones multas ſibi nocendi, hoſtibus darent. ea fuit inter ipſos animorum diſſenſio & æmulatio. quod & Carthaginienſes animadverterunt; qui ducem alterum abire, alterum remanere, quem exercitus elegiſſent,

ἀντιτιμωρίᾳ διαμιλλώμενος τοῖς θυμοῖς, οὐκ ἔστι τι τῶν ἀπειρημένων ἢ δεινῶν, ὁποῖον οὐκ ἀναδέχονται, σὺν καλῷ τιθέμενοι τὴν τοιαύτην τόλμαν. τέλος δ᾽ ἀποθηριωθέντες, ἐξέστησαν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως. τῆς δὲ διαθέσεως ἀρχηγὸν μὲν καὶ μεγίστην μερίδα νομιστέον, ἔθη μοχθηρὰ καὶ τροφὴν ἐκ παίδων κακήν. συνεργὰ δὲ καὶ τὰ πλείω, μέγιστα δὲ τῶν συνεργῶν, τὰς ἀεὶ τῶν προεστώτων ὕβρεις καὶ πλεονεξίας. ἃ δὴ τότε συνέβαινε, καὶ περὶ μὲν τὸ σύστημα τῶν μισθοφόρων, ἔτι δὲ μᾶλλον περὶ τοὺς ἡγεμόνας αὐτῶν ὑπάρχειν. Ἀμίλκας 82 δὲ δυσχρηστούμενος τῇ τῶν πολεμίων ἀπονοίᾳ, τὸν μὲν Ἄννωνα πρὸς ἑαυτὸν ἐκάλει· πεπεισμένος, ἀθροισθέντων ὁμοῦ τῶν στρατοπέδων θᾶττον ἐπιθήσειν τέλος τοῖς ὅλοις. τῶν δὲ πολεμίων οὓς ποτε κρατήσειε, τοὺς μὲν ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε, τοὺς δὲ ζωγρείᾳ πρὸς αὐτὸν εἰσαναχθέντας, ὑπέβαλλε τοῖς θηρίοις. μίαν ὁρῶν λύσιν ταύτην, εἰ δυνηθείη τοὺς ἐχθροὺς ἄρδην ἀφανίσαι. δοκούντων δὲ τῶν Καρχηδονίων ἐπικυδεστέρας ἐλπίδας ἔχειν ἤδη κατὰ τὸν πόλεμον, γίνεταί τις ὁλοχερὴς καὶ παράδοξος περὶ αὐτοὺς παλίρροια τῶν πραγμάτων. οἵ τε γὰρ στρατηγοὶ συνελθόντες ἐπὶ τὸ αὐτὸ, διεστασίασαν πρὸς σφᾶς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μὴ μόνον τοὺς κατὰ τῶν ἐχθρῶν παραλιπεῖν καιροὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ σφῶν αὐτῶν πολλὰς ἀφορμὰς διδόναι τοῖς ὑπεναντίοις, διὰ τὴν πρὸς ἀλλήλους φιλονεικίαν. ἃ δὴ καὶ συνέντες οἱ Καρχηδόνιοι, τῷ μὲν ἑνὶ τῶν στρατηγῶν ἀπαλλάττεσθαι προσέταξαν· τῷ δ᾽ ἑτέρῳ μένειν, ὃν ἂν αἱ δυνάμεις

προσκλίνωσιν. ἅμα δὲ τούτοις καὶ τὰς παρακομιζομένας ἀγορὰς ἐκ τῶν παρ' αὐτοῖς καλουμένων Ἐμπορείων, ἐφ' αἷς εἶχον τὰς μεγίστας ἐλπίδας, περί τε τῆς τροφῆς καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, διαφθαρῆναι συνέβη κατὰ θάλατταν ὁλοσχερῶς ὑπὸ χειμῶνος. τὰ δὲ κατὰ τὴν Σαρδόνα, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἐτύγχανεν ἀπηλλοτριωμένα, μεγάλας αὐτοῖς ἀεί ποτε χρείας παρεσχημένης τῆς νήσου ταύτης, κατὰ τὰς περιστάσεις. τὸ δὲ μέγιστον, ἡ τῶν Ἱππακριτῶν καὶ τῶν Ἰτυκαίων ἀπέστη πόλις, αἵτινες ἐτύγχανον μόναι τῶν κατὰ τὴν Λιβύην, οὐ μόνον τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον ἀναδεδεγμέναι γενναίως, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατ' Ἀγαθοκλέα καιροὺς, καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἔφοδον εὐγενῶς ὑπομεμενηκυῖαι. καὶ συλλήβδην οὐδέ ποτε βεβουλευμέναι Καρχηδονίοις οὐδὲν ὑπεναντίον. τότε δὲ χωρὶς τῆς ἀλόγου πρὸς τοὺς Λίβυας ἀποστάσεως, καὶ διὰ τῆς μεταθέσεως εὐθέως τούτοις μὲν τὴν μεγίστην οἰκειότητα καὶ πίστιν ἐναπεδείξαντο· πρὸς δὲ τοὺς Καρχηδονίους ἀπαραίτητον ὀργὴν ἐνεστήσαντο καὶ μῖσος. τοὺς μὲν γὰρ παραβεβοηθηκότας αὐτοῖς παρ' ἐκείνοις ὄντας εἰς πεντακοσίους, καὶ τὸν ἡγεμόνα τούτων ἀποκτείναντες, ἅπαντας ἔρριψαν κατὰ τοῦ τείχους, τὴν δὲ πόλιν ἐνεχείρισαν τοῖς Λίβυσ. τοῖς γε μὴν Καρχηδονίοις οὐδὲ θάψαι συνεχώρησαν τοὺς ἠτυχηκότας αἰτουμένοις. τούτων δὲ συμβαινόντων, οἱ μὲν περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, ἐπαρθέντες τοῖς συμβεβηκόσι, πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα. Βάρκας δὲ παραλαβὼν Ἀννίβαν τὸν στρατηγόν· τοῦτον γὰρ ἐξαπέστειλαν οἱ πολῖται πρὸς τὰς δυνάμεις, ἐπεὶ τὸν Ἄννωνα τ

juſſerunt. & præterea tempore eodem contigit, ut commeatus qui ex Emporiis, id loci apud Afros eſt nomen, advehebantur, in quibus ſpes ferme omnes ſuas collocatas habebant, cum de alimentis, tum de aliis exercitui neceſſariis, tempeſtate in mari coorta, funditus perirent. Jam & Sardinia ut antè narravimus, eorum imperio erat ſubtracta: quæ inſula ſemper antea neceſſariis Reip. temporibus, maximo uſui ipſis fuerat. Cumulus vero malorum fuit, quod & Hippacritarum & Uticenſium civitates defecerunt: quæ ſolæ ex omnibus totius Africę, non ſolum præſens bellum generoſo animo ſuſtinuerant: ſed etiam temporibus Agathoclis, & cum Romani terram Africam invaſerunt, fortiter reſtiterant; atque uno verbo Remp. Carthaginienſium nulla unquam re læſerant: tunc vero, non contentæ ſine ulla idonea cauſſa ad Afros defeciſſe; ſtatim ubi fidem mutarant, pro conjunctiſſimis ac fideliſſimis erga iſtos ſe geſſerunt: adverſum Carthaginienſes inexpiabilem iram atque odium ſuſceperunt. jam primum omnes, qui ſuppetias venerant, numero ad quingentos, in urbem admiſſos, trucidaverunt cum ipſorum duce, ac de muris dejecerunt: deinde Afris oppidum tradiderunt: ne ſepeliendi quidem occiſos poteſtate facta Carthaginienſibus, qui id petebant. Itaque his ſucceſſibus elati Matho & Spendius de Carthaginis ipſius obſidione cogitarunt. At Barca ſecum aſſumto Hannibale duce: (hunc enim civitas proficiſci ad copias juſſerat, poſteaquam exercitus, accepta à

pta à Carthaginienſibus poteſtate cognoſcendi de controverſiis inter duces, expedire pronuntiaſſet, ut caſtris Hanno excederet: Barca inquam, hunc ſecum habens, & Naravaſum, regionem incurſabat, commeatibus hoſtem intercludens: in quo, ut cæteris quoque omnibus, multam & fidelem ei operam Numida Naravaſus præbuit. & earum quidem copiarum quæ foris erant, hic tum fuit ſtatus. At Carthaginienſes undique circumcluſi, ad ſocias civitates confugere cogebantur. Hiero autem animum ad eam rem advertens, toto quidem belli tempore ſtudioſe quicquid rogaverant ipſis contulerat: tum verò impenſiore etiam ſtudio in eam curam incumbebat: perſuaſus, expedire ſibi cum ad ſuum in Sicilia dominatum firmandum, tum ad Romanorum amicitiam, ſaluti Carthaginienſium eſſe conſultum: ne in poteſtate præpotentium penitus foret, quicquid libuiſſet nemine adverſante facere. prudenter omnino & ſapienter rem putans: nunquam enim ejuſmodi principia contemnere oportet, neque tanta cuiquam aſtruenda eſt potentia, ut cum eo poſtea de tuo quamvis manifeſto jure diſceptare ex æquo non queas. Sed & Romani fœderis leges ſervantes nulla in re iis deerant. quanquam initio controverſia quædam inter duos hoſce populos, ejuſmodi fere ob cauſſam, contigerat. Eos qui ex Italia in Africam navigabant, & commeatus hoſtibus comportabant, in ſuos portus Carthaginienſes deducebant: jamque prope quingentos id genus ho-

στρατόπεδον ἐκέλευε δεῖν ἀπαλλάττεσθαι, κατὰ τὴν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων αὐτοῖς δοθεῖσαν ἐπιτροπὴν περὶ τὰς γενομένας τῶν στρατηγῶν στάσεις πρὸς ἀλλήλους· διόπερ Ἀμίλκας ἔχων τοῦτόν τε καὶ Ναραύασον, ἐπῄει τὴν χώραν, διακλείων τὰς χορηγίας τοῖς περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον· μεγίστην αὐτῷ παρεχομένου χρείαν περί τε ταῦτα καὶ τἄλλα Ναραύασου τοῦ Νομάδος. τὰ μὲν οὖν περὶ τὰς ὑπαίθρους δυνάμεις, ἐν τούτοις ἦν. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι 83
περικλειόμενοι πανταχόθεν, ἠναγκάζοντο καταφεύγειν ἐπὶ τὰς συμμαχίδας πόλεις. Ἐπιστὰς δὲ Ἱέρων ἀεὶ μὲν ποτε κατὰ τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, μεγάλην ἐποιεῖτο σπουδὴν εἰς πᾶν τὸ παρακαλούμενον ὑπ' αὐτῶν. τότε δὲ καὶ μᾶλλον ἐφιλοτιμεῖτο, πεπεισμένος συμφέρειν ἑαυτῷ καὶ πρὸς τὴν ἐν Σικελίᾳ δυναστείαν, καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαίων φιλίαν, τὸ σώζεσθαι τοὺς Καρχηδονίους· ἵνα μὴ παντάπασιν ἐξῇ τὸ προτεθὲν ἀκονητὶ συντελεῖσθαι τοῖς ἰσχύουσι· πάνυ φρονίμως καὶ νουνεχῶς λογιζόμενος. οὐδέ ποτε γὰρ χρὴ τὰ τοιαῦτα παρορᾷν· οὐδὲ τηλικαύτην οὐδενὶ συγκατασκευάζειν δυναστείαν, πρὸς ἣν οὐδὲ περὶ τῶν ὁμολογουμένων ἐξέσται δικαίων ἀμφισβητεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια, προθυμίας οὐδὲν ἀπέλειπον. ἐν ἀρχαῖς μὲν γὰρ ἐγένετό τις ἀμφισβήτησις ἐξ ἀμφοῖν, διά τινας τοιαύτας αἰτίας. τῶν Καρχηδονίων τοὺς πλέοντας ἐξ Ἰταλίας εἰς Λιβύην, καὶ χορηγοῦντας τοῖς πολεμίοις, καταγόντων ὡς αὐτοὺς, καὶ σχεδὸν ἀθροισθέντων τούτων εἰς τὴν φυλακὴν εἰς τοὺς πεντακοσίους, ἠγανά-

κτησαν οἱ Ῥωμαῖοι. μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευσάμενοι καὶ κομισάμενοι διὰ λόγου πάντας, ἐπὶ τούτων εὐδόκησαν· ὥστε παραχρῆμα τοῖς Καρχηδονίοις ἀντιδωρήσασθαι τοὺς ὑπολειπομένους παρ' αὐτοῖς αἰχμαλώτους ἐκ τοῦ περὶ Σικελίαν πολέμου. ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ καιροῦ πρὸς ἕκαστα τῶν παρακαλουμένων, ἑτοίμως καὶ φιλανθρώπως ὑπήκουον. διὸ καὶ πρὸς μὲν τοὺς Καρχηδονίους ἐπέτρεψαν τοῖς ἐμπόροις ἐξαγαγεῖν ἀεὶ τὸ κατεπεῖγον, πρὸς δὲ τοὺς πολεμίους ἐκώλυσαν. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν μὲν ἐν τῇ Σαρδόνι μισθοφόρων, καθ' ὃν καιρὸν ἀπὸ τῶν Καρχηδονίων ἀπέστησαν, ἐπισπωμένων αὐτοὺς ἐπὶ τὴν νῆσον οὐχ ὑπήκουσαν. τῶν δ' Ἰτυκαίων ἐγχειριζόντων σφᾶς οὐ προσεδέξαντο, τηροῦντες τὰ κατὰ τὰς συνθήκας δίκαια. Καρχηδόνιοι μὲν οὖν τῆς παρὰ τῶν προειρημένων φίλων τυγχάνοντες ἐπικουρίας, ὑπέμενον τὴν πολιορ-
84 κίαν. τοῖς δὲ περὶ τὸν Μάθω καὶ Σπένδιον, οὐχ ἧττον πολιορκεῖσθαι συνέβαινεν, ἢ πολιορκεῖν. εἰς τοιαύτην γὰρ αὐτοὺς οἱ περὶ τὸν Ἀμίλκαν ἔνδειαν καθίστασαν τῶν ἐπιτηδείων, ὥστ' ἀναγκασθῆναι τέλος αὐτοὺς διαλῦσαι τὴν πολιορκίαν. μετὰ δέ τινα χρόνον ἀθροίσαντες τῶν τε μισθοφόρων τοὺς ἀρίστους, καὶ Λιβύων, τοὺς ἅπαντας εἰς πεντακισμυρίους, μεθ' ὧν ἦν καὶ Ζάρξας ὁ Λίβυς ἔχων τοὺς ὑφ' αὐτὸν ταττομένους, ὥρμησαν αὖθις ἀντιπαράγειν ἐν τοῖς ὑπαίθροις, καὶ τηρεῖν τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀμίλκαν. τῶν μὲν οὖν πεδινῶν τόπων ἀπείχοντο καταπεπληγμένοι τὰ θηρία, καὶ τοὺς περὶ τὸν Ναραύασον ἱππεῖς· τοὺς δ' ὀρεινοὺς καὶ στενοὺς ἐπειρῶντο προκαταλαμβάνειν. ἐν οἷς

mines carceribus incluſos tenebant; cum Romani graviter ſuccenſere illis eo nomine ceperunt. ſed iidem miſſis legatis, ubi rogatu ſuo omnes recepiſſent; gratum adeo id officium habuerunt, ut extemplo Carthaginienſibus ipſi viciſſim donarent quotquot adhuc reſtabant penes ipſos captivi è bello in Sicilia geſto. ab eo tempore prompto alacrique animo Romani omnia illis tribuêre, quę poſtulaſſent. idcirco etiam mercatoribus ſuis facta poteſtate, ut ad Carthaginienſes neceſſaria exportarent: ne ad eorundem inimicos accederent vetuerunt. ac poſtea mercenarios, qui in Sardinia fidem mutaverant, & in inſulam ipſos vocabant, audire noluerunt. Uticenſes quoque tradentes ſeſe ipſis, quo fœderis legibus ſtarent, non admiſerunt. Carthaginienſes igitur, eorum quos diximus opibus ſublevati, obſidionem tolerabant. Matho vero ac Spendius non minus obſidebantur quàm obſidebant. tanta enim rerum omnium inopia eos premebat Amilcar, ut tandem obſidione deſiſtere cogerentur. mox dilectu habito ex omni numero mercenariorum, coactiſque ad L millia hominibus, in queis & Zarxas Afer erat cum ſuis, expeditionem repetere, & è regione hoſtium longo agmine ſuos ducere, atque Amilcarem obſervare inſtituunt. ac planis quidem locis, metu beſtiarum & equitatus Naravaſi abſtinebant: montana vero & arcta occupare conabantur. cum quidem invadendi audacia nihilo deteriores Pœ-

nis, propter imperitiam tamen bellicæ diſciplinæ ſæpe vincebantur. Tum nempe in ipſa re cerneres, quanto ſit præſtantior exercitatio cum arte & virtus imperatoria, imperitiâ & uſu militiæ qui arte caret. multos enim eorum Amilcar ad minuta prælia à ſuis abducens, & tanquam aleator bonus circumveniens, ſtatim trucidabat: multos vero quoties ſignis collatis totis viribus pugnaretur, fraude irretitos, de qua nihil ſuſpicati erant, tollebat: aliis præter ſuam ſpem & opinionem omnium modo noctu, modo interdiu ſuperveniens, terrorem incutiebat. è quibus ſi quos caperet vivos, beſtiis omnes objiciebat. Deprehenſos tandem Amilcar in loco ipſis quidem incommodo, ſibi vero & ſuo exercitui commodo, ac ne ſuſpicantes quidem quum caſtris adnotis obſediſſet, eò neceſſitatis adegit, ut qui neque prælii aleam ſubire auderent, neque effugere valerent, foſſa valloque cincti undique, urgente ad extremum fame ſeſe mutuo vorare cogerentur. hanc vicem numine divino rependente impietati & immanitati, qua in alios erant uſi. nam exire quidem ad certamen, gnari certam manere ſe cladem & ſupplicia ſi caperentur, non ſuſtinebant: pacis vero ut mentionem facerent, quod præteritorum ſcelerum eſſent ſibi conſcii, ne venit quidem ipſis in mentem: ſed auxiliis Tunete ſubmittendis propter pollicitationes ducum acquieſcentes, quominus ipſi interim adverſus ſeſe omnia experirentur, non recuſabant. ubi vero

καιροῖς συνέβη ταῖς μὲν ἐπιβολαῖς καὶ τόλμαις μηδὲν αὐτοὺς λείπεσθαι τῶν ὑπεναντίων, διὰ δὲ τὴν ἀπειρίαν πολλάκις ἐλαττοῦσθαι. τότε γὰρ ἦν ὡς ἔοικε συνιδεῖν ἐπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, πηλίκην ἔχει διαφορὰν ἐμπειρία μεθοδικὴ καὶ στρατηγικὴ δύναμις, ἀπειρίας καὶ τριβῆς ἀλόγου στρατιωτικῆς. πολλοὺς μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ταῖς κατὰ μέρος χρείαις ἀποτεμνόμενος, καὶ συγκλείων ὥσπερ ἀγαθὸς πεττευτὴς, ἅμα καὶ διέφθειρε. πολλοὺς δ' ὡς ἐν τοῖς ὁλοσχερέσι κινδύνοις, τοὺς μὲν εἰς ἐνέδρας ἀνυπονοήτους ἐπαγόμενος ἀνῄρει· τοῖς δ' ἀνελπίστως καὶ παραδόξως, ποτὲ μὲν μεθ' ἡμέραν, ποτὲ δὲ νύκτωρ ἐπιφαινόμενος ἐξέπληττεν. ὧν ὅσους λάβοι ζωγρείᾳ, πάντας παρέβαλε τοῖς θηρίοις. τέλος δ' ἐπιστρατοπεδεύσας αὐτοῖς ἀνυπονοήτως, ἐν τόποις ἀφυέσι μὲν πρὸς τὴν ἐκείνων χρείαν, εὐφυέσι δὲ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν, εἰς τοῦτ' ἤγαγε περιστάσεως, ὥστε μήτε διακινδυνεύειν τολμῶντας, μήτ' ἀποδρᾶναι δυναμένους, διὰ τὸ τάφρῳ καὶ χάρακι περιειλῆφθαι πανταχόθεν, τέλος ὑπὸ τοῦ λιμοῦ συναγομένους, ἐσθίειν ἀλλήλων ἀναγκασθῆναι. τοῦ δαιμονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος, τῆς πρὸς τοὺς πέλας ἀσεβείας καὶ παρανομίας. πρὸς μὲν γὰρ τὸν κίνδυνον οὐκ ἐτόλμων ἐξιέναι, προδήλου τῆς ἥττης καὶ τῆς τιμωρίας τοῖς ἁλισκομένοις οὔσης. περὶ δὲ διαλύσεως, οὐδ' ὑπενόουν ποιεῖσθαι μνήμην, συνειδότες σφίσι τὰ πεπραγμένα· προσανέχοντες δ' ἀεὶ ταῖς ἐκ τοῦ Τύνητος βοηθείαις, διὰ τὰς τῶν ἡγουμένων ἐπαγγελίας, πᾶν ὑπέμενον ποιεῖν κατὰ σφῶν αὐτῶν. ἐπεὶ δὲ κατεχρήσαντο μὲν 85

ἀνεδηδοκότες τοὺς αἰχμαλώτους, τροφῇ τούτοις χρώμενοι, κατεχρήσαντο δὲ καὶ τὰ δουλικὰ τῶν σωμάτων, ἐβοήθει δ' ἐκ τοῦ Τυνῆτος οὐδεὶς, τότε πρόδηλον τῆς αἰκίας διὰ τὴν περικάκησιν ἐκ τῶν πολλῶν τοῖς ἡγεμόσιν ὑπαρχούσης, ἔκριναν οἱ περὶ τὸν Αὐτάριτον καὶ Ζάρξαν καὶ Σπένδιον ἐγχειρίζειν ἑαυτοὺς τοῖς πολεμίοις, καὶ διαλαλεῖν περὶ διαλύσεως Ἀμίλκᾳ· πέμψαντες οὖν κήρυκα καὶ λαβόντες συγχώρημα περὶ πρεσβείας, ἥκοντες δὲ καὶ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, πρὸς οὓς Ἀμίλκας ὁμολογίας ἐποιήσατο τοιαύτας· ΕΞΕΙΝΑΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙΣ, ΕΚΛΕΞΑΣΘΑΙ ΤΩΝ ΠΟΛΕΜΙΩΝ ΟΥΣ ΑΝ ΑΥΤΟΙ ΒΟΥΛΩΝΤΑΙ ΔΕΚΑ. ΤΟΥΣ ΔΕ ΛΟΙΠΟΥΣ ΑΦΙΕΝΑΙ ΜΕΤΑ ΧΙΤΩΝΟΣ. γινομένων δὲ τούτων, εὐθέως Ἀμίλκας ἔφη τοὺς παρόντας ἐκλέγεσθαι κατὰ τὰς ὁμολογίας. τῶν μὲν οὖν περὶ τὸν Αὐτάριτον καὶ Σπένδιον καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐπιφανεστάτων ἡγεμόνων, οὕτω τὸν τρόπον ἐκυρίευσαν οἱ Καρχηδόνιοι. τῶν δὲ Λιβύων, ἐπεὶ τὴν σύλληψιν ᾔσθοντο τῶν ἡγεμόνων νομισάντων αὐτοὺς παρεσπονδῆσθαι, διὰ τὸ τὰς συνθήκας ἀγνοεῖν, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὁρμησάντων ἐπὶ τὰ ὅπλα, περιστήσας αὐτοῖς Ἀμίλκας τά τε θηρία καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν, ἅπαντας διέφθειρε, πλείους ὄντας τῶν τετρακισμυρίων, περὶ τὸν τόπον τὸν Πρίονα καλούμενον· ὃν συμβαίνει διὰ τὴν ὁμοιότητα τοῦ σχήματος πρὸς τὸ νῦν εἰ-
86 ρημένον ὄργανον, ταύτης τετευχέναι τῆς προσηγορίας. πράξας δὲ τὰ προδεδηλωμένα, τοῖς μὲν Καρχη-

jam captivi quos in uſum alimenti, proh ſcelus! verterant, erant abſumti, itemque ſervorum corpora deficiebant; nemine Tuneto ad opem ferendam veniente, victa malis multitudine ac ducibus ſupplicia intentante, Autaritus, Zarxas, & Spendius dedendi ſeſe hoſtibus & de pace cum Amilcare agendi conſilium capiunt. igitur per caduceatorem petito ad legationem inſtituendam commeatu, ipſi ad Carthaginienſes veniunt. Amilcar deditionis leges has eis tulit. UT CARTHAGINIENSIBUS FAS ESSET DECEM EX HOSTIUM NUMERO QUOS VELLENT CUNQUE ELIGERE: CÆTEROS CUM SINGULIS TUNICIS DIMITTERENT. Facto fœdere, confeſtim Amilcar eos qui aderant eligere ſe ex conventu & pacto, pronuntiat. atque hoc modo Autaritus, Spendius & nobiliſſimi duces alii in poteſtatem Carthaginienſium venerunt. Afri comprehenſos teneri duces audito, pactionis ignari, ac fraudem ipſis factam ſuſpicati, ad capienda arma ruunt; ſed Amilcar admotis elephantis ac reliquo exercitu ab omni parte circumventos contrucidavit: erant autem hi pluresnumero quadraginta millibus. Locus ubi hæc acciderunt, Prion, quaſi Serram dicas, à ſimilitudine ejus inſtrumenti nuncupatur. His rebus geſtis Amilcar, ut Carthaginienſes, qui ſpem omnem ſalutis amiſerant, meliora jam ſperarent in poſterum

effecit.

effecit. ipſe cum Naravaſo & Hannibale regionem oppidaque circuibat. paſſim vero dedentibus ſe Afris, & ob præteritam victoriam in eorum partes tranſeuntibus, pleriſque urbium ſub nutum ditionemque Carthaginienſium redactis, Tunetum petunt, atque ibi Mathonem obſidere parant. Ab eo latere quod Carthaginem ſpectat ante urbem caſtra ponit Hannibal; in oppoſita huic parte Amilcar. poſt hæc Spendium & reliquos captivos muris admotos in hoſtium conſpectu crucibus affigunt. Matho vero animadverſa Hannibalis negligentia, & nimia confidentia, munitiones illius adortus, multos Pœnorum occidit. caſtris excedere omnes compellit. capta eſt omnis ſupellex caſtrenſis; captus etiam dux ipſe Hannibal: quem illico ad Spendii crucem adductum, poſt acerbos cruciatus, depoſito Spendii cadavere, vivum eidem infelici ligno affixerant: mactatis circa Spendii corpus xxx è nobiliſſimis Carthaginienſium. quaſi de induſtria hos populos inter ſe Fortuna compoſuiſſet, ut occaſionem alternis vicibus utriſque præberet, exquiſitis ſuppliciis invicem ſæviendi. Sero quidem Barca, quod longe à caſtris aberat, factam ab hoſtibus impreſſionem ſenſit: ſed ne tum quidem poſtquam rem cognovit, propter viæ intermediæ difficultates, ad opem ferendam accurrit. itaque caſtra inde movens, ad amnem Macarem, ad ejus oſtium ſecundum mare lo-

δονίοις αὖθις ἐλπίδας περιέστησε μεγάλην πρὸς τὸ βέλτιον, καίπερ ἀπεγνωκόσιν ἤδη τῆς σωτηρίας. αὐτὸς δὲ μετὰ Ναραυάσου καὶ μετ' Ἀννίβου, τὴν χώραν ἐπῄει καὶ τὰς πόλεις. προσχωρούντων δὲ καὶ μεθισταμένων πρὸς αὐτοὺς τῶν Λιβύων διὰ τὸ γεγονὸς εὐτύχημα, ποιησάμενοι τὰς πλείστας πόλεις ὑφ' ἑαυτοὺς, ἧκον ἐπὶ τὸν Τύνητα, καὶ πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν τοὺς περὶ τὸν Μάθω. κατὰ μὲν οὖν τὴν ἀπὸ Καρχηδόνος πλευρὰν προσεστρατοπέδευσεν Ἀννίβας· κατὰ δὲ τὴν ἀπέναντι ταύτης, Ἀμίλκας. μετὰ δὲ ταῦτα προσαγαγόντες πρὸς τὰ τείχη τοὺς περὶ τὸν Σπένδιον αἰχμαλώτους, ἐσταύρωσαν ἐπιφανῶς. οἱ δὲ περὶ τὸν Μάθω κατανοήσαντες τὸν Ἀννίβαν ῥαθύμως, καὶ καταπεθαρρηκότως ἀναστρεφόμενον, ἐπιθέμενοι τῷ χάρακι, πολλοὺς μὲν τῶν Καρχηδονίων ἀπέκτειναν· πάντας δ' ἐξέβαλον ἐκ τῆς στρατοπεδείας. ἐκυρίευσαν δὲ καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἁπάσης. ἔλαβον δὲ καὶ τὸν στρατηγὸν Ἀννίβαν ζωγρείᾳ. ὃν τὸν μὲν οὖν παραχρῆμα πρὸς τὸν τοῦ Σπενδίου σταυρὸν ἀγαγόντες, καὶ τιμωρησάμενοι πικρῶς, ἐκεῖνον μὲν καθεῖλον· τοῦτον δ', ἀνέθεσαν ζῶντα, καὶ περικατέσφαξαν τριάκοντα τῶν Καρχηδονίων τοὺς ἐπιφανεστάτους, περὶ τὸ τοῦ Σπενδίου σῶμα· τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες ἐκ παραθέσεως ἀμφοτέροις ἐναλλὰξ διδούσης ἀφορμὰς εἰς ὑπερβολὴν τῆς κατ' ἀλλήλων τιμωρίας. ὁ δὲ Βάρκας ὀψὲ μὲν συνῆκε τὴν ἐπίθεσιν τῶν ἐκ τῆς πόλεως, διὰ τὴν ἀπόστασιν τῶν στρατοπέδων· οὐδὲ μὴν συνεὶς, οὐδ' οὕτως κατέθει πρὸς τὴν βοήθειαν, διὰ τὰς μεταξὺ δυσχωρίας. διόπερ ἀναζεύξας ἀπὸ τοῦ Τύνητος, καὶ παρελθὼν ἐπὶ τὸν Μάκαρα ποταμὸν, κατεστρατοπέ-

δοῦσαι πρὸς τῷ στόματι τοῦ ποταμοῦ καὶ
87 τῇ θαλάττῃ. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι παραδόξου τῆς περιπετείας αὐτοῖς φανείσης, δυσθύμως καὶ δυσελπίστως εἶχον πάλιν. ἄρτι δὲ ἀναθαρρήσαντες ταῖς ψυχαῖς, παρὰ πόδας ἔπιπτον αὖθις ταῖς ἐλπίσιν. οὐ μὴν ἀφίσταντό γε τοῦ ποιεῖν τὰ πρὸς τὴν σωτηρίαν. διὸ καὶ τριάκοντα μὲν τῆς γερουσίας προχειρισάμενοι, καὶ μετὰ τούτων τὸν πρότερον μὲν ἀπελθόντα στρατηγὸν Ἄννωνα, σὺν δὲ τούτοις τοὺς ὑπολοίπους τῶν ἐν ταῖς ἡλικίαις καθοπλίσαντες, οἷον ἐσχάτην τρέχοντες ταύτην, ἐξαπέστελλον πρὸς τὸν Βάρκαν· ἐντειλάμενοι πολλὰ τοῖς τῆς γερουσίας, κατὰ πάντα τρόπον διαλῦσαι τοὺς στρατηγοὺς ἐκ τῆς προγεγενημένης διαφορᾶς, καὶ συμφρονεῖν σφᾶς ἀναγκάσαι, βλέψαντας εἰς τὰ παρόντα τῶν πραγμάτων. ὧν πολλοὺς καὶ ποικίλους διαθεμένων λόγους, ἐπειδὴ συνήγαγον ὁμόσε τοὺς στρατηγοὺς, ἠναγκάσθησαν συγχωρεῖν καὶ πείθεσθαι τοῖς λεγομένοις οἱ περὶ τὸν Ἄννωνα καὶ τὸν Βάρκαν. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη συμφρονήσαντες μιᾷ γνώμῃ, πάντα κατὰ νοῦν ἔπραττον τοῖς Καρχηδονίοις. ὥστε τοὺς περὶ τὸν Μάθω δυσχρηστουμένους ἐν τοῖς κατὰ μέρος κινδύνοις· πολλοὺς γὰρ ἐποιήσαντο λόχους τε καὶ διωγμοὺς, περί τε τὴν Λέπτιν προσαγορευομένην, καί τινας τῶν ἄλλων πόλεων· τέλος ἐπὶ τὸ διὰ μάχης κρίνειν ὁρμῆσαι τὰ πράγματα· προθύμως ἐχόντων πρὸς τοῦτο τὸ μέρος καὶ τῶν Καρχηδονίων. διόπερ ἀμφότεροι τοῦτο προθέμενοι, παρεκάλουν μὲν πάντας τοὺς συμμάχους πρὸς τὸν κίνδυνον, συνῆγον δὲ τὰς φρουρὰς ἐκ τῶν πόλεων, ὡς ἂν μέλλοντες ἐκκυ-

cum caſtris capit. Carthaginienſes vero hac inopinata clade perculſi, animis denuo concidere, ac ſpem conceptam abjicere. & qui paullo ante ex pavore animos reſumſerant, jam iterum omni ſpe excidebant. at procurare tamen quæ ad ſalutem Reip. facerent, non ceſſabant. Triginta igitur lectos ſenatores, cumque his Hannonem ducem, qui jam ante ad hoc bellum exierat; & præterea quod ſupererat ætatis militaris, (omnes enim, tanquam extremum hunc conatum effuſuri, armaverant:) ad Barcam mittunt. Senatoribus etiam & etiam mandant, ut ducum animos priore controverſia ſublata, omnibus modis inter ſe concilient: & revocatos ad præſentis ſtatus contemplationem, colere unanimitatem perpellant. qui ducibus in unum locum convocatis, poſt varia & ſæpe repetita colloquia, evicêre tandem, ut Hanno & Barca manus darent, & ſententiæ ipſorum acquieſcerent. à quo tempore communibus animis & conſiliis cuncta adminiſtrantes, ex voto civium ſuorum omnia gerebant. Matho igitur, quum ſive inſidiæ ſtructæ eſſent, ſive alii alios à tergo perſequerentur, quod ſæpe factum, quà circa Leptim, quà etiam alibi; inferior ſemper à parvis hoc genus præliis diſcederet; acie cum hoſtibus decernere conſtituit: pronis in eandem voluntatem & Carthaginienſium animis. quæ poſtquam utriſque ſtetit ſententia, ſocios utrique ſuos ad ſocietatem certaminis invitarunt. præſidia etiam ex urbibus convocarunt, tanquam de ſumma rerum aleam

aleam jacturi. paratis ad hoc inceptum rebus omnibus, aciem ambo inſtruunt: & ex compacto prælium ineunt. quum penes Carthaginienſes victoria fuiſſet, Afrorum plerique in ipſa pugna perierunt: reliqui in oppidum quoddam fuga ſe recipiunt, moxque deditionem faciunt. Matho ab inimicis vivus eſt captus. Ac cæteris quidem in partibus Africæ, nulla mora fuit quominus latas ſibi à Carthaginienſibus leges, ſtatim ſubirent: Hippacritarum vero oppidvm & Uticenſium in rebellione perſtiterunt. nullum enim aditum neque cauſſam poſtulandi pacem habebant: quoniam à principio ejus conſilii neque locum neque ſpem ullam miſericordiæ aut veniæ ſibi fecerant reliquam. adeo etiam in iſtiuſmodi peccatis, moderari ſibi & inexpiabile nihil ultro admittere, longe præſtat. Sedenim Hanno & Barca admotis hinc illinc caſtris, cito illos coëgerunt in eas leges conſentire, quæ Carthaginienſibus placuiſſent. Bellum igitur vulgo Libycum dictum, quod in tantas Carthaginienſes anguſtias conjecerat, hunc exitum habuit: ut non ſolum Africæ dominatum reciperent; ſed etiam à defectionis auctoribus meritas pœnas exigerent. Finis namque omnium hic tandem fuit, ut juventus acto per urbem triumpho, omni contumeliæ cruciatuſque genere Mathonem & qui cum eo erant, afficeret. Tres annos & menſes ferme quatuor mercenarii cum Carthaginienſibus bellum fecêre: omnium de quibus fando accepimus, longe crudeliſſimum & maxime nefarium.

ἐβούλοντο ὑπὲρ τῶν ὅλων. ἐπειδὴ δ' ἑκατέροις ἦν τὰ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἕτοιμα, παραταξάμενοι συνέβαλον ἀλλήλοις ἐξ ὁμολόγου. γενομένου δὲ τοῦ νικήματος κατὰ τοὺς Καρχηδονίους, οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν Λιβύων ἐν αὐτῷ τῷ κινδύνῳ διεφθάρησαν· οἱ δὲ πρός τινα πόλιν συμφυγόντες, μετ' οὐ πολὺ παρέδοσαν ἑαυτούς. ὁ δὲ Μάθως ὑποχείριος ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς
ζωγρείᾳ. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα μέρη τῆς Λι- 88
βύης μετὰ τὴν μάχην εὐθέως ὑπήκουσε τοῖς Καρχηδονίοις. ἡ δὲ τῶν Ἱππακριτῶν καὶ τῶν Ἰτυκαίων πόλις ἔμενεν, οὐδεμίαν ἀφορμὴν ἔχουσα πρὸς διάλυσιν, διὰ τὸ μὴ καταλελοιπέναι σφίσι τόπον ἐλέους, μηδὲ συγγνώμης κατὰ τὰς πρώτας ἐπιβολάς. οὕτω καὶ κατὰ ταύτας τὰς ἁμαρτίας μεγάλην ἔχει διαφορὰν ἡ μετριότης, καὶ τὸ μηδὲν ἀνήκεστον ἐπιτηδεύειν ἑκουσίως. οὐ μὴν ἀλλὰ παραστρατοπεδεύσαντες τῇ μὲν Ἄννων, τῇ δὲ Βάρκας, ταχέως ἠνάγκασαν αὐτοὺς ὁμολογίας ποιήσασθαι καὶ διαλύσεις εὐδοκουμένας Καρχηδονίοις. ὁ μὲν οὖν Λιβυκὸς πόλεμος εἰς τοιαύτην ἀγαγὼν περίστασιν Καρχηδονίους, τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέλος, ὥστε μὴ μόνον κυριεῦσαι πάλιν τῆς Λιβύης τοὺς Καρχηδονίους, ἀλλὰ καὶ τοὺς αἰτίους τῆς ἀποστάσεως τιμωρήσασθαι καταξίως. τὸ γὰρ πέρας, ἀγαγόντες οἱ νέοι τὸν θρίαμβον διὰ τῆς πόλεως, πᾶσαν αἰκίαν ἐπεδείξαντο τοῖς περὶ τὸν Μάθω. τρία μὲν οὖν ἔτη καὶ τέτταράς που μῆνας ἐπολέμησαν οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους πόλεμον, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν ἀκοῇ μαθόντες, πολύ τι τῶν ἄλλων ὠμότητι καὶ παρανομίᾳ διενηνοχότα.

Ῥωμαῖοι δὲ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς Σαρδόνος αὐτομολησάντων μισθοφόρων πρὸς σφᾶς ἐκκληθέντες, ἐπεβάλοντο πλεῖν ἐπὶ τὴν προειρημένην νῆσον. τῶν δὲ Καρχηδονίων ἀγανακτούντων, ὡς αὐτοῖς καθηκούσης μᾶλλον τῆς τῶν Σαρδόνων δυναστείας· καὶ παρασκευαζομένων μεταπορεύεσθαι τοὺς ἀποστήσαντας αὐτῶν τὴν νῆσον· λαβόμενοι τῆς ἀφορμῆς ταύτης οἱ Ῥωμαῖοι, πόλεμον ἐψηφίσαντο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους· φάσκοντες αὐτοὺς οὐκ ἐπὶ Σαρδονίους, ἀλλὰ ἐπὶ σφᾶς ποιεῖσθαι τὴν παρασκευήν. οἱ δὲ παραδόξως διαπεφευγότες τὸν προειρημένον πόλεμον, κατὰ πάντα τρόπον ἀφυῶς διακείμενοι κατὰ τὸ παρὸν πρὸς τὸ πάλιν ἀναλαμβάνειν τὴν πρὸς Ῥωμαίους ἀπέχθειαν· εἴξαντες τοῖς καιροῖς, οὐ μόνον ἀπέστησαν τῆς Σαρδόνος, ἀλλὰ καὶ χίλια τάλαντα καὶ διακόσια προσέθηκαν τοῖς Ῥωμαίοις, ἐφ᾽ ᾧ μὴ κατὰ τὸ παρὸν ἀναδέξασθαι τὸν πόλεμον. ταῦτα μὲν οὕτως ἐπράχθη.

Eodem fere tempore Romani, ab illis mercenariis qui Sardinia pulſi ad illos transfugerant, invitati, in eam inſulam navigare inſtituerunt. quod quum ægre ferrent Pœni, ceu meliore jure dominatio Sardorum ad ipſos pertineret; jamque in eo eſſent ut inſulæ defectionem in auctores vindicarent: Romani eam occaſionem arripiunt, & contra Carthaginienſes bellum decernunt: quod dicerent non adverſus Sardos, ſed adverſum ſe, fieri hunc apparatum. illi ægre ac præter opinionem omnium ſuperiore bello liberati, modis omnibus male comparati ad ſuſcipiendas impræſentiarum cum populo Rom. inimicitias, tempori cedendum rati, non ſolum Sardinia ceſsêre; verùm etiam mille ac ducenta Romanis talenta adjecerunt, ne bellum ſuſtinere hoc tempore cogerentur. Atque hæc quidem ita geſta ſunt.

POLYBII MEGALOPOLITANI Hiſtoriarum Liber II.

EXPOSUIMUS priore libro, quando Romani, rebus in Italia compoſitis, exteras regiones ſint primum aggreſſi: deinde quonam modo in Siciliam trajecerint, & quas ob cauſſas de illa inſula in certamen cum Carthaginienſibus venerint: tum quando navalibus copiis uti primum cœperint, quæque populo utrique bello illo acciderint ad finem uſque, cum univerſa ceſsêre Sicilia Carthaginienſes, Romanis totam inſulam, ea duntaxat excepta parte quæ Hieroni parebat, occupantibus. his deinde ſubjecimus, quomodo ſeditione facta, mercenarii bellum quod Libycum vocant, adverſus Carthaginienſes conflarint; quò progreſſa impietas fuerit, quemve facta immania exitum tandem habuerint, ad finem belli uſque & Carthaginienſium victoriam. Nunc quæ ſunt deinceps inſecuta, ſummatim pro ratione inſtituti quæque attin-

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ Ἱστοριῶν δευτέρα.

ΕΝ μὲν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ διεσαφήσαμεν, πότε Ῥωμαῖοι συστησάμενοι τὰ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, τοῖς ἐκτὸς ἐγχειρεῖν ἤρξαντο πράγμασιν. ἐπὶ δὲ τούτοις πῶς εἰς Σικελίαν διέβησαν, καὶ δι᾽ ἃς αἰτίας τὸν περὶ τῆς προειρημένης νήσου συνεστήσαντο πόλεμον πρὸς Καρχηδονίους· μετὰ δὲ ταῦτα πότε πρῶτον συνίστασθαι ναυτικὰς ἤρξαντο δυνάμεις, καὶ τὰ συμβάντα κατὰ τὸν πόλεμον ἑκατέροις ἕως τέλους· ἐν ᾧ Καρχηδόνιοι μὲν ἐξεχώρησαν πάσης Σικελίας, Ῥωμαῖοι δὲ ἐπεκράτησαν τῆς ὅλης νήσου, πλὴν τῶν ὑφ᾽ Ἱέρωνι ταττομένων μερῶν. ἑξῆς δὲ τούτοις ἐπεβαλόμεθα λέγειν, πῶς στασιάσαντες οἱ μισθοφόροι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους τὸν προσαγορευθέντα Λιβυκὸν πόλεμον ἐξέκαυσαν, καὶ τὰ συμβάντα κατὰ τὴν ἀσεβήματα μέχρι τίνος προὔβη, καὶ τίνα διέξοδον ἔλαβε τὰ παράλογα τῶν ἔργων, ἕως τοῦ τέλους καὶ τῆς Καρχηδονίων ἐπικρατείας. νυνὶ δὲ τὰ συνεχῆ τούτοις πειρασόμεθα δηλοῦν κεφαλαιωδῶς, ἑκάστων ἐπιψαύοντες κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς 1

ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. Καρχηδόνιοι γὰρ ὡς θᾶττον κατεστήσαντο τὰ κατὰ τὴν Λιβύην, εὐθέως Ἀμίλκαν ἐξαπέστελλον, δυνάμεις συστήσαντες εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τόπους. ὁ δ᾽ ἀναλαβὼν τὰ στρατόπεδα, καὶ τὸν υἱὸν Ἀννίβαν ὄντα τότε κατὰ τὴν ἡλικίαν ἐτῶν ἐννέα, καὶ διαβὰς κατὰ τὰς Ἡρακλέους στήλας, ἀνεκτᾶτο τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα τοῖς Καρχηδονίοις. διατρίψας δ᾽ ἐν τοῖς τόποις τούτοις ἔτη σχεδὸν ἐννέα, καὶ πολλοὺς μὲν πολέμῳ, πολλοὺς δὲ πειθοῖ ποιήσας Ἰβήρων ὑπηκόους Καρχηδόνι, κατέστρεψε τὸν βίον ἀξίως τῶν προγεγενημένων πράξεων. πρὸς γὰρ τοὺς ἀνδρωδεστάτους καὶ μεγίστην δύναμιν ἔχοντας παραταττόμενος, καὶ χρώμενος τολμηρῶς καὶ παραβόλως ἑαυτῷ κατὰ τὸν τοῦ κινδύνου καιρὸν, ἐρρωμένως τὸν βίον μετήλλαξε. τὴν δὲ στρατηγίαν οἱ Καρχηδόνιοι παρέδοσαν Ἀσδρούβᾳ τῷ ἐκείνου κηδεστῇ καὶ τριηράρχῳ. κατὰ
2 δὲ τοὺς καιροὺς τούτους Ῥωμαῖοι τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα, καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης ἐπεβάλοντο ποιεῖσθαι μετὰ δυνάμεως· ἅπερ οὐ παρέργως, ἀλλὰ μετ᾽ ἐπιστασίας θεωρητέον τοῖς βουλομένοις ἀληθινῶς τήν τε πρόθεσιν τὴν ἡμετέραν συνθεάσασθαι, καὶ τὴν αὔξησιν καὶ κατασκευὴν τῆς Ῥωμαίων δυναστείας. ἔγνωσαν δὲ διαβαίνειν, διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Ἄγρων ὁ τῶν Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἦν μὲν υἱὸς Πλευράτου, δύναμιν δὲ πεζικὴν καὶ ναυτικὴν μεγίστην εἶχε τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων ἐν Ἰλλυριοῖς. οὗτος ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φιλίππου πατρὸς πεισθεὶς χρήμασιν, ὑπέσχετο βοηθήσειν Μυδιωνίοις ὑπ᾽ Αἰτωλῶν πολιορκουμένοις. Αἰτωλοὶ γὰρ οὐδαμῶς δυνάμενοι πεῖσαι

gentes, peragere conabimur. Carthaginienſes enim, ubi primum res in Africa ſunt compoſitæ, copiis coactis Amilcarem in Hiſpaniam miſerunt. hic exercitu accepto, & filio Hannibale, novem tum annorum puero, marique ad Herculis columnas trajecto, Carthaginienſium imperium in Hiſpania inſtaurabat. ubi novem ferme annos moratus, multis populis quà bello, quà oratione dominatui Carthaginis ſubjectis, ut tantis rebus geſtis virum decebat, occumbit. quippe cum fortiſſimo potentiſſimoque hoſte ſignis collatis dimicans, dum mira quadam audacia in mediam ſe infert dimicationem, vitam cum morte fortiter commutat. Imperium deferunt Pœni ad Aſdrubalem affinitate illi junctum, & triremium præfectum. Incidit in idem ferme tempus prima Romanorum cum exercitu in Illyricum & partes illas Europæ trajectio: quæ non obiter, ſed cum attentione iis obſervanda eſt, qui propoſitum noſtrum, & imperii quod ſibi Romani pepererunt, incrementa verè cupient cognoſcere. Cauſſæ autem ejus conſilii, hæc propemodum extiterunt. Agron Illyriorum rex, filius Pleurati, copiis & terreſtribus & navalibus omnes priores Illyrici reges longe anteibat. hic Demetrio Philippi patri pecunias largienti receperat, ſe Mydioniis, quos Ætoli obſidebant, opem laturum. nam Ætoli quod impetrare ab Mydioniis non poterant, ut Reip. ſuæ

ſe adjungerent, vi eos expugnare erant aggreſſi. itaque ex univerſa gente Ætolorum coacto exercitu, poſitis circa urbem illorum caſtris, ſine intermiſſione ulla omni conatu, machinis etiam adhibitis, oppugnationem urgebant. Poſtquam comitiorum tempus advenit, quando novum Prætorem creari oportebat: quia malo jam loco obſeſſorum res erant, adeo ut in dies eorum deditio exſpectaretur: prior Prætor hujuſmodi verbis Ætolos compellat: Quoniam & labores & pericula hujus obſidionis ipſe ſuſtinuiſſet, æquum eſſe, ut capta urbe & prædæ adminiſtratio, & armorum inſcriptio ſibi tribuatur. quum huic petitioni ſe quidam opponerent, & illi maximè qui eum honorem petebant; multitudinemque hortarentur, ne ea de re præjudicarent, ſed omnia in integro ſervarent, cuicumque tandem hoc decus Fortuna tribueret: placuit Ætolis, ut futurus prætor jus prædæ adminiſtrandæ, & arma inſcribendi, cum priore communicaret. his ita decretis, poſtridie ejus diei comitia peragenda erant, & novus Prætor magiſtratum ex conſuetudine Ætolorum erat initurus. interea loci adveniunt noctu ad Mydioniam lembi centum, in quibus erant Illyriorum quinque millia. hi ut ad portum appulerunt, illuceſcente jam die raptim & latenter exſcenſione facta, aciem more ſuo inſtruunt, & per cohortes diviſi, ad Ætolorum caſtra ire pergunt. qui etſi

Μυδιωνίους μετέχειν σφίσι τῆς αὐτῶν πολιτείας, ἐπεβάλοντο κατὰ κράτος ἑλεῖν αὐτούς. στρατεύσαντες οὖν πανδημεί, καὶ περιστρατοπεδεύσαντες αὐτῶν τὴν πόλιν κατὰ τὸ συνεχές, ἐπολιόρκουν πᾶσαν βίαν προσφέροντες καὶ μηχανήν. συνάψαντος δὲ τοῦ χρόνου τῶν ἀρχαιρεσιῶν, καὶ δέον στρατηγὸν ἕτερον αἱρεῖσθαι, καὶ τῶν πολιορκουμένων ἤδη κακῶς διακειμένων, καὶ δοκούντων ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν ἐνδώσειν ἑαυτούς, ὁ προϋπάρχων στρατηγὸς προσφέρει λόγον τοῖς Αἰτωλοῖς, φάσκων· ἐπειδὴ τὰς κακοπαθείας καὶ τοὺς κινδύνους αὐτὸς ἀναδέδεκται τοὺς κατὰ τὴν πολιορκίαν, δίκαιον εἶναι καὶ τὴν οἰκονομίαν τῶν λαφύρων ἐπὰν κρατήσωσι, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ὅπλων ἑαυτῷ συγχωρεῖσθαι. τινῶν δέ, καὶ μάλιστα τῶν προϊόντων πρὸς τὴν αὐτήν, ἀμφισβητούντων πρὸς τὰ λεγόμενα, καὶ παρακαλούντων τὰ πλήθη μὴ προδιαλαμβάνειν, ἀλλ' ἐν ἀκεραίῳ ἐᾶν, ᾧ ποτ' ἂν ἡ τύχη βουληθῇ περιθεῖναι τοῦτον τὸν στέφανον· ἔδοξε τοῖς Αἰτωλοῖς, ὃς ἂν ἐπικαταστὰς στρατηγὸς κρατήσῃ τῆς πόλεως, κοινὴν ποιεῖν τῷ προϋπάρχοντι καὶ τὴν οἰκονομίαν τῶν λαφύρων, καὶ τὴν ἐπιγραφὴν τῶν ὅπλων. δεδογμένων δὲ τούτων, 3 καὶ δέον τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ γίνεσθαι τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν παράληψιν τῆς ἀρχῆς, καθάπερ ἔθος ἐστὶν Αἰτωλοῖς· προσπλέουσι τῆς νυκτὸς ἑκατὸν λέμβοι πρὸς τὴν Μυδωνίαν κατὰ τοὺς ἔγγιστα τόπους τῆς πόλεως, ἐφ' ὧν ἦσαν Ἰλλυριοὶ πεντακισχίλιοι. καθορμισθέντες δὲ καὶ τῆς ἡμέρας ἐπιγινομένης, ἐνεργὸν καὶ λαθραίαν ποιησάμενοι τὴν ἀπόβασιν, καὶ χρησάμενοι τῇ παρ' αὐτοῖς εἰθισμένῃ τάξει, προῆγον κατὰ σπείρας ἐπὶ τὴν τῶν Αἰτωλῶν στρατοπεδείαν. οἱ

δείαν. οἱ δ᾽ Αἰτωλοὶ συνέντες τὸ γενόμενον, ἐπὶ μὲν τῷ παραδόξῳ καὶ τῇ τόλμῃ τῶν Ἰλλυριῶν ἦσαν ἐκπλαγέντες, πεφρονηματισμένοι δ᾽ ἐκ τοῦ πολλοῦ χρόνου, καὶ καταπιστεύσαντες ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι κατὰ ποσὸν εὐθαρσῶς εἶχον· ἔχοντες μὲν οὖν πολὺ μέρος τῶν ὁπλιτῶν καὶ τῶν ἱππέων, αὐτοῦ πρὸ τῆς στρατοπεδείας, ἐν τοῖς ἐπιπέδοις παρενέβαλον. μέρει δέ τινι τῆς ἵππου, καὶ τοῖς εὐζώνοις τοὺς ὑπερδεξίους καὶ πρὸ τοῦ χάρακος εὐφυῶς κειμένους τόπους προκατελάμβανον. οἱ δ᾽ Ἰλλυριοὶ τοὺς μὲν ἐλαφροὺς ἐξ ἐφόδου προσπεσόντες, τῷ τε πλήθει καὶ τῷ βάρει τῆς συντάξεως ἐξέωσαν· τοὺς δὲ μετὰ τούτων ἱππεῖς συγκινδυνεύοντας, ἠνάγκασαν ἀποχωρῆσαι πρὸς τὰ βαρέα τῶν ὅπλων. λοιπὸν ἐξ ὑπερδεξίου ποιούμενοι τὴν ἔφοδον, ἐπὶ τοὺς ἐν τῷ πεδίῳ τεταγμένους, ταχέως ἐτρέψαντο, συνεπιτιθεμένων τοῖς Αἰτωλοῖς ἅμα καὶ τῶν Μυδιωνίων ἐκ τῆς πόλεως. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, ἔτι δὲ πλείους αἰχμαλώτους ἔλαβον· τῶν δ᾽ ὅπλων καὶ τῆς ἀποσκευῆς ἐγένοντο πάσης ἐγκρατεῖς. οἱ μὲν οὖν Ἰλλυριοὶ πράξαντες τὸ συνταχθὲν ὑπὸ τοῦ βασιλέως, καὶ διακομίσαντες τὴν ἀποσκευὴν, καὶ τὴν ἄλλην ὠφέλειαν ἐπὶ τοὺς λέμβους εὐθέως ἀνήγοντο, ποιούμενοι τὸν πλοῦν εἰς τὴν οἰκείαν. οἱ δὲ
4 Μυδιώνιοι τετευχότες ἀνελπίστου σωτηρίας, ἀθροισθέντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ἐβουλεύοντο περί τε τῶν ἄλλων, καὶ περὶ τῆς τῶν ὅπλων ἐπιγραφῆς· ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς, κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἐπιγραφὴν, ἀπό τε τοῦ τὴν ἀρχὴν τῶν Αἰτωλῶν ἔχοντος, καὶ τῶν εἰς τὸ μέλλον προπορευομένων, κατὰ τὸ τῶν Αἰτωλῶν δόγμα· τῆς τύχης ὥσπερ ἐπίτηδες καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπὶ τῶν ἐκείνοις

inopinata Illyriorum audacia ſunt extemplo perculſi: ferociam tamen cui à longo tempore aſſueverant, non poſuerunt: nam & exercitui ſuo ſatis fidebant. igitur, quod gravi armatura equitatuque abundarent, eductis copiis, ibi ante caſtra ſua in plano aciem inſtruunt: velites & equitum aliquot alas ad occupanda loca edita pro caſtris & opportuna, mittunt. Illyrii primo ſtatim impetu, quod & numero ſuperabant, & conferti pugnabant, velites ſtatione proturbant. equites his adjunctos ad gravem armaturam ſe recipere cogunt. deinde ex ſuperiore loco poſitam in campo aciem invadentes, facile in fugam eos vertunt: irrumpentibus præſertim in Ætolos tempore eodem & Mydioniis oppidanis. Trucidarunt multos: plures vivos ceperunt: armis & impedimentis omnibus ſunt potiti. ita Illyrii, peracto quod mandatum à rege fuerat, ſupellectile cæteraque omni præda lembis impoſita, confeſtim naves ſoluunt, & patriam ſuam repetunt. Mydionii ex inſperato obſidione liberati, cum de aliis deliberaturi, tum de armorum inſcriptione, concionem habent. Placuit, ut quemadmodum ab Ætolis decretum fuerat, & præſentis anni Prætor, & qui in petitione alios anteibant, in inſcriptione ſimul nominarentur. Dicas Fortunam, hoc Mydioniorum ſucceſſu, cæteros quoque mortales ſuæ potentiæ de induſtria iviſſe

admoni-

admonitum. quod enim de ſe jamjam inimicos arbitrabantur facturos: id ipſum ut in inimicis poſſent exercere, minimo tempore interjecto, ipſis præſtitit. Ætoli vero hac improviſò affecti clade, documento fuerunt omnibus, ne de futuro, ceu de re jam facta, deliberare vellent: neque ſpem ullam quaſi certam præciperent, eorum quæ ſecus evenire adhuc poſſent. ſed cum in cæteris rebus omnibus, tum in bello maxime, homines ſe natos meminiſſent, & inopinatis caſibus locum darent. Rex Agron, poſteaquam lembi rediiſſent, eique omnia duces narraſſent, quæ in pugna acciderant, incredibili exultans gaudio, quod Ætolos gentem ferociſſimam viciſſet; ebrietati & id genus liberalioribus epulis indulgens, in pleuritim incidit: quæ poſt dies paucos ipſum ſuſtulit. Regnum Teuta uxor ſuſcepit, fide amicorum in rerum adminiſtratione utens. Hæc more ingenii muliebris, quum nihil niſi præteritam victoriam ob oculos haberet, de externis nihil quicquam cogitaret; ſuis primum conceſſit, ut ſinguli quoſcunque haberent obvios inter navigandum, deprædarentur: deinde parata claſſe, exercitum priore non minorem emittit: facta ducibus poteſtate, ut pro hoſtibus populos omnes haberent. Prima expeditio in Eleorum & Meſſeniorum fines ſuſcepta eſt, perpetuis Illyriorum incurſionibus obnoxios. quoniam enim in longum ora illa porrecta jacet, longéque inde in mediterranea urbes

συμβαινόντων ἐνδεικνυμένης τὴν αὑτῆς δύναμιν. ἃ γὰρ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὶ προσεδόκων ὅσον ἤδη πείσεσθαι, ταῦτα πράττειν αὐτοῖς ἐκείνοις παρέδωκεν ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ κατὰ τῶν πολεμίων. Αἰτωλοὶ δὲ τῇ παραδόξῳ χρησάμενοι συμφορᾷ, πάντας ἐδίδαξαν μηδέποτε βουλεύεσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος, ὡς ἤδη γεγονότος· μηδὲ προκαταλπίζειν βεβαιουμένους ὑπὲρ ὧν ἀκμὴν ἐνδεχόμενόν ἐστιν ἄλλως γενέσθαι, νέμειν δὲ μερίδα τῷ παραδόξῳ, πανταχῇ μὲν, ἀνθρώπους ὄντας· μάλιστα δ᾽ ἐν τοῖς πολεμικοῖς. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἄγρων, ἐπεὶ κατέπλευσαν οἱ λέμβοι, διακούσας τῶν ἡγεμόνων τὰ κατὰ τὸν κίνδυνον, καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἐπὶ τῷ δοκεῖν Αἰτωλοὺς τοὺς μέγιστον ἔχοντας τὸ φρόνημα νενικηκέναι, πρὸς μέθας καὶ τινας τοιαύτας ἄλλας ῥᾳθυμίας τραπεὶς, ἐνέπεσεν εἰς πλευρῖτιν· ἐκ δὲ ταύτης ἐν ὀλίγαις ἡμέραις μετήλλαξε τὸν βίον. τὴν δὲ βασιλείαν ἡ γυνὴ Τεύτα διαδεξαμένη, τὸν κατὰ μέρος χειρισμὸν τῶν πραγμάτων ἐποιεῖτο διὰ τῆς τῶν φίλων πίστεως. χρωμένη δὲ λογισμοῖς γυναικείοις, καὶ πρὸς αὐτὸ τὸ γεγονὸς εὐτύχημα μόνον ἀποβλέπουσα, τῶν δ᾽ ἐκτὸς οὐδὲν περισκεπτομένη, πρῶτον μὲν συνεχώρησε τοῖς κατ᾽ ἰδίαν πλέουσι λῄζεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας· δεύτερον δ᾽ ἀθροίσασα στόλον, καὶ δύναμιν οὐκ ἐλάττω τῆς πρότερον, ἐξέπεμψε, πᾶσαν ἀποδείξασα πολεμίαν τοῖς ἡγουμένοις. οἱ δὲ ἐξαποσταλέντες, τὴν μὲν πρώτην ἐπιβολὴν ἔχον ἐπὶ τὴν Ἠλείων 5 καὶ Μεσσηνίων. ταύτας γὰρ ἀεὶ τὰς χώρας Ἰλλυριοὶ πορθοῦντες διετέλουν. διὰ γὰρ τὸ μῆκος τῆς παραλίας, καὶ διὰ τὸ μεσογαίους εἶναι τὰς

δυναστευούσας ἐν αὐταῖς πόλεις, μικραὶ καὶ βραχεῖαι λίαν ἐγίνοντο ταῖς προειρημέναις αἱ παρ' αὐτῶν βοήθειαι, πρὸς δὴ τὰς ἀποβάσεις τῶν Ἰλλυριῶν· ὅθεν ἀδεῶς ἐπέτρεχον, καὶ κατέσυρον ἀεὶ ταύτας τὰς χώρας. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τότε γενόμενοι τῆς Ἠπείρου κατὰ Φοινίκην προσέσχον ἐπισιτισμοῦ χάριν. συμμίξαντες δὲ τῶν Γαλατῶν τισὶν, οἳ μισθοφοροῦντες παρὰ τοῖς Ἠπειρώταις, διέτριβον ἐν τῇ Φοινίκῃ, τὸ πλῆθος ὄντες εἰς ὀκτακοσίους· καὶ κοινολογηθέντες τούτοις περὶ προδοσίας τῆς πόλεως, ἐξέβησαν, συγκατατεθειμένων σφίσι τῶν προειρημένων, καὶ τῆς πόλεως ἐξ ἐφόδου, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κύριοι κατέστησαν, συνεργησάντων ἔνδοθεν αὐτοῖς τῶν Γαλατῶν. οἱ δ' Ἠπειρῶται πυθόμενοι τὸ γεγονὸς, ἐβοήθουν πανδημεὶ μετὰ σπουδῆς. παραγενόμενοι δὲ πρὸς τὴν Φοινίκην, καὶ προβαλλόμενοι τὸν παρὰ τῇ πόλει ῥέοντα ποταμὸν, ἐστρατοπέδευσαν, τὰς ἐπ' αὐτῷ γεφύρας ἀνασπάσαντες τὰς σανίδας ἀσφαλείας χάριν. προσαγγελθέντος δ' αὐτοῖς Σκερδιλαΐδαν ἔχοντα πεντακισχιλίους Ἰλλυριοὺς παραγίνεσθαι κατὰ γῆν διὰ τῶν παρ' Ἀντιγόνειαν στενῶν· μερίσαντες αὐτῶν τινὰς ἐξαπέστειλαν παραφυλάξοντας τὴν Ἀντιγόνειαν· αὐτοὶ δὲ τά τε λοιπὰ ῥαθύμως διῆγον ἀπολαύοντες τῶν ἐκ τῆς χώρας ἀνέδην, τῶν τε κατὰ τὰς φυλακὰς καὶ προκοιτίας ὠλιγώρουν. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ συνιέντες τὸν μερισμὸν αὐτῶν, καὶ τὴν λοιπὴν ῥαθυμίαν, ἐκπορεύονται νυκτός. καὶ τῇ γεφύρᾳ σανίδας ἐπιβαλόντες, τόν τε ποταμὸν ἀσφαλῶς διέβησαν· καὶ λαβόντες ὀχυρὸν τόπον, ἔμειναν τὸ λοιπὸν μέρος τῆς νυκτός. ἐπιγενο-

ſunt ſubmotæ penes quas eſt imperium : & parva nimis & ad breve tempus ſubſidia erant, quæ urbes illæ Eleis ac Meſſeniis adverſus Illyriorum exſcenſiones ſubmittebant: ut facile his eſſet ſine metu iſtas regiones incurſare ac devaſtare. tunc vero ad Phœnicen Epiri oppidum uſque provecti, parandæ annonæ gratiâ in portum applicant: ubi colloquio ſuper proditione urbis cum Gallis habito, qui Epirotarum æra merebant,& Phœnicę circiter octingenti degebant; quum eam ad rem operam ſuam Galli pollicerentur: mox, expoſitis copiis oppidum & omnia quæ in eo erant, capiunt,Gallis intra muros conatus ipſorum adjuvantibus. hoc accepto nuntio Epirotæ extemplo ad ferendam opem omnes accurrunt. qui ut venerunt ad Phœnicen, caſtra ſic metantur, ut amnis qui urbem præterfluit, pro munimento ipſis eſſet : ad majorem ſecuritatem tabulis detractis, quibus pons fluvio impoſitus erat conſtratus. deinde certiores facti adventare Scerdilaïdam cum quinque Illyriorum millibus, itinere terreſtri per fauces ad Antigoneam : parte exercitus ſui ad cuſtodiendam Antigoneam miſſa, ipſi interea negligentius agere; commeatibus, quos large regio ſubminiſtrabat, perfrui; ſtationes ac vigilias contemptim obire. Illyrii de copiarum diviſione moniti & eorum negligentia; noctu profecti, tabulas ponti imponunt, & ſine periculo trajiciunt. munitum dein locum occupant, & per reliquum noctis ibi ſubſiſtunt. prima luce utrique ante urbem instructa acie

acie certamen ineunt. victis Epirotis multi eorum deſiderati ſunt, plures capti: reliqui verſus Atintanes fugam capeſſunt. Tam adverſam experti fortunam Epirotæ, omnique ſalutis ſpe, quod quidem in ipſis foret, amiſſa, legatos cum infulis & velamentis ad Ætolos & Achæorum gentem mittunt, auxilium petentes. qui eorum calamitatis miſerti, faciles ad ipſorum poſtulata ſe præbent: atque eo animo non multo poſt Helicranum veniunt. eò & Illyrii qui Phœnicen occupaverant, unà cum Scerdilaïda ſe conferunt: nec longe à copiis auxiliaribus metantur caſtra, cupientes initio dimicare: ſed difficultas locorum impediebat. ſimul allatæ ſunt à Regina literæ, quibus domum quantocius redire, quod pars Illyriorum ad Dardanos defeciſſet, imperabat. ita, Epirum populati, inducias cum Epirotis faciunt: per quas, quicquid liberorum hominum in poteſtate habebant, cum ipſa urbe pretio accepto eis reſtituunt. poſtquam mancipia & ſupellectilem omnem lembis ſuis impoſuiſſent, cæteris navigantibus, Scerdilaïdas per Antigoneæ fauces pedibus remeavit. Magnum ea res maritimis Græcorum urbibus terrorem attulit. nam qui cernerent, munitiſſimam & potentiſſimam Epiri urbem ita præter omnium opinionem in captivitatem incidiſſe: ſibi quiſque metuebant, non jam ut antea de agrorum copiis ſolliciti, verum de propria ſua & ur-

μένης δὲ τῆς ἡμέρας, καὶ παραταξαμένων ἀμφοτέρων πρὸ τῆς πόλεως, συνέβη λειφθῆναι τοὺς Ἠπειρώτας. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν πεσεῖν, ἔτι δὲ πλείους ἁλῶναι, τοὺς δὲ λοιποὺς διαφυγεῖν ὡς ἐπὶ Ἀτιντάνων. οὗτοι μὲν 6
οὖν τοιούτοις περιπεσόντες ἀτυχήμασι, καὶ πάσας ἀπολέσαντες τὰς ἐν αὑτοῖς ἐλπίδας, ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος, δεόμενοι μεθ' ἱκετηρίας σφίσι βοηθεῖν. οἱ δὲ κατελεήσαντες τὰς συμφορὰς αὐτῶν, ὑπήκουσαν. καὶ μετὰ ταῦτα παραβοηθοῦντες, ἧκον εἰς Ἑλίκρανον. οἱ δὲ τὴν Φοινίκην κατασχόντες, τὸ μὲν πρῶτον παραγενόμενοι μετὰ Σκερδιλαΐδου πρὸς τὸ χωρίον, παρεστρατοπέδευσαν τοῖς βεβοηθηκόσι, βουλόμενοι συμβαλεῖν. δυσχρηστούμενοι δὲ διὰ τὰς δυσχωρίας τῶν τόπων, ἅμα δὲ καὶ προσπεσόντων παρὰ τῆς Τεύτας γραμμάτων, δι' ὧν ᾤετο δεῖν αὐτοὺς τὴν ταχίστην εἰς οἶκον ἀναχωρεῖν, διὰ τὸ τινὰς τῶν Ἰλλυριῶν ἀφεστηκέναι πρὸς τοὺς Δαρδανεῖς· οὕτω λεηλατήσαντες τὴν Ἤπειρον, ἀνοχὰς ἐποιήσαντο πρὸς τοὺς Ἠπειρώτας. ἐν αἷς τὰ μὲν ἐλεύθερα σώματα καὶ τὴν πόλιν ἀπολυτρώσαντες αὐτοῖς, τὰ δὲ δουλικὰ, καὶ τὴν λοιπὴν σκευὴν ἀναλαβόντες εἰς τοὺς λέμβους, οἱ μὲν ἀπέπλευσαν, οἱ δὲ περὶ τὸν Σκερδιλαΐδαν πεζῇ πάλιν ἀνεχώρησαν διὰ τῶν παρ' Ἀντιγόνειαν στενῶν· οὐ μικρὰν οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν κατάπληξιν καὶ φόβον ἐνεργησάμενοι τοῖς τὰς παραλίας οἰκοῦσι τῶν Ἑλλήνων. ἕκαστοι γὰρ θεωροῦντες τὴν ὀχυρωτάτην ἅμα καὶ δυνατωτάτην πόλιν τῶν ἐν τῇ Ἠπείρῳ παραλόγως οὕτως ἐξηνδραποδισμένην οὐκ ἔτι περὶ τῶν ἀπὸ τῆς χώρας ἠγωνίων, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, ἀλλὰ

περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν πόλεων. οἱ δ' Ἠπειρῶται παραδόξως διασεσωσμένοι, τοσοῦτον ἀπεῖχον τοῦ πειράζειν ἀμύνεσθαι τοὺς ἠδικηκότας, ἢ χάριν ἀποδιδόναι τοῖς βοηθήσασιν· ὥστε τοὐναντίον διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὴν Τεύταν, συμμαχίαν ἔθεντο μετ' Ἀκαρνάνων πρὸς τοὺς Ἰλλυριούς· καθ' ἣν ἐκείνοις μὲν κατὰ τοὺς ἑξῆς καιροὺς συνήργουν, τοῖς δ' Ἀχαιοῖς καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς ἀντέπραττον. ἐξ ὧν ἐγίνοντο καταφανεῖς ἀκρίτως μὲν κεχρημένοι τότε τοῖς εὐεργέταις· ἀφρόνως δὲ ἐξ ἀρχῆς βεβουλευμένοι
7 περὶ τῶν καθ' αὑτοὺς πραγμάτων. τὸ μὲν γὰρ, ἀνθρώπους ὄντας παραλόγως περιπεσεῖν τινὶ τῶν δεινῶν, οὐ τῶν παθόντων, τῆς τύχης δὲ καὶ τῶν πραξάντων ἐστὶν ἔγκλημα. τὸ δ' ἀκρίτως καὶ προφανῶς περιβαλεῖν αὑτοὺς ταῖς μεγίσταις συμφοραῖς, ὁμολογούμενόν ἐστι τῶν πασχόντων ἁμάρτημα. διὸ καὶ τοῖς μὲν ἐκ τύχης πταίουσιν, ἔλεος ἕπεται μετὰ συγγνώμης, καὶ ἐπικουρία· τοῖς δὲ διὰ τὴν αὑτῶν ἀβουλίαν, ὀνείδη καὶ ἐπιτιμήσεις συνεξακολουθεῖ παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσιν. ἅτε δὴ καὶ τότε παρὰ τῶν Ἑλλήνων εἰκότως ἂν τοῖς Ἠπειρώταις ἀπηντήθη. πρῶτον γὰρ τίς οὐκ ἂν τὴν κοινὴν περὶ Γαλατῶν φήμην ὑπειδόμενος, εὐλαβηθείη τούτοις ἐγχειρίσαι πόλιν εὐδαίμονα, καὶ πολλὰς ἀφορμὰς ἔχουσαν εἰς παρασπόνδησιν; δεύτερον, τίς οὐκ ἂν ἐφυλάξατο τὴν τοῦ αὐτοῦ συστήματος ἐκείνου προαίρεσιν; οἵ γε τὴν μὲν ἀρχὴν ἐξέπεσον ἐκ τῆς ἰδίας συνδραμόντων ἐπ' αὐτοὺς τῶν ὁμοεθνῶν, διὰ τὸ παρασπονδῆσαι τοὺς αὑτῶν οἰκείους καὶ συγγενεῖς· ὑποδεξαμένων γε μὴν αὐτοὺς Καρχηδονίων, διὰ τὸ κατεπείγεσθαι πολέμῳ, τὸ μὲν πρῶ-

bium ſuarum ſalute. Epirotæ hoc periculo mirabiliter liberati, tantum ab eo afuerunt, ut vel calamitatis ſuæ auctores ultum irent, vel iis qui auxilio fuerant gratiam referrent; ut contra, legatione ad Teutam miſſa, ſocietatem cum Illyriis & ipſi & Acarnanes inirent. neque ab eo tempore poſtea deſtiterunt, horum partem amplexi, Achæis & Ætolis aduerſari. quod conſilium & iniquam tunc illorum mentem erga bene de ſe meritos palàm fecit: & ſimul imprudentiam, qua in rerum ſuarum adminiſtratione inde à principio uſi erant. Quippe ſi quis mortalium in calamitatem incidat quæ provideri humana ratione non poterat, nulla eſt illius, ſed Fortunæ & ejus qui nocuerit culpa: ſin aliquis inopia judicii manifeſto in graviſſima ſe conjiciat mala, nemo dubitat illius eſſe peccatum. itaque per Fortunam lapſis parata eſt miſericordia, venia atque auxilium: ubi vero propria ineſt ſtultitia, opprobrium ſequitur & ſapientum increpatio. quo ſane modo potuêre tunc Epirotæ à Græcis merito ſuo accipi. Jam primum quis Gallorum communem famam ſuſpectans, non vereatur divitem urbem & multa habentem perfidiæ irritamenta in poteſtatem illis tradere? deinde quis non intelligeret ab ejus potiſſimum Gallorum manus conſiliis eſſe cavendum, qui initio à ſuis popularibus communi patria ejecti, quod perfidioſe in propinquos cognatoſque ſuos ſe geſſerant: ſuſcepti poſtea à Carthaginienſibus urgente bello, quum ſuper ſtipendio inter milites

milites ac duces orta eſſet controverſia, impetum repente ceperunt diripiendæ Agrigentinorum urbis, quo præſidii gratia fuerant intromiſſi, plures tum numero tribus millibus. deinde ſimilem ob cauſſam Erycem introducti, Romanis urbem obſidentibus; conati & urbem prodere & quotquot unâ cum ipſis obſidebantur: ut dolus exitum non habuit, tranſitum ad hoſtes fecerunt. apud quos fidem nacti, rurſus Erycinæ Veneris ædem ſpoliarunt. itaque Romani eorum impietate probe perſpecta ſimulac inter ipſos & Carthaginienſes pax convenit, nihil habuere antiquius, quàm ut ademtis armis, navibus impoſitos ex univerſa Italia eos exterminarent. Epirotæ igitur, qui civitatem ſuam & leges his cuſtodiendas permiſerant, & beatam rerum omnium copiâ urbem illis tradiderant, quid cauſſæ dicere queant, quominus hæc mala ſibi ipſi videantur acciviſſe? Atque hæc de Epirotarum imprudentia dicta voluimus: ut ſcirent omnes, præſidia validiora, Barbarorum præſertim, in urbes ſuas nunquam eſſe recipienda. Cæterum Illyrii jam ante ſoliti eos qui ex Italia navigabant injuriis afficere: quo tempore Phœnicæ morabantur, plures ſimul à claſſe diſcedentes, mercatorum Italicorum alios deprædati ſunt, alios trucidarunt, nec paucos cepêre vivos & ſecum abduxerunt. Romani qui ſemper hactenus delatas ad ſe querimonias de Illyriis erant aſpernati; tunc cum plures ſi-

τον γενομένης τινὸς ἀντιῤῥήσεως τοῖς στρατιώταις πρὸς τοὺς στρατηγοὺς ὑπὲρ ὀψωνίων, ἐξ αὐτῆς ὑπεβάλοντο διαρπάζειν τὴν τῶν Ἀκραγαντίνων πόλιν, φυλακῆς χάριν εἰσαχθέντες εἰς αὐτήν, ὄντες τότε πλείους τῶν τρισχιλίων. μετὰ δὲ ταῦτα παρεισαγόντων αὐτοὺς πάλιν εἰς Ἔρυκα τῆς αὐτῆς χρείας ἕνεκεν, πολιορκούντων τὴν πόλιν Ῥωμαίων, ἐπεχείρησαν μὲν καὶ τὴν πόλιν καὶ τοὺς συμπολιορκουμένους προδοῦναι. τῆς δὲ πράξεως ταύτης ἀποτυχόντες, ηὐτομόλησαν πρὸς τοὺς πολεμίους. παρ' οἷς πιστευθέντες, πάλιν ἐσύλησαν τὸ τῆς Ἀφροδίτης τῆς Ἐρυκίνης ἱερόν. διὸ καὶ σαφῶς ἐπεγνωκότες Ῥωμαῖοι τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν, ἅμα τῷ διαλύσασθαι τὸν πρὸς Καρχηδονίους πόλεμον, οὐδὲν ἐποιήσαντο προυργιαίτερον, τοῦ παρατηρήσαντας αὐτοὺς ἐμβαλεῖν εἰς πλοῖα, καὶ τῆς Ἰταλίας πάσης ἐξορίσους καταστῆσαι. οὓς Ἠπειρῶται τῆς δημοκρατείας καὶ τῶν νόμων φύλακας ποιησάμενοι, καὶ τὴν εὐδαιμονεστάτην πόλιν ἐγχειρίσαντες, πῶς οὐκ ἂν εἰκότως φανείησαν οὗτοι τῶν συμπτωμάτων αὐτοῖς αἴτιοι γεγονότες; περὶ μὲν οὖν τῆς Ἠπειρωτῶν ἀγνοίας, καὶ περὶ τοῦ μηδέποτε δεῖν τοὺς εὖ φρονοῦντας ἰσχυροτέραν εἰσάγεσθαι φυλακήν, ἄλλως τε καὶ βαρβάρων, ἐπὶ τοσοῦτον ἐκρίνομεν ποιήσασθαι μνήμην. 8
οἱ δὲ Ἰλλυριοὶ καὶ κατὰ τοὺς ἀνωτέρω μὲν χρόνους, συνεχῶς ἠδίκουν τοὺς πλοϊζομένους ἀπ' Ἰταλίας· καθ' οὓς δὲ καιροὺς περὶ τὴν Φοινίκην διέτριβον, καὶ πλείους ἀπὸ τοῦ στόλου χωριζόμενοι, πολλοὺς τῶν Ἰταλικῶν ἐμπόρων, οὓς μὲν ἐσύλησαν, οὓς δὲ ἀπέσφαξαν, οὐκ ὀλίγους δὲ καὶ ζωγρείᾳ τῶν ἁλισκομένων ἀνῆγον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παρακούοντες τὸν πρὸ τοῦ χρόνου τῶν ἐγκαλούντων τοῖς

Ἰλλυ-

Ἰλλυριοῖς· τότε καὶ πλειόνων ἐπελθόντων ἐπὶ τὴν σύγκλητον, κατέστησαν πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ἰλλυρίδα τοὺς ἐπισκεψομένους περὶ τῶν προειρημένων, Γάιον καὶ Λεύκιον Κορογκανίους. ἡ δὲ Τεύτα καταπλευσάντων πρὸς αὐτὴν τῶν ἐκ τῆς Ἠπείρου λέμβων, καταπλαγεῖσα τὸ πλῆθος καὶ τὸ κάλλος τῆς ἀγομένης κατασκευῆς· πολὺ γὰρ ἡ Φοινίκη διέφερε τότε τῶν κατὰ τὴν Ἤπειρον πόλεων εὐδαιμονίᾳ· διπλασίως ἐπερρώσθη πρὸς τὴν κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἀδικίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ τότε μὲν ἐπέσχε διὰ τὰς ἐγχωρίους ταραχάς. καταστησαμένη δὲ ταχέως τὰ κατὰ τοὺς ἀποστάντας Ἰλλυριούς, ἐπολιόρκει τὴν Ἴσσαν, διὰ τὸ ταύτην ἔτι μόνην ἀπειθεῖν αὐτῇ. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον κατέπλευσαν οἱ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις. καὶ δοθέντος αὐτοῖς καιροῦ πρὸς ἔντευξιν, διελέγοντο περὶ τῶν εἰς αὐτοὺς γεγονότων ἀδικημάτων. ἡ δὲ Τεύτα καθόλου μὲν παρ᾽ ὅλην τὴν κοινολογίαν, ἀγερώχως καὶ λίαν ὑπερηφάνως αὐτῶν διήκουε. καταπαυσάντων δὲ τὸν λόγον, κοινῇ μὲν ἔφη πειράσεσθαι φροντίζειν, ἵνα μηδὲν ἀδίκημα γίνηται Ῥωμαίοις ἐξ Ἰλλυριῶν. ἰδίᾳ γε μήν, οὐ νόμιμον εἶναι τοῖς βασιλεῦσι κωλύειν Ἰλλυριοὺς τῆς κατὰ θάλατταν ὠφελείας. ὁ δὲ νεώτερος τῶν πρεσβευτῶν δυσχεράνας ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ἐχρήσατο παρρησίᾳ καθηκούσῃ μέν, οὐδαμῶς δὲ πρὸς καιρόν. εἶπε γάρ, ὅτι Ῥωμαίοις μὲν ὦ Τεύτα, κάλλιστον ἔθος ἐστὶ, τὰ κατ᾽ ἰδίαν ἀδικήματα κοινῇ μεταπορεύεσθαι, καὶ βοηθεῖν τοῖς ἀδικουμένοις. πειρασόμεθα δή, θεοῦ βουλομένου, ἐφεστῶς καὶ ταχέως ἀναγκάσειν σε τὰ βασιλικὰ νόμιμα διορθώσασθαι πρὸς Ἰλλυριούς. ἡ δὲ γυναικοθύμως καὶ

mul eâ gratiâ in ſenatum veniſſent, legatos in Illyricum decernunt, Cajum & Lucium Coruncanos, ut de iis quæ diximus accurate cognoſcerent. Teuta reverſis ex Epiro lembis, copiam atque multitudinem advectæ ex Epiro ſupellectilis demirata, (longe enim felicitate cæteras Epiri urbes anteibat Phœnice:) ad laceſſendos injuriis Græcos duplo animoſior eſt reddita. verùm quia domi res turbatæ erant, nihil tunc movit. citò autem negotio tranſacto eorum Illyriorum qui rebellaverant; Iſſam, quæ ſola parere ipſi recuſabat, obſidione cinctam tenebat. Eodem tempore Romanorum legati advenerunt: qui quum ad colloquium eſſent admiſſi, de ſuis injuriis expoſtularunt. Teuta quamdiu verba facientes audiebat, ingentem animi ferociam & ſuperbiam præ ſe ferre: poſtea vero quàm dicendi finem feciſſent, ita infit: curæ ſibi futurum, ne qua Romano populo ab Illyriis publice fiat injuria: cæterum, ut impediat quominus privatim quam poteſt quiſque utilitatem è mari capiat, hoc vero Regibus in more nequaquam eſſe. Tulit indignè hæc illius verba junior legatorum; & apud Reginam libertate uſus, conveniente illa quidem, ſed cui omnino tunc locus non erat: At Romanis, inquit, ô Teuta, mos hic eſt pulcherrimus, ut privatim factas injurias publice perſequantur, & injuriam paſſis opem feramus. operam igitur Deo volente dabimus, ut cupidè ac cito regia inſtituta emendare te coga-

nius.

mus. Libertatem hujus dicti ita iracunde, qui mos eſt mulierum, atque impotenter accepit Teuta, ut ſpreto gentium jure, mitteret qui profectos legatos inſequerentur, & liberioris dicti auctorem necarent. quod ut Romam eſt perlatum, tanto fœminæ hujus ſcelere irritati, ad belli apparatum illico ſe convertere, delectus habere, claſſem comparare. Teuta veris initio lembos à ſe refectos, majore quàm antea numero in Græciam redire juſſit. horum alii Corcyram trajiciunt: quidam ad Dyrrachii portum applicant: ſpecie quidem, ceu aquari & frumentari vellent: re autem ipſa, ut urbem ex inſidiis & occulta fraude caperent. quum Dyrrachini inconſulte ac negligenter aditum ipſis patefeciſſent, ingreſſi ſunt nonnulli eorum campeſtribus ſuccincti, velut aquaturi, in teſtis abſconditos habentes gladios. qui portæ cuſtodibus obtruncatis, nullo negotio locum circa portam occupant. cito deinde, uti convenerat, auxiliari manu è navibus adveniente, junctis viribus murorum partem maximam facile obtinebant. ſed oppidanis, licet imparatis, ut in re inopinata, acriter ſeſe defendentibus, fortiterque dimicantibus; tandem Illyrii poſtquam diu reſtitiſſent, urbe ſunt expulſi. atque ita, per negligentiam quidem Dyrrachinorum factum, ut patriam ipſi ſuam tantùm non amitterent: per virtutem vero, ut nullo ſuo damno in poſterum erudirentur. Illyriorum

ἀλογίστως δεξαμένη τὴν παρρησίαν, ἐπὶ τοσοῦτον ἐξωργίσθη πρὸς τὸ ῥηθέν, ὡς καὶ ὀλιγωρήσασα τῶν παρ' ἀνθρώποις ὡρισμένων δικαίων, ἀποπλεύσασιν αὐτοῖς ἐπαποστεῖλαί τινας, τὸν παρρησιασάμενον τῶν πρέσβεων ἀποκτεῖναι. προσπεσόντος δὲ τοῦ γεγονότος εἰς τὴν Ῥώμην, διοργισθέντες ἐπὶ τῇ παρανομίᾳ τῆς γυναικός, εὐθέως περὶ παρασκευὴν ἐγίνοντο, καὶ στρατόπεδα κατέγραφον, καὶ στόλον συνήθροιζον. ἡ δὲ Τεύτα τῆς ὥ- 9
ρας ἐπιγενομένης ἐπισκευάσασα λέμβους πλείους τῶν πρότερον, ἐξαπέστειλε πάλιν εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους. ὧν οἱ μὲν διὰ πόρου τὸν πλοῦν ἐπὶ τὴν Κέρκυραν ἐποιοῦντο, μέρος δέ τι προσέσχε τὸν τῶν Ἐπιδαμνίων λιμένα· λόγῳ μὲν ὑδρείας καὶ ἐπισιτισμοῦ χάριν, ἔργῳ δ' ἐπιβουλῆς καὶ πράξεως ἐπὶ τὴν πόλιν. τῶν δ' Ἐπιδαμνίων ἀκάκως ἅμα καὶ ῥαθύμως αὐτοὺς παραδεξαμένων, εἰσελθόντες ἐν αὐτοῖς τοῖς περιζώμασιν ὡς ὑδρευσόμενοι, μαχαίρας ἔχοντες ἐν τοῖς κεραμίοις οὗτοι, κατασφάξαντες τοὺς φυλάττοντας τὴν πύλην, ταχέως ἐγκρατεῖς ἐγένοντο τοῦ πυλῶνος. ἐπιγενομένης δὲ κατὰ τὸ συντεταγμένον ἐνεργῶς τῆς ἀπὸ τῶν πλοίων βοηθείας, παραδεξάμενοι τούτους, ῥᾳδίως κατεῖχον τὰ πλεῖστα τῶν τειχῶν. τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως, ἀπαρασκεύως μὲν διὰ τὸ παράδοξον, ἐνθύμως δὲ βοηθούντων καὶ διαγωνιζομένων· συνέβη τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀντιποιησαμένους, τέλος ἐκπεσεῖν ἐκ τῆς πόλεως. Ἐπιδάμνιοι μὲν οὖν ἐν ταύτῃ τῇ πράξει διὰ μὲν τὴν ὀλιγωρίαν ἐκινδύνευσαν ἀποβαλεῖν τὴν πατρίδα· διὰ δὲ τὴν εὐψυχίαν ἀβλαβῶς ἐπαιδεύθησαν πρὸς τὸ μέλλον. τῶν

δ' Ἰλλυριῶν οἱ προεστῶτες κατὰ σπουδὴν ἀναχθέντες, καὶ συνάψαντες τοῖς προεκπλεύσασι, κατῆραν εἰς τὴν Κέρκυραν. καὶ ποιησάμενοι καταπληκτικὴν τὴν ἀπόβασιν, ἐνεχείρησαν πολιορκεῖν τὴν πόλιν. ὧν συμβαινόντων οἱ Κερκυραῖοι δυσχρηστούμενοι, καὶ δυσελπίστως διακείμενοι τοῖς ὅλοις, ἐπρεσβεύοντο πρός τε τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ τοὺς Αἰτωλούς· ἅμα δὲ τούτοις Ἀπολλωνιᾶται καὶ Ἐπιδάμνιοι δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν κατὰ σπουδήν, καὶ μὴ περιιδεῖν σφᾶς αὐτοὺς ἀναστάτους γενομένους ὑπὸ τῶν Ἰλλυριῶν. οἱ δὲ διακούσαντες τῶν πρέσβεων, καὶ προσδεξάμενοι τοὺς λόγους, ἐπλήρωσαν κοινῇ τὰς τῶν Ἀχαιῶν δέκα ναῦς καταφράκτους. καταρτίσαντες δὲ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, ἔπλεον ἐπὶ τὴν Κέρκυραν, ἐλπίζοντες λύσειν τὴν πολιορκίαν.

10 οἱ δ' Ἰλλυριοὶ συμπαραλαβόντες Ἀκαρνάνων ναῦς κατὰ τὴν συμμαχίαν οὔσας ἑπτὰ καταφράκτους, ἀντανάχθέντες, συνέβαλον ταῖς τῶν Ἀχαιῶν σκάφεσι, περὶ τοὺς καλουμένους Παξούς. οἱ μὲν οὖν Ἀκαρνᾶνες, καὶ τῶν Ἀχαϊκῶν νεῶν αἱ κατὰ τούτους ταχθεῖσαι, πάρισον ἐποιοῦντο τὸν ἀγῶνα, καὶ διέμενον ἀκέραιοι κατὰ τὰς συμπλοκάς, πλὴν τῶν εἰς αὐτοὺς τοὺς ἄνδρας γινομένων τραυμάτων. οἱ δ' Ἰλλυριοὶ ζεύξαντες τοὺς παρ' αὐτοῖς λέμβους ἀνὰ τέτταρας, συνεπλέκοντο τοῖς πολεμίοις. καὶ τῶν μὲν ἰδίων ὀλιγωροῦν, καὶ παραβάλλοντες πλαγίους, συνήργουν ταῖς ἐμβολαῖς τῶν ὑπεναντίων. ὅτε δὲ προσπίπτοντα καὶ δεθέντα, κατὰ τὰς ἐμβολάς, ἐδυσχρήστουν τὰ τῶν ἀντιπάλων σκάφη, προσκρεμαμένων αὐτοῖς περὶ τοὺς ἐμβόλους τῶν ἐζευγμένων λέμβων, τότ' ἐπιπηδῶν-

duces confeſtim in altum evecti, & iis juncti qui ante ipſos navigabant, Corcyram appellunt. deinde in exſcenſione facienda magno omnibus terrore injecto, urbem obſidere parant. Corcyrenſes tanto preſſi caſu, jamque omni prope ſpe de ſumma rerum ſuarum amiſſa, legationes ad Achæos & Ætolos mittunt. unâ cum his & Apolloniatæ ac Dyrrachini venerunt, auxilium & ipſi petentes, oranteſque ne ſedibus ſuis pelli ſe ab Illyriis paterentur. benigne hæ legationes ſunt acceptæ ab Achæis & Ætolis: qui auxilii ferendi gratia decem conſtratas naves quas habebant Achæi, communi conſilio, remigio ac milite omnibuſque rebus inſtruxerunt. quod ubi paucis diebus feciſſent, ſpe ſolvendæ obſidionis, Corcyram navigant. Illyrii aſſumtis ex fœderis legibus ſeptem Acarnanum navibus armatis, in altum provecti, juxta Paxos cum Achæorum claſſe prælium ineunt. & Acarnanes quidem cum his oppoſita Achaicarum navium parte, æquo Marte rem gerentes, integri è dimicatione, exceptis virorum vulneribus, diſceſſerunt: Illyrii vero quaternis lembis ſimul colligatis, ſic cum hoſtibus confligebant, ut de ſuis lembis ſecuri, obliquos illos objiciendo, hoſtilem impetum adjuvarent: ſed poſtquam appropinquaverant adverſæ naves, atque impreſſione facta ſeſe illis alligaverant, dum ipſæ impeditæ hærebant, ut ex quarum roſtris vincti inter ſe lembi dependerent:

tunc

tunc Illyrii in tabulata Achaicarum navium inſilientes, ob claſſiarii militis multitudinem ſuperiores evadebant. hac ratione quadriremes quatuor ab iis ſunt captæ; quinqueremis una cum viris ipſis demerſa: in qua Marcus Carynenſis erat: vir erga commune Achæorum omni officii genere ſemper quoad vixit, egregie functus. qui cum Acarnanibus dimicabant, ſecundam Illyriorum pugnam cernentes, freti navium ſuarum celeritate, quum ſuus ventus vela impleret, patriam repetunt. Illyrii hac victoria ſuperbi, de cætero facilem victoriam habuerunt, impune quidvis audentes. Corcyrenſes vero propter illa quæ acciderant plane omni ſpe ſalutis dejecti, non amplius diu obſidione tolerata, pacem cum Illyriis faciunt, & præſidium in urbem ſuam recipiunt, ac ſimul cum eo Demetrium Pharium. Secundum hæc Illyriorum duces naves extemplo ſoluunt & claſſe Dyrrachium appulſa, ejus urbis obſidionem iterum moliuntur. Circa idem tempus C. Fulvius Cos. cum ducentarum navium claſſe, itemque A. Poſtumius Cos. alter cum terreſtribus copiis Roma proficiſcuntur. Cajo erat animus ante omnia Corcyram petere, quod prius ſe illuc perventurum ſperaret, quam exitum obſidio haberet. ac licet ſerum jam auxilium erat, ad inſulam tamen acceſſit, cum ut propius omnia cognoſceret, quæ ibi facta erant: tum ut vera an falſa eſſent quæ de Demetrio nun-

τες ἐπὶ τὰ καταστρώματα τῶν Ἀχαϊκῶν νεῶν, κατεκράτουν διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιβατῶν. καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ, τεττάρων μὲν πλοίων ἐκυρίευσαν τετρηρικῶν, μίαν δὲ πεντήρη συν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν ἐβύθισαν, ἐφ' ἧς ἔπλει Μάρκος ὁ Καρυνεύς. ἀνὴρ πάντα τὰ δίκαια τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν πολιτεύματι πεποιηκὼς, μέχρι τῆς καταστροφῆς. οἱ δὲ πρὸς τοὺς Ἀκαρνᾶνας διαγωνιζόμενοι, συνιδόντες τὸ κατὰ τοὺς Ἰλλυριοὺς προτέρημα, καὶ πιστεύοντες τῷ ταχυναυτεῖν, ἐπουριώσαντες, ἀσφαλῶς τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν ἐποιήσαντο. τὸ δὲ τῶν Ἰλλυριῶν πλῆθος φρονηματισθὲν ἐπὶ τῷ προτερήματι, λοιπὸν ἤδη ῥᾳδίως ἐχρήσατο τῇ πολιορκίᾳ, καὶ τεθαῤῥηκότως. οἱ δὲ Κερκυραῖοι δυσελπίσαντες τοῖς ὅλοις ἐκ τῶν συμβεβηκότων, βραχὺν ἔτι χρόνον ὑπομείναντες τὴν πολιορκίαν, συνέθεντο τοῖς Ἰλλυριοῖς, καὶ παρεδέξαντο φρουρὰν, καὶ μετὰ τῆς φρουρᾶς Δημήτριον τὸν Φάριον. τούτων δὲ πραχθέντων, εὐθέως οἱ τῶν Ἰλλυριῶν προεστῶτες ἀνήγοντο. καὶ καταίραντες εἰς τὴν Ἐπίδαμνον, ταύτην πάλιν ἐπεβάλοντο πολιορκεῖν τὴν πόλιν. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς τῶν II
τὰς ὑπάτους ἀρχὰς ἐχόντων, Γάϊος μὲν Φολούϊος ἐξέπλει ναυσὶ διακοσίαις ἐκ τῆς Ῥώμης· Αὖλος δὲ Ποστούμιος τὰς πεζικὰς ἔχων δυνάμεις, ἐξώρμα. τὴν μὲν οὖν πρώτην ἐπιβολὴν ἔσχε πλεῖν ὁ Γάϊος ἐπὶ τῆς Κερκύρας, ὑπολαμβάνων ἔτι καταλήψεσθαι τὴν πολιορκίαν ἄκριτον. ὑστερήσας δὲ τῶν καιρῶν, ὅμως ἐπὶ τὴν νῆσον ἔπλει, βουλόμενος ἅμα ἐπιγνῶναι σαφῶς τὰ γεγονότα περὶ τὴν πόλιν· ἅμα δὲ πεῖραν λαβεῖν τῶν παρὰ τοῦ Δημητρίου

προσαγγελλομένων. ὁ γὰρ Δημήτριος ἐν διαβολαῖς ὤν, καὶ φοβούμενος τὴν Τεύταν, ἔπεμπε πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, ἐπαγγελλόμενος, τήν τε πόλιν ἐγχειριεῖν καὶ τὰ λοιπὰ πράγματα παραδώσειν, ὧν ἦν αὐτὸς κύριος. οἱ δὲ Κερκυραῖοι τὴν παρουσίαν τῶν Ῥωμαίων ἀσμένως ἰδόντες, τήν τε φρουρὰν παρέδωκαν τῶν Ἰλλυριῶν μετὰ τῆς τοῦ Δημητρίου γνώμης, αὐτοί τε σφᾶς ὁμοθυμαδὸν ἔδωκαν παρακληθέντες εἰς τὴν τῶν Ῥωμαίων πίστιν· μίαν ταύτην ὑπολαβόντες ἀσφάλειαν αὑτοῖς ὑπάρχειν εἰς τὸν μέλλοντα χρόνον πρὸς τὴν τῶν Ἰλλυριῶν παρανομίαν. Ῥωμαῖοι δὲ προσδεξάμενοι τοὺς Κορκυραίους εἰς τὴν φιλίαν, ἔπλεον ἐπὶ τῆς Ἀπολλωνίας, ἔχοντες εἰς τὰ κατάλοιπα τῶν πραγμάτων ἡγεμόνα τὸν Δημήτριον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ Ποστούμιος τὰς πεζικὰς διεβίβαζε δυνάμεις ἐκ τοῦ Βρεντησίου, πεζοὺς μὲν εἰς δισμυρίους, ἱππεῖς δὲ περὶ δισχιλίους. ἅμα δὲ τῷ προσελθεῖν ἑκατέρας ὁμοῦ τὰς δυνάμεις πρὸς τὴν Ἀπολλωνίαν, ὁμοίως καὶ τούτων ἀποδεξαμένων καὶ δόντων ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐπιτροπὴν, παραχρῆμα πάλιν ἀνήχθησαν ἀκούοντες πολιορκεῖσθαι τὴν Ἐπίδαμνον. οἱ δ᾽ Ἰλλυριοὶ συνέντες τὴν ἔφοδον τῶν Ῥωμαίων, οὐδενὶ κόσμῳ λύσαντες τὴν πολιορκίαν, ἔφυγον. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τοὺς Ἐπιδαμνίους παραλαβόντες εἰς τὴν πίστιν, προῆγον εἰς τοὺς εἴσω τόπους τῆς Ἰλλυρίδος, ἅμα καταστρεφόμενοι τοὺς Ἀρδυαίους. συμμιξάντων δὲ πρεσβευτῶν αὐτοῖς καὶ πλειόνων, οἱ παρὰ τῶν Παρθινῶν ἧκον ἐπιτρέποντες τὰ καθ᾽ αὑτούς. δεξάμενοι τούτους εἰς τὴν φιλίαν, παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς παρὰ τῶν Ἀτιντάνων

προσεληλυθότας, προῆγον ὡς ἐπὶ τὴν

tiabantur, diſceret. Demetrius enim nonnullis apud Teutam ipſum criminantibus, metuens ab illa ſibi, ad Romanos miſerat, qui nunciarent, & urbem ſe, & quæcunque alia in poteſtate haberet, ipſis traditurum. Corcyrenſes Romanorum adventu læti, præſidium Illyriorum conſentiente Demetrio eis tradunt: deinde etiam de communi cunctorum ſententia, Romanorum hortatu, fidei ipſorum ſe omnes dedunt. hanc ſolam rati ſupereſſe rationem, qua tuti in poſterum ab Illyriorum immanitate forent. Romani Corcyrenſibus in amicitiam receptis, Apolloniam claſſe petunt, ducem ad peragenda reliqua Demetrium habentes. Inter hæc & Poſtumius terreſtres copias Brunduſio trajecit: pedites ad viginti millia, equitum duo millia. Statim ut exercitus uterque ad Apolloniam acceſſit, Apolloniatis Romanos in urbem recipientibus, & ſe illis permittentibus, e veſtigio Coss. quod diceretur Dyrrachium obſideri, iterum portu ſoluunt. Illyrii ubi adventare Romanos ſenſêre, obſidione ſoluta effuſam fugam capeſſunt. his quoque in fidem receptis, ad ulteriora Illyrici progrediuntur, ſubactis obiter Ardyæis. Adfuere mox plures legationes aliorum populorum; & in his etiam Parthinorum, nec non Atintanum: qui omnes quum ſe fidei Romanorum permitterent, ſunt in amicitiam ſuſcepti. ita ventum ad Iſſam, quæ etiam urbs

ab Illy-

ab Illyriis oppugnabatur. adventu Romanorum ſolutum eſt obſidium: Iſſæi in fidem recepti. Sed & per vim, dum oram illam prætervehuntur, ex Illyricanis oppidis quædam Conſules expugnavêre: in his Nutriam, ad quam non ſolum multos milites, ſed etiam tribunorum aliquos, & Quæſtorem ipſum amiſerunt. capti ſunt & lembi XX præda onuſti redeuntes. eorum qui Iſſam obſidebant, Pharii quidem in Demetrii gratiam immunes omni damno remanſerunt: alii omnes varie diſſipati Arbonem confugerunt. Teuta cum oppidò paucis Rizonem evaſit: id nomen eſt oppiduli, egregie muniti, procul à mari, ad ipſum Rizonem fluvium ſiti. poſt hæc Romani pleroſque Illyrici populos Demetrio ſubjiciunt: magnoque illi dominatu tradito, utrumque exercitum Dyrrachium reducunt. Romam inde C. Fulvius cum majore parte navalium terreſtriumque copiarum eſt reverſus. Poſthumius cum XL navibus longis eſt relictus; & novo exercitu quem è circumjacentibus oppidis conſcripſit, ut ad omnes Ardyæorum & aliorum qui fidei Rom. ſe permiſerant, motus, ſi quid ingrueret, paratum eſſet ſubſidium. Sub initium veris Teuta legatis ad Romanos miſſis, pacem hiſce conditionibus cum illis ſancit: UT TRIBUTA QUÆ IPSI IMPERARENTUR QUOTANNIS PENDERET: ILLYRICO TOTO, PRÆTER PAUCA ADMO-

Ἴσσαν, διὰ τὸ καὶ ταύτην ὑπὸ τῶν Ἰλλυ-
ριῶν πολιορκεῖσθαι τὴν πόλιν. ἀφικό-
μενοι δὲ καὶ λύσαντες τὴν πολιορκίαν,
προσεδέξαντο καὶ τοὺς Ἰσσαίους εἰς τὴν
ἑαυτῶν πίστιν. εἷλον δὲ καὶ πόλεις τινὰς
Ἰλλυρίδας ἐν τῷ παράπλῳ κατὰ
κράτος· ἐν αἷς, περὶ Νουτρίαν οὐ μό-
νον τῶν στρατιωτῶν ἀπέβαλον πολλούς,
ἀλλὰ καὶ τῶν χιλιάρχων τινὰς καὶ τὸν τα-
μίαν. ἐκυρίευσαν δὲ καὶ λέμβων εἴ-
κοσι τῶν ἀποκομιζόντων τὰς ἐκ τῆς χώ-
ρας ὠφελείας. τῶν δὲ πολιορκούντων
τὴν Ἴσσαν, οἱ μὲν ἐν τῇ Φάρῳ διὰ τὸν
Δημήτριον ἀβλαβεῖς ἔμειναν. οἱ δ᾽
ἄλλοι πάντες ἔφυγον εἰς τὸν Ἀρβῶνα
σκεδασθέντες. ἡ δὲ Τεῦτα πάνυ
μετ᾽ ὀλίγων εἰς τὸν Ῥίζονα διεσώθη,
πολισμάτιον εὖ πρὸς ὀχυρότητα
κατεσκευασμένον, ἀνακεχωρηκὸς
μὲν ἀπὸ τῆς θαλάττης, ἐπ᾽ αὐτῷ δὲ
κείμενον τῷ Ῥίζονι ποταμῷ. ταῦτα
δὲ πράξαντες, καὶ τῷ Δημητρίῳ τοὺς
πλείους ὑποτάξαντες τῶν Ἰλλυριῶν,
καὶ μεγάλην αὐτῷ περιθέντες δυνα-
στείαν, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν Ἐπίδαμνον
ἅμα τῷ στόλῳ καὶ τῇ πεζικῇ δυνάμει.
Γάϊος μὲν οὖν Φολούιος εἰς τὴν Ῥώμην 12
ἀπέπλευσε, τὸ πλεῖον ἔχων μέρος
τῆς τε ναυτικῆς καὶ πεζικῆς στρατιᾶς. ὁ
δὲ Ποστούμιος ὑπολειπόμενος τετta-
ράκοντα σκάφη, καὶ στρατόπεδον ἐκ
τῶν περικειμένων πόλεων ἀθροίσας,
παρεχείμαζε, συνεφεδρεύων τῷ
τε τῶν Ἀρδυαίων ἔθνει, καὶ τοῖς ἄλλοις
τοῖς δεδωκόσιν ἑαυτοὺς εἰς τὴν πίστιν.
ὑπὸ δὲ τὴν ἐαρινὴν ὥραν ἡ Τεῦτα δια-
πρεσβευσαμένη πρὸς τοὺς Ῥωμαί-
ους, ποιεῖται συνθήκας, ἐν αἷς εὐδό-
κησε. ΦΟΡΟΥΣ ΤΕ ΤΟΥΣ
ΔΙΑΤΑΧΘΕΝΤΑΣ ΟΙΣΕΙΝ.
ΠΑΣΗΣ ΤΕ ΑΝΑΧΩΡΗΣΕΙΝ
ΤΗΣ ΙΛΛΥΡΙΔΟΣ, ΠΛΗΝ
ΟΛΙΓΩΝ

ΟΛΙΓΩΝ ΤΟΠΩΝ. (καὶ τὸ συνέχον, ὃ μάλιστα πρὸς τοὺς Ἕλληνας διέτεινε,) ΚΑΙ ΜΗ ΠΛΕΥΣΕΙΝ ΠΛΕΟΝ Η ΔΥΣΙ ΛΕΜΒΟΙΣ ΕΞΩ ΤΟΥ ΛΙΣΣΟΥ. ΚΑΙ ΤΟΥΤΟΙΣ ΑΝΟΠΛΟΙΣ. ὧν συντελεσθέντων, ὁ Ποστούμιος μετὰ ταῦτα πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλε πρός τε τοὺς Αἰτωλοὺς καὶ τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος· οἳ καὶ παραγενόμενοι, πρῶτον μὲν ἀπελογίσαντο τὰς αἰτίας τοῦ πολέμου, καὶ τῆς διαβάσεως. ἑξῆς δὲ τούτοις, τὰ πεπραγμένα διεξῆλθον, καὶ τὰς συνθήκας παρανέγνωσαν, ἃς ἐποιήσαντο πρὸς τοὺς Ἰλλυριούς. τυχόντες δὲ παρ' ἑκατέρου τῶν ἐθνῶν τῆς καθηκούσης φιλανθρωπίας, αὖθις ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Κέρκυραν, ἱκανοῦ τινὸς ἀπολελυκότες φόβου τοὺς Ἕλληνας διὰ τὰς προειρημένας συνθήκας. οὐ γὰρ τισὶν, ἀλλὰ πᾶσι τότε κοινοὺς ἐχθροὺς εἶναι συνέβαινε τοὺς Ἰλλυριούς. ἡ μὲν οὖν πρώτη διάβασις Ῥωμαίων μετὰ δυνάμεως εἰς τὴν Ἰλλυρίδα καὶ ταῦτα τὰ μέρη τῆς Εὐρώπης, ἔτι δ' ἐπιπλοκὴ μετὰ πρεσβείας εἰς τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόπους, τοιάδε καὶ διὰ ταύτας ἐγένετο τὰς αἰτίας. ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς καταρχῆς, Ῥωμαῖοι μὲν εὐθέως ἄλλους πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν πρὸς Κορινθίους καὶ πρὸς Ἀθηναίους· ὅτε δὴ καὶ Κορίνθιοι πρῶτον ἀπεδέξαντο μετέχειν Ῥωμαίους τοῦ τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνος.
13 Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους (ἐν γὰρ τούτοις ἀπελίπομεν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν) νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς χειρίζων τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν, ἔν τε τοῖς ὅλοις μεγάλην ἐποιεῖτο προκοπὴν, τῇ τε παρὰ μὲν τισι Καρχηδόνα, παρὰ δέ τισι Καινὴν πόλιν

DUM LOCA, EXCEDERET: ET, (quod præcipuum erat, maximeque ad Græcos pertinebat,) NE ULTRA LISSUM PLURIBUS QUAM DUOBUS LEMBIS, IISQUE INERMIBUS, LICERET EI NAVIGARE. His rebus geſtis Poſtumius legatos ad Ætolos & Achæorum gentem mittit: qui cauſſas primùm belli, & trajectionis Romanorum in illas partes, eis expoſuerunt: deinde quæ geſta erant commemorarunt; fœderis etiam cum Illyriis initi tabulis, in conſeſſu illorum pellectis. mox, ea qua par erat comitate habiti ab utroque populo, Corcyram revertuntur. qui quidem non mediocri metu, pace cum Illyriis facta, Græcos tum liberarunt: quippe ea tempeſtate, non horum aut illorum, ſed in univerſum omnium hoſtes erant Illyrii. Prima igitur Romanorum cum exercitu in Illyricum & partes illas Europæ, trajectio; primum item cum Græciæ populis per legationem commercium ejuſmodi fuit, eaſque cauſſas habuit. Poſt iſtud vero principium legati deinceps alii ad Corinthios atque Athenienſes miſſi fuêre à Romanis: eoque primum tempore à Corinthiis decretum eſt, ut Iſthmici ludicri participes Romani fierent. Iiſdem temporibus Aſdrubal, (in eo namque eramus, cum à rebus Hiſpaniæ divertimus:) magna prudentia atque ſolertia provinciam adminiſtrans, cum aliis omnibus ad ſummam rerum proficiebat: tum urbe condita quam alii Carthaginem, alii

nem, alii Novam urbem nuncupant, magnum ad amplificandum Pœnorum imperium momentum attulerat. nam ut alia ne dicam, loci opportunitas maxima eſt, ſive in Hiſpania, ſive in Africa res ſint gerendæ. ſitum ejus urbis, & quanta illius queat eſſe utilitas ad utramque regionem, alibi commodiore loco declarabimus. Ubi animadvertere Romani magnam hunc & jam terribilem conſecutum eſſe potentiam, ipſi quoque aliquid in Hiſpania tentandi impetum ceperunt. quumque ita judicarent, eò creviſſe opes Carthaginienſium, quia ipſi hactenus profundo quodam ſomno capti omnem illarum rerum curam neglexerant: quod prius erat peccatum emendare omnibus viribus ſtudebant. Sed impræſentiarum quidem durius aliquid Carthaginienſibus imperare, aut bellum adverſus eos movere, ob impendentem à Gallis metum, qui Romam infeſto exercitu credebantur in dies venturi, non audebant. igitur mitigandum ſibi eſſe, deliniendumque Aſdrubalem prius ſtatuunt: atque ita Gallos aggrediendum, & acie cum ipſis dimicandum. quippe dum à tergo ſibi ſemper imminentes Gallos haberent, non dicam imperare Italiæ; ſed ne patriam quidem ſine periculo retinere ſe poſſe. poſteaquam ergo per legatos fœdus cum Aſdrubale ſanciviſſent, quo ultra Iberum amnem continere ſe Carthaginienſes tenebantur, nulla interim de reliqua Hiſpania mentione facta; extemplo adverſus eos Gallos qui in Italia erant, bellum ſuſcepere, de

προσαγορευομένην κατασκευάσας, οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ συνεβάλλετο Καρχηδονίοις, εἰς πραγμάτων λόγον· καὶ μάλιστα διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου, πρός τε τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα, καὶ πρὸς τὰ κατὰ τὴν Λιβύην· περὶ ἧς ἡμεῖς εὐφυέστερον καιρὸν λαβόντες ὑποδείξομεν τὴν θέσιν αὐτῆς καὶ τὴν χρείαν, ἣν ἀμφοτέραις δύναται παρέχεσθαι ταῖς εἰρημέναις χώραις. ὃν καὶ θεωροῦντες Ῥωμαῖοι, μείζω καὶ φοβερωτέραν ἤδη συνιστάμενον δυναστείαν, ὥρμησαν ἐπὶ τὸ πολυπραγμονεῖν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. εὑρόντες δὲ σφᾶς ἐπικεκοιμημένους ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καὶ προειμένους εἰς τὸ μεγάλην χεῖρα κατασκευάσασθαι Καρχηδονίους, ἀνατρέχειν ἐπειρῶντο κατὰ δύναμιν. αὐτόθεν μὲν οὖν ἐπιτάττειν ἢ πολεμεῖν οὐκ ἐτόλμων τοῖς Καρχηδονίοις διὰ τὸ τὸν ἀπὸ τῶν Κελτῶν φόβον ἐπικρέμασθαι τοῖς σφετέροις πράγμασι, καὶ μόνον οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν προσδοκᾶν τὴν ἔφοδον αὐτῶν. καταψήσαντες δὲ καὶ πραΰναντες τὸν Ἀσδρούβαν, οὕτως ἔκριναν ἐγχειρεῖν τοῖς Κελτοῖς, καὶ διακινδυνεύειν πρὸς αὐτούς. οὐδέποτ' ἂν ὑπολαμβάνοντες, οὐχ οἷον δυναστεῦσαι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν· ἀλλ' οὐδ' ἀσφαλῶς οἰκῆσαι τὴν ἑαυτῶν πατρίδα τούτους ἔχοντες ἐφέδρους τοὺς ἄνδρας. διόπερ ἅμα τῷ διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν ποιήσασθαι συνθήκας, ἐν αἷς τὴν μὲν ἄλλην Ἰβηρίαν παρεσιώπων, τὸν δὲ καλούμενον Ἴβηρα ποταμὸν, οὐκ ἔδει Καρχηδονίους ἐπὶ πολέμῳ διαβαίνειν· εὐθέως ἐξήνεγκαν τὸν πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἰταλίαν Κελτοὺς πόλεμον. ὑπὲρ 14

οὗ δοκεῖ

ὧν δοκεῖ μοι χρήσιμον εἶναι, κεφαλαιώδη μὲν ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν, ἵνα τὸ τῆς παρασκευῆς οἰκεῖον συνενώσωμεν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν· ἀναδραμεῖν δὲ τοῖς χρόνοις ἐπὶ τὴν ἀρχήν, ἐξ ὅτου κατέσχον οἱ προειρημένοι τὴν χώραν. ἡγούμεθα γὰρ τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν οὐ μόνον ἀξίαν εἶναι γνώσεως καὶ μνήμης· ἀλλὰ καὶ τελέως ἀναγκαίαν, χάριν τοῦ μαθεῖν, τίσι μετὰ ταῦτα πιστεύσας ἀνδράσι καὶ τόποις Ἀννίβας ἐπεβάλετο καταλύειν τὴν Ῥωμαίων δυναστείαν. πρῶτον δὲ περὶ τῆς χώρας ῥητέον, ποία τίς ἐστι καὶ πῶς κεῖται πρὸς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν. οὕτω γὰρ ἔσται καὶ τὰ περὶ τὰς πράξεις διαφέροντα κατὰ τὸ νοεῖν βέλτιον, ὑπογραφέντων τῶν περί τε τοὺς τόπους καὶ τὴν χώραν ἰδιωμάτων. Τῆς δὴ πάσης Ἰταλίας τῷ σχήματι τριγωνοειδοῦς ὑπαρχούσης, τὴν μὲν μίαν ὁρίζει πλευρὰν αὐτῆς, τὴν πρὸς ἀνατολὰς κεκλιμένην, ὅ, τε Ἰόνιος πόρος, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ὁ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπος· τὴν δὲ πρὸς μεσημβρίαν καὶ δυσμὰς τετραμμένην, τὸ Σικελικὸν καὶ Τυρρηνικὸν πέλαγος. αὗται δ' αἱ πλευραὶ συμπίπτουσαι πρὸς ἀλλήλας, κορυφὴν ποιοῦσι τοῦ τριγώνου, τὸ προκείμενον ἀκρωτήριον τῆς Ἰταλίας εἰς τὴν μεσημβρίαν, ὃ προσαγορεύεται μὲν Κόκινθος· διαιρεῖ δὲ τὸν Ἰόνιον πόρον, καὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος. τὴν δὲ λοιπὴν τὴν παρά τε τὰς ἄρκτους καὶ τὴν μεσόγαιαν παρατείνουσαν, ὁρίζει κατὰ τὸ συνεχὲς ἡ τῶν Ἄλπεων παρώρεια, λαμβάνουσα τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας καὶ τῶν ὑπὲρ τὸ Σαρδῷον πέλαγος τόπων, παρήκουσα δὲ συνεχῶς, μέχρι πρὸς τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρίου μυχόν, πλὴν βραχέος, ὃ προκαταλήγουσα

his Gallis ut ſummatim aliquid dicam pretium operæ mihi videtur: quò ſicut Præparationi huic convenit, propoſiti noſtri partes omnes connectamus inter ſe: paullo altius repetita narratione ab illis temporibus, quibus eam terram occuparunt. Res namque illorum non ſolum ſcitu memoratuque dignas ducimus: ſed etiam prorſus neceſſarias; ut cognoſci deinceps queat, quibus viris, quibuſve locis fretus Hannibal Romanorum imperium evertere ſit aggreſſus. Sed de regione ipſa prius nobis dicendum, qualis ipſa ſit, & quomodo ad reliquam Italiam ſita. locorum enim & provincię univerſę naturâ ob oculos poſitâ, melius quæ fuerint præcipuè obſervanda in actionibus poſtea commemorandis capias. Quum igitur trigoni ſpeciem Italia tota referat, unum ejus latus quod orientem ſpectat, Jonium mare & continuus illi ſinus Adriaticus terminant: meridiei vero & occidenti obverſum latus Siculum Etruſcumque mare. quà ſe duo hæc latera contingunt, triquetræ figuræ vertex efficitur: eſtque ibi procurrens ex Italia meridiem verſus promontorium, Cocinthum dicunt, quo ſeparantur Jonium mare & Siculum pelagus. reliquum latus quod ſeptentrionem ſpectat & mediterranea prætexit, Alpium continua juga definiunt: quæ à Maſſilia & proximis locis mari Sardoo incipiunt, indeque tractu perpetuo ad ultimum Adriatici maris receſſum extenduntur: niſi quod aliquanto prius deſinunt, quàm Adriam contingant.

tingant. Secundum hæc montium juga, quæ pro baſi accipienda ſunt trigoni, à meridie campi ſubjacent, in ultima & maxime boreali parte Italiæ ſiti; omnium qui tota Europa nobis cogniti ſunt, longe præſtantiſſimi rebus univerſis, latiſſimeque patentes. hæc loca ſunt de quibus nobis nunc eſt ſermo. Habet vero planities etiam iſta figuram & ambitum ſimilem trigono: cujus verticem contactus duorum montium facit Appennini atque Alpium, non procul à Sardinio mari, ſupra Maſſiliam. Porrò boreale hujus latus claudunt perpetua Alpium juga, ut ante dicebamus, per M. P. CCLXXV. meridionale, Apenninus, patens in longitudinem CCCCLXXV millia paſſuum. locum baſis obtinet ora maritima Adriatici ſinus, ab urbe Sena ad ultimum uſque receſſum, per CCCXII millia, & quingentos paſſus, atque amplius. ut non multum abſit, quin univerſus ambitus dictæ planitiei, millia paſſuum colligat CIↃCCL. Quantum vero excellat rebus omnibus hic terrarum tractus, ne dici quidem ſatis poteſt. Jam primum, frumenti ea copia eſt, ut perſæpe noſtra hac ætate tritici modius Siculus obolis quatuor væneat, hordei duobus: vini metreta, cum pari menſura hordei permutetur. panico & milio adeo abundat, ut nihil ſupra. Glans quàm largâ copiâ in quercetis proveniat, quæ totis illis campis per varia intervalla cernuntur, ſic facile intelligas. nam

λείπει τοῦ μὴ συνάπτειν αὐτοῖς. παρὰ δὲ τὴν προειρημένην παρώρειαν, ἣν δεῖ καὶ νοεῖν ὡσανεὶ βάσιν τοῦ τριγώνου, παρ' αὐτὴν ἀπὸ μεσημβρίας ὑπόκειται πεδία τῆς συμπάσης Ἰταλίας τελευταῖα πρὸς τὰς ἄρκτους, ὑπὲρ ὧν ὁ νῦν δὴ λόγος· ἀρετῇ καὶ μεγέθει διαφέροντα τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην ὅσα πέπτωκεν ὑπὸ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν. ἔστι δὲ τὸ μὲν ὅλον εἶδος καὶ τῆς ταῦτα τὰ πεδία περιγραφούσης γραμμῆς τριγωνοειδές. τούτου δὲ τοῦ σχήματος τὴν μὲν κορυφὴν, ἥ τε τῶν Ἀπεννίνων καλουμένων ὀρῶν καὶ τῶν Ἀλπεινῶν σύμπτωσις, οὐ μακρὰν ἀπὸ τοῦ Σαρδονίου πελάγους ὑπὲρ Μασσαλίας ἀποτελεῖ. τῶν δὲ πλευρῶν παρὰ μὲν τὴν ἀπὸ τῶν ἄρκτων, ὡς ἐπάνω προεῖπον, τὰς Ἄλπεις αὐτὰς ἐπὶ δισχιλίους καὶ διακοσίους σταδίους παρήκειν συμβαίνει. παρὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας τὸν Ἀπεννῖνον, ἐπὶ τρισχιλίους καὶ ἑξακοσίους. βάσεώς γε μὴν τάξιν λαμβάνει τοῦ παντὸς σχήματος ἡ παραλία τοῦ κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπου. τὸ δὲ μέγεθος τῆς βάσεώς ἐστιν, ἀπὸ πόλεως Σήνης ὡς ἐπὶ τὸν μυχὸν, ὑπὲρ τοὺς δισχιλίους σταδίους καὶ πεντακοσίους. ὥστε τὴν πᾶσαν περίμετρον τῶν προειρημένων πεδίων, μὴ πολὺ λείπειν τῶν μυρίων σταδίων.
Περί γε μὴν τῆς ἀρετῆς, οὐδ' εἰπεῖν ῥᾴδιον. σίτου τε γὰρ τοσαύτην ἀφθονίαν ὑπάρχειν συμβαίνει κατὰ τοὺς τόπους, ὥστ' ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς, πολλάκις τεττάρων ὀβολῶν εἶναι τῶν πυρῶν τὸν Σικελικὸν μέδιμνον, τῶν δὲ κριθῶν δυοῖν. τοῦ δ' οἴνου τὸν μετρητὴν ἰσόκριθον. ἐλύμου γε μὴν καὶ κέγχρου τελέως ὑπερβάλλουσα δαψίλεια γίνεται παρ' αὐτοῖς. τὸ δὲ τῶν βαλάνων πλῆθος τὸ γινόμενον ἐκ τῶν κατὰ διάστημα δρυμῶν ἐν τοῖς πεδίοις, ἐκ τούτων ιε

ἄν τις

ἄν τις μάλιστα τεκμήραιτο. πλείστων γὰρ ὑϊκῶν ἱερείων κατακοπτομένων ἐν Ἰταλίᾳ, διά τε τὰς εἰς τοὺς ἰδίους βίους, καὶ τὰς εἰς τὰ στρατόπεδα παραθέσεις, τὴν ὁλοσχερεστάτην χορηγίαν ἐκ τούτων συμβαίνει τῶν πεδίων αὐτοῖς ὑπάρχειν. περὶ δὲ τῆς κατὰ μέρος εὐωνίας καὶ δαψιλείας τῶν πρὸς τὴν τροφὴν ἀνηκόντων οὕτως ἄν τις ἀκριβέστατα κατανοήσειε. ποιοῦνται γὰρ τὰς καταλύσεις οἱ διοδεύοντες τὴν χώραν ἐν τοῖς πανδοχείοις, οὐ συμφωνοῦντες περὶ τῶν κατὰ μέρος ἐπιτηδείων· ἀλλ' ἐρωτῶντες πόσου τὸν ἄνδρα δέχεται. ὡς μὲν οὖν ἐπὶ τὸ πολὺ παρίενται τοὺς καταλύτας οἱ πανδοχεῖς, ὡς ἱκανὰ πάντ' ἔχειν τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἡμιασσαρίου· τοῦτο δέ ἐστι τέταρτον μέρος ὀβολοῦ· σπανίως δὲ τοῦθ' ὑπερβαίνουσι. τό γε μὴν πλῆθος τῶν ἀνδρῶν, καὶ τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος τῶν σωμάτων, ἔτι δὲ τὴν ἐν τοῖς πολέμοις τόλμαν, ἐξ αὐτῶν τῶν πράξεων σαφῶς ἔσται καταμαθεῖν. τῶν δ' Ἄλπεων ἑκατέρας τῆς πλευρᾶς τῆς ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν, καὶ τῆς ἐπὶ τὰ προειρημένα πεδία νευούσης, τοὺς βουνώδεις καὶ γαιώδεις τόπους κατοικοῦσι, τοὺς μὲν ἐπὶ τὸν Ῥοδανὸν καὶ τὰς ἄρκτους ἐστραμμένους, Γαλάται Τρανσάλπινοι προσαγορευόμενοι· τοὺς δ' ἐπὶ τὰ πεδία Ταυρίσκοι καὶ Ἀγῶνες, καὶ πλείω γένη βαρβάρων ἕτερα. Τρανσάλπινοί γε μὴν, οὐ διὰ τὴν τοῦ γένους, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ τόπου διαφορὰν προσαγορεύονται. τὸ γὰρ τρᾶνς ἐξερμηνευόμενόν ἐστι πέραν, διὸ τοὺς ἐπέκεινα τῶν
16 Ἄλπεων, Τρανσαλπίνους καλοῦσι. τὰ δ' ἄκρα διά τε τὴν τραχύτητα καὶ τὸ πλῆθος τῆς ἐπιμενούσης ἀεὶ χιόνος, ἀοίκητα τέως ἐστί. τὸν δ' Ἀπέννινον ἀπὸ μὲν τῆς ἀρχῆς τῆς ὑπὲρ Μασσαλίαν καὶ τῆς πρὸς τὰς Ἄλπεις συμπτώσεως, Λιγυ-

quum plurimos Itali homines porcos mactent, tum ut privatim illis victitent, tum ut in conditis militaribus reponant: maximam eorum copiam hæc planities ſubminiſtrat. omnium denique rerum ad victum neceſſariarum quanta ſit vilitas atque abundantia, ex eo conjiciat aliquis, non male. Qui per regionem iter faciunt, cum ad caupones divertunt, non paciſcuntur de cibo particulatim: ſed quanti quemque excipiant rogant. qui, ut plurimum, præbituros ſe hoſpitibus neceſſaria omnia, ita ut deſit nihil, recipiunt, ſemiſſe; quæ oboli quarta pars eſt: idque pretium raro excedunt. Incolarum multitudinem, corporum magnitudinem ac pulchritudinem, necnon audaciam in bellis, res geſtæ manifeſto arguent. In utroque Alpium latere, & quod Rhodanum reſpicit, & quod expoſitos modo campos; inhabitant terrenos colles, ab illa quidem parte quæ Rhodano & ſeptentrionibus eſt obverſa, Galli quos Tranſalpinos vocant: ab altera vero Tauriſci & Agones, & aliæ gentes Barbaræ. Tranſalpini è re nomen habent: neque enim ad generis differentiam, ſed quia trans Alpes habitant, ſic Italis ſunt dicti. Alpium cacumina propter locorum aſperitatem, & altas nives ibi perennantes, à nemine adhuc coluntur. Apenninum à fronte quidem ſupra Maſſiliam, & quà Alpibus jungitur, Ligures habent ex

utroque

utroque latere: & quod Etruſcum mare ſpectat, & quod ſuperiorem planitiem: illic quidem, Piſam uſque, primam Etruriæ urbem, occidentem verſus: hinc vero in mediterraneis, uſque ad fines Arretinorum. Sequuntur Etruſci; & qui hos contingunt Umbri, dictorum montium latus utrumque inhabitantes. dehinc Apenninus, diſtans à mari Adriatico circiter LXII M. paſſuum & quadringentos, relictis campis, deflectit ad dextram, & mediam Italiam ſecans, ad Siculum mare pertinet. campi vero quos relinqui dicebamus ab Apennino in hoc latere, ad mare pertingunt, & urbem Senam. Padus fluvius, quem Eridani nomine poëtæ celebrant, oritur ex Alpibus, qua potiſſimum parte eſt figuræ ſupra expoſitæ vertex. primo ſtatim ortu ſubjectos petit campos in meridiem converſus: ſed mox, planitiem ingreſſus, mutato in orientem curſu, per eam labitur, donec ſinum Adriaticum duobus oſtiis ingrediatur: cæterum univerſam planitiem ita dividit Padus, ut major longe pars ea ſit, quæ ad Alpes & Adriam porrigitur. Copia aquarum tanta, ut nulli Italicorum fluviorum concedat. quicquid enim aquarum in hoſce campos ex Alpibus aut Apenninis montibus defluit, omne id undique in Padum illabitur. fluit igitur maximus, pulcherrimuſque hic fluvius: augeturque ad Canis ortum, liquatis nivibus in utroque monte. aſcendunt in eo naves è mari,

στινοὶ κατοικοῦσι, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος πλευρὰν αὐτοῦ κεκλιμένην, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία· παρὰ θάλατταν μὲν, μέχρι πόλεως Πίσης, ἣ πρώτη κεῖται τῆς Τυρρηνίας ὡς πρὸς τὰς δυσμάς· κατὰ δὲ τὴν μεσόγαιαν, ἕως τῆς Ἀρρητίνων χώρας. ἑξῆς δὲ Τυρρηνοί· τούτοις δὲ συνεχεῖς ἑκάτερον τὸ κλίμα νέμονται τῶν προειρημένων ὀρῶν, Ὄμβροι. λοιπὸν ὁ μὲν Ἀπεννῖνος ἀπέχων τῆς κατὰ τὸν Ἀδρίαν θαλάττης σταδίους ὡσανεὶ πεντακοσίους, ἀπολείπει τὰ πεδία δεξιὸς ἀπονεύων, καὶ διὰ μέσης τῆς λοιπῆς Ἰταλίας διήκων εἰς τὸ Σικελικὸν κατατείνει πέλαγος. τὸ δ᾽ ἀπολειπόμενον μέρος πεδινὸν τῆς πλευρᾶς, ἐπὶ θάλατταν καὶ πόλιν καθήκει Σήναν. ὁ δὲ Πάδος ποταμὸς, ὑπὸ δὲ τῶν ποιητῶν Ἠριδανὸς θρυλλούμενος, ἔχει μὲν τὰς πηγὰς ἀπὸ τῶν Ἄλπεων, ὡς πρὸς τὴν κορυφὴν μᾶλλον τοῦ προειρημένου σχήματος· καταφέρεται δ᾽ εἰς τὰ πεδία ποιούμενος τὴν ῥύσιν ὡς ἐπὶ μεσημβρίαν. ἀφικόμενος δὲ εἰς τοὺς ἐπιπέδους τόπους, ἐκκλίνας τῷ ῥεύματι, πρὸς ἕω φέρεται δι᾽ αὐτῶν· ποιεῖται δὲ τὴν ἐκβολὴν δυσὶ στόμασι εἰς τοὺς κατὰ τὸν Ἀδρίαν κόλπους· τὸ δὲ πλεῖον ἀποτέμνεται μέρος τῆς πεδιάδος χώρας, εἰς τὰς Ἄλπεις καὶ τὸν Ἀδριατικὸν μυχόν. ἄγει δὲ πλῆθος ὕδατος, οὐδενὸς ἔλαττον τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ποταμῶν. διὰ τὸ τὰς ῥύσεις τὰς ἐπὶ τὰ πεδία νευούσας, ἀπό τε τῶν Ἄλπεων καὶ τῶν Ἀπεννίνων ὀρῶν εἰς τοῦτον ἐμπίπτειν ἁπάσας καὶ πανταχόθεν. μεγίστῳ δὲ καὶ καλλίστῳ ῥεύματι φέρεται, περὶ Κυνὸς ἐπιτολὴν αὐξόμενος ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἀνατηκομένων χιόνων, ἐν τοῖς προειρημένοις ὄρεσιν. ἀναπλεῖται δ᾽ ἐκ θαλάττης κατὰ τὸ στόμα τὸ

καλούμενον Ὄλανα, σχεδὸν ἐπὶ δισχιλίους σταδίους. τὴν μὲν γὰρ πρώτην ἐκ τῶν πηγῶν ἔχει ῥύσιν ἁπλῆν, σχίζεται δ᾽ εἰς δύο μέρη, κατὰ τοὺς προσαγορευομένους Τριγαβόλους· τούτων δὲ τὸ μὲν ἕτερον στόμα προσονομάζεται Παδύα, τὸ δ᾽ ἕτερον Ὄλανα· κεῖται δὲ ἐπὶ τούτῳ λιμὴν, οὐδενὸς τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν ἧττον παρεχόμενος ἀσφάλειαν τοῖς ἐν αὐτῷ καθορμιζομένοις. παρὰ γε μὴν τοῖς ἐγχωρίοις ὁ ποταμὸς προσαγορεύεται Βόδεγκος. τἄλλα δὲ τὰ περὶ τὸν ποταμὸν τοῦτον ἱστορούμενα παρὰ τοῖς Ἕλλησι, λέγω δὴ τὰ περὶ Φαέθοντα καὶ τὴν ἐκείνου πτῶσιν, ἔτι δὲ δάκρυα τῶν αἰγείρων, καὶ τοὺς μελανείμονας τοὺς περὶ τὸν ποταμὸν οἰκοῦντας, οὕς φασι τὰς ἐσθῆτας εἰσέτι νῦν φορεῖν τοιαύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ Φαέθοντα πένθους· καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τραγικὴν καὶ ταύτῃ προσεοικυῖαν ὕλην, ἐπὶ μὲν τοῦ παρόντος ὑπερθησόμεθα, διὰ τὸ μὴ λίαν καθήκειν τῷ τῆς προκατασκευῆς γένει, τὴν περὶ τῶν τοιούτων ἀκριβολογίαν· μεταλαβόντες δὲ καιρὸν ἁρμόττοντα, ποιησόμεθα τὴν καθήκουσαν μνήμην, καὶ μάλιστα διὰ τὴν Τιμαίου περὶ τοὺς

17 προειρημένους τόπους ἄγνοιαν. πλὴν ταῦτά γε τὰ πεδία, τὸ παλαιὸν ἐνέμοντο Τυῤῥηνοί· καθ᾽ οὓς χρόνους καὶ τὰ Φλέγραια ποτὲ καλούμενα τὰ περὶ Καπύην, καὶ Νώλην πεδία ..... καὶ διὰ τὸ πολλοῖς ἐμποδὼν εἶναι καὶ γνωρίζεσθαι μεγάλην ἐπ᾽ ἀρετῇ δόξαν εἰληφέναι. διὸ καὶ τοὺς ἱστοροῦντας τὰς Τυῤῥηνῶν δυναστείας, οὐ χρὴ ποιεῖσθαι τὴν ἀναφορὰν ἐπὶ τὴν νῦν κατεχομένην ὑπ᾽ αὐτῶν χώραν· ἀλλ᾽ ἐπὶ τὰ προειρημένα πεδία, καὶ τὰς ἐκ τούτων

per oſtium Olanen ad millia paſſuum ducenta propemodum & quinquaginta. hic quando fonte ſuo manat, unico fertur alveo: ubi ad Trigabolos quos vocant, pervenit, in duos ſcinditur. oſtiorum alteri nomen Paduæ; alteri Olanæ: ubi portus eſt, nulli omnium quos habet ſinus Adriaticus inferior, ad ſecuritatem appellentibus præſtandam. indigenæ flumen hoc Bodencum nuncupant. cætera quæ de Pado à Græcis ſunt prodita: narrationem inquam de Phaethonte, & ejus caſu: de populorum arborum lacrimis: de atrata ad hunc amnem gente, quam dicunt etiamnum veſtitum illum ſervare à Phaethontis luctu: & hujuſmodi res omnes tragicas his affines, impræſentiarum miſſas facimus: neque enim Præparationi cujuſmodi hæc eſt, accuratior de talibus diſputatio conveniat. in ſequentibus vero, loco magis idoneo, hæc omnia, maxime ut Timæi ignorantiam horum tractuum oſtendamus, abunde ſumus perſecuturi. Igitur planitiem iſtam tenuere quondam Etruſci: cum quidem & campos circa Capuam ac Nolam, Phlegræos quondam dictos, poſſidentes, quod multorum pravis conatibus obſtarent, exteris innotuerunt, magnamque opinionem virtutis apud eos ſunt conſecuti. iccirco qui hiſtorias legunt de Tyrrhenorum dynaſtiis & variis dominatibus, eos oportet, non ad illam ditionem quam nunc obtinent, oculos referre: verum ad campos de quibus verba fecimus, & opes

quas

quas ex eis locis colligebant. Adſidebant Tyrrhenis Galli, ideoque cum ipſis commercia frequentabant: deinde cupiditatis oculis in pulcherrimam planitiem adjectis, arrepta occaſione levi, numeroſo cum exercitu nihil cogitantes Etruſcos invadunt: ex regione Circumpadana ejiciunt: atque ipſi planitiem illam occupant. Ad Padi igitur ripam quæ ſolis ortum reſpicit, primi ſedes poſuerunt Lai, ac Lebecii: & qui hos ſequuntur Inſubres, gens inter omnes tunc maxima. deinceps fluvium accolunt Cenomani: quod ſupereſt deinde ſpatium ad Adriaticum ſinum alius populus longe antiquiſſimus obtinebat, Venetos vocant: ſermone diverſo à Gallis utentes; cætera moribus & cultu ſimiles. de his multam tragici poetæ mentionem fecerunt, multaque fabulantur. Ultra Padum circa Apenninum primi occurrunt Ananes, deinde Boji: poſt iſtos verſus Adriam Ægones: poſtremi omnium ad mare Senones. atque hæ nobiliſſimæ ſunt gentes inter illas quæ eas terras occuparunt, de quibus modo dicebamus. Habitabant autem vicatim ſine muris, neque ſupellectilis ullum uſum norant. quippe ſimplex illis vivendi modus, ut quibus ſomnus in herbæ aut ſtramenti toro erat; alimonium, carnes tantum; nec quicquam aliud curæ, niſi res bellicæ & agrorum cultus: nullâ aliâ, neque ſcientiâ neque arte apud ipſos cognitâ. opes ſingulorum erant in pecore vel auro: quod ſola hæc ad omnes fortunæ caſus facile

τῶν τόπων ἀφορμάς. οἷς ἐπιμιγνύμενοι κατὰ τὴν παράθεσιν Κελτοὶ, καὶ περὶ τὸ κάλλος τῆς χώρας ὀφθαλμιάσαντες, ἐκ μικρᾶς προφάσεως μεγάλῃ στρατιᾷ παραδόξως ἐπελθόντες, ἐξέβαλον ἐκ τῆς περὶ τὸν Πάδον χώρας Τυῤῥηνούς· καὶ κατέσχον αὐτοὶ τὰ πεδία. τὰ μὲν οὖν πρῶτα καὶ περὶ τὰς ἀνατολὰς τοῦ Πάδου κείμενα, Λάοι καὶ Λεβέκιοι, μετὰ δὲ τούτους Ἰσόμβρες κατῴκησαν, ὃ μέγιστον ἔθνος ἦν αὐτῶν. ἑξῆς δὲ τούτοις παρὰ τὸν ποταμὸν Κενομάνοι· τὰ δὲ πρὸς τὸν Ἀδρίαν ἤδη προσήκοντα γένος ἄλλο πάνυ παλαιὸν διακατέσχε. προσαγορεύονται δ' Οὐένετοι, τοῖς ἔθεσι καὶ τῷ κόσμῳ βραχὺ διαφέροντες Κελτῶν, γλώττῃ δ' ἀλλοίᾳ χρώμενοι. περὶ ὧν οἱ τραγῳδιογράφοι πολύν τινα πεποίηνται λόγον, καὶ πολλὴν διατέθεινται τερατείαν. τὰ δὲ πέραν τοῦ Πάδου τὰ περὶ τὸν Ἀπεννῖνον πρῶτοι μὲν Ἄνανες, μετὰ δὲ τούτους Βοῖοι κατῴκησαν· ἑξῆς δὲ τούτων ὡς πρὸς τὸν Ἀδρίαν, Αἴγωνες· τὰ δὲ τελευταῖα πρὸς θαλάττῃ Σήνωνες. τὰ μὲν οὖν ἐπιφανέστατα τῶν κατασχόντων τοὺς προειρημένους τόπους ἐθνῶν, ταῦθ' ὑπῆρχεν. ᾤκουν δὲ κατὰ κώμας ἀτειχίστους, τῆς λοιπῆς κατασκευῆς ἄμοιροι καθεστῶτες. διὰ γὰρ τὸ στιβαδοκοιτεῖν καὶ κρεωφαγεῖν, ἔτι δὲ μηδὲν ἄλλο πλὴν τὰ πολεμικὰ καὶ τὰ κατὰ γεωργίαν ἀσκεῖν, ἁπλοῦς εἶχον τοὺς βίους· οὔτ' ἐπιστήμης ἄλλης, οὔτε τέχνης παρ' αὐτοῖς τὸ παράπαν γινωσκομένης. ὕπαρξίς γε μὴν ἑκάστοις ἦν θρέμματα καὶ χρυσός· τῷ μόνα ταῦτα κατὰ τὰς περιστάσεις ῥᾳδίως δύνασθαι

πανταχῇ περιαγαγεῖν, καὶ μεθιστάναι κατὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις. περὶ δὲ τὰς ἑταιρείας, μεγίστην σπουδὴν ἐποιοῦντο, διὰ τὸ καὶ φοβερώτατον καὶ δυνατώτατον εἶναι παρ' αὐτοῖς τοῦτον, ὃς ἂν πλείστους ἔχειν δοκῇ τοὺς θεραπεύοντας καὶ συμπεριφερομένους αὐτῷ.
18 τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς οὐ μόνον τῆς χώρας ἐπεκράτουν· ἀλλὰ καὶ τῶν σύνεγγυς πολλοὺς ὑπηκόους ἐπεποίηντο τῇ τόλμῃ καταπεπληγμένοι· μετὰ δέ τινα χρόνον μάχῃ νικήσαντες Ῥωμαίους, καὶ τοὺς μετὰ τούτων παραταξαμένους, ἑπόμενοι τοῖς φεύγουσι τρισὶ τῆς μάχης ἡμέραις ὕστερον κατέσχον αὐτὴν τὴν Ῥώμην, πλὴν τοῦ Καπιτωλίου. γενομένου δ' ἀντισπάσματος, καὶ τῶν Οὐενέτων ἐμβαλόντων εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, τότε μὲν ποιησάμενοι συνθήκας πρὸς Ῥωμαίους, καὶ τὴν πόλιν ἀποδόντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. μετὰ δὲ ταῦτα, τοῖς ἐμφυλίοις συνείχοντο πολέμοις. ἔνιοι δὲ καὶ τῶν τὰς Ἄλπεις κατοικούντων ὁρμὰς ἐποιοῦντο, καὶ συναθροιζόμενοι πολλάκις ἐπ' αὐτοὺς, θεωροῦντες ἐκ παραθέσεως τὴν παραγεγενημένην αὐτοῖς εὐδαιμονίαν. ἐν ᾧ καιρῷ Ῥωμαῖοι τήν τε σφετέραν δύναμιν ἀνέλαβον, καὶ τὰ κατὰ τοὺς Λατίνους αὖθις πράγματα συνεστήσαντο. παραγενομένων δὲ πάλιν τῶν Κελτῶν εἰς Ἄλβαν στρατεύματι μεγάλῳ μετὰ τὴν τῆς πόλεως κατάληψιν ἔτει τριακοστῷ. τότε μὲν οὐκ ἐτόλμησαν ἀντεξαγαγεῖν Ῥωμαῖοι τὰ στρατόπεδα, διὰ τὸ παραδόξου γενομένης τῆς ἐφόδου προκαταληφθῆναι· καὶ μὴ καταταχῆσαι τὰς τῶν συμμάχων ἀθροίσαντας δυνάμεις.

ſit circumducere, ac pro arbitrio transferre. ſodalitatibus colendis præcipue ſtudebant. is namque apud illos plurimum timetur, & potentiſſimus cenſetur, quem purimi colunt, ex nutu illius ac voluntate pendentes. Ac principio quidem Galli non ſolum regionem illam obtinebant: ſed multos etiam vicinorum populorum audacia ſua perterrefactos, parere ſibi perpulerunt: verùm aliquanto poſt parta de Romanis victoria, & aliis qui ſimul in acie contra ipſos ſteterant, per tres dies inſecuti fugientes, ipſam mox Romam præter Capitolium ceperunt. mox interveniente caſu qui domum eos revocabat, quod Veneti ipſorum fines cum infeſto exercitu erant ingreſſi, pace cum Romanis facta, urbeque ipſis reddita, ad ſuas ſedes redierunt. Poſtea vero Gallos bella civilia exceperunt: nonnulli item Inalpini populi, conjunctis viribus bella in eos moverunt; quum ex comparatione rerum ſuarum, illorum felicitatem animadverterent. interea Romani priores recuperant vires, ac cum Latinis res componunt. Annis poſtea elapſis triginta ab occupata urbe, iterum Galli magno cum exercitu Albam uſque progrediuntur. cum quidem Romani, quod inopinata hac invaſione ipſorum conatus hoſtis antevertiſſet; neque ulla diligentia efficere potuiſſent, ut ſociorum auxilia cogerent, ire contra non ſunt auſi.

ſed

ſed anno duodecimo poſt, Gallis iterum magna vi eos invadentibus; re prius cognita Romani, ſociiſque contractis, magna cum alacritate obviam procedunt, manum conſerere, & ad univerſæ rei dimicationem venire cupientes. Galli eo ipſo territi, quod occurrere Romanus auderet, animis ac ſententiis inter ſe diſſidere, & nocte cepta fugientibus ſimiles domum retrocedere. quietem poſt hæc per annos tredecim egerunt: deinde ut vident Romanorum incrementa, etiam pacem fœduſque cum illis icerunt. Triginta jam annos pacem conſtanter ſervaverant, cum Tranſalpinis arma in ipſos moventibus, bellum paveſcentes, quod pernitioſum fore arbitrabantur: quà largitione munerum, quà generis communione allegata, hoſtis jam concitati impetum à ſe amoliti, in Romanos eundem irritarunt, atque adeo expeditionis comites ipſi fuerunt. per fineis Etruſcorum, nam & ipſi expeditionis participes erant, impreſſione facta, prædam quidem avertere magnam: finibuſque Romanorum ſine periculo exceſſerunt. verùm in patriam ubi rediiſſent, mutua cupiditate rerum captarum ad ſeditionem impulſi, & prædæ & exercitus ſui bonam partem amiſerunt. Familiaris eſt hæc Gallis inſania, quoties aliena rapuerunt; ubi præſertim mero ciboque ſeſe ingurgitarunt. Quarto deinde anno conſpirant inter ſe Samnites & Galli, & cum Romanis in agro Cluſinorum qui & Ca-

αὖθις δ' ἐξ ἐπιβολῆς ἑτέρας, ἔτει δωδεκάτῳ μετὰ μεγάλης στρατιᾶς ἐπιπορευομένων, προαισθόμενοι καὶ συναγείροντες τοὺς συμμάχους, μετὰ πολλῆς προθυμίας ἀπήντων, σπεύδοντες συμβαλεῖν καὶ διακινδυνεῦσαι περὶ τῶν ὅλων. οἱ δὲ Γαλάται καταπλαγέντες τὴν ἔφοδον αὐτῶν, καὶ διαστασιάσαντες πρὸς σφᾶς, νυκτὸς ἐπιγενομένης, φυγῇ παραπλησίαν ἐποιήσαντο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν. ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ φόβου, τρισκαίδεκα μὲν ἔτη τὴν ἡσυχίαν ἔσχον· μετὰ δὲ ταῦτα συνορῶντες αὐξανομένην τὴν Ῥωμαίων δύναμιν, εἰρήνην ἐποιήσαντο καὶ συνθήκας. 19 ἐν αἷς ἔτη τριάκοντα μείναντες ἐμπέδως, αὖθις γενομένου κινήματος ἐκ τῶν Τρανσαλπίνων, δείσαντες μὴ πόλεμος αὐτοῖς ἐγερθῇ βαρὺς, ἀπὸ μὲν αὐτῶν ἔτρεψαν τὰς ὁρμὰς τῶν ἐξανισταμένων, δωροφοροῦντες καὶ προτιθέμενοι τὴν συγγένειαν· ἐπὶ δὲ Ῥωμαίους παρώξυναν καὶ μετέσχον αὐτοῖς τῆς στρατείας. ἐν ᾗ τὴν ἔφοδον ποιησάμενοι διὰ Τυρρηνίας, ὁμοῦ συστρατευσαμένων σφίσι Τυρρηνῶν, καὶ περιβαλόμενοι λείας πλῆθος, ἐκ μὲν τῆς Ῥωμαίων ἐπαρχίας ἀσφαλῶς ἐπανῆλθον. εἰς δὲ τὴν οἰκείαν ἀφικόμενοι, καὶ στασιάσαντες περὶ τὴν τῶν εἰλημμένων πλεονεξίαν, τῆς τε λείας καὶ τῆς αὑτῶν δυνάμεως τὸ πλεῖστον μέρος διέφθειραν. τοῦτο δὲ σύνηθές ἐστι Γαλάταις πράττειν, ἐπειδὰν σφετερίσωνταί τι τῶν πέλας, καὶ μάλιστα διὰ τὰς ἀλόγους οἰνοφλυγίας καὶ πλησμονάς. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔτει τετάρτῳ συμφρονήσαντες ἅμα Σαυνῖται καὶ Γαλάται, παρετάξαντο Ῥωμαίοις ἐν τῇ Καμερτίων χώρᾳ, καὶ πολ-

λοὺς αὐτῶν ἐν τῷ κινδύνῳ διέφθειραν. ἐν ᾧ καιρῷ προσφιλονικήσαντες πρὸς τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα τοῖς Ῥωμαίοις, μετ᾽ ὀλίγας ἡμέρας ἐξῆλθον. καὶ συμβαλόντες πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις ἐν τῇ τῶν Σεντινατῶν χώρᾳ πρὸς τοὺς προειρημένους, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασαν προτροπάδην ἑκάστους εἰς τὴν οἰκείαν διαφυγεῖν. διαγενομένων δὲ πάλιν ἐτῶν δέκα, παρεγένοντο Γαλάται μετὰ μεγάλης στρατιᾶς πολιορκήσοντες τὴν Ἀρρητίνων πόλιν. Ῥωμαῖοι δὲ παραβοηθήσαντες καὶ συμβαλόντες πρὸ τῆς πόλεως, ἡττήθησαν. ἐν δὲ τῇ μάχῃ ταύτῃ Λευκίου τοῦ στρατηγοῦ τελευτήσαντος, Μάνιον ἐπικατέστησαν τὸν Κόριον. οὗ πρεσβευτὰς ἐκπέμψαντος εἰς Γαλατίαν ὑπὲρ τῶν αἰχμαλώτων, παρασπονδήσαντες ἐπανείλοντο τοὺς πρέσβεις. τῶν δὲ Ῥωμαίων ὑπὸ τοῦ θυμοῦ ἐκ χειρὸς ἐπιστρατευσαμένων, ἀπαντήσαντες συνέβαλον οἱ Σήνωνες καλούμενοι Γαλάται. Ῥωμαῖοι δ᾽ ἐκ παρατάξεως κρατήσαντες αὐτῶν, τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτειναν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐξέβαλον· τῆς δὲ χώρας ἐγένοντο πάσης ἐγκρατεῖς. εἰς ἣν καὶ πρώτην τῆς Γαλατίας ἀποικίαν ἔστειλαν τὴν Σήνην προσαγορευομένην πόλιν, ὁμώνυμον οὖσαν τοῖς πρότερον αὐτὴν κατοικοῦσι Γαλάταις, ὑπὲρ ἧς ἀρτίως διεσαφήσαμεν, φάσκοντες αὐτὴν παρὰ τὸν Ἀδρίαν ἐπὶ τῷ πέρατι κεῖσθαι τῶν περὶ τὸν Πάδον πε-
20 δίων. οἱ δὲ Βοιοὶ θεωροῦντες ἐκπεπτωκότας τοὺς Σήνωνας, καὶ δείσαντες περὶ σφῶν καὶ τῆς χώρας μὴ πάθωσι τὸ παραπλήσιον, ἐξεστράτευσαν πανδημεὶ παρακαλέσαντες

martes dicti, acie dimicant: magnamque eorum cædem faciunt. quo quidem tempore Romani clade accepta vehementius irritati, paucis diebus interiectis copias educunt. tandemque omnibus legionibus in agro Sentinati cum ſuperioribus inito prælio, partem maximam illorum obtruncant: reliquos effuſa fuga in ſuam quemque patriam ſe recipere compellunt. Vix decem elapſi erant anni; ecce iterum Gallos magna belli mole Arretium parantes obſidere. adſunt & Romani ad ferendam opem: ſed ante urbem collatis ſignis, inferiores è pugna diſcedunt. Illo prælio quum occiſus fuiſſet L. Cos. in ejus locū M'. Cos. eſt ſuffectus. hic poſtmodum legatos de redemtione captivorum ad Gallos mittit: quos ipſi datam fidem fallentes necant. Indigniſſime facinus illud tulere Romani: ac ſtatim ducto in hoſtes exercitu, cum Gallis Senonibus obviam prodire auſis, manum conſerunt. quum Romanis ſecunda fortuna pugnæ fuiſſet, partem maximam ceciderunt, reliquos ſedibus expulerunt. ita potiti univerſa Senonum ditione, primam in Galliam coloniam eò mittunt. Sena hæc dicitur de eorum Gallorum nomine, qui prius tenuere: fecimus nos paullo ante ejus mentionem, oſtendimuſque ad Adriam eſſe ſitam, in extrema planitie quam Padus irrigat. Boji, ut excidiſſe patria Senones vident, metu ſimilis fortunæ, omnibus ſuis qui arma ferre poterant excitis, Etruſcis etiam advocatis, adverſus Romanos proficiſcuntur.

ſcuntur. poſtquam ad lacum Vadimonis copiæ univerſæ convenerant, acie inſtructa certamen ineunt. Cæſi ſunt plerique omnes Etruſci: Bojorum oppidò pauci evaſerunt. Nec eo ſecius tamen iidem populi iterum conſpiratione facta, pubem omnem ſuam armant, & contra Romanos aciem ordinant. à quibus victi, atque in totum profligati, ægre tandem animis ceſſere: petitaque per legatos pace & belli fine, fœdus cum Romanis feriunt. Geſta hæc ſunt triennio prius quàm Pyrrhus in Italiam trajiceret: quinque annis ante Delphicam Gallorum cladem. Eo namque tempore ubique locorum Fortuna Gallos ceu peſtilenti quodam ſidere afflatos, bellis exercebat. Romani vero è ſuperioribus certaminibus duo conſecuti ſunt pulcherrima. Quippe aſſiduis per Gallos cædibus affecti, nihil deinceps terribilius aut videre aut pati poterant iis quæ jam acciderant: ex quo adverſus Pyrrhum athletæ perfecti bellicorum certaminum evaſere. tum autem Gallorum audacia opportune repreſſâ, de cætero, abſque illo impedimento, primo contra eundem Pyrrhum de Italia bellum geſſerunt: deinde cum Carthaginienſibus de Siculorum dominatu certamen ſuſceperunt. Quievere poſt hæc detrimenta Galli per annos quadraginta quinque, pacem cum Romanis colentes. poſtea vero quàm per ætatem è vivis exceſſerint priorum malorum oculati teſtes; ſucceſſerantque illis juvenes animoſæ temeritatis pleni; omnium

Τυῤῥηνούς. ἀθροισθέντες δὲ περὶ τὴν Ὀάδμονα προσαγορευομένην λίμνην, παρετάξαντο Ῥωμαίοις. ἐν δὲ τῇ μάχῃ ταύτῃ, Τυῤῥηνῶν μὲν οἱ πλεῖστοι κατεκόπησαν, τῶν δὲ Βοιῶν τελέως ὀλίγοι διέφυγον. οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ κατὰ πόδας ἐνιαυτῷ συμφρονήσαντες αὖθις οἱ προειρημένοι, καὶ τοὺς ἄρτι νέων ἡβῶντας καθοπλίσαντες, παρετάξαντο πρὸς Ῥωμαίους. ἡττηθέντες δ' ὁλοσχερῶς τῇ μάχῃ μόλις εἶξαν ταῖς ψυχαῖς. καὶ διαπρεσβευσάμενοι περὶ σπονδῶν καὶ διαλύσεων, συνθήκας ἔθεντο πρὸς Ῥωμαίους. ταῦτα δὲ συνέβαινε γίγνεσθαι τῷ τρίτῳ πρότερον ἔτει τῆς Πύῤῥου διαβάσεως εἰς τὴν Ἰταλίαν, πέμπτῳ δὲ τῆς Γαλατῶν περὶ Δελφοὺς διαφθορᾶς. ἐν γὰρ τούτοις ἡ τύχη τοῖς καιροῖς, ὡσανεὶ λοιμικήν τινα πολέμου διάθεσιν ἐπέστησε πᾶσι Γαλάταις. ἐκ δὲ τῶν προειρημένων ἀγώνων, δύο τὰ κάλλιστα συνεκύρησε Ῥωμαίοις· τῷ γὰρ κατακόπτεσθαι συνήθειαν ἐσχηκότες ὑπὸ Γαλατῶν, οὐδὲν ἠδύναντο δεινότερον ἰδεῖν, οὐδὲ προσδοκῆσαι τῶν αὐτοῖς ἤδη πεπραγμένων. ἐξ ὧν πρός τε Πύῤῥον ἀθληταὶ τέλειοι γεγονότες τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων συγκατέστησαν. τήν τε τῶν Γαλατῶν τόλμαν ἐν καιρῷ καταπληξάμενοι, λοιπὸν ἀπερισπάστως τὸ μὲν πρῶτον πρὸς Πύῤῥον περὶ τῆς Ἰταλίας ἐπολέμουν· μετὰ δὲ ταῦτα πρὸς Καρχηδονίους ὑπὲρ τῆς τῶν Σικελιωτῶν ἀρχῆς διηγωνίζοντο. Γαλάται δὲ ἐκ 21
τῶν προειρημένων ἐλαττωμάτων ἔτη μὲν πέντε καὶ τετταράκοντα τὴν ἡσυχίαν ἔσχον, εἰρήνην ἄγοντες πρὸς Ῥωμαίους. ἐπεὶ δ' οἱ μὲν αὐτόπται γεγονότες τῶν δεινῶν ἐκ τοῦ ζῆν ἐξεχώρησαν διὰ τὸν χρόνον· ἐπεγίνοντο δὲ νέοι, θυμοῦ μὲν ἀλογίστου πλήρεις, ἀπει-

ροι δὲ καὶ ἀόρατοι παντὸς κακοῦ καὶ πάσης περιστάσεως, αὖθις ἤρξαντο τὰ καθεστῶτα κινεῖν· ὃ φύσιν ἔχει γίνεσθαι· καὶ τραχύνεσθαι μὲν ἐκ τῶν τυχόντων πρὸς Ῥωμαίους, ἐπισπᾶσθαι δὲ τοὺς ἐκ τῶν Ἄλπεων Γαλάτας. τὸ μὲν οὖν πρῶτον χωρὶς τοῦ πλήθους δι' αὐτῶν τῶν ἡγουμένων, ἐν ἀπορρήτοις ἐπράττετο τὰ προειρημένα. διὸ καὶ παραγινομένων τῶν Τρανσαλπίνων ἕως Ἀριμίνου μετὰ δυνάμεως διαπιστήσαντα τὰ πλήθη τῶν Βοιῶν, καὶ στασιάσαντα πρός τε τοὺς ἑαυτῶν προεστῶτας, καὶ πρὸς τοὺς παραγεγονότας, ἀνεῖλον μὲν τοὺς ἰδίους βασιλεῖς Ἄτιν καὶ Γάλατον· κατέκοψαν δ' ἀλλήλους συμβαλόντες ἐκ παρατάξεως. ὅτε δὴ καὶ Ῥωμαῖοι καταφοβοι γενόμενοι τὴν ἔφοδον, ἐξῆλθον μετὰ στρατοπέδου. συνέντες δὲ τὴν αὐθαίρετον καταφθορὰν τῶν Γαλατῶν, αὖθις ἀνεχώρησαν εἰς τὴν οἰκείαν. μετὰ δὲ τοῦτον τὸν φόβον ἔτει πέμπτῳ Μάρκου Λεπίδου στρατηγοῦντος, κατεκληρούχησαν ἐν Γαλατίᾳ Ῥωμαῖοι τὴν Πικεντίνην προσαγορευομένην χώραν. ἐξ ἧς νικήσαντες ἐξέβαλον τοὺς Σήνωνας προσαγορευομένους Γαλάτας. Γαΐου Φλαμινίου ταύτην τὴν δημαγωγίαν εἰσηγησαμένου, καὶ πολιτείαν. ἣν δὴ καὶ Ῥωμαίοις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, φατέον ἀρχηγὸν μὲν γενέσθαι τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον τοῦ δήμου διαστροφῆς· αἰτίαν δὲ καὶ τοῦ μετὰ ταῦτα πολέμου συστάντος αὐτοῖς πρὸς τοὺς προειρημένους. πολλοὶ μὲν γὰρ τῶν Γαλατῶν ὑπεδύοντο τὴν πρᾶξιν, μάλιστα δ' οἱ Βοιοί, διὰ τὸ συντερμονεῖν τῇ τῶν Ῥωμαίων χώρᾳ. νομίσαντες οὐχ ὑπὲρ ἡγεμονίας ἔτι, καὶ δυναστείας Ῥωμαίους τὸν πρὸς αὐτοὺς ποιήσασθαι πόλεμον, ἀλλ' ὑπὲρ ὁλο-

belli malorum atque adverſæ fortunæ rudes & inexperti: ceperunt denuo Galli, prout natura eſt hominum, præſentem rerum ſtatum ſollicitare; & adverſus Romanos quidem leves ob cauſſas exaſperari; Inalpinos vero Gallos adſciſcere ſocios. Initio ſoli duces abſque multitudinis conſenſu in occulto hujuſmodi conſilia agitabant. iccirco quum Tranſalpinorum exercitus Ariminum uſque proceſſiſſet, plebes Bojorum parum illis fidei habens, ſeditione etiam tum adverſus duces, tum adverſus eos qui advenerant, excitata; reges primum ſuos Atem & Galatum occidit: deinde mutuis cædibus inter ſe, ſignis etiam collatis, ſunt graſſati. cum quidem Romani horum invaſione territi, copias ſuas eduxerunt. at deinde certiores facti de pernitie quam ipſi ſibi conſciverant, domum rediere. Quinto ab hoc tumultu anno, M. Lepido Coſ. Romani Galliæ Ciſalpinæ agrum Picenum dictum, quem devictis Senonibus ademerant, diviſerunt: poſtquam C. Flaminius popularem auram captans legem hanc ſuaſiſſet, ac tuliſſet. quam profectò legem, ut ſi quid aliud, populi Romani mores in deterius mutaſſe exiſtimandum eſt: eandemque illi bello cauſſam præbuiſſe, quod poſtea cum iis gentibus Romani geſſerunt: multi enim Gallorum populi præſertim Boji in ſocietatem ejus belli nomina dederunt, quod Romanis eſſent contermini: quippe non jam de imperio aut dominatione ſecum illos certare; ſed ut ipſos ſedibus ſuis fun-

ditus verterent atque perderent. Statim igitur communi conſilio, duæ inter illas potentiſſimæ gentes, Inſubres & Boji, legationem ad eos Gallos miſere, qui inter Alpes & Rhodanum accolebant; Gæſati è re dicti, quod æra bellando mereri ſoliti: id enim vox illa proprie ſignificat. Horum reges Concolitanum & Aneroeſtum, magnam in præſens auri vim illis exhibentes, in futurum magnitudinem Romanarum opum ob oculos ponentes, & immenſas divitias quibus parta victoria ſint fruituri, hortantur incitantque ad bellum Romanis inferendum. id vero Gæſatis facile iſti perſuadent: quum præſertim illud adderent, ſocios belli ſe futuros, ejuſque rei certam ipſis fidem facerent. tum autem, majorum res geſtas illis in memoriam revocabant: qui expeditione ſimili ſuſcepta, non ſolum prælio Romanos vicerant: ſed etiam à pugna Romam ipſam primo impetu occuparant. bonis deinde illorum omnibus potiti, urbe etiam ipſa per ſeptem menſes in poteſtate ſua detenta, poſteaquam ſua ſponte & beneficii loco eam victis tradidiſſent; illæſi ipſi atque incolumes cum omni præda in patriam reverterant. Hujuſmodi ſermones tantam Gæſatarum ducibus ejus belli cupiditatem injecerunt, ut nunquam ex illo Galliarum tractu, neque major exercitus, neque præſtantiorum aut bellicoſiorum virorum exierit. Per hæc tempora Romani quum & multa de Gallorum conſiliis audirent & imminens periculum facile ipſi pro ſua prudentia

ὁλοσχερεστέρας ἐξαναστάσεως καὶ κατα-
φθορᾶς. διόπερ εὐθέως τὰ μέγιστα τῶν
ἐθνῶν, τό, τε τῶν Ἰσόμβρων καὶ Βοιῶν 22
συμφρονήσαντα, διεπέμποντο πρὸς
τοὺς κατὰ τὰς Ἄλπεις καὶ τὸν Ῥοδανὸν πο-
ταμὸν κατοικοῦντας Γαλάτας, προσ-
αγορευομένους δὲ διὰ τὸ μισθοῦ στρα-
τεύειν, Γαισάτους· ἡ γὰρ λέξις αὕτη
τοῦτο σημαίνει κυρίως. ὧν τοῖς βασι-
λεῦσι Κογκολιτάνῳ καὶ Ἀνηροέστῳ,
παραυτίκα μὲν χρυσίου προτείναν-
τες πλῆθος· εἰς τὸ μέλλον δὲ ὑπο-
δεικνύντες τὸ μέγεθος τῆς Ῥωμαίων
εὐδαιμονίας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ὑπ-
αρξόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν ἐὰν κρατή-
σωσι, προετρέποντο καὶ παρώξυνον
πρὸς τὴν ἐπὶ Ῥωμαίους στρατείαν.
ῥᾳδίως δ' ἔπεισαν, ἅμα τοῖς προει-
ρημένοις, διδόντες μὲν τὰ πιστὰ πε-
ρὶ τῆς αὑτῶν συμμαχίας· ἀναμιμνή-
σκοντες δὲ τῆς τῶν ἰδίων προγόνων πρά-
ξεως αὐτούς. ἐν ᾗ ἐκεῖνοι στρατεύ-
σαντες, οὐ μόνον ἐνίκησαν μαχό-
μενοι Ῥωμαίους· ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν μά-
χην ἐξ ἐφόδου κατέσχον αὐτὴν τὴν
Ῥώμην. γενόμενοι δὲ καὶ τῶν ὑπαρ-
χόντων ἁπάντων ἐγκρατεῖς, καὶ τῆς
πόλεως αὐτῆς μῆνας ἑπτὰ κυριεύ-
σαντες, τέλος ἐθελοντὶ καὶ μετὰ χά-
ριτος παραδόντες τὴν πόλιν, ἄθραυ-
στοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν,
εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον. ὧν ἀκού-
οντες οἱ περὶ αὐτοὺς ἡγεμόνες, οὕτω
παρωρμήθησαν ἐπὶ τὴν στρατείαν,
ὥστε μηδέ ποτε μήτε πλείους, μήτ'
ἐνδοξοτέρους, μήτε μαχιμωτέρους
ἄνδρας ἐξελθεῖν ἐκ τούτων τῶν
τόπων τῆς Γαλατίας. κατὰ δὲ τοὺς
καιροὺς τούτους Ῥωμαῖοι τὰ μὲν
ἀκούοντες, τὰ δὲ καταμαντευόμενοι
τὸ μέλλον, εἰς φόβους ἐνέπιπτον συν-
εχεῖς καὶ ταραχάς· ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε

ποτὲ μὲν στρατόπεδα κατέγραφον, καὶ σίτου καὶ τῶν ἐπιτηδείων ποιεῖσθαι παρασκευάς. ποτὲ δὲ καὶ τὰς δυνάμεις ἐξῆγον ἐπὶ τοὺς ὅρους, ὡς ἤδη παρόντων εἰς τὴν χώραν τῶν πολεμίων, οὐδέπω κεκινηκότων ἐκ τῆς οἰκείας τῶν Κελτῶν. οὐκ ἐλάχιστα δὲ συνήργησε καὶ Καρχηδονίοις τοῦτο τὸ κίνημα, πρὸς τὸ κατασκευάσασθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀσφαλῶς. Ῥωμαῖοι γὰρ, ὡς καὶ πρόσθεν ἡμῖν εἴρηται, κρίνοντες ἀναγκαιότερα ταῦτα διὰ τὸ πρὸς ταῖς πλευραῖς αὐτῶν ὑπάρχειν, παρορᾶν ἠναγκάζοντο τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, σπουδάζοντες πρότερον ἐν καλῷ θέσθαι τὰ κατὰ τοὺς Κελτούς. διόπερ ἀσφαλισάμενοι τὰ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους διὰ τῶν πρὸς τὸν Ἀσδρούβαν ὁμολογιῶν, ὑπὲρ ὧν ἄρτι δεδηλώκαμεν, ἐνεχείρησαν ὁμοθυμαδὸν ἐν τούτοις τοῖς καιροῖς, πρὸς τὰ κατὰ τοὺς πολεμίους· νομίζοντες συμφέρειν σφίσι, τὸ διακριθῆναι πρὸς τούτους. οἱ δὲ

23 Γαισάται Γαλάται συστησάμενοι δύναμιν πολυτελῆ καὶ βαρεῖαν, ἧκον ὑπερβάλοντες τὰς Ἄλπεις εἰς τὸν Πάδον ποταμόν. Γαλάται δὲ ἔτει μετὰ τὴν τῆς χώρας διάδοσιν ὀγδόῳ. τὸ μὲν οὖν τῶν Ἰσόμβρων καὶ Βοίων γένος, ἔμενε γενναίως ἐν ταῖς ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολαῖς· οἱ δὲ Οὐενετοὶ καὶ Κενομανοὶ, διαπρεσβευσαμένων Ῥωμαίων, τούτοις εἵλοντο συμμαχεῖν. διὸ καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως καταλιπεῖν ἠναγκάσθησαν οἱ βασιλεῖς τῶν Κελτῶν, φυλακῆς χάριν τῆς χώρας πρὸς τὸν ἀπὸ τούτων φόβον. αὐτοὶ δ' ἐξάραντες παντὶ τῷ στρατεύματι καταταθαρρηκότως ὥρμησαν, ποιούμενοι τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Τυρρηνίας, ἔχοντες πεζοὺς μὲν

conjicerent, inter metus ac trepidationem aſſidue verſabantur. adeo ut modo exercitus conſcriberent, parandiſque commeatibus operam darent: modo copias ad fines uſque educerent, hoſtes adeſſe rati; qui è patria nondum moverant. Non mediocriter profuere Carthaginienſibus iſti tumultus, ut interea tutò res in Hiſpania componerent. Romani enim, quod & ante diximus, Gallico bello prævertendum ſtatuentes, quæ interim in Hiſpania gerebantur, metu imminentis è proximo hoſtis, negligere ſunt coacti; dum in eam ſolum curam incumbunt, ut ante omnia extra periculum à Gallis, Rempublicam collocent. Itaque Punica pace firmata eo fœdere quod cum Aſdrubale icerunt, ut jam dictum eſt, uno conſenſu omnes hac tempeſtate in præſentem hoſtem cogitationes ſuas convertebant: expedire ſuis rebus perſuaſi, ut ſemel cum eo acie decerneretur. Gæſatę Galli, cum exercitu omni armorum genere magnifice inſtructo ſuperatis Alpibus, ad Padum & Ciſalpinos Gallos venere. quò etiam alii quoque Galli, octavo demum anno poſt ejus agri qui Senonum fuerat diviſionem, ſe contulerunt. & Inſubres quidem ac Boji in ſuſcepto ſemel conſilio perſiſtebant: Veneti vero ac Cenomani accepta à Romanis legatione, horum ſocietatem præoptarunt: ut neceſſe fuerit Gallorum regibus, quod ſibi ab iſtis metuerent, partem copiarum ad fines tutandos relinquere. ipſi cum reliquo omni exercitu, in quo numerabantur peditum circiter quinquaginta

ginta millia, equitum & eſſedariorum ccIↃↃ ccIↃↃ, ad iter ſe accingunt Etruriam petentes. Romani audito Celtas trajeciſſe Alpes, quantocyus L. Æmilium Cos. cum legionibus Ariminum miſerunt; ſi forte hoſtis impetum illac eſſet facturus. Prætorum uni decreta eſt Etruria: nam alter Coss. C. Atilius jam ante in Sardiniam cum parte copiarum erat profectus. at Romæ inter hæc metus ingens omnes inceſſerat; ut qui non ignorarent in quanto & quàm formidabili periculo civitas verſaretur. neque id mirum: ut pote quorum animis terror priſtinus nominis Gallici adhuc inſidebat. Igitur dum hoc unum mentibus agitant, exercitus alios conquirunt, alios conſcribunt: ſociis ut præſto ſint auxilia imperant: tabulas præterea militaris ætatis undique ad ſe adferri jubent; ut quas omnino vires habeant, cognoſcant. ex his optimum quemque ſeligunt, legiones inſtruunt, & cum Coss. exire jubent. frumentum, tela, & quicquid aliud ad bellum ſolet eſſe neceſſarium, tanta copia congerunt, quantam nemo ad eam diem poterat meminiſſe. undique ſane eorum conatus, ut quiſque poterat ſtudiosè adjuvabat. populi namque Italiæ adventu Gallorum perterriti, non jam ut Romanorum ſocii pugnare ſibi videbantur, neque de illorum imperio agi hoc bello putabant: ſed verò ſalutem ſuam, ſuas urbes, ſuos agros in periculum vocari autumabant. itaque alacres juſſa capeſſebant. Ut autem ex ipſis rebus intelligatur, quantam Remp.

εἰς πεντακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ καὶ συνωρίδας, εἰς δισμυρίους. Ῥωμαῖοι δ' ὡς θᾶττον ἤκουσαν τοὺς Κελτοὺς ὑπερβεβληκέναι τὰς Ἄλπεις, Λεύκιον μὲν Αἰμίλιον ὕπατον, μετὰ δυνάμεως ἐξαπέστελλον ὡς ἐπ' Ἀριμήνου, τηρήσοντα ταύτῃ τὴν ἐναντίων τὴν ἔφοδον· ἕνα δὲ τῶν πελεκυφόρων εἰς Τυρρηνίαν. ὁ μὲν γὰρ ἕτερος τῶν ὑπάτων Γάϊος Ἀτίλιος προεξεληλυθὼς ἔτυχεν εἰς Σαρδόνα μετὰ τῶν στρατοπέδων. οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ πάντες περιδεεῖς ἦσαν, μέγαν καὶ φοβερὸν αὐτοῖς ὑπολαμβάνοντες ἐπιφέρεσθαι κίνδυνον, ἔπασχον δὲ τοῦτ' εἰκότως· ἔτι περὶ Γαλατῶν ἐγκαθημένου ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τοῦ παλαιοῦ φόβου. διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἀναφέροντες τὴν ἔννοιαν, τὰ μὲν συνήθροιζον, τὰ δὲ κατέγραφον στρατόπεδα, τοῖς δ' ἑτοίμοις εἶναι παρήγγελλον τῶν συμμάχων. καθόλου δὲ τοῖς ὑποτεταγμένοις ἀναφέρειν ἐπέταξαν ἀπογραφὰς τῶν ἐν ταῖς ἡλικίαις, σπουδάζοντες εἰδέναι τὸ σύμπαν πλῆθος τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς δυνάμεως. μετὰ μὲν δὴ τῶν ὑπάτων ἐξεληλυθέναι τὸ πλεῖστον ἐσπούδαζον καὶ ἄριστον τῆς δυνάμεως. σίτου δὲ καὶ βελῶν καὶ τῆς ἄλλης ἐπιτηδειότητος πρὸς πόλεμον τηλικαύτην ἐποιήσαντο παρασκευήν, ἡλίκην οὐδείς πω μνημονεύει πρότερον. συνηργεῖτο δ' αὐτοῖς πάντα καὶ πανταχόθεν ἑτοίμως. καταπεπληγμένοι γὰρ οἱ τὴν Ἰταλίαν οἰκοῦντες τὴν τῶν Γαλατῶν ἔφοδον οὐκ ἔτι Ῥωμαίοις ἡγοῦντο συμμαχεῖν, οὐδὲ περὶ τῆς τούτων ἡγεμονίας γίνεσθαι τὸν πόλεμον· ἀλλὰ περὶ σφῶν ἐνόμιζον ἕκαστοι, καὶ τῆς ἰδίας πόλεως καὶ χώρας ἐπιφέρεσθαι τὸν κίνδυνον. διόπερ ἑτοίμως τοῖς παραγγελλομένοις ὑπήκουον. ἵνα 24

δὲ συμ-

δὲ συμφανὲς ὑπ' αὐτῶν γένηται τῶν ἔργων, ἡλίκοις Ἀννίβας ἐτόλμησε πράγμασιν ἐπιθέσθαι μετὰ δὲ ταῦτα, καὶ πρὸς ἡλίκην δυναστείαν παραβόλως ἀντοφθαλμήσας, ἐπὶ τοσοῦτον καθίκετο τῆς προθέσεως, ὥστε τοῖς μεγίστοις συμπτώμασι περιβάλλειν Ῥωμαίους· ῥητέον εἴη ἂν τὴν παρασκευὴν καὶ τὸ πλῆθος τῆς ὑπαρχούσης αὐτοῖς τότε δυνάμεως. ἅμα μὲν οὖν τοῖς ὑπάτοις ἐξεληλύθει τέτταρα στρατόπεδα Ῥωμαϊκά, πεντάκις μὲν χιλίους καὶ διακοσίους πεζούς, ἱππεῖς δὲ τριακοσίους ἔχειν ἕκαστον. σύμμαχοι δὲ μεθ' ἑκατέρων ἦσαν οἱ συνάμφω, πεζοὶ μὲν τρισμύριοι, δισχίλιοι δ' ἱππεῖς. τῶν δ' ἐκ τοῦ καιροῦ προσβοηθησάντων εἰς τὴν Ῥώμην Σαβίνων καὶ Τυρρηνῶν, ἱππεῖς μὲν ἦσαν εἰς τετρακισχιλίους, πεζοὶ δὲ πλείους τῶν πεντακισμυρίων. τούτους μὲν ἀθροίσαντες, ὡς ἐπὶ Τυρρηνίας προεκάθισαν, ἑξαπέλεκυν αὐτοῖς ἡγεμόνα συστήσαντες. οἱ δὲ τὸν Ἀπεννῖνον κατοικοῦντες Ὄμβροι καὶ Σαρσινάτοι συνήχθησαν εἰς δισμυρίους. μετὰ δὲ τούτων Οὐένετοι καὶ Κενομάνοι δισμύριοι. τούτους δ' ἔταξαν ἐπὶ τῶν ὁρῶν τῆς Γαλατίας, ὡς ἂν ἐμβαλόντες εἰς τὴν τῶν Βοιῶν χώραν, ἀντιπερισπῶσι τοὺς ἐξεληλυθότας. τὰ μὲν οὖν προκαθήμενα στρατόπεδα τῆς χώρας ταῦτα ἦν. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ διέτριβον ἡτοιμασμένοι, χάριν τῶν συμβαινόντων ἐν τοῖς πολέμοις, ἐφεδρείας ἔχοντες τάξιν, Ῥωμαίων μὲν αὐτῶν πεζοὶ δισμύριοι, μετὰ δὲ τούτων ἱππεῖς χίλιοι καὶ πεντακόσιοι. τῶν δὲ συμμάχων, πεζοὶ μὲν τρισμύριοι, δισχίλιοι δ' ἱππεῖς. καταγραφαὶ δὲ ἀνηνέχθησαν, Λατί-

auſus ſit Hannibal aliquanto poſt aggredi; quantumque illud imperium erat, adverſus quod ubi mirâ audaciâ oculos ſuſtinuiſſet attollere; voti ſui in tantum factus eſt compos, ut maximis cladibus Romanos afficeret: operæpretium fuerit, apparatum ad hoc bellum, & copiarum vim quas jam tunc habebant, commemorare. Exiere cum Coss. legiones Rom. quatuor: ſunt autem in una quaque legione Rom. peditum quinque millia & ducenti: equites trecenti. Sociorum auxilia utrique Conſuli aderant, quæ junctim numerum efficiebant peditum tricies mille: equitum bis mille. Aderant præterea qui neceſſario tempore ſuppetias venerant, Sabinorum & Etruſcorum, equites quater mille: pedites ultra L millia. hos in unum coactos pro finibus Etruriæ hoſti objecerunt, duce illis impoſito Prætore. convenerunt & ex Umbris ac Sarſinatibus qui Apenninos montes incolunt, ad viginti millia. item è Venetis ac Cenomanis, millia pariter XX. qui in Galliæ finibus ſunt collocati, ut facta impreſſione in Bojorum ditionem, eos qui exierant retrocedere coactos à cæteris divellerent. Ac pro finibus quidem variis locis diſpoſiti exercitus hi erant. Romę vero, præſto erant propter incertos belli caſus, velut ſubſidiaria manus quædam, è civibus, viginti peditum millia; equites mille & quingenti. è ſociis, peditum CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ, equitum CIↃ CIↃ. In tabulis ætatis militaris quæ ad Senatum ſunt allatæ, fuere deſcripti

ſcripti è Latinis octuaginta peditum millia: equitum quinque. è Samnitibus peditum millia ſeptuaginta: & cum his equites ſepties mille. ad hæc Japyges & Meſſapyges conjuncti, peditum quinquaginta millia detulere: equitum decem & ſex. Lucani, peditum CCIↃↃ CCIↃↃ CCIↃↃ: equitum CIↃ CIↃ CIↃ. Marſi, Marrucini, Ferentani & Veſtini, pedites vicies mille: equites quater mille. duas hoc amplius legiones in Sicilia & Tarenti ſubſidio locaverant: in quibus fuere pedites quater milleni, & duceni: equites item duceni. Jam vero è plebe Romana atque Campana dedere nomina militiæ, peditum ducenta & quinquaginta millia: equitum tria & viginti millia. Ita efficiebatur ſumma copiarum quæ urbi præſidebant, ad peditum millia centum quinquaginta: equitum circiter millia ſex. univerſus vero numerus aptæ ad militiam multitudinis erat, peditum millia ſeptingenta: equitum, ſeptuaginta. & auſus tamen eſt Hannibal quum vix ipſe viginti millia haberet, quos huic numero opponeret, Italiam invadere. verum de his melius ex iis quæ inferius dicentur poterit conſtare. Galli poſtquam in Etruriam perveniſſent, regionem incurſantes impune populabantur, nemine impediente. tandem Romam ipſam petunt. Jam circa Cluſium erant, urbem tridui ſpatio ab Roma diſtantem; cum nuntius eis affertur, Romanum exercitum, qui in finibus Etruriæ hoſti fuerat objectus, inſequi ipſos à tergo, & jam imminere. quo cognito, Galli agmen

νων μὲν ὀκτακισμύριοι πεζοί, πεντακισχίλιοι δ' ἱππεῖς. Σαυνιτῶν δὲ πεζοὶ μὲν ἑπτακισμύριοι, μετὰ δὲ τούτων ἱππεῖς ἑπτακισχίλιοι. καὶ μὴν Ἰαπύγων καὶ Μεσσαπύγων συνάμφω, πεζοὶ μὲν πέντε μυριάδες, ἱππεῖς δὲ μύριοι σὺν ἑξακισχιλίοις. Λευκανῶν δὲ πεζοὶ μὲν τρισμύριοι, τρισχίλιοι δὲ ἱππεῖς. Μάρσων δὲ καὶ Μαρρουκίνων, καὶ Φερεντάνων, ἔτι δὲ καὶ Οὐεστίνων, πεζοὶ μὲν δισμύριοι· τετρακισχίλιοι δ' ἱππεῖς. ἔτι δὲ μὴν καὶ ἐν Σικελίᾳ καὶ Τάραντι στρατόπεδα δύο παρεφήδρευεν· ὧν ἑκάτερον ἦν ἀνὰ τετρακισχιλίους καὶ διακοσίους πεζούς, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. Ῥωμαίων δὲ καὶ Καμπανῶν ἡ πληθὺς, πεζῶν μὲν εἰς εἴκοσι καὶ πέντε κατελέχθησαν μυριάδες. ἱππέων δὲ ἐπὶ ταῖς δύο μυριάσιν, ἐπῆσαν ἔτι τρεῖς χιλιάδες. ὥστ' εἶναι τὸ κεφάλαιον τῶν μὲν προκαθημένων τῆς Ῥώμης δυνάμεων, πεζοὶ μὲν ὑπὲρ πεντεκαίδεκα μυριάδες, ἱππεῖς δὲ πρὸς ἑξακισχιλίους. τὸ δὲ σύμπαν πλῆθος τῶν δυναμένων ὅπλα βαστάζειν, αὐτῶν τε Ῥωμαίων καὶ τῶν συμμάχων, πεζῶν μὲν ὑπὲρ τὰς ἑβδομήκοντα μυριάδας, ἱππέων δὲ εἰς ἑπτὰ μυριάδας. ἐφ' οὓς Ἀννίβας ἐλάττους ἔχων δισμυρίων, ἐπέβαλεν εἰς τὴν Ἰταλίαν. περὶ μὲν οὖν τούτων ἐν τοῖς ἑξῆς σαφέστερον ἐκποιήσει κατανοεῖν. Οἱ δὲ 25

Κελτοὶ καταβάντες εἰς τὴν Τυῤῥηνίαν, ἐπεπορεύοντο τὴν χώραν πορθοῦντες ἀδεῶς, οὐδενὸς αὐτοῖς ἀντιταττομένου. τέλος ἐπ' αὐτὴν ὥρμησαν τὴν Ῥώμην. ἤδη δ' αὐτῶν περὶ πόλιν ὄντων, ἣ καλεῖται μὲν Κλούσιον, ἀπέχει δ' ἡμερῶν τριῶν ὁδὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης, προσαγγέλλεται· διότι κατόπιν αὐτοῖς ἕπονται καὶ συνάπτουσιν αἱ προκαθήμεναι τῶν Ῥωμαίων ἐν τῇ Τυῤῥηνίᾳ δυνάμεις. οἱ δ' ἀκούσαντες,

ἐξ ὑπο-

ἐξ ὑποστροφῆς ἀπήντων σπεύδοντες
τούτοις συμβαλεῖν. ἐγγίσαντες δ' ἀλ-
λήλοις ἤδη περὶ δυσμὰς ἡλίου, τότε
μὲν ἐν συμμέτρῳ διαστήματι καταστρατοπεδεύσαντες ηὐλίσθησαν ἀμ-
φότεροι. τῆς δὲ νυκτὸς ἐπιγενομέ-
νης, πῦρ ἀνακαύσαντες οἱ Κελτοί,
τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀπέλιπον, συντά-
ξαντες ἅμα τῷ φωτὶ συμφανεῖς γε-
νομένους τοῖς πολεμίοις, ὑποχω-
ρεῖν κατὰ τὴν αὐτῶν στίβον. αὐτοὶ δὲ
λαθραίαν ποιησάμενοι τὴν ἀποχώ-
ρησιν ὡς ἐπὶ πόλιν Φαίσολα αὐτοῦ
παρενέβαλον, πρόθεσιν ἔχοντες, ἅ-
μα μὲν ἐκδέχεσθαι τοὺς ἑαυτῶν ἱπ-
πεῖς, ἅμα δὲ παραδόξως ἐνοχλῆσαι
τὴν τῶν ὑπεναντίων ἔφοδον. οἱ δὲ Ῥω-
μαῖοι τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης συνι-
δόντες τοὺς ἱππεῖς αὐτούς, καὶ νομίσαν-
τες τοὺς Κελτοὺς ἀποδεδρακέναι, κατὰ
σπουδὴν ἠκολούθουν τοῖς ἱππεῦσι κατὰ
τὴν ἐκείνων ἀποχώρησιν. ἅμα δὲ τῷ
συνεγγίζειν τοῖς πολεμίοις, διανα-
στάντων τῶν Κελτῶν, καὶ συμπεσόντων
αὐτοῖς, ἦν ἀγὼν τὰς ἀρχὰς ἐξ ἀμ-
φοῖν βίαιος. τέλος δὲ καθυπερε-
χόντων τῶν Κελτῶν τῇ τόλμῃ καὶ τῷ
πλήθει, συνέβη διαφθαρῆναι μὲν
τῶν Ῥωμαίων οὐκ ἐλάττους ἑξακισχι-
λίων, τοὺς δὲ λοιποὺς φεύγειν. ὧν οἱ
πλείους πρός τινα τόπον ἐρυμνὸν ἀ-
ποχωρήσαντες ἔμενον. οὓς τὸ μὲν
πρῶτον οἱ Κελτοὶ πολιορκεῖν ἐπεβά-
λοντο· κακῶς δ' ἀπαλλάττοντες ἐκ
τῆς προγεγενημένης ἐν τῇ νυκτὶ πο-
ρείας καὶ κακοπαθείας καὶ ταλαιπω-
ρίας, ὥρμησαν πρὸς ἀνάπαυσιν καὶ
θεραπείαν, φυλακὴν ἀπολιπόντες τῶν
ἰδίων ἱππέων περὶ τὸν λόφον· πρόθεσιν
ἔχοντες κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν πολιορκεῖν τοὺς
συμπεφευγότας, ἐὰν μὴ παραδῶσιν
26 ἑαυτοὺς ἑκουσίως. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦ-

convertere, obviam hoſtibus procedere, pugnandi cum iſtis deſiderio ardere. Quum vergente ad occaſum Sole invicem appropinquaſſent, tunc quidem, modico ſpatio in medio relicto, eo loci poſitis caſtris utrique ſunt commorati. nocte vero oborta, accenſis ignibus, equitatum ſuum Galli relinquunt, mandatumque dant, ut poſtquam luce prima conſpiciendos ſe hoſtibus præbuiſſent, per eadem mox veſtigia ſe ſubſequerentur: ipſi occulta profectione Fæſulam tendunt; ibique eo conſilio caſtra locant, ut & equites ſuos reciperent, & hoſti terga prementi ex inopinato inſtarent. Romani ubi illuxit ſolos equites conſpicati, Gallos aufugiſſe rati, equitatum recedentem magno ſtudio inſequuntur. poſtquam ad hoſtem propius acceſſerant, inſurgentibus Gallis, eoſque adorientibus, utrinque acris principio pugna fuit. tandem & audacia & numero prævalentibus Gallis, poſt amiſſa ſex millia ſuorum, fugiunt qui ſupererant Romani: quorum plerique in munitum quemdam locum evadunt, ibique ſubſiſtunt. hos primo Galli parabant ſtatim obſidere: verùm ex itinere ſuperioris noctis vexati, laboribuſque plane confecti, relicta ad cuſtodiam circa tumulum parte equitatus, ad quietem & corpora curanda convertuntur: habentes in animo, poſtero die per vim eos expugnare, qui in collem confugerant, niſi deditionem ſponte ſua facerent. cum maximè hæc agebantur, advenit ſane quàm op-

portunè

portunè & feliciter Lucius Æmilius: qui ad tutandam Adriatici maris oram Arimini locatus, ſimul audiſſet in Etruriam hoſtes irrupiſſe, jam abeſſe Roma non longe, ad ferendam opem non ſegniter ſe accinxerat. is quum prope hoſtes conſediſſet, ii qui in tumulum confugerant, ex ignibus quos cernebant adventu illius cognito, animos confeſtim reſumunt, & ſuorum nonnullos inermes, per ſylvam mittunt, qui rem omnem geſtam Conſuli renuntient. Æmilius ne ad prenſandum quidem conſilium tempus ſibi relictum intelligens, tribunis imperat, ut luce prima pedites educant: ipſe aſſumptis equitibus, rectâ ad tumulum illum pergit ire. Gallorum vero duces, qui per noctem ignes cernerent, hoſtium adventum conjectura aſſecuti, quid eſſet opus facto, communi conſilio deliberabant. ibi Aneroeſtus rex hujuſmodi ſententiæ auctor extitit. infit enim, rationem habendam eſſe tantæ hujus prædæ qua potiti erant: quippe hominum, pecorum, & omnis ſupellectilis tantam vim ceperant, ut verbis nemo queat exprimere. quamobrem prælii aleam ſubeundam negabat Aneroeſtus, nec periculum ſummæ rerum audaci temeritate faciendum: ſed in patriam tuto redeundum. poſtea vero quàm ſarcinis poſitis expeditiores facti eſſent, denuo ſi ita viſum fuerit, adverſus Romanum nomen eſſe bellum ſumendum. Univerſis Aneroeſti ſententiam approbantibus, adulta nocte qua conſilium iſtud habuerant, priuſquam illu-

τον Λεύκιος Αἰμίλιος, ὁ προκαθήμενος ἐπὶ τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν τόπων, ἀκούσας τοὺς Κελτοὺς διὰ Τυῤῥηνίας ἐμβεβληκότας συνεγγίζειν τε τῇ Ῥώμῃ, παρῆν βοηθῶν κατὰ σπουδὴν εὐτυχῶς εἰς δέοντα καιρόν. καταστρατοπεδεύσαντος δ' αὐτοῦ σύνεγγυς τῶν πολεμίων, κατιδόντες τὰ πυρὰ, καὶ νοήσαντες τὸ γεγονὸς οἱ συμπεφευγότες ἐπὶ τὸν λόφον, ταχέως ἀναθαῤῥήσαντες ἐξαπέστειλαν αὐτῶν τινὰς τῆς νυκτὸς ἀνόπλους διὰ τῆς ὕλης, ἀναγγελοῦντας τῷ στρατηγῷ τὸ συμβεβηκός. ὁ δὲ διακούσας καὶ θεωρῶν οὐδὲ διαβούλιον αὐτῷ καταλιπόμενον ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων, τοῖς μὲν χιλιάρχοις ἅμα τῷ φωτὶ παρήγγειλε τοὺς πεζοὺς ἐξάγειν· αὐτὸς δὲ τοὺς ἱππεῖς ἀναλαβὼν, καθηγεῖτο τῆς δυνάμεως, ποιούμενος τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν προειρημένον βουνόν. οἱ δὲ τῶν Γαλατῶν ἡγεμόνες, ἀφορῶντες τὰ πυρὰ τῆς νυκτὸς, καὶ συλλογιζόμενοι τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων, συνήδρευον. οἷς Ἀνηροέστης ὁ βασιλεὺς γνώμην εἰσέφερε, λέγων ὅτι δεῖ τοσαύτης λείας ἐγκρατεῖς γεγονότας (ἦν γὰρ, ὡς ἔοικε, καὶ τὸ τῶν σωμάτων πλῆθος καὶ θρεμμάτων, ἔτι δὲ τῆς ἀποσκευῆς ἧς εἶχον, ἀμύθητον) διόπερ ἔφη μὴ δεῖν κινδυνεύειν ἔτι μηδὲ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις· ἀλλ' εἰς τὴν οἰκείαν ἀδεῶς ἐπανάγειν. ταῦτα δ' ἀποσκευασαμένους καὶ γενομένους εὐζώνους, αὖθις ἐγχειρεῖν ὁλοσχερῶς, ἐὰν δοκῇ, τοῖς Ῥωμαίων πράγμασι. δόξαντος δὲ σφίσι κατὰ τὴν Ἀνηροέστου γνώμην χρήσασθαι τοῖς παροῦσιν, οὗτοι μὲν τῆς νυκτὸς ταύτης βουλευσάμενοι, πρὸ φωτὸς ἀνέζευξαν, καὶ προῆγον παρὰ θάλατταν, διὰ τῆς Τυῤῥηνῶν χώρας. ὁ δὲ

Λεύκιος ἀναλαβὼν ἐκ τοῦ βουνοῦ τὸ
διασωζόμενον τοῦ στρατοπέδου μέρος
ἅμα ταῖς ἰδίαις δυνάμεσι, τὸ μὲν
διακινδυνεύειν ἐκ παρατάξεως οὐδα-
μῶς ἔκρινε συμφέρειν. ἐπιτηρεῖν δὲ
μᾶλλον καιροὺς καὶ τόπους εὐφυεῖς ἑπό-
μενος, ἐάν πού τι βλάψαι τοὺς πο-
λεμίους, ἢ τῆς λείας ἀποσπάσαι δυνη-
27 θῇ. κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους ἐκ Σαρ-
δόνος μετὰ τῶν στρατοπέδων Γάϊος Ἀτίλιος
ὕπατος εἰς Πίσας καταπεπλευκὼς,
προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Ῥώμην,
ἐναντίαν ποιούμενος τοῖς πολεμίοις τὴν
πορείαν. ἤδη δὲ περὶ Τελαμῶνα τῆς
Τυρρηνίας τῶν Κελτῶν ὑπαρχόντων,
οἱ προνομεύοντες ἐξ αὐτῶν ἐμπεσόν-
τες εἰς τοὺς παρὰ τοῦ Γαΐου προπορευο-
μένους, ἑάλωσαν. καὶ τά, τε προγεγο-
νότα διεσάφουν ἀνακρινόμενοι τῷ
στρατηγῷ, καὶ τὴν παρουσίαν ἀμφοτέρων
τῶν στρατοπέδων ἀνήγγελλον, σημαίνον-
τες διό τι τελείως σύνεγγυς εἰσιν οἱ
Κελτοί· καὶ τούτων κατόπιν οἱ περὶ τὸν
Λεύκιον. ὁ δὲ τὰ μὲν ξενισθεὶς ἐπὶ
τοῖς προσπίπτουσι, τὰ δ᾽ εὔελπις
γενόμενος, ἐπὶ τῷ δοκεῖν μέσους κατὰ
πορείαν ἀπειληφέναι τοὺς Κελτούς,
τοῖς μὲν χιλιάρχοις παρήγγελλε τάτ-
τειν τὰ στρατόπεδα, καὶ βάδην εἰς τοὔμ-
προσθεν προάγειν, καθόσον ἂν οἱ τό-
ποι προσδέχωνται τὴν μετωπηδὸν ἔφο-
δον. αὐτὸς δὲ συνθεωρήσας εὐκαίρως
λόφον κείμενον ὑπὲρ τὴν ὁδὸν, ὑφ᾽ ὃν
ἔδει παραπορευθῆναι τοὺς Κελτοὺς,
ἀναλαβὼν τοὺς ἱππεῖς, ὥρμησε σπεύ-
δων προκαταλαβέσθαι τὴν ἀκρολοφίαν,
καὶ πρῶτος κατάρξαι τοῦ κινδύνου· πε-
πεισμένος τῆς ἐπιγραφῆς τῶν ἐκβαινόν-
των, πλεῖστον οὕτω κληρονομήσειν. οἱ δὲ
Κελτοὶ τὸ μὲν πρῶτον τὴν παρουσίαν τῶν
περὶ τὸν Ἀτίλιον ἀγνοοῦντες, ἐκ δὲ τοῦ

ceſceret, caſtra movent: & per fines Etruſcorum ſecundum mare pergunt ire. Lucius reliquiis amiſſi exercitus quæ collem tenebant, ad ſuum adjunctis, ut juſto quidem prælio dimicaret, è re ſua non exiſtimabat: ſed potius, ut temporum locorumque occaſiones, imminens à tergo captaret, ſi quâ forte aut hoſtibus nocere, aut prædæ aliquid poſſet avertere. Per idem tempus C. Atilius alter Coss. qui exercitum è Sardinia commodùm reportaverat, contrarium Gallis in eadem inferi maris ora iter habens, Romam cum copiis tendebat. Jam circa Telamonem Etruriæ promontorium Galli erant; cum eorum pabulatores in Caji præcurſores incidunt, & ab illis capiuntur. qui ab duce Romano interrogati, de omnibus quæ acciderant certiorem illum faciunt: adeſſe inſuper utrumque exercitum ſignificant, & quidem admodum vicinos eſſe Gallos: pone quos ſequatur Lucius. Conſul partim novitate rerum quæ nuntiabantur perculſus, partim ſpei bonæ plenus, quod Gallos in hoc itinere medios tenere ſe arbitraretur, tribunis imperat aciem inſtruant, eaque in frontem quantum per locorum naturam liceat, directa, ut militari gradu ire pergant. ipſe opportunitate animadverſa collis viæ imminentis, ad quem in tranſitu ſubire Galli cogebantur: ad occupandum collis verticem feſtinanter cum equitatu contendit: ſimul ut primus cum hoſte prælium capeſſat: non dubitans, ita facile conſecuturum ſe, ut omnium quæ accidiſſent, decus ſibi adſcriberetur. Gal.

princi-

principio Atilii reditum ignorabant: verùm ex re conjecturam facientes Æmilium equites noctu circumduxiſſe, & loca opportuna occupaſſe: confeſtim etiam ipſi ſuos equites cum aliquot expeditis mittunt, ut de illo colle Romanos dejiciant: ſed mox ubi adventum Caji de aliquo ex captivis intellexiſſent, pedites diligenter ordinant, acie in utramque partem verſa, ſive extremum agmen, ſive primam frontem hoſtis invaderet; nam alios à tergo ſequi hoſtes norant: alios à fronte occurſuros jam non dubitabant, partim ex nuntiis qui afferebantur, partim ex iis quæ fieri cernerent id colligentes. Æmilius legiones Piſas appuliſſe non ignorans, cum nondum appropinquaturas illas exiſtimaret, poſtquam pugnari ad collem cepit, proximum jam eſſe alterius Cos. exercitum certo cognovit. eò igitur ſubmiſſis in auxilium equitibus; ipſe pro more militiæ Romanæ diſpoſita peditum acie, in hoſtem vadit. Galli Inalpinos quos vocant Gæſatas, in poſtrema acie, quà facturum eſſe impetum credebant Æmilium; ſtatuunt. pone hos Inſubres locant: in fronte Tauriſcos & populos Tranſpadanos in aciem inſtruunt. hi contrariam prioribus ſtationem obtinebant, in Caji exercitum verſi, ut ejus impetum exciperent. plauſtris atque eſſedis extra aciem ſummotis cornu utrumque prætexunt. prædam in proximum collem cuſtodibus appoſitis, convehunt. Ita ergo diſpoſita

συμβαίνοντος ὑπολαμβάνοντες τοὺς περὶ τὸν Αἰμίλιον περιπεπορεῦσθαι τῆς νυκτὸς τοῖς ἱππεῦσι, καὶ προκαταλαμβάνεσθαι τοὺς τόπους, εὐθέως ἐξαπέστελλον τοὺς παρ' αὐτῶν ἱππεῖς, καί τινας τῶν εὐζώνων ἀντιποιησομένους τῶν κατὰ τὸν βουνὸν τόπων· ταχὺ δὲ συνέντες τὴν τοῦ Γαΐου παρουσίαν, ἔκ τινος τῶν ἀχθέντων αἰχμαλώτων σπουδῇ παρενέβαλλον τοὺς πεζούς, ποιούμενοι τὴν ἔκταξιν ἅμα πρὸς ἑκατέραν τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἀπ' οὐρᾶς καὶ τὴν κατὰ πρόσωπον· οὓς μὲν γὰρ ᾔδεσαν ἑπομένους αὐτοῖς, οὓς δὲ κατὰ τὸ στόμα προσεδόκων ἀπαντήσειν, ἔκ τε τῶν προσαγγελλομένων τεκμαιρόμενοι, καὶ τῶν κατ' αὐτὸν τὸν καιρὸν συμβαινόντων. οἱ δὲ περὶ τὸν 28
Αἰμίλιον ἀκηκοότες μὲν τὸν εἰς τὰς Πίσας κατάπλουν τῶν στρατοπέδων, οὔπω δὲ προσδοκῶντες αὐτὰ συνεγγίζειν, τότε σαφῶς ἐκ τοῦ περὶ τὸν λόφον ἀγῶνος ἔγνωσαν, διότι τελέως ἐγγὺς εἶναι συμβαίνει τὰς οἰκείας αὐτῶν δυνάμεις. διὸ καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς παραυτίκα βοηθήσοντας ἐξαπέστελλον τοῖς ἐν τῷ λόφῳ διαγωνιζομένοις· αὐτοὶ δὲ κατὰ τὰς εἰθισμένας τάξεις διακοσμήσαντες τοὺς πεζούς, προῆγον ἐπὶ τοὺς ὑπεναντίους. οἱ δὲ Κελτοὶ τοὺς μὲν ἐκ τῶν Ἄλπεων Γαισάτους προσαγορευομένους, ἔταξαν πρὸς τὴν ἀπ' οὐρᾶς ἐπιφάνειαν, ᾗ προσεδόκων τοὺς περὶ τὸν Αἰμίλιον· ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς Ἰσόμβρους. πρὸς δὲ τὴν κατὰ πρόσωπον, τοὺς Ταυρίσκους, καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Πάδου κατοικοῦντας Βοίους παρενέβαλον, τὴν ἐναντίαν μὲν στάσιν ἔχοντας τοῖς προειρημένοις, βλέποντας δὲ πρὸς τὴν τοῦ Γαΐου στρατοπέδων ἔφοδον. τὰς δ' ἁμάξας καὶ συνωρίδας ἐκτὸς ἑκατέρου τοῦ κέρατος παρέστησαν. τὴν δὲ λείαν εἴς τι τῶν παρακειμένων ὀρῶν φυλακὴν περι-

ςιστῶντες, ἤθροιζον. γινομένης δὲ ἀμφιστόμου τῆς τῶν Κελτῶν δυνάμεως, οὐ μόνον καταπληκτικὴν, ἀλλὰ καὶ πρακτικὴν εἶναι συνέβαινε τὴν τάξιν. οἱ μὲν οὖν Ἰσόμβρες καὶ Βοιοὶ τὰς ἀναξυρίδας ἔχοντες καὶ τοὺς εὐπετεῖς τῶν σάγων περὶ αὑτοὺς ἐξήταζον· οἱ δὲ Γαισάται διά τε τὴν φιλοδοξίαν καὶ τὸ θάρσος ταῦτ' ἀπορρίψαντες, γυμνοὶ μετ' αὐτῶν τῶν ὅπλων πρῶτοι τῆς δυνάμεως κατέστησαν, ὑπολαβόντες οὕτως ἔσεσθαι πρακτικώτατοι, διὰ τὸ τινὰς τῶν τόπων βατώδεις ἐμπλέκεσθαι τοῖς ἐφάμμασι, καὶ παραποδίζειν τὴν τῶν ὅπλων χρείαν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον, αὐτὸς ὁ κατὰ τὸν λόφον ἐνειστήκει κίνδυνος, ἅπασιν ὢν σύνοπτος, ὡς ἂν ἅμα τοσούτου πλήθους ἱππέων ἀφ' ἑκάστου τῶν στρατοπέδων, ἀναμὶξ ἀλλήλοις συμπεπτωκότος. ἐν δὲ τούτῳ τῷ καιρῷ συνέβη Γάϊον μὲν τὸν ὕπατον παραβόλως ἀγωνιζόμενον, ἐν χειρῶν νόμῳ τελευτῆσαι τὸν βίον, τὴν δὲ κεφαλὴν αὐτοῦ πρὸς τοὺς βασιλέας ἐπανενεχθῆναι τῶν Κελτῶν. τοὺς δὲ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς κινδυνεύσαντας ἐρρωμένως, τέλος ἐπικρατῆσαι τοῦ τόπου, καὶ τῶν ὑπεναντίων. μετὰ δὲ ταῦτα τῶν πεζικῶν στρατοπέδων ἤδη σύνεγγυς ὄντων ἀλλήλοις, ἴδιον ἦν καὶ θαυμαστὸν τὸ συμβαῖνον, οὐ μόνον τοῖς ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τότε παροῦσιν· ἀλλὰ καὶ τοῖς ποτὲ μετὰ ταῦτα δυναμένοις ὑπὸ τὴν ὄψιν λαμβάνειν ἐκ τῶν λεγομένων τὸ γε-
29 γονός. πρῶτον μὲν γὰρ ἐκ τριῶν στρατοπέδων τῆς μάχης συνισταμένης, δῆλον ὡς ξένην καὶ παρηλλαγμένην εἰκὸς, καὶ τὴν ἐπιφάνειαν καὶ τὴν χρείαν φαίνεσθαι τῶν συντεταγμένων. δεύτερον δὲ πῶς οὐκ ἂν ἀπορήσαι τις καὶ νῦν καὶ τότε παρ' αὐτὸν ὢν τὸν καιρὸν, πότερον οἱ Κελτοὶ τὴν

Gallorum bifrons acies, non ſolum ad ſpeciem terribilis eſt viſa: ſed etiam ad bene pugnandum cum primis efficax. Ad hanc pugnam Inſubres & Boji braccati ac leviora ſaga induti prodierunt: Gæſatarum vero tanta fuit vanitas, tanta confidentia, ut braccis ſagiſque abjectis, nudi cum ſolis armis primos ordines occuparent: hac ratione quàm expeditiſſimos fore ſe rati, quum ſenticeta alicubi eſſent, quæ dependentibus laciniis ac vinculis adhærerent, & armorum uſum impedirent. Primum certamen illud fuit, quod ad tumulum eſt commiſſum, omnibus facile ſpectantibus, propter equitum multitudinem, qui ex omnibus exercitibus illuc accurrerant, & inter ſe permiſti pugnabant. Ibi tum contigit Cajum Conſulem dum inconſultius pugnam capeſſit, in ipſa dimicatione mortem oppetere: ejuſque caput trunco præciſum regibus afferri: Romanos vero equites magna vi pugnantes, tandem & loco potiri, & hoſtibus prævalere. Poſt hæc, pedeſtribus copiis invicem jam appropinquantibus, cernere erat ſpectaculum oppidò rarum, neque iis ſolum admirabile, qui tum præſentes pugnæ interfuerunt: ſed omnibus qui quandoque ſciverint ex verbis ſcriptorum rem geſtam ob oculos ſibi ponere. Primo enim, quum ex tribus id prælium exercitibus conſtaret, quis non intelligat probabile eſſe, ut & aſpectu & genere ipſo pugnandi illa commiſſio nova, inuſitata, & à cæteris diverſa appareret? Deinde quis non ambigeret ſive nunc, ſive olim in ipſo prelio, utrum pericu-

periculoſiſſima omnium ea Gallorum ordinatio eſſet; quod ſimul utrimque illos hoſtis invaderet? an contra ad victoriam accommodatiſſima? quod eadem opera cum utroque hoſte dimicarent, & ſecuritatem ſibi invicem ſimul præſtarent, ne terga ipſis cædere hoſtes poſſent: & quod maximum eſt, omnes ad fugam aditus præcluſos haberent, nulla ſi vincerentur ſpe relicta: quæ præcipua eſt bifrontis aciei utilitas, ipſi propria. Romanis illud quidem animos addebat, quod hoſtem undique concluſum tenerent: ſed rurſus illos ſtupore quodam percellebat, quà ornatus Gallici exercitus, quà tumultus ipſe & clamor. nam præter buccinatorum tubicinumque prope infinitam multitudinem, univerſo exercitu ululatum inſimul tollente, talis tantuſque exortus eſt clamor; ut non tubas ſolum ac milites, ſed etiam reſonantia è proximo loca vocem per ſe viderentur edere. Terribilis item erat tum ſpecies, tum motus illorum, qui in prima acie nudi ſtabant: viri, & flore ætatis & corporum forma præſtantes. Jam in primis cohortibus neminem cerneres maniacis armilliſque aureis non adornatum. ad quod ſpectaculum Romani partim ſtupeſcebant, partim lucri ſpe ducti tanto animoſiores ad pugnandum fiebant. Enimvero ubi jaculatores Romanæ militiæ more, progreſſi ante reliquam aciem denſis ac certa manu deſtinatis jaculis pugnam committere cœperunt: ſecundis quidem Gallorum ordinibus ſaga & braccæ magno

ἐπισφαλεστάτην εἶχεν τὴν χώραν, ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν ἅμα τῶν πολεμίων ἐπαγόντων αὐτοῖς· ἢ τοὐναντίον τὴν ἐπιτευκτικωτάτην; ἅμα μὲν ἀγωνιζόμενοι πρὸς ἀμφοτέρους, ἅμα δὲ τὴν ἐφ᾽ ἑκατέρων ἀσφάλειαν ἐκ τῶν ὄπισθεν αὐτοῖς παρασκευάζοντες. τὸ δὲ μέγιστον, ἀποκεκλεισμένης πάσης τῆς εἰς τοὐπίσω ἀναχωρήσεως, καὶ τῆς ἐν τῷ λείπεσθαι σωτηρίας. ἡ γὰρ τῆς ἀμφιστόμου τάξεως ἰδιότης τοιαύτην ἔχει τὴν χρείαν. τούς γε μὴν Ῥωμαίους τὰ μὲν εὐθαρσεῖς ἐποίει, τὸ μέσους καὶ πάντοθεν περιειληφέναι τοὺς πολεμίους, τὰ δὲ πάλιν ὁ κόσμος αὐτοὺς καὶ θόρυβος ἐξέπληττε τῆς τῶν Κελτῶν δυνάμεως. ἀναρίθμητον μὲν γὰρ ἦν τὸ τῶν βυκανητῶν καὶ σαλπιγκτῶν πλῆθος. οἷς ἅμα τοῦ παντὸς στρατοπέδου συμπαιανίζοντος, τηλικαύτην καὶ τοιαύτην συνέβαινε γίνεσθαι κραυγήν, ὥστε μὴ μόνον τὰς σάλπιγγας καὶ τὰς δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ τοὺς παρακειμένους τόπους συνηχοῦντας, ἐξ αὑτῶν δοκεῖν προΐεσθαι φωνήν. ἐκπληκτικὴ δ᾽ ἦν καὶ τῶν γυμνῶν προεστώτων ἀνδρῶν, ἥ τε ἐπιφάνεια καὶ κίνησις, ὡς ἂν διαφερόντων ταῖς ἀκμαῖς καὶ τοῖς εἴδεσι. πάντες δ᾽ οἱ τὰς πρώτας κατέχοντες σπείρας, χρυσοῖς μανιάκαις καὶ περιχείροις ἦσαν κατακεκοσμημένοι. πρὸς ἃ βλέποντες οἱ Ῥωμαῖοι, τὰ μὲν ἐξεπλήττοντο· τὰ δ᾽ ὑπὸ τοῦ λυσιτελοῦς ἐλπίδος ἀγόμενοι, διπλασίως παρωξύνοντο πρὸς τὸν κίνδυνον.
30 πλὴν ἅμα τῷ τοὺς ἀκοντιστὰς προελθόντας ἐκ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων κατὰ τὸν ἐθισμὸν εἰσακοντίζειν ἐνεργοῖς καὶ πυκνοῖς τοῖς βέλεσι· τοῖς μὲν ὀπίσω τῶν Κελτῶν, πολλὴν εὐχρηστίαν οἱ

στέγειν μὲν τῶν ἀναξυρίδων παρεῖχον· τοῖς δὲ γυμνοῖς προεστῶσι, παρὰ τὴν προσδοκίαν τοῦ πράγματος συμβαίνοντος, τἀναντία πολλὴν ἀπορίαν καὶ δυσχρηστίαν παρεῖχε τὸ γινόμενον. οὐ γὰρ δυναμένου τοῦ Γαλατικοῦ θυρεοῦ τὸν ἄνδρα περισκέπειν, ὅσῳ γυμνὰ καὶ μείζω τὰ σώματα ἦν, τοσούτῳ συνέβαινε μᾶλλον τὰ βέλη πίπτειν ἔνδον. τέλος δ᾽ οὐ δυνάμενοι μὲν ἀμύνασθαι τοὺς ἀκοντίζοντας διὰ τὴν ἀπόστασιν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν πιπτόντων βελῶν· περικακοῦντες δὲ καὶ δυσχρηστούμενοι τοῖς παροῦσιν, οἱ μὲν ὑπὸ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἀλογιστίας εἰς τοὺς πολεμίους εἰκῇ προσπίπτοντες, καὶ διδόντες σφᾶς αὐτοὺς ἑκουσίως ἀπέθνησκον. οἱ δ᾽ εἰς τοὺς φίλους ἀναχωροῦντες ἐπὶ πόδα, καὶ προδήλως ἀποδειλιῶντες, διέστρεφον αὐτοὺς κατόπιν. τὸ μὲν οὖν τῶν Γαισατῶν φρόνημα παρὰ τῶν ἀκοντιστῶν, τούτῳ τῷ τρόπῳ καταλέλυτο. τὸ δὲ τῶν Ἰσόμβρων καὶ Βοίων, ἔτι δὲ Ταυρίσκων πλῆθος, ἅμα τῷ τοὺς Ῥωμαίους δεξαμένους τοὺς ἑαυτῶν ἀκοντιστὰς, προσβάλλειν σφίσι τὰς σπείρας συμπεσὸν τοῖς πολεμίοις ἐκ χειρὸς, ἐποίει μάχην ἰσχυράν. καὶ διακοπτόμενοι παρέμενον ἐπ᾽ ἴσον ταῖς ψυχαῖς, αὐτῷ τούτῳ καὶ καθόλου καὶ κατ᾽ ἄνδρα λειπόμενοι ταῖς τῶν ὅπλων κατασκευαῖς. οἱ μὲν οὖν θυρεοὶ πρὸς ἀσφάλειαν, αἱ δὲ μάχαιραι πρὸς πρᾶξιν μεγάλην διαφορὰν ἔχειν, ... τῆς δὲ Γαλατικῆς καταφορὰν ἔχειν μόνον. ἐπειδὴ δ᾽ ἐξ ὑπερδεξίου καὶ κατὰ κέρας οἱ τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς ἐμβαλόντες ἀπὸ τοῦ λόφου προσέφερον τὰς χεῖρας ἐρρωμένως, τόθ᾽ οἱ μὲν πεζοὶ τῶν Κελτῶν, ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως τόπῳ κατεκόπησαν, οἱ δ᾽

erant uſui: at contra Gæſatæ, qui in prima acie nudi pugnabant, quoniam res aliter eveniebat quàm ipſi exiſtimaverant, quid agerent, aut quid conſilii caperent, non ſciebant. Quia enim ſcutum Gallicum protegere virum non poteſt, quo majora erant horum corpora, & quidem nuda, eo minus jacula cadebant irrita. Igitur qui jaculatores eminus jaculantes viciſſim ferire non poſſent, malis tandem victi, & difficultate hujus certaminis; pars præ ira & ſtoliditate in hoſtes temere irruebant, & ad cædem ſeſe ultro objectabant: alii ad ſuos pedetentim ſeſe recipientes, metum ac pavorem ſuum palàm profeſſi, poſitos à tergis ordines conturbabant. ita Romani jaculatores Gæſatarum feroces animos dejecerunt. Inſubres vero & Boji ac Tauriſci, poſteaquam Romani jaculatoribus ſuis receptis, cohortes in ipſos immiſerunt, comminus rem manu gerentes, atrociter dimicabant. & quum vulnera multa acciperent, fortibus nihilominus animis ſtationem ſuam quiſque ſervabant: hoc uno & univerſi & ſinguli inferiores, quod genere armorum vincerentur. Nam & ſcuta Romanorum ad munimentum, & gladius ad pugnandum longe excellunt: quum contra Gallicis gladiis cæſim tantum pugnari queat. Inter hæc Romani equites de colle deſcendere, hoſtem è ſuperiore loco, & impreſſione in latus facta invadere, ſtrenue rem gerere. tum vero Gallorum pedites in ſuis ſtationibus paſſim con-

ſim contruncantur: equitibus fugam capeſſentibus. Periere Gallorum ad quadraginta millia: capti ſunt non pauciores decem millibus: in quibus alter regum erat Concolitanus. alter rex Aneroeſtus paucis comitantibus in quendam locum fugâ ſe recepit: ubi mox ſibi & neceſſariis ſuis manus intulit. Romanus dux, collecta ſpolia Romam miſit: prædam iis reddidit, à quibus fuerat abacta. ipſe cum utroque exercitu ſecundum Liguriæ fines iter faciens, in Bojorum agrum irrumpit. ſatiatiſque militum animis prædæ avidis, paucis diebus copias univerſas Romam reduxit. Signis militaribus & maniacis (ita vocant armillas aureas ad collum & manus geſtari à Gallis ſolitas:) Capitolium Conſul ornavit. reliqua ſpolia & captivorum turbam ad triumphi apparatum, quando urbem ingrederetur, ſervavit. Hunc pernitialem exitum habuit Gallorum illa memorabilis expeditio: quæ tum univerſos Italiæ populos, tum maximè Romanos in periculum magnum ac præſens conjecerat. Cæterum poſt hanc victoriam in ſpem adductus populus Rom. poſſe Gallos è Circumpadanis regionibus à ſe penitus expelli: Coſs. ambos qui ſequente anno ſunt creati, Q. Fulvium & T. Manlium cum exercitu & ingenti apparatu contra illos miſit. Hi Bojos primo impetu perterrefactos in fidem Romanorum ſe permittere adegerunt. toto dein expeditionis reliquo tempore propter imbres immodicos, graſſan-

ἱππεῖς πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. ἀπέθανον μὲν οὖν τῶν Κελτῶν εἰς τετρακισμυρίους, ἑάλωσαν δ᾽ οὐκ ἐλάττους μυρίων· ἐν οἷς καὶ τῶν βασιλέων Κογκολιτάνος. ὁ δ᾽ ἕτερος αὐτῶν Ἀνηρόεστος, εἴς τινα τόπον συμφυγὼν μετ᾽ ὀλίγων, προσήνεγκε τὰς χεῖρας αὑτῷ καὶ τοῖς ἀναγκαίοις. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων, τὰ μὲν σκῦλα συναθροίσας, εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέστειλε, τὴν δὲ λείαν ἀπέδωκε τοῖς προσήκουσι. αὐτὸς δ᾽ ἀναλαβὼν τὰ στρατόπεδα, καὶ διελθὼν παρ᾽ αὐτὴν τὴν Λιγυστικὴν, εἰς τὴν τῶν Βοίων ἐνέβαλε χώραν. πληρώσας δὲ τὰς ὁρμὰς τῶν στρατοπέδων τῆς ὠφελείας, ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἧκε μετὰ τῶν δυνάμεων εἰς τὴν Ῥώμην. καὶ τὸ μὲν Καπιτώλιον ἐκόσμησε, ταῖς τε σημαίαις καὶ τοῖς μανιάκαις· τοῦτο δ᾽ ἐστὶ χρυσοῦν ψέλλιον, ὃ φοροῦσι περὶ τὰς χεῖρας καὶ τὸν τράχηλον οἱ Γαλάται. τοῖς δὲ λοιποῖς σκύλοις καὶ τοῖς αἰχμαλώτοις, πρὸς τὴν εἴσοδον ἐχρήσατο τὴν ἑαυτοῦ, καὶ πρὸς τὴν τοῦ θριάμβου διακόσμησιν. ἡ μὲν οὖν βαρυτάτη τῶν Κελτῶν ἔφοδος, τούτῳ τῷ τρόπῳ διεφθάρη· πᾶσι μὲν Ἰταλιώταις, μάλιστα δὲ Ῥωμαίοις, μέγαν καὶ φοβερὸν ἐπικρεμάσασα κίνδυνον. ἀπὸ δὲ τοῦ κατορθώματος τούτου κατελπίσαντες Ῥωμαῖοι δυνήσεσθαι τοὺς Κελτοὺς ἐκ τῶν τόπων τῶν περὶ τὸν Πάδον ὁλοσχερῶς ἐκβαλεῖν, τούς τε μετὰ ταῦτα καθεσταθέντας ὑπάτους, Κόϊντον Φολούϊον, καὶ Τίτον Μάλιον, ἀμφοτέρους καὶ τὰς δυνάμεις μετὰ παρασκευῆς μεγάλης ἐξαπέστειλαν ἐπὶ τοὺς Κελτούς. οὗτοι δὲ τοὺς μὲν Βοίους ἐξ ἐφόδου καταπληξάμενοι, συνηνάγκασαν εἰς τὴν Ῥωμαίων ἑαυτοὺς δοῦναι πίστιν. τὸν δὲ λοιπὸν χρόνον τῆς στρατείας, ἐπιγενομένων ὄμβρων ἐξαισίων, ἔτι δὲ λοι- 31

λοιμικῆς διαθέσεως ἐμπεσούσης αὐτοῖς,
32 εἰς τέλος ἄπρακτον εἶχον. μετὰ δὲ τούτους καταςαθέντες Πόπλιος Φούριος, καὶ Γάϊος Φλαμίνιος, αὖθις ἐνέβαλον εἰς τὴν Κελτικὴν, διὰ τῆς τῶν Αναμάρων χώρας· οἷς συμβαίνει μὴ μακρὰν ἀπὸ Μασσαλίας ἔχειν τὴν οἴκησιν. οὓς εἰς τὴν φιλίαν προσαγαγόμενοι, διέβησαν εἰς τὴν τῶν Ἰσόμβρων γῆν, κατὰ τὰς συρροίας τοῦ τε Ἀδόα καὶ Πάδου ποταμοῦ. λαβόντες δὲ πληγὰς περί τε τὴν διάβασιν καὶ περὶ τὴν στρατοπεδείαν, παραυτίκα μὲν ἔμειναν· μετὰ δὲ ταῦτα σπεισάμενοι καθ' ὁμολογίαν, ἔλυσαν ἐκ τῶν τόπων. περιελθόντες δὲ πλείους ἡμέρας, καὶ διελθόντες τὸν Κλούσιον ποταμὸν, ἦλθον εἰς τὴν τῶν Κενομάνων χώραν, καὶ προσλαβόντες τούτους ὄντας συμμάχους, ἐνέβαλον πάλιν ἀπὸ τῶν κατὰ τὰς Ἄλπεις τόπων, εἰς τὰ τῶν Ἰσόμβρων πεδία. καὶ τήν τε γῆν ἐδῄουν, καὶ τὰς κατοικίας αὐτῶν ἐξεπόρθουν. οἱ δὲ τῶν Ἰσόμβρων προεςῶτες, θεωροῦντες ἀμετάθετον οὖσαν τὴν ἐπιβολὴν τῶν Ῥωμαίων, ἔκριναν τῆς τύχης λαβεῖν πεῖραν, καὶ διακινδυνεῦσαι πρὸς αὐτοὺς ὁλοσχερῶς. συναθροίσαντες οὖν ἁπάσας ἐπὶ ταυτὸν, καὶ τὰς χρυσᾶς σημαίας τὰς ἀκινήτους λεγομένας κατέχοντες ἐκ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ἱεροῦ, καὶ τἄλλα παρασκευασάμενοι δεόντως· μετὰ ταῦτα τεθαρρηκότως καὶ καταπληκτικῶς ἀντεστρατοπέδευσαν τοῖς πολεμίοις, ὄντες τὸ πλῆθος εἰς πέντε μυριάδας. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι, τὰ μὲν ὁρῶντες σφᾶς ἐλάττους ὄντας παρὰ πολὺ τῶν ἐναντίων, ἐβούλοντο συγχρῆσθαι ταῖς τῶν συμμαχούντων αὐτοῖς Κελτῶν δυνάμεσι· τὰ δὲ συλλογιζόμενοι τήν τε Γαλατικὴν ἀ-

temque peſtilentiam, nihil plane dignum memoria geſtum eſt. Etiam qui hos inſecuti ſunt Coss. Pub. Furius & C. Flaminius, in eandem Galliam per Anamurorum fines exercitus ductavere. non longe hic populus à Maſſilia ſedes ſuas habet: cujus tum conciliata ſibi benevolentia, Coss. in regionem Inſubrum, qua Paduſa in Padum influit, trajecerunt. verùm & in tranſitu & dum caſtra ponerent cæſi, ſtatim illi quidem nihil moverunt: at poſtea fœdus icerunt, & ex pacto communi exceſſere illis locis. Deinde per proximas regiones multos dies vagati, tranſmiſſo flumine Cluſio in Cenomanorum ditionem venerunt. Quibus aſſumptis quod ſocii eſſent Rom. populi, è Subalpinis locis in planitiem Inſubrum exercitu infeſto iterum venerunt. ibi agros exuſſerunt, villas devaſtarunt. Quamobrem Inſubrum principes qui inita à Romanis conſilia adverſus ſe mutari non poſſe animadverterent, fortunæ aleam ſibi eſſe ſubeundam, & de rerum ſumma cum illis decernendum ſtatuunt. Omnibus igitur militaribus ſignis in unum coactis; aureis etiam illis quę immobilia nuncupant, ex æde Minervę promptis; cæteris quoque neceſſariis apparatibus probe inſtructis, cum exercitu in quo erant hominum ad L millia, feroces minarumque pleni in conſpectu hoſtium caſtra ponunt. Romani quia numero longe ab hoſtibus vincebantur; auxiliaribus Gallorum ſociorum copiis uti in animo habebant: ſed quoties Gallicam in fœderibus inconſtantiam

ſtantiam ad animum revocabant, ſimul cognationem eorum quos aſſumerent cum iis quibus erat bellandum: talem occaſionem tantamque rem, ejuſmodi hominum fidei permittere & concredere non audebant. tandem hoc conſilii ineunt: Gallorum auxilia, fluvium trajicere jubent: ipſi ad alteram ejus partem remanent: deinde pontes flumini impoſitos reſcindunt: atque opera eadem & Gallis nocendi facultatem adimunt; & ſpem unicam ſalutis per victoriam ſibi reliquam faciunt. neque enim vado tranſiri fluvius poterat, quem à tergo vicinum habebant. ſecundum hæc ad prælium ſe comparant. Celebratur militum Romanorum ſollertia, qua in eo uſi ſunt certamine; edocti à tribunis ſuis, quomodo & univerſi & ſinguli pugnam capeſſere deberent. Obſervaverant tribuni è ſuperioribus bellis, Gallorum genus omne in fervore animorum & primo impetu, dum adhuc integri ſunt, atrociſſimum eſſe: gladios item illorum ita fabricatos, ſicut ante diximus, ut ad cædendum primum duntaxat ictum habeant: à quo ſtatim & in longitudine & in latitudine ad inſtar ſtrigilum incuruantur uſque adeo, ut niſi tempus militi concedatur, quò mucronem terræ inniti faciens gladium pede dirigat, prorſus ineſficax alter illorum ſit ictus. Itaque haſtas triariorum, qui in poſtremis ordinibus locari ſolent, primis cohortibus dividunt tribuni: mandantque militibus, ut gladios poſtea in manus ſumant, iiſque rem gerant. Deinde ſignis collatis, à fronte

θεσίαν, καὶ διότι πρὸς ὁμοφύλους τῶν προσλαμβανομένων μέλλουσι ποιεῖσθαι τὸν κίνδυνον, εὐλαβοῦντο πιστεύειν ἀνδράσι, τοιούτου καιροῦ καὶ πράγματος κοινωνεῖν. τέλος δ' οὖν αὐτοὶ μὲν ὑπέμενον ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ, τοὺς δὲ τῶν Κελτῶν σφίσι συνόντας, διαβιβάσαντες εἰς τὸ πέραν, ἀνέσπασαν τὰς ἐπὶ τοῦ ῥείθρου γεφύρας· ἅμα μὲν ἀσφαλιζόμενοι τὰ πρὸς ἐκείνους, ἅμα δὲ μίαν ἑαυτοῖς ἀπολείποντες ἐλπίδα τῆς σωτηρίας τὴν ἐν τῷ νικᾶν· διὰ τὸ κατόπιν αὐτοῖς ἄβατον ὄντα παρακεῖσθαι τὸν προειρημένον ποταμόν. πράξαντες δὲ τοῦτο, πρὸς τὸ διακινδυνεύειν ἦσαν.

δοκοῦσι δ' ἐμφρόνως κεχρῆσθαι 33
τῇ μάχῃ ταύτῃ Ῥωμαῖοι, τῶν χιλιάρχων ὑποδειξάντων, ὡς δεῖ ποιεῖσθαι τὸν ἀγῶνα, κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστους. συνεωρακότες γὰρ ἐκ τῶν προγεγονότων κινδύνων, ἐπὶ τοῖς τε θυμοῖς κατὰ τὴν πρώτην ἔφοδον, ἕως ἂν ἀκέραιον ᾖ, φοβερώτατόν ἐστι πᾶν τὸ Γαλατικὸν φῦλον· αἵ τε μάχαιραι ταῖς κατασκευαῖς, καθάπερ εἴρηται πρότερον, μίαν ἔχουσι μὲν πρώτην καταφορὰν καιρίαν· ἀπὸ δὲ ταύτης εὐθέως ἀποξυστροῦνται, καμπτόμεναι κατὰ μῆκος καὶ κατὰ πλάτος ἐπὶ τοσοῦτον· ὥστε ἂν μὴ δῷ τις ἀναστροφὴν τοῖς χρωμένοις, ἐρείσαντας πρὸς τὴν γῆν ἀπευθῦναι τῷ ποδί, τελέως ἄπρακτον εἶναι τὴν δευτέραν πληγὴν αὐτῶν. ἀναδόντες οὖν οἱ χιλίαρχοι τὰ τῶν τριαρίων δόρατα τῶν κατόπιν ἐφεστώτων ταῖς πρώταις σπείραις· καὶ παραγγείλαντες ἐκ μεταλήψεως τοῖς ξίφεσι χρῆσθαι, συνέβαλον ἐκ παρατάξεως κατὰ πρόσω-

πον τοῖς Κελτοῖς. ἅμα δὲ τῷ πρὸς τὰ δόρατα ταῖς πρώταις καταφοραῖς χρωμένων τῶν Γαλατῶν ἀχρειωθῆναι τὰς μαχαίρας· συνδραμόντες εἰς τὰς χεῖρας, τοὺς μὲν Κελτοὺς ἀπράκτους ἐποίησαν, ἀφελόμενοι τὴν ἐκ διάρσεως αὐτῶν μάχην, ὅπερ ἴδιόν ἐστι Γαλατικῆς χρείας· διὰ τὸ μηδαμῶς κέντημα τὸ ξίφος ἔχειν. αὐτοὶ δ᾽ οὐκ ἐκ καταφορᾶς, ἀλλ᾽ ἐκ διαλήψεως ὀρθαῖς χρώμενοι ταῖς μαχαίραις, πρακτικοῦ τοῦ κεντήματος περὶ αὐτὰς ὑπάρχοντος, τύπτοντες εἰς τὰ στέρνα καὶ τὰ πρόσωπα, καὶ πληγὴν ἐπὶ πληγῇ φέροντες, διέφθειραν τοὺς πλείστους τῶν παραταξαμένων, διὰ τὴν τῶν χιλιάρχων πρόνοιαν. ὁ μὲν γὰρ στρατηγὸς Φλαμίνιος οὐκ ὀρθῶς δοκεῖ κεχρῆσθαι τῷ προειρημένῳ κινδύνῳ. παρ᾽ αὐτὴν γὰρ τὴν ὀφρὺν τοῦ ποταμοῦ ποιησάμενος τὴν ἔκταξιν, διέφθειρε τὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς μάχης ἴδιον, οὐχ ὑπολειπόμενος τόπον πρὸς τὴν ἐπὶ πόδα ταῖς σπείραις ἀναχώρησιν. εἰ γὰρ συνέβη βραχὺ μόνον πιεσθῆναι τῇ χώρᾳ τοὺς ἄνδρας κατὰ τὴν μάχην, ῥίπτειν ἂν εἰς τὸν ποταμὸν αὐτοὺς ἔδει, διὰ τὴν ἀποχίαν τοῦ στρατηγοῦ. οὐ μὴν ἀλλά γε πολὺ νικήσαντες ταῖς σφετέραις ἀρεταῖς, καθάπερ εἶπον, καὶ παμπληθοῦς μὲν λείας, οὐκ ὀλίγων δὲ σκύλων κρατήσαντες, ἐπανῆλθον εἰς τὴν Ῥώμην.

34 τῷ δ᾽ ἑξῆς ἔτει διαπρεσβευσαμένων τῶν Κελτῶν ὑπὲρ εἰρήνης, καὶ πᾶν ποιήσειν ὑπισχνουμένων, ἔσπευσαν οἱ κατασταθέντες ὕπατοι, Μάρκος Κλαύδιος, καὶ Γνάϊος Κορνήλιος τοῦ μὴ συγχωρηθῆναι τὴν εἰρήνην αὐτοῖς. οἱ δ᾽ ἀποτυχόντες καὶ κρίναντες ἐξελέγξαι τὰς τελευ-

ſobrem Galli ultimam ſpem ſibi

Gallos adoriuntur: quorum ubi gladii, dum primis ictibus haſtas cædunt, redditi ſunt inutiles: Romani ad comminus pugnandum irruentes, uſum armorum ſuorum adverſariis adimunt: facultate ablata gladios ad cæſim feriendum attollendi, qui proprius eſt Gallorum pugnandi modus: quod mucrone enſis illorum omnino careat. Romani vero non cæſim feriendo, ſed punctim ſubinde rectis gladiis utendo qui mucronibus valent, crebro repetitis ictibus pectora & facies hoſtium cædentes, illorum pleroſque contruncant. Prudentiæ Tribunorum hoc decus tribuitur: nam Cos. quidem Flaminius parum prudenter ſuo exercitui in hac pugna conſulverat. Ad ripam enim ipſam fluminis instructa acie, id corruperat quo pręcipue Romanum pręliandi genus excellit. quippe nullum à tergo ſpatium reliquerat, quò ſe pedetentim recipere cohortes poſſent. Itaque, ſi vel minimum inclinari aciem inter pugnandum contigiſſet, in fluvium ſeſe projicere fuiſſent coacti. ea fuerat Conſulis incogitantia. nihilominus tamen Romani virtute ſua inſignem, ut oſtendimus, victoriam adepti, præda onuſti, ac ſpoliis non paucis potiti, Romam redierunt. Inſecuto dein anno, de pace legatos miſerunt Galli, quaſcunque conditiones accipere parati: quæ ne illis concederentur per ejus anni Coss. M. Claudium & Cnæum Cornelium eſt effectum. Quamtentandam rati, ad mercede conducenda

ducenda auxilia Gæſatarum Gallorum, qui Rhodanum accolunt, denuo ſe convertunt: quorum ubi xxx millia accepiſſent, hoſtis adventum præſtolantes, paratos in armis eos habent. Conſules primo vere legiones in agros Inſubrum ducunt. urbem deinde Acerras, inter Padum & montana Alpium ſitam, admotis caſtris obſident. Inſubres quum ferre opem occupatis omnibus locis opportunis non poſſent, ſtudio liberandi Acerras obſidione, partem copiarum trajecto Pado in ditionem Romanorum mittunt, & Claſtidium (id nomen urbis eſt in eo tractu,) obſident: de quo poſtquam certiores facti Coss. fuerunt, M. Claudius Marcellus equites & peditum partem ſecum trahens, auxiliatum obſeſſis ire feſtinat. Galli cognito ejus adventu diſcedunt ab obſidione, & obviam progreſſi Marcello, aciem dirigunt. quum Romani equitibus immiſſis, impetum magna audacia in eos feciſſent, principio quidem contra hoſtem ſtabant: ſed mox & à tergo circumventi & à lateribus, ac difficultatibus undique conflictati, ab ipſis tandem equitibus in fugam verſi ſunt. multos flumen hauſit, in quod ſe præcipites dederant: plures ab hoſte ſunt perempti: quin & Acerras commeatibus refertas occupaverunt Romani, Gallis Mediolanum ſe recipientibus: qui locus eſt regionis Inſubrium præcipuus. è veſtigio Cnæus hos inſequitur, ſubitoque impetu ad Mediolanum uſque fertur. Galli

ταύτας ἐλπίδας, αὖθις ὥρμησαν ἐπὶ τὸ μισθοῦσθαι τῶν περὶ τὸν Ῥοδανὸν Γαισατῶν Γαλατῶν εἰς τρισμυρίους, οὓς παραλαβόντες εἶχον ἐν ἑτοίμῳ, καὶ προσεδόκων τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων στρατηγοὶ τῆς ὥρας ἐπιγενομένης ἀναλαβόντες τὰς δυνάμεις, ἦγον εἰς τὴν τῶν Ἰσόμβρων χώραν. παραγενόμενοι δὲ καὶ στρατοπεδεύσαντες περὶ πόλιν Ἀχέρας, ἣ μεταξὺ κεῖται τοῦ Πάδου καὶ τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν, ἐπολιόρκουν ταύτην. οἱ δ' Ἴσομβρες βοηθεῖν μὲν οὐ δυνάμενοι, διὰ τὸ προκαταληφθῆναι τοὺς εὐφυεῖς τόπους· σπεύδοντες δὲ λῦσαι τὴν πολιορκίαν τῶν Ἀχερῶν, μέρος τι τῆς δυνάμεως διαβιβάσαντες τὸν Πάδον εἰς τὴν τῶν Ἀνάρων χώραν, ἐπολιόρκουν τὸ Κλαστίδιον προσαγορευόμενον. προσπεσόντες δὲ τοῦ συμβαίνοντος τοῖς στρατηγοῖς, ἀναλαβὼν τοὺς ἱππεῖς Μάρκος Κλαύδιος, καὶ τῶν πεζικῶν, ἠπείγετο σπεύδων βοηθῆσαι τοῖς πολιορκουμένοις. οἱ δὲ Κελτοὶ πυθόμενοι τὴν παρουσίαν τῶν ὑπεναντίων, λύσαντες τὴν πολιορκίαν, ὑπήντων καὶ παρετάξαντο. τῶν δὲ Ῥωμαίων αὐτοῖς τοῖς ἱππεῦσιν ἐξ ἐφόδου τολμηρῶς σφίσι προσπεσόντων, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀντεῖχον· μετὰ δὲ ταῦτα περιϊσταμένων καὶ κατὰ νώτου καὶ κατὰ κέρας, δυσχρηστούμενοι τῇ μάχῃ, τέλος ἐτράπησαν ὑπ' αὐτῶν τῶν ἱππέων. καὶ πολλοὶ μὲν εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντες, ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρησαν, οἱ δὲ πλείους ὑπὸ τῶν πολεμίων κατεκόπησαν. ἔλαβον δὲ καὶ τὰς Ἀχέρας οἱ Ῥωμαῖοι σίτου γεμούσας, ἐκχωρησάντων εἰς τὸ Μεδιόλανον τῶν Γαλατῶν· ὅπερ ἐστὶ κυριώτατος τόπος τῆς τῶν Ἰσόμβρων χώρας. οἷς ἐκ ποδὸς ἐπακολουθήσαντος τοῦ Γναΐου, καὶ προσβαλόντος ἄφνω πρὸς τὸ Μεδιόλανον, τὸ μὲν

πρῶτον ἡσυχίαν εἶχον· ἀπολυομένου
δ' αὐτοῦ πάλιν εἰς τὰς Ἀχέρρας, ἐπ-
εξελθόντες καὶ τῆς οὐραγίας ἁψάμενοι
θρασέως, πολλοὺς μὲν νεκροὺς ἐποίη-
σαν, μέρος δέ τι καὶ φυγεῖν αὐτῶν ἠν-
άγκασαν· ἕως ὁ Γνάϊος ἀνακαλεσά-
μενος τοὺς ἐκ τῆς πρωτοπορείας, παρ-
ώρμησε στῆναι, καὶ συμβαλεῖν τοῖς πο-
λεμίοις. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι πειθαρ-
χήσαντες τῷ στρατηγῷ, διεμάχοντο
πρὸς τοὺς ἐπικειμένους εὐρώστως. οἱ δὲ
Κελτοὶ διὰ τὸ παρὸν εὐτύχημα μεί-
ναντες ἐπὶ ποσὸν εὐθαρσῶς, μετ' οὐ
πολὺ τραπέντες, ἔφυγον εἰς τὰς
παρωρείας. ὁ δὲ Γνάϊος ἐπακολου-
θήσας, τήν τε χώραν ἐπόρθει, καὶ τὸ
35 Μεδιόλανον εἷλε κατὰ κράτος. οὗ συμ-
βαίνοντος οἱ προεστῶτες τῶν Ἰσόμβρων,
ἀπογνόντες τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπί-
δας, πάντα τὰ καθ' αὐτοὺς ἐπέτρε-
ψαν τοῖς Ῥωμαίοις. ὁ μὲν οὖν πρὸς τοὺς
Κελτοὺς πόλεμος τοιοῦτον ἔσχε τὸ τέ-
λος· κατὰ μὲν τὴν ἀπόνοιαν καὶ τόλμαν
τῶν ἀγωνιζομένων ἀνδρῶν, ἔτι δὲ κατὰ τὰς
μάχας καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐταῖς
ἀπολλυμένων καὶ παραταττομένων, οὐ-
δενὸς καταδεέστερος τῶν ἱστορημένων.
κατὰ δὲ τὰς ἐπιβολὰς καὶ τὴν ἀκρισίαν τοῦ
κατὰ μέρος χειρισμοῦ, τελέως εὐκα-
ταφρόνητος· διὰ τὸ μὴ τὸ πλεῖον,
ἀλλὰ συλλήβδην ἅπαν τὸ γινόμενον
ὑπὸ τῶν Γαλατῶν, θυμῷ μᾶλλον ἢ
λογισμῷ βραβεύεσθαι. περὶ ὧν ἡμεῖς
συνθεωρήσαντες, μετ' ὀλίγον χρό-
νον αὐτοὺς ἐκ τῶν περὶ τὸν Πάδον πεδίων
ἐξωσθέντας, πλὴν ὀλίγων τόπων τῶν
ὑπ' αὐτὰς τὰς Ἄλπεις κειμένων,
οὐκ ᾠήθημεν δεῖν οὔτε τὴν ἐξ ἀρ-
χῆς ἔφοδον ἀμνημόνευτον παραλι-
πεῖν, οὔτε τὰς μετὰ ταῦτα πράξεις,
οὔτε τὴν τελευταίαν ἐξανάστασιν.
ὑπολαμβάνοντες οἰκεῖον ἱστορίας

tum quidem nihil movere: ſed Conſule Acerras redeunte, inſequi illi, extremum agmen carpere, magnaque ſtrage edita partem exercitus in fugam vertere: quoad Cnæus primo agmine revocato; ut gradum ſiſtant, & cum hoſte confligant eos hortatur. parent Romani dicto Conſulis; & adverſus Gallos ſuorum terga cædentes acre certamen inſtituunt. Illi ſpe animati jam prope partæ victoriæ, generosè aliquamdiu prælium ſuſtinent: mox vero terga dare coacti, ad montes proximos fuga ſe recipiunt. Cnæus fugientes inſecutus, agros populatur, & Mediolanum per vim capit. Poſt hanc cladem principes Inſubrum, omni ſpe ſalutis amiſſa, in Romanorum fidem ſe permiſerunt. Hunc exitum id bellum habuit, quod cum Gallis geſtum eſt: bellum, ſi perditam hoſtium audaciam ſpectes, pugnas in illo pugnatas, numerum dimicantium & occiſorum, nulli eorum ſecundum, quæ hactenus à ſcriptoribus ſunt commemorata: ſin ipſa incepta, & ſtolidam rerum ſingularum adminiſtrationem, prorſus aſpernabile: quoniam Galli, non dicam in plerique, ſed prorſus in omnibus actionibus ſuis ira atque impetu non conſilio, reguntur. Nos igitur, gnari non multo poſt fuiſſe eos ex Circumpadana planitie univerſa expulſos, paucis locis exceptis, quæ ipſis ſubjacent Alpibus; duximus faciendum, ut quomodo primum in Italiam venerint, quas poſtea res ibi geſſerint, ac tandem quomodo illo tractu penitus exciderint, ſilentio non præ-

non prætermitteremus. Officium enim ſcriptorum eſſe putamus, ut hujuſmodi luſus Fortunæ memorabiles ad poſteros memoriæ tradant: ne ventura ætas ſi de ſimilibus caſibus nihil plane cognoverit, ſubitas atque temerarias Barbarorum irruptiones expaveſcat: ſed contra, breviter doceantur omnes, facile ac modico tempore deleri genus illud hominum poſſe ab iis qui fortiter reſtiterint; & omnia prius experiri in animum induxerint, quam neceſſaria ulla re ipſis cedant. Neque parvum judicio meo, ſed vel maximum momentum ad ea bella quæ pro communi Græcię libertate ſunt geſta, illi attulerunt, qui Perſarum expeditionem in Græciam aut Delphorum invaſionem à Gallis factam nobis prodiderunt. Nam ſi quis rerum tunc geſtarum miracula ob oculos ſibi poſuerit, recordatus etiam fuerit, quot hominum millia, quanta audacia viros, quantos apparatus, valida illorum manus debellaverit, qui prælia cum judicio & recta ratione ineunt: hunc nullæ opes, nulla armorum aut virorum copia deterreat, quominus pro patria regioneque ſua extremum virium conatum periclitari velit. Porro metus Gallorum non ſolum majorum temporibus, ſed memoria etiam noſtra Græcos ſæpius ſollicitos anxioſq; habuit. quo magis ſum incitatus, ut res illorum ſummatim quidem, verùm altius repetitas à principio exponerem. Nunc eò referamus orationem unde eſt digreſſa. Aſdrubal igitur dux Carthaginienſium poſt acminiſtratam annis octo Hiſpaniam,

ὑπάρχειν, τὰ τοιαῦτ' ἐπίσων διὰ τῆς τύχης εἰς μνήμην καὶ παράδοσιν τοῖς ἐπιγινομένοις· ἵνα μὴ τελέως οἱ μεθ' ἡμᾶς ἀνεννόητοι τῶν τοιούτων ὑπάρχοντες, ἐκπλήττωνται τὰς αἰφνιδίους καὶ παραλόγους τῶν Βαρβάρων ἐφόδους. ἀλλ' ἐπὶ ποσὸν ἐν νῷ λαβόντες, ὡς ὀλιγοχρόνιόν ἐστι, καὶ λίαν εὔφθαρτον, τοῖς τὸ φῦλον αὐτῶν ὑπομένουσι, καὶ πάσας ἐξελέγχουσι τὰς σφετέρας ἐλπίδας πρότερον, ἢ παραχωρῆσαι τινὸς τῶν ἀναγκαίων. Καὶ γὰρ τοὺς τὴν Περσῶν ἔφοδον ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Γαλατῶν ἐπὶ Δελφοὺς εἰς μνήμην καὶ παράδοσιν ἡμῖν ἀγαγόντας, οὐ μικρά, μεγάλα δ' οἴομαι συμβεβλῆσθαι πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς κοινῆς τῶν Ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνας. οὔτε γὰρ χορηγιῶν, οὔθ' ὅπλων, οὔτ' ἀνδρῶν πλῆθος καταπλαγείς, ἄν τις ἀποσταίη τῆς τελευταίας ἐλπίδος, τοῦ διαγωνίζεσθαι περὶ τῆς σφετέρας χώρας καὶ πατρίδος· λαμβάνων πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ παράδοξον τῶν τότε γενομένων· καὶ μνημονεύων ὅσας μυριάδας, καὶ τίνας τόλμας καὶ πηλίκας παρασκευάς, ἡ τῶν σὺν νῷ καὶ μετὰ λογισμοῦ κινδυνευόντων αἵρεσις καὶ δύναμις καθεῖλεν. ὁ δὲ ἀπὸ Γαλατῶν φόβος οὐ μόνον τὸ παλαιόν, ἀλλὰ καθ' ἡμᾶς ἤδη πλεονάκις ἐξέπληξε τοὺς Ἕλληνας. διὸ καὶ μᾶλλον ἔγωγε παρωρμήθην ἐπὶ τὸ κεφαλαιώδη μέν, ἀνέκαθεν δὲ ποιήσασθαι τὴν ὑπὲρ τούτων ἐξήγησιν. Ἀσδρούβας δ' ὁ τῶν Καρ- 36
χηδονίων στρατηγὸς (ἀπὸ γὰρ τούτων παρεξέβημεν τῆς ἐξηγήσεως) ἔτη χειρίσας ὀκτὼ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἐτελεύτησε δολοφονηθεὶς ἐν τοῖς ἑαυτοῦ καταλύμασιν νυκτὸς ὑπό

τινος

τινος Κελτοῦ τὸ γένος ἰδίων ἕνεκα ἀδικημάτων, οὐ μικρὰν, ἀλλὰ μεγάλην ποιήσας ἐπίδοσιν τοῖς Καρχηδονίων πράγμασι· οὐχ οὕτω διὰ τῶν πολεμίων ἔργων, ὡς διὰ τῆς πρὸς τοὺς δυνάστας ὁμιλίας. τὴν δὲ στρατηγίαν οἱ Καρχηδόνιοι τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Αννίβᾳ περιέθεσαν ὄντι νέῳ διὰ τὴν ὑποφαινομένην ἐκ τῶν πράξεων ἀγχίνοιαν αὐτοῦ καὶ τόλμαν. ὃς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εὐθέως δῆλος ἦν ἐκ τῶν ἐπινοημάτων πόλεμον ἐξοίσων Ρωμαίοις. ὃ δὴ καὶ τέλος ἐποίησε, πάνυ βραχὺν ἐπισχὼν χρόνον. τὰ μὲν οὖν κατὰ Καρχηδονίους καὶ Ρωμαίους ἀπὸ τούτων ἤδη τῶν καιρῶν ἐν ὑποψίαις ἦν πρὸς ἀλλήλους καὶ παρατριβαῖς. οἱ μὲν γὰρ ἐπεβούλευον ἀμύνασθαι σπεύδοντες διὰ τὰς περὶ Σικελίαν ἐλαττώσεις. οἱ δὲ Ρωμαῖοι διηπίστουν, θεωροῦντες αὐτῶν τὰς ἐπιβολάς. ἐξ ὧν δῆλον ἦν τοῖς ὀρθῶς σκοπουμένοις, ὅτι μέλλουσι πολεμεῖν ἀλλήλοις οὐ μετὰ πολὺν χρόνον. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Αχαιοὶ καὶ Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, ἅμα τοῖς ἄλλοις συμμάχοις συνίσταντο τὸν πρὸς Αἰτωλοὺς πόλεμον τὸν προσαγορευθέντα συμμαχικόν. ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τά τε περὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην καὶ τὰς ἑξῆς πράξεις διεξιόντες κατὰ τὸ συνεχὲς τῆς προκατασκευῆς, ἥκομεν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ τε συμμαχικοῦ, καὶ τοῦ δευτέρου συστάντος μὲν Ρωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πολέμου, προσαγορευθέντος δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις Αννιβιακοῦ· κατὰ δὲ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν ἐπηγγειλάμεθα ποιήσασθαι τὴν ἀρχὴν τῆς ἑαυτῶν συντάξεως· πρέπον γ' ἂν εἴη τούτων ἀφεμένους, ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἑλλάδα μεταβαίνειν πράξεις, ἵνα

noctu in hoſpitio ſuo periit, à Gallo quodam privatas injurias ulciſcente, per dolum cæſus. magnopere hic vir Carthaginienſium auxit imperium; non armis tamen adeo, ut comitate, qua regulos demerebatur. provinciam Hiſpaniam Carthaginienſes Hannibali detulerunt, admodum juveni: ſed qui in omnibus quæ inſtitueret magni ingenii virtutiſque ſpecimen dabat. vix imperium ſuſceperat Hannibal, cum ex omnibus ejus conſiliis facile poterat intelligi, bellum contra Romanos fore geſturum. quod & brevi intermiſſo tempore, tandem fecit. Jam tum illa tempeſtate Carthaginienſes & Romani invicem ſibi eſſe ſuſpecti, mutuiſque offenſionibus irritari incipiebant. nam illi ſtudio ulciſcendi acceptas in Sicilia clades, conſilia clandeſtina inibant: Romani quid illi pararent non ignari, parum eis fidere. ut exiſtimatu facile eſſet, brevi inter hos duos populos bellum erupturum. Hoc etiam eſt illud tempus, quo Achæi & rex Philippus cum reliquis ſociis, bellum contra Ætolos ſuſceperunt, quod Sociale eſt nuncupatum. Quoniam autem expoſitis rebus Siculis atque Africanis, & hiſce connexis aliis, prout continua Præparationis noſtræ ſeries poſtulabat, ad initium devenimus Socialis belli, & Punici ſecundi inter Romanos Carthaginienſeſque geſti; (multi Annibalicum vocant) à quibus temporibus opus noſtrum eſſe nos exorſuros, ſtatim in illius principio ſumus polliciti: commodum jam eſt, ut prioribus omiſſis ſermonibus, ad

res Græ-

res Græcorum declarandas nos conferamus: ut poſtquam omni ex parte ſibi ſimilem Præparationem noſtram, reddiderimus, & ad eadem tempora narrationem perduxerimus; ita demum eam hiſtoriam inchoëmus, quę proprie à nobis ſuſcepta & cum demonſtratione cauſſarum eſt futura conjuncta. Jam vero quia non alicujus populi geſta, ut fecêre alii hactenus, verbi gratia Græcorum vel Perſarum, commemoranda ſuſcepimus: ſed notarum orbis partium ſimul omnia: quando ad eam rem propria quædam ſubſidio noſtra hæc ætas attulit, de quibus ſingillatim alibi dicemus: operæ pretium fuerit populorum locorumq; hodie in Orbe cognitorum, nobiliſſimos quoſque breviter attingere. Sed Aſiaticorum quidem & Ægyptiorum mentionem à jam dicto tempore exordiri ſatis erit: quando priſtini quidem illorum ſtatus hiſtoriam multi ediderunt, & tenent jam omnes: noſtro autem hoc ſeculo nihil apud illos mutatum eſt, neque Fortuna quicquam innovavit, cujus gratiâ repeti altius debeat eorum memoria. contra in Achæorum gente & Macedonum regia domo, paucis meminiſſe priorum temporum oportebit: quoniam hæc quidem deleta funditus; Achæi vero mirificè per concordiam mutuam noſtra memoria crevêre. Nam quum multi ante hæc tempora eſſent conati Peloponneſiis perſuadera, ut communibus conſiliis omniū ſaluti conſulerent: neq; tamen perficere quod inſtituerat quiſquam

πανταχόθεν ὁμοίαν ποιησάμενοι τὴν προκατασκευὴν καὶ τὴν ἔφοδον ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς καιρούς, οὕτως ἤδη τῆς ἰδίας καὶ τῆς ἀποδεικτικῆς ἱστορίας ἀρχώμεθα.
ἐπεὶ γὰρ οὐ τινὰς πράξεις, καθάπερ οἱ 37
πρὸ ἡμῶν, οἷον τὰς Ἑλληνικὰς ἢ Περσικάς, ὁμοῦ δὲ τὰς ἐν τοῖς γνωριζομένοις μέρεσι τῆς οἰκουμένης ἀναγράφειν ἐπικεχειρήκαμεν, διὰ τὸ πρὸς τὸ μέρος τῆς ὑποθέσεως ἴδιόν τι συμβεβλῆσθαι τοὺς καθ' ἡμᾶς καιρούς, ὑπὲρ ὧν σαφέστερον ἐν ἑτέροις δηλώσομεν· δέον ἂν εἴη καὶ πρὸ τῆς κατασκευῆς ἐπὶ βραχὺ τῶν ἐπιφανεστάτων καὶ γνωριζομένων ἐθνῶν καὶ τόπων ἐφάψασθαι τῆς οἰκουμένης. Περὶ μὲν οὖν τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον, ἀρκούντως ἔχει ποιεῖσθαι τὴν ἀνάμνησιν ἀπὸ τῶν νῦν ῥηθέντων καιρῶν, διὰ τὸ τὴν μὲν ὑπὲρ τῶν προγεγονότων παρ' αὐτοῖς ἱστορίαν ὑπὸ πλειόνων ἐκδεδόσθαι καὶ γνώριμον ὑπάρχειν ἅπασιν. ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς μηδὲν αὐτοῖς ἐξηλλαγμένον ἀπηντῆσθαι, μηδὲ παράλογον ὑπὸ τῆς τύχης, ὥστε προσδεῖσθαι τῆς τῶν προγεγονότων ὑπομνήσεως. περὶ δὲ τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, καὶ περὶ τῆς τῶν Μακεδόνων οἰκίας, ἁρμόσει διὰ βραχέων ἀναδραμεῖν τοῖς χρόνοις· ἐπειδὴ περὶ μὲν ταύτην ὁλοσχερὴς ἐπαναίρεσις· περὶ δὲ τοὺς Ἀχαιούς, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, παράδοξος αὔξησις καὶ συμφρόνησις ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς γέγονε. πολλῶν γὰρ ἐπιβαλομένων ἐν τοῖς παρεληλυθόσι χρόνοις ἐπὶ ταυτὸ συμφέρειν ἀγαγεῖν Πελοποννησίους· οὐδενὸς δὲ καθικέσθαι δυνηθέντος, διὰ τὸ μὴ τῆς

κοινῆς ἐλευθερίας ἕνεκεν· ἀλλὰ τῆς σφετέρας δυναστείας χάριν ἑκάστων ποιουμένων τὴν σπουδήν, τοιαύτην καὶ τηλικαύτην ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς καιροῖς ἔσχε προκοπὴν καὶ συντέλειαν τοῦτο τὸ μέρος, ὥστε μὴ μόνον συμμαχικὴν καὶ φιλικὴν κοινωνίαν γεγονέναι πραγμάτων περὶ αὐτούς· ἀλλὰ καὶ νόμοις χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς καὶ σταθμοῖς, καὶ μέτροις, καὶ νομίσμασι. πρὸς δὲ τούτοις, ἄρχουσι, βουλευταῖς, δικασταῖς τοῖς αὐτοῖς· καθόλου δὲ τούτῳ μόνῳ διαλλάττειν, τοῦ μὴ μιᾶς πόλεως διάθεσιν ἔχειν σχεδὸν τὴν σύμπασαν Πελοπόννησον, τῷ μὴ τὸν αὐτὸν περίβολον ὑπάρχειν τοῖς κατοικοῦσιν αὐτήν· τἄλλα δ' εἶναι καὶ κοινῇ καὶ κατὰ πόλεις ἑκάστοις ταὐτὰ καὶ παραπλήσια.

38 πρῶτον δὲ, πῶς ἐπεκράτησε, καὶ τίνι τρόπῳ τὸ τῶν ΑΧΑΙΩΝ ὄνομα κατὰ πάντων Πελοποννησίων, οὐκ ἄχρηστον μαθεῖν. οὔτε γὰρ χώρας καὶ πόλεων πλήθει διαφέρουσιν οἱ πάτριον ἐξ ἀρχῆς ἔχοντες τὴν προσηγορίαν ταύτην, οὔτε πλούτοις, οὔτε ταῖς τῶν ἀνδρῶν ἀρεταῖς. τό, τε γὰρ τῶν Ἀρκάδων ἔθνος, ὁμοίως δὲ καὶ τὸ τῶν Λακώνων, πλήθει μὲν ἀνδρῶν καὶ χώρας, οὐδὲ παρὰ μικρὸν ὑπερέχει. καὶ μὴν οὐδὲ τῶν τῆς ἀνδραγαθίας πρωτείων, οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων οἷοί τ' εἰσὶν οὐδέποτε παραχωρεῖν οἱ προειρημένοι. πῶς οὖν καὶ διὰ τί νῦν εὐδοκοῦσιν οὗτοί τε, καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος τῶν Πελοποννησίων, ἅμα τὴν πολιτείαν τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τὴν προσηγορίαν μετειληφότες; δῆλον ὡς τύχην μὲν λέγειν, οὐδαμῶς ἂν εἴη πρέπον· φαῦλον γάρ· αἰτίαν δὲ μᾶλλον ζητεῖν.

potuiſſet: quod non ſtudio defendendæ communis libertatis; ſed ad ſtabiliendam quiſque ſuam dominationem id negotium ſuſciperent: noſtra hac ætate tale tantumque ea res incrementum cepit, vel potius adeo perfecta eſt; ut non ſolum ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe jungendam coierint: ſed etiam legibus, ponderibus, menſuris, pecunia denique eadem utantur: ad hęc, magiſtratibus, ſenatoribus, judicibus iiſdem: atque uno verbo, quominus univerſa propemodum Peloponneſus pro urbe unica poſſit cenſeri, id unum obſtat, quod non eorundem mœnium ambitu omnes ejus incolæ capiantur. cætera apud illos & in commune & per ſingulas urbes ſimilia ſunt atque eadem. Ipſum primò nomen ACHÆORUM quomodo & qua ratione de omnibus Peloponneſiis ceperit uſurpari, pretium operę fuerit ſcire. qui enim à majoribus ſuis eam appellationem acceperunt, neque urbium numero, neque opibus, neque eximia ulla virorum præſtantia cæteris ullo modo excellunt. Nam Arcadum ſane natio, & Lacedæmoniorum quoque, quà numero hominum, quà ditionis magnitudine Achæos longo intervallo ſuperant. ſed ne fortitudinis quidem gloriam illi quos diximus, cuiquam ex omnibus Gręcis conceſſerint. quî igitur factum eſt, quamve ob cauſam, ut & Achæi, & qui in illorum Reip. ac nominis ſocietatem coaluêre cæteri Peloponneſii, adeo ſecundam hodie famam obtineant? & quidem Fortunam ejus rei auctorem facere, nequaquam deceat: amentia namque id fuerit: quin

potius

potius cauſſam ſcrutari debemus; ſine qua, neque eorum quæ rationem manifeſtam habent, neque eorum quæ præter rationem fieri videntur, evenire quicquam poteſt. Porrò cauſſa meo judicio hæc eſt. Non eſt invenire ullam hominum ſocietatem, in qua juris æquabilitas, libertas, & ut brevi abſolvam, popularis verè ſtatus magis vigeat, aut inſtituta ſinceriora, quàm apud Achęos. Hęc Reip. forma à multis Peloponneſiis ultro eſt ſuſcepta; multi rationibus & apta ad perſuadendum oratione ut illa uterentur ſunt adducti: ad quoſdam cum per occaſionem vis eſſet adhibita; facile ſtatim impetratum, ut in eo propriis voluntatibus acquieſcerent, quod initio coacti probaverant. Nam quia nullum iis reſervabatur privilegium, qui ab initio eam condiderant: ſed ut quiſque aſſumebatur, eodem penitus jure cum cæteris eſſe incipiebat; ſane quam facile res hæc publica, duobus illis uſa quæ plurimum poſſunt, æqualitate juris, & comitate, voti ſui compos eſt facta. Hęc ergo prima certaque exiſtimari cauſſa debet, ejus concordiæ, qua ſemel initâ, ad has opes tantas Peloponneſii pervenêre. Quod autem ea inſtituta & publicarum rerum adminiſtratio, qualem diximus, jam ante penes Achæos fuerit; multis quidem etiam aliis liquet teſtimoniis: verùm ex omnibus unum aut alterum attuliſſe, in præſentia ſufficerit. Quo tempore in illa parte Italię quam Magnam Græciam vocabant, Pythagoreorum collegia ſunt incenſa: motu rerum ſicuti par eſt, mox coorto in civitatibus, quarum ſingulæ principes ſuæ Reipub.

χωρὶς γὰρ ταύτης, οὔτε τῶν κατὰ λόγον, οὔτε τῶν παρὰ λόγον εἶναι δοκούντων οὐδὲν οἷόν τε συντελεσθῆναι. ἔστιν οὖν ὡς ἐμὴ δόξα τοιαύτη. Τῆς ἰσηγορίας καὶ παῤῥησίας καὶ καθόλου δημοκρατίας ἀληθινῆς σύστημα καὶ προαίρεσιν εἰλικρινεστέραν οὐκ ἂν εὕροι τις τῆς παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς ὑπαρχούσης. αὕτη τινὰς μὲν ἐθελοντὶ αἱρετιστὰς εὗρε Πελοποννησίων· πολλοὺς δὲ πειθοῖ καὶ λόγῳ προσηγάγετο· τινὰς δὲ βιασαμένη σὺν καιρῷ, παραχρῆμα πάλιν εὐδοκεῖν ἐποίησεν αὐτῇ τοὺς ἀναγκασθέντας. οὐδενὶ γὰρ οὐδὲν ὑπολειπομένη πλεονέκτημα τοῖς ἐξ ἀρχῆς, ἴσα δὲ πάντα ποιοῦσα τοῖς ἀεὶ προσλαμβανομένοις, ταχέως καθικνεῖτο τῆς προκειμένης ἐπιβολῆς, δύο συνεργοῖς χρωμένη τοῖς ἰσχυροτάτοις, ἰσότητι καὶ φιλανθρωπίᾳ. διὸ ταύτην ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον ἡγητέον τοῦ συμφρονήσαντας Πελοποννησίους, τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς εὐδαιμονίαν κατασκευάσασθαι. τὸ μὲν οὖν τῆς προαιρέσεως καὶ τῆς πολιτείας ἰδίωμα, τὸ νῦν εἰρημένον, καὶ τὸ πρότερον ὑπῆρχε παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς· δῆλον δὲ τοῦτο καὶ δι' ἑτέρων μὲν πλειόνων, πρὸς τὸ παρὸν δ' ἀρκέσει πίστεως χάριν, ἓν ἢ καὶ δύο ληφθὲν μαρτύριον. 39 Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις, κατὰ τὴν Μεγάλην Ἑλλάδα τότε προσαγορευομένην, * ἐνέπρησε τὰ συνέδρια τῶν Πυθαγορείων· μετὰ ταῦτα δὲ γινομένου κινήματος ὁλοσχεροῦς περὶ τὰς πολιτείας, ὅπερ εἰκὸς, ὡς ἂν τῶν πρώτων ἀνδρῶν ἐξ ἑκάστης πό-

λεως

λεως ἄλλω παραλόγως διαφθαρέντων· συνέβη τὰς κατ᾽ ἐκείνους τοὺς τόπους Ἑλληνικὰς πόλεις ἀναπλησθῆναι φόνου καὶ στάσεως καὶ παντοδαπῆς ταραχῆς. ἐν οἷς καιροῖς ἀπὸ τῶν πλείστων μερῶν τῆς Ἑλλάδος πρεσβευόντων ἐπὶ τὰς διαλύσεις, Ἀχαιοῖς καὶ τῇ τούτων πίστει συνεχρήσαντο πρὸς τὴν τῶν παρόντων κακῶν ἐξαγωγήν. οὐ μόνον δὲ κατὰ τούτους τοὺς καιροὺς ἀπεδέξαντο τὴν αἵρεσιν τῶν Ἀχαιῶν· ἀλλὰ καὶ μετά τινας χρόνους ὁλοσχερῶς ὥρμησαν, ἐπὶ τὸ μιμηταὶ γενέσθαι τῆς πολιτείας αὐτῶν· παρακαλέσαντες γὰρ σφᾶς, καὶ συμφρονήσαντες Κροτωνιάται, Συβαρῖται, Καυλωνιάται, πρῶτον μὲν ἀπέδειξαν ΔΙΟΣ ΟΜΟΡΙΟΥ κοινὸν ἱερὸν καὶ τόπον, ἐν ᾧ τάς τε συνόδους καὶ τὰ διαβούλια συνετέλουν. δεύτερον τοὺς ἐθισμοὺς καὶ νόμους ἐκλαβόντες τοὺς τῶν Ἀχαιῶν, ἐπεβάλοντο χρῆσθαι καὶ διοικεῖν κατὰ τούτους τὴν πολιτείαν. ὑπὸ δὲ τῆς Διονυσίου τοῦ Συρακουσίου δυναστείας, ἔτι δὲ τῆς τῶν περιοικούντων Βαρβάρων ἐπικρατείας ἐμποδισθέντες, οὐχ ἑκουσίως, ἀλλὰ κατ᾽ ἀνάγκην αὐτῶν ἀπέστησαν. μετὰ δὲ ταῦτα Λακεδαιμονίων μὲν παραδόξως πταισάντων περὶ τὴν ἐν Λεύκτροις μάχην, Θηβαίων δ᾽ ἀνελπίστως ἀντιποιησαμένων τῆς Ἑλλήνων ἡγεμονίας, ἦν ἀκρισία περὶ πάντας μὲν τοὺς Ἕλληνας, μάλιστα δὲ περὶ τοὺς προειρημένους, ὡς ἂν τῶν μὲν μὴ συγχωρούντων ἡττῆσθαι, τῶν δὲ μὴ πιστευόντων ὅτι νενικήκασιν. οὐ μὴν ἀλλά γε καὶ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἐπέτρεψαν Θηβαῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι μόνοις τῶν Ἑλλήνων Ἀχαιοῖς· οὐ πρὸς τὴν δύνα-

adeo inopinato caſu amiſerant: contigit, ut quæ ſunt in illa ora Græcæ originis urbes, cæde, ſeditione & tumultu omnifariam complerentur. tum igitur, cum plerique omnes Græci legatos ſuos ad conciliandam pacem eò mitterent: unius tamen populi Achæorum fide ac conſiliis civitates uſæ ſunt ad componenda quibus urgebantur mala. neque vero ea dumtaxat tempeſtate Achæorum inſtituta probare ſe oſtenderunt: ſed etiam aliquanto poſt communi omnes conſenſu formam Reip. illorum imitari decreverunt: hortatique ſeſe invicem Crotoniatę, Sybaritæ, Cauloniatæ, unanimes JOVI HOMORIO ędem ponunt, & locum in eo ad conventus agendos & concilia communia habenda. deinde mores legeſq; Achęorum addiſcunt, illiſque uti in adminiſtratione rei ſuæ publicæ inſtituunt. nam quod poſtea mutaverint, non voluntate ipſorum factum; ſed neceſſitate ſunt coacti: quum ejus rei facultatem ipſis adimeret, partim Dionyſii Syracuſani dominatus, partim circumiacentium Barbarorum prævalens potentia. Poſt hęc cum inopinatam apud Leuctra cladem Lacedæmonii accepiſſent, & Thebani, quod nemo unquam ſperaverat, Gręciæ principatum ſibi vindicarent: tum apud omnes in univerſum Græcos, tum præcipuè Lacedæmonios & Thebanos perturbatio ingens exſtitit. namque hi negare ſe victos: illi non credere hos viciſſe. hujus vero contentionis arbitrium utrique permiſerunt ſolis ex omni Gręcorum numero Achęis:

to Acheis: non quidem potentię ratione habita: nam illis certè temporibus minimum hi inter Grecos poterant: ſed fidei potius, & probitatis, quam in omnibus rebus præ ſe ferebant. cuncti enim per illa tempora, in hac opinione de Achæis ſine controverſia conſentiebant. Sed tum quidem voluntas & conſilia ſolum recta penes illos erant: effectum aliquem, aut memorabile ullum facinus ad res ſuas amplificandas edere non poterant: dux nempe conſiliis par illis deerat: nam ſimul aliquis majoris indolis ſpecimen dederat, continuo vel Lacedæmoniorum principatus, vel Macedones, (& quidem hi potiſſimum) luminibus ejus obſtruebant, & conatus impediebant. Poſtea vero quàm tandem aliquando pares conſiliis ſuis ea Reſp. duces fuit nacta: brevi tempore quid in ipſa virium ac roboris eſſet palàm fecit; facinore edito longe pulcherrimo: concordiam dico Peloponneſiorum. Enimvero dux quidem & auctor tam præclari incepti Sicyonius Aratus fuit: promovit autem illud ac tandem conſummavit Megalopolitanus Philopœmen. confirmavit vero & ut etiam in poſterum aliquandiu ſaltem res duraret, Lycortas effecit, quique ejus ſectam ſecuti ſunt alii. quid autem ſinguli præſtiterint, quove modo aut tempore, in progreſſu ſcriptionis declarabimus, ac ſuis locis obſervabimus. Arati tamen facta, & nunc, & deinceps ſummatim dicemus: quia exſtant ab ipſo editi ſingulari tum fide tum ſermonis perſpicuitate Commentarii. quę ad alios pertinebunt,

μιν ἀπολελείψαντες· σχεδὸν γὰρ τότε ἐλαχίστην οὖσαν τῶν Ἑλλήνων, εἰκὸς δὲ πλεῖον εἰς τὴν πίστιν καὶ τὴν ὅλην καλοκἀγαθίαν. ὁμολογουμένως γὰρ δὴ τότε ταύτην περὶ αὐτῶν πάντες εἶχον τὴν δόξαν. τότε μὲν οὖν ψιλῶς αὐτὰ τὰ κατὰ τὴν προαίρεσιν ὑπῆρχε παρ' αὐτοῖς· ἀποτέλεσμα δὲ, ἡ πρᾶξις ἀξιόλογος πρὸς τὴν αὔξησιν τῶν ἰδίων ἀνήκουσα πραγμάτων, οὐκ ἐγίνετο τῷ μὴ δύνασθαι φῦναι προστάτην ἄξιον τῆς προαιρέσεως, ἀεὶ δὲ τὸν ὑποδειχθέντα ποτὲ μὲν ὑπὸ τῆς Λακεδαιμονίων ἀρχῆς ἐπισκοτεῖσθαι καὶ κωλύεσθαι, ποτὲ δὲ μᾶλλον ὑπὸ τῶν Μακεδόνων. ἐπεὶ δέ ποτε σὺν καιρῷ προστάτας ἀξιόχρεως εὗρε, ταχέως τὴν αὐτῆς δύναμιν ἐποίησε φανερὰν· ἐπιτελεσαμένη τὸ κάλλιστον ἔργον, τὴν Πελοποννησίων ὁμόνοιαν. ἧς ἀρχηγὸν μὲν καὶ καθηγεμόνα τῆς ὅλης ἐπιβολῆς Ἄρατον νομιστέον τὸν Σικυώνιον· ἀγωνιστὴν δὲ καὶ τελεσιουργὸν τῆς πράξεως, Φιλοποίμενα τὸν Μεγαλοπολίτην· βεβαιωτὴν δὲ τοῦ μόνιμον αὐτὴν ἐπὶ ποσὸν γενέσθαι Λυκόρταν, καὶ τοὺς ταὐτὰ τούτῳ προελομένους ἄνδρας. τίνα δ' ἦν ἑκάστοις τὰ πραχθέντα, καὶ πῶς, καὶ κατὰ ποίους καιροὺς, πειρασόμεθα δηλοῦν ἀεὶ κατὰ τὸ πρέπον τῇ γραφῇ ποιούμενοι τὴν ἐπιστασίαν. τῶν μὲν τοί γε Ἀράτῳ διῳκημένων, καὶ νῦν, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν ἐπικεφαλαιούμενοι μνησθησόμεθα, διὰ τὸ καὶ λίαν ἀληθινοὺς καὶ σαφεῖς ἐκεῖνον περὶ τῶν ἰδίων συντεταχέναι πράξεων ὑπομνηματισμούς· τῶν δὲ τοῖς ἄλλοις ἀκριβέστερον καὶ μετὰ δια-

ϛολῆς ποιησόμεθα τ' ἐξήγησιν. ὑπολαμβάνω δ', ῥᾴςην ἐμοίτ' ἂν γίνεσθαι τ' διήγησιν, καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν εὐπαρακολούθητον τ' μάθησιν, εἰ ποιησαίμεθα τ' ἐπίςασιν ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν, ἐν οἷς κατὰ πόλιν διαλυθέντος τοῦ τ' Ἀχαιῶν ἔθνους ὑπὸ τ' ἐκ Μακεδονίας βασιλέων, ἀρχὴ πάλιν ἐγένετο καὶ σύννευσις τ' πόλεων πρὸς ἀλλήλας. ἀφ' ἧς αὐξανόμενον κατὰ τὸ συνεχὲς ἔθνος, εἰς ταύτην ἦλθε τ' συντέλειαν, ἐν ᾗ καθ' ἡμᾶς ἦν, ὑπὲρ ἧς κατὰ μέρος ἀρτίως εἶπον.

41 Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν εἰκοστὴ καὶ τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν, ὅτε Πατρεῖς ἤρξαντο συμφρονεῖν καὶ Δυμαῖοι· καιροὶ δὲ, καθ' οὓς Πτολεμαῖος ὁ Λάγου καὶ Λυσίμαχος, ἔτι δὲ Σέλευκος, καὶ Πτολεμαῖος ὁ Κεραυνὸς, μετήλλαξαν τ' βίον. πάντες γὰρ οὗτοι περὶ τ' προειρημένην Ὀλυμπιάδα τὸ ζῆν ἐξέλιπον. τοὺς μὲν ἀνώτερον τούτων χρόνους, τοιαύτη τις ἦν, ἡ περὶ τὸ προειρημένον ἔθνος διάθεσις. ἀπὸ γὰρ Τισαμενοῦ βασιλευθέντες, ὃς ἦν Ὀρέςου μὲν υἱὸς, κατὰ δὲ τ' τ' Ἡρακλειδῶν κάθοδον ἐκπεσὼν τῆς Σπάρτης, κατέσχε τοὺς περὶ Ἀχαΐαν τόπους· ἀπὸ τούτου κατὰ τὸ συνεχὲς καὶ κατὰ τὸ γένος ἕως Γύγου βασιλευθέντες μετὰ ταῦτα δυσαρεςήσαντες τοῖς τοῦ προειρημένου παισὶν, ἐπὶ τῷ μὴ νομίμως ἀλλὰ δεσποτικῶς αὐτῶν ἄρχειν, μετέςησαν εἰς δημοκρατίαν τ' πολιτείαν. λοιπὸν ἤδη τοὺς ἑξῆς χρόνους μέχρι τ' Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου δυναστείας, ἄλλοτε μὲν ἄλλως ἐχώρει τὰ πράγματ' αὐτοῖς κατὰ τὰς περιςάσεις· τό γε μὴν κοινὸν πολίτευμα, καθάπερ εἰρήκαμεν, ἐν δη-

exquiſitiore diligentia, judicio etiam adhibito, perſequemur. Exiſtimo autem & faciliorem mihi narrationem futuram, & lectoribus ad intelligenda recte omnia expeditiorem viam; ſi ab eo tempore ſcriptionem ordiamur, quo poſt diviſam oppidatim gentem Achęorum à Macedoniæ regibus, cœpere civitatum voluntates ad mutuam ſocietatem inclinare. ex quo gens Achęorum continuis incrementis aucta, in eam molem tandem pervenit, quam hodie cernimus, & de qua modo particulatim dicebamus. Olympias agebatur centeſima vigeſima quarta, cum Patrenſes & Dymæi concordiæ hujus fundamenta jecerunt: quo tempore Ptolemæus Lagi filius, Lyſimachus, itemque Seleucus, & Ptolemęus cognomine Ceraunus, vitam cum morte commutarunt. omnes enim iſti circa eandem Olympiadem in vivis eſſe deſierunt. Ad ſuperiora vero tempora quod attinet, gentis Achęorum ſtatus fuit hujuſmodi. Tiſamenus Oreſtis filius, poſt reditum Heraclidarum Sparta ejectus, Achaïæ loca obtinuit, primuſque rex ejus populi fuit: duravit inſtitutum ab eo regnum, continua ſtirpis ejuſdem ſerie propagatum ad Gygem uſque. cujus poſtea filios averſati, quoniam non pro legitimo rege, ſed pro hero inter illos ſe gerebat, priorem Reip. ſuæ formam, in popularem ſtatum converterunt. neque deſierunt inſecutis deinceps temporibus, ad dominatum uſque Alexandri & Philippi, licet aliâs aliter, pro temporum neceſſitatibus, res illorum ſe haberent: at formam tamen Reip.

men Reipub. in populari ſtatu, ſicut diximus pro viribus retinere. ea democratia è XII urbibus conſtabat; quę nunc quoque ſuperſunt, præter Olenum & Helicen; quam paullò ante cladem Leuctricam mare hauſit: ſunt autem hæ: Patrę, Dyma, Pharæ, Tritæa, Leontium, Ægira, Pellene, Ægium, Bura, Ceraunia, Olenus, Helice. Medio tempore inter Alexandri mortem & modo dictam Olympiadem, tanta inter eos inceſſit diſcordia atque væſania, idque regum Macedoniæ operâ potiſſimum: ut diſſipata urbium concordia, contrariis conſiliis ſibi unaquæque privatim conſuleret. ex quo factum, ut aliis ipſorum urbibus Demetrius & Caſſander, ac poſtea Gonatas Antigonus præſidia impoſuerint: aliæ etiam à tyrannis occuparentur. quorum numerus per Antigonum mirum in modum tempeſtate illa auxit inter Græcos. at circa Olympiadem CXXIV quo tempore in Italiam Pyrrhus trajecit; ducti pœnitentia, ſicuti jam diximus, ad concordiam redire ceperunt. Primi omnium concordiam iniêre Dymæi, Patrenſes, Tritæenſes, Pharæenſes: quamobrem ne columna quidem ulla extat teſtis conſenſus harum urbium in eandem Reip. formam. in quam ſunt adſcripti quinto ferme poſt anno Ægienſes qui præſidium oppido ejecerant. ſecuti dein Burii, occiſo tyranno: ſimul & Carynenſes, priſtino ſtatu recepto. Iſeas namque, tempeſtate illâ Caryneæ tyrannus, qui præſidium Ægio cerneret ejectum, occiſum verò Buræ tyrannum Marci & Achæorum

μοναρχίᾳ συνέχειν ἐπειρῶντο. ἦν δ' ἐκ δώδεκα πόλεων· ἃς ἔτι καὶ νῦν συμβαίνει διαμένειν πλὴν Ὠλένου, καὶ Ἑλίκης τῆς πρὸ τῶν Λευκτρικῶν ὑπὸ τῆς θαλάττης καταποθείσης. αὗται δ' εἰσί, Πάτραι, Δύμη, Φαραί, Τριταία, Λεόντιον, Αἴγειρα, Πελλήνη, Αἴγιον, Βοῦρα, Κεραυνία, Ὤλενος καὶ Ἑλίκη. κατὰ δὲ τοὺς ὑστέρους μὲν τῶν κατ' Ἀλέξανδρον καιρῶν, προτέρους δὲ τῆς ἄρτι ῥηθείσης Ὀλυμπιάδος, εἰς τοιαύτην διαφορὰν καὶ καχεξίαν ἐνέπεσον, καὶ μάλιστα διὰ τῶν ἐκ Μακεδονίας βασιλέων, ἐν ᾗ συνέβη πάσας τὰς πόλεις χωρισθείσας ἀπ' αὐτῶν ἐναντίως τὸ συμφέρον ἄγειν ἀλλήλαις. ἐξ οὗ συνέπεσε τὰς μὲν ἐμφρούρους αὐτῶν γενέσθαι διά τε Δημητρίου καὶ Κασσάνδρου, καὶ μετὰ ταῦτα δι' Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ. τὰς δὲ καὶ τυραννεῖσθαι· πλείστους γὰρ δὴ μονάρχους οὗτος ἐμφυτεῦσαι δοκεῖ τοῖς Ἕλλησι. περὶ δὲ τὴν εἰκοστὴν καὶ τετάρτην Ὀλυμπιάδα πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, αὖθις ἤρξαντο μετανοήσαντες συμφρονεῖν. ταῦτα δ' ἦν κατὰ τὴν Πύρρου διάβασιν εἰς Ἰταλίαν. καὶ πρῶτοι μὲν συνέστησαν, Δυμαῖοι, Πατρεῖς, Τριταιεῖς, Φαραιεῖς· διόπερ οὐδὲ στήλην ὑπάρχειν συμβαίνει τῶν πόλεων τούτων περὶ συμπολιτείας. μετὰ δὲ ταῦτα μάλιστά πως ἔτει πέμπτῳ τὴν φρουρὰν ἐκβαλόντες Αἰγιεῖς, μετέσχον τῆς συμπολιτείας· ἑξῆς δὲ τούτοις, Βούριοι τὸν τύραννον ἀποκτείναντες· ἅμα δὲ τούτοις Καρυνεῖς ἀποκατέστησαν. συνιδὼν γὰρ Ἰσέας ὁ τῆς Καρυνείας τότε τυραννεύων, ἐκπεπτωκυῖαν μὲν ἐξ Αἰγίου τὴν φρουράν, ἀπολωλότα δὲ τὸν ἐν τῇ Βούρᾳ μόναρχον διὰ

Μάργου καὶ τῶν Ἀχαιῶν, ἑαυτὸν δὲ πανταχόθεν ὁρῶν ἴσον οὐκ ἤδη πολεμηθησόμενον· ἀποθέμενος τὴν ἀρχὴν, καὶ λαβὼν τὰ πιστὰ παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας, προσέθηκε τὴν πόλιν πρὸς τὸ τῶν Ἀχαιῶν σύστημα.

42 Τίνος οὖν χάριν ἐπὶ τοὺς χρόνους τούτους ἀνέδραμον; ἵνα πρῶτον μὲν γένηται συμφανὲς, πῶς καὶ κατὰ ποίους καιροὺς, καὶ τίνες πρῶτοι τῶν ἐξ ἀρχῆς Ἀχαιῶν αὖθις ἐποιήσαντο τὴν ἐπιβολὴν τῆς νῦν συστάσεως. δεύτερον δ' ἵνα καὶ τὰ τῆς προαιρέσεως, μὴ μόνον διὰ τῆς ἡμετέρας ἀποφάσεως, ἀλλὰ καὶ δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων πίστεως τυγχάνῃ· διότι μία τις ἀεὶ τῶν Ἀχαιῶν αἵρεσις ὑπῆρχε, καθ' ἣν προτείνοντες μὲν τὴν παρ' αὑτοῖς ἰσηγορίαν καὶ παῤῥησίαν, πολεμοῦντες δὲ καὶ καταγωνιζόμενοι συνεχῶς, τοὺς ἢ δι' αὑτῶν ἢ διὰ τῶν βασιλέων τὰς σφετέρας πατρίδας καταδουλουμένους, τούτῳ τῷ τρόπῳ καὶ ταύτῃ τῇ προθέσει, τοῦτο τοὔργον ἐπετέλεσαν, τὰ μὲν δι' αὑτῶν, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν συμμάχων. καὶ γὰρ τὰ δι' ἐκείνων συνεργήματα γενόμενα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐν τοῖς ἑξῆς χρόνοις, ἐπὶ τὴν τῶν Ἀχαιῶν προαίρεσιν ἀνοιστέον. πολλοῖς γὰρ κοινωνήσαντες πραγμάτων πλείστων τε καὶ καλλίστων Ῥωμαίοις, οὐδέποτε τὸ παράπαν ἐπεθύμησαν ἐκ τῶν κατορθωμάτων οὐδενὸς ἰδίᾳ λυσιτελοῦς· ἀλλ' ἀντὶ πάσης τῆς ἑαυτῶν φιλοτιμίας, ἣν παρείχοντο τοῖς συμμάχοις, ἀντικατηλλάττοντο τὴν ἑκάστων ἐλευθερίαν, καὶ τὴν κοινὴν ὁμόνοιαν Πελοποννησίων. Σαφέστερον δ' ὑπὲρ τούτων ἔσται διαλαμβάνειν ἐξ αὐτῶν τῶν περὶ τὰς πράξεις ἐνεργημάτων.

43 Εἴκοσι μὲν οὖν ἔτη τὰ πρῶτα καὶ πέντε συνεπολιτεύσαντο μεθ'

opera: ſe quoque ſentiret jamjam undique bello petendum: poſito dominatu, fideque ab Achæis accepta, fraudi eam rem ſibi non fore; ad conventum Achæorum urbem adjecit. Quorſum vero antiquiorum illorum temporum res heic attigi? primum quidem ut palam fieret, quomodo, quando, qui primi ex illis veteribus Achæis præſentis ſtatus fundamenta jecêre. deinde ut quod dicebamus de inſtitutis ejus gentis, non ex aſſertione noſtra, verum ex ipſis rebus fidem inveniret. unam videlicet illis ſemper fuiſſe Reipub. ſuę adminiſtrandæ rationem: per quam dum ad æqualitatem ac libertatem, quæ inter ipſos viget, homines invitant: eos autem qui vel propriis opibus, vel regum auxilio freti ſuas civitates ſibi ſervire cogunt, continuè bello petunt detruduntque: hac inquam ratione & propoſito, opus tantum, partim per ſe, partim per ſocios ad exitum perduxerunt. nam & quę ſociis adjuvantibus in hoc genere ſunt poſtea effecta, ad Achæorum inſtitutum referri debent. qui quum in plurimis & quidem pulcherrimis facinoribus Romanos imperatores multos adjuverint: nunquam tamen per occaſionem rei bene geſtę ullum ſibi proprium commodum cupiverunt: ſed ſemper pro navata egregie ſociis opera, mercedis loco ſingulorum libertatem & communem omnium Peloponneſiorum concordiam reportabant. Verùm de his ex actionibus ipſis rerum melius liquebit. Quinque igitur & viginti primos annos dictæ urbes Rempublicam

blicam eandem coluerunt, Scribam communem & Prætores duos in orbem eligentes. Poſtea placuit unum deſignare, cui rerum ſummam permitterent. eoque honore primus eſt uſus Marcus Carynenſis. Quartum annum in Prætura agebat Marcus, cum Aratus Sicyonius, viginti annos natus, ereptam jugo tyranni patriam virtute ſua & fortitudine, Achæorum Reip. attribuit. adeo jam inde à principio ætatis mores atque inſtituta illorum adamaverat. octavo deinde anno poſt iterum Prætor creatus, nonnullos è præſidio quod in Acrocorintho Antigonus habebat, pollicitationibus pellicit ad loci proditionem: quo mox occupato, ingenti quidem Peloponneſios metu liberavit Aratus; Corinthios verò poſt libertatem priſtinam eis redditam, ad Remp. Achæorum adjunxit. In eadem Prætura etiam Megarenſium urbem Achæis contribuit, aſtu in poteſtatem redactam. factum hoc anno prius quàm Carthaginienſes illa afficerentur clade, per quam univerſa excedere Sicilia, & tributum Romanis pendere tum primum ſunt coacti. Quum autem multum brevi tempore in ſuſcepto conſilio Aratus promoviſſet, ita deinceps gentis Achæorum principatum obtinebat, ut quęcumque inſtitueret aut ageret, ad unum hunc finem referret: quò nimirum poſſet Macedonas Peloponneſo ejicere, tyrannides amoliri, communem ac patriam libertatem ſingulis firmare. Hoc igitur animo dum Antigonus Gonatas viveret, quà illius variis co-

ἑαυτῶν αἱ προειρημέναι πόλεις, γραμματέα κοινὸν ἐκ περιόδου προχειριζόμεναι, καὶ δύο στρατηγούς. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ἔδοξεν αὐτοῖς ἕνα καθιστάναι, καὶ τούτῳ πιστεύειν ὑπὲρ τῶν ὅλων. καὶ πρῶτος ἔτυχε τῆς τιμῆς ταύτης Μάρκος ὁ Καρυνεύς. τετάρτῳ δ' ὕστερον ἔτει τοῦ προειρημένου στρατηγοῦντος, Ἄρατος ὁ Σικυώνιος, ἔτη μὲν ἔχων εἴκοσι, τυραννουμένην δὲ ἐλευθερώσας τὴν πατρίδα, διὰ τῆς ἀρετῆς τῆς ἑαυτοῦ καὶ τόλμης προσένειμε πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν, ἀρχῆθεν εὐθὺς ἐραστὴς γενόμενος τῆς προαιρέσεως αὐτῶν. ὀγδόῳ δὲ πάλιν ἔτει στρατηγὸς αἱρεθεὶς τὸ δεύτερον, καὶ πραξικοπήσας τὸν Ἀκροκόρινθον Ἀντιγόνου κυριεύοντος, καὶ γενόμενος ἐγκρατής· μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου τοὺς τὴν Πελοπόννησον κατοικοῦντας· ἐλευθερώσας δὲ Κορινθίους, προσηγάγετο πρὸς τὴν τῶν Ἀχαιῶν πολιτείαν. ἐπὶ δὲ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ τὴν τῶν Μεγαρέων πόλιν διαπραξάμενος, προσένειμε τοῖς Ἀχαιοῖς. ταῦτα δ' ἐγίνετο τῷ προτέρῳ ἔτει τῆς Καρχηδονίων ἥττης, ἐν ᾗ καθόλου Σικελίας ἐκχωρήσαντες πρῶτον, ὑπέμειναν τότε φόρους ἐνεγκεῖν Ῥωμαίοις. μεγάλην δὲ προκοπὴν ποιήσας τῆς ἐπιβολῆς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, λοιπὸν ἤδη διετέλει, προεστὼς μὲν τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους, πάσας δὲ τὰς ἐπιβολὰς καὶ πράξεις πρὸς ἓν τέλος ἀναφέρων. τοῦτο δ' ἦν, τὸ Μακεδόνας μὲν ἐκβαλεῖν ἐκ Πελοποννήσου, τὰς δὲ μοναρχίας καταλῦσαι, βεβαιῶσαι δ' ἑκάστοις τὴν κοινὴν καὶ πάτριον ἐλευθερίαν. μέχρι μὲν οὖν ἦν Ἀντίγονος ὁ Γονατᾶς, πρός τε τὴν ἐκείνου πολυπραγ-

συμπράττων, καὶ πρὸς τὴν τῶν Αἰτωλῶν πλεονεξίαν ἀντιταττόμενος διετέλει, πραγματικῶς ἕκαστα χειρίζων· καίπερ εἰς τοῦτο προβάντων ἀμφοτέρων ἀδικίας καὶ τόλμης, ὥστε ποιήσασθαι συνθήκας πρὸς ἀλλήλους, ὑπὲρ διαιρέσεως

44 τοῦ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνους. Ἀντιγόνου δὲ μεταλλάξαντος, καὶ συνθεμένων τῶν Ἀχαιῶν καὶ συμμαχίαν πρὸς Αἰτωλοὺς, καὶ μετασχόντων εὐγενῶς σφίσι τοῦ πρὸς Δημήτριον πολέμου· τὰ μὲν τῆς ἀλλοτριότητος καὶ δυσμενείας ἤρθη κατὰ τὸ παρὸν, ὑπεγένετο δὲ κοινωνική καὶ φιλική τις αὐτοῖς διάθεσις. Δημητρίου δὲ βασιλεύσαντος δέκα μόνον ἔτη, καὶ μεταλλάξαντος τὸν βίον περὶ τὴν πρώτην διάβασιν εἰς τὴν Ἰλλυρίδα Ῥωμαίων, ἐγένετό τις εὔροια πραγμάτων πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπιβολὴν τῶν Ἀχαιῶν. οἱ γὰρ ἐν τῇ Πελοποννήσῳ μόναρχοι δυσελπιστήσαντες ἐπὶ τῷ μετηλλαχέναι μὲν τὸν Δημήτριον, ὃς ἦν αὐτοῖς οἱονεὶ χορηγὸς καὶ μισθοδότης· ἐπικεῖσθαι δὲ τὸν Ἄρατον, οἰόμενον δεῖν σφᾶς ἀποτίθεσθαι τὰς τυραννίδας· καὶ τοῖς μὲν πεισθεῖσι μεγάλας δωρεὰς καὶ τιμὰς προτείνοντα· τοῖς δὲ μὴ προσέχουσιν ἔτι μείζους ἐπανατεινόμενον φόβους καὶ κινδύνους διὰ τῶν Ἀχαιῶν· ὥρμησαν ἐπὶ τὸ πεισθέντες ἀποθέσθαι μὲν τὰς τυραννίδας, ἐλευθερῶσαι δὲ τὰς ἑαυτῶν πατρίδας, μετασχεῖν δὲ τῆς τῶν Ἀχαιῶν πολιτείας. Λυσιάδας μὲν οὖν ὁ Μεγαλοπολίτης ἔτι ζῶντος Δημητρίου κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν, πάνυ πραγματικῶς καὶ φρονίμως προϊδόμενος τὸ

natibus, quà Ætolorum cupiditati creſcendi ex aliena injuria, aſſiduè ſeſe Aratus opponebat: ſingulari ſollertia omnia feliciter adminiſtrans: licet eò iniquitas & audacia utrorumque ſit progreſſa, ut fœdus inter ſe inirent, ad ſocietatem Achæorum diſſolvendam. Poſt Antigoni verò obitum, quum ſociali etiam fœdere Ætolis ſe Achæi junxiſſent, atque etiam in bello contra Demetrium ſtrenuam iis operam navaſſent: extinctis in pręſens ſimultatibus atque odiis; paullatim in eorundem Ætolorum animos ſocietatis amor & amicabilis affectio irrepſerunt. Decem tantum annos regnavit Demetrius: eodem propemodum tempore fato functus, quo prima Romanorum in Illyricum trajectio contigit. tum vero Achæis ad id perficiendum quod initio propoſuerant, magnæ rerum opportunitates ſe obtulerunt. quotquot enim tyranni in Peloponneſo fuere, ſpe omni deſtituti, partim ob Demetrii mortem, qui ſuis illos opibus ac mercedem penſitando ſuſtentabat: partim ob imminentem ipſorum cervicibus Aratum, qui poni tyrannides volebat: & ſponte ſua deponentibus magna præmia atque honores pollicebatur: renventibus, minas adhuc majores intentabat, & graviſſima pericula denuntiabat, quæ ab Achæis illos manerent: conſilium cepere tyrannide ſponte exuta, patrias quiſque ſuas liberandi, & Reip. Achæorum participandi. Lyſiadas vero Megalopolitanus vivo adhuc Demetrio, propria voluntate ac conſilio, ſollerter plane ac prudenter prævidens quod futurum erat, tyran-

tyrannidi renunciavit, ac communis juris univerſæ gentis particeps eſt factus. at tyrannus Argivorum Ariſtomachus, Hermionenſium Xenon, Phliaſiorum Cleonymus, abdicato unius dominatu, quo diximus tempore, communione ſtatus popularis Achæorum ſunt donati. Quum autem hoc rerum ſucceſſu vehementer jam Achæorum opes creviſſent: Ætoli, ſtimulati invidia ob inſitam illorum ingeniis improbitatem & diteſcendi malis artibus cupiditatem: &, quod præcipuum erat, ſpe diſſolvendi conjunctas invicem urbes, ſicut olim acciderat; quando Acarnanum oppida cum Alexandro diviſerant. & ut de Achaïcis cum Antigono Gonata facere idem poſſent, conſilia inierant. tunc quoque ſimilem ſpem ſibi oſtenſam arripientes, ſcelerate auſi ſunt & cum Antigono qui Macedoniæ tunc præerat, relictus Philippo adhuc puero tutor: & cum Cleomene Lacedęmoniorum rege, ſocietatem facere, ſuaſque cum utroq; illorum copias conjungere. qui enim viderent, tota Macedonia tuto Antigonum potiri: eundemque propter interceptum Acrocorinthum certum ac profeſſum Achæorum eſſe hoſtem, ſic apud ſe cogitabant; ſi Lacedęmonios inſuper ad ſocietatem ejus, quod moliebantur, poſſent pellicere, in odium prius Achæorum inductos: haut ſane difficile ſibi fore, ut opportuno tempore illos aggredientes, & bellum undique conflantes, eos debellarent. Et omnino ſimile veri eſt, habiturum fuiſſe exitum Ætolorum iſtud inceptum, niſi id omiſiſſent in eo ſuſci-

μέλλον, ἀπετίθετο τὴν τυραννίδα, καὶ μετεσχήκει τῆς ἐθνικῆς συμπολιτείας. Ἀριστόμαχος δὲ ὁ τῶν Ἀργείων τύραννος, καὶ Ξένων ὁ τῶν Ἑρμιονέων, καὶ Κλεώνυμος ὁ τῶν Φλιασίων, τότε ἀποθέμενοι τὰς μοναρχίας, ἐκοινώνησαν τῆς τῶν Ἀχαιῶν δημοκρατίας. ὀλοσχερεστέ- 45
ρας δὲ γινομένης αὐξήσεως διὰ ταῦτα καὶ προκοπῆς περὶ τὸ ἔθνος· Αἰτωλοὶ διὰ τὴν ἔμφυτον ἀδικίαν καὶ πλεονεξίαν φθονήσαντες, τὸ δὲ πλεῖον ἐλπίσαντες καταδιελέσθαι τὰς πόλεις, καθάπερ καὶ πρότερον τὰς μὲν Ἀκαρνάνων διενείμαντο πρὸς Ἀλέξανδρον· τὰς δὲ τῶν Ἀχαιῶν ἐπεβάλοντο πρὸς Ἀντίγονον τὸν Γονατᾶν. καὶ τότε παραπλησίαις ἐλπίσιν ἐπαρθέντες ἀπετόλμησαν Ἀντιγόνῳ τε τῷ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς προεστῶτι Μακεδόνων· ἐπιτροπεύοντι δὲ Φιλίππου παιδὸς ὄντος, καὶ Κλεομένει τῷ βασιλεῖ Λακεδαιμονίων κοινωνεῖν καὶ συμπλέκειν ἀμφοτέροις ἅμα τὰς χεῖρας. ὁρῶντες γὰρ τὸν Ἀντίγονον κυριεύοντα μὲν τῶν κατὰ Μακεδονίαν ἀσφαλῶς· ὁμολογούμενον δὲ καὶ πρόδηλον ἐχθρὸν ὄντα τῶν Ἀχαιῶν, διὰ τὴν κατὰ τὸν Ἀκροκόρινθον πρᾶξιν· ὑπέλαβον εἰ τοὺς Λακεδαιμονίους προσλαβόντες ἔτι κοινωνοὺς σφίσι τῆς ἐπιβολῆς, προεμβιβάσαιεν εἰς τὴν πρὸς τὸ ἔθνος ἀπέχθειαν· ῥᾳδίως καταγωνίσασθαι τοὺς Ἀχαιούς, ἐν καιρῷ συνεπιθέμενοι, καὶ πανταχόθεν περιστήσαντες αὐτοῖς τὸν πόλεμον. ὃ δὴ καὶ ταχέως ἂν ἐκ τοῦ κατὰ λόγον ἐπετέλεσαν, εἰ μὴ τὸ κυριώτατον παρεῖδον τῆς προθέ-

σεως· οὐ συλλογισάμενοι διότι ταῖς ἐπιβολαῖς Ἄρατον ἕξουσιν ἀνταγωνιστήν· ἄνδρα δυνάμενον πάσης εὐστοχεῖν περιστάσεως. τοιγαροῦν ὁρμήσαντες ἐπὶ τὸ πολυπραγμονεῖν, καὶ χειρῶν ἄρχειν ἀδίκων, οὐχ οἷον ἤνυσάν τι τῶν ἐπινοηθέντων· ἀλλὰ τοὐναντίον, καὶ τὸν Ἄρατον τότε προεστῶτα, καὶ τὸ ἔθνος ἐσωματοποίησαν· πραγματικῶς ἀντιπεριισταμένου ἐκείνου, καὶ λυμαινομένου τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν. ὡς δ' ἐχειρίσθη τὰ ὅλα, δῆλον ἔσται διὰ τῶν λέγεσθαι μελλόντων.

46 θεωρῶν γὰρ τοὺς Αἰτωλοὺς ὁ προειρημένος ἀνὴρ, τὸν πόλεμον τὸν πρὸς αὐτοὺς αἰσχυνομένους ἀναλαβεῖν ἐκ τοῦ φανεροῦ, διὰ τὸ καὶ λίαν εἶναι προσφάτους τὰς ἐκ τῶν Ἀχαιῶν εὐεργεσίας περὶ τὸν Δημητριακὸν πόλεμον εἰς αὐτούς· συμβουλευομένους δὲ τοῖς Λακεδαιμονίοις· καὶ φθονοῦντας τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε Κλεομένους πεπραξικοπηκότος αὐτούς, καὶ παρῃρημένου Τεγέαν, Μαντίνειαν, Ὀρχομενόν, τὰς Αἰτωλοῖς οὐ μόνον συμμαχίδας ὑπαρχούσας, ἀλλὰ καὶ συμπολιτευομένας τότε πόλεις· οὐχ οἷον ἀγανακτοῦντας ἐπὶ τούτοις, ἀλλὰ καὶ βεβαιοῦντας αὐτῷ τὴν ἀπόληψιν. καὶ τοὺς πρότερον κατὰ τῶν μηδὲν ἀδικούντων, πᾶσαν ἱκανὴν ποιουμένους πρόφασιν, εἰς τὸ πολεμεῖν διὰ τὴν πλεονεξίαν· καὶ τότε συνορῶν ἑκουσίως παρασπονδουμένους, καὶ τὰς μεγίστας ἀπολλύντας πόλεις ἐθελοντὶ, ἐφ' ᾧ μόνον ἰδεῖν ἀξιόχρεων γινόμενον ἀνταγωνιστὴν Κλεομένην τοῖς Ἀχαιοῖς· ἔγνω δεῖν, εἰς ταῦτα βλέπων οὗτος

piendo, quod precipuè erat animadvertendum: neque enim in mentem illis venit, rem ſibi cum Arato futuram: viro, omnibus difficultatibus convenienter mederi gnaro. itaque res novare orſi, belloque nefario Acheos adorti, non ſolum nihil effecerunt eorum quæ ſperaverant: ſed etiam contra, tam Aratum, qui tum erat Prætor, quàm gentem ipſam Acheorum potentiores reddiderunt: ſollerter Arato conſilia omnia illorum in contrarium vertente, atque corrumpente. quomodo autem queque ſint geſta, ex iis quæ deinceps narrabuntur, perſpicuum fiet. Conſiderans ſiquidem Aratus, Ætolos qui propter recentiſſimam memoriam beneficii ab Acheis bello Demetriaco accepti; palàm illos armis laceſſere, pudore quodam retenti, non audebant: conſilia tamen cum Lacedæmoniis communicare: tanta flagrantes in Achæos invidia; ut quum Cleomenes per dolum & occultam proditionem eſſet ipſos adortus, atque ea ratione Tegeam, Mantineam, & Orchomenum intercepiſſet; urbes, non ſocietate duntaxat, ſed etiam communione ejuſdem Reip. ipſis tum junctas: ea injuria nihil moti, ultro etiam captarum urbium poſſeſſionem illi firmarent: & quibus antea præ cupiditate lucri vel leviſſima occaſio ſufficere ſolebat ad bellum in eos movendum, qui nulla unquam re læſerant: hos nunc cernens ſcientes prudentes pati ut ſibi violetur fides, & ſponte ſua maximas urbes amittere, dummodo eò creſcere Cleomenis opes ſentirent, ut poſſet Achæis ſeſe opponere: hæc inquam omnia

omnia conſiderantes Aratus & cæteri Achæorum proceres, neminem bello ſibi provocandum rati: Lacedæmoniorum conatibus adverſandum ſtatuunt. Ac principio quidem cogitationes illorum hujuſmodi fuere: poſtea vero quàm in ditione Megalopolitanorum exſtrui à Cleomene magna audacia Athenæum, quod vocant, ceptum eſt: hoſtem ſe & quidem acrem adverſum illos profeſſo; tum demum Achæorum concilio convocato fit decretum, Lacedæmonios pro hoſtibus palàm eſſe habendos. Tunc temporis, & ab hoc principio illud bellum cepit, quod Cleomenicum eſt appellatum. Hujus initio auſi ſunt Achæi contra Lacedæmonios propriis freti copiis attollere oculos: partim quod honeſtiſſimum ducerent ad ſalutem ſuam tuendam alieno auxilio non indigere: ſed ipſos per ſe cum urbem tum regionem poſſe defendere: partim etiam, quod beneficiorum memores quæ Ptolemæus in Achæos olim contulerat, amicitiam cum illo conſervare ſtudebant: neque exiſtimari volebant ullum alium reſpicere. Procedente vero bello, quum Cleomenes conſtitutam in patria Lacedæmone Reipublicæ formam antiquaſſet, ac regnum legitimum in tyrannidem mutaſſet, nec minus interea ſollerter ac fortiter bellum gereret: pro ſingulari ſua prudentia de futuro ſollicitus Aratus, Ætolorum vafritiem & audaciam reformidans, faciendum ſibi duxit, ut eorum conſilia multo ante conturbaret. Quamobrem qui animadverteret Macedoniæ regem Antigonum

τε καὶ πάντες ὁμοίως οἱ προεστῶτες τοῦ τῶν Ἀχαιῶν πολιτεύματος, πολέμου μὲν πρὸς μηδένα κατάρχειν· ἐνίστασθαι δὲ ταῖς τῶν Λακεδαιμονίων ἐπιβολαῖς. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπὶ τούτων ἦσαν τῶν διαλήψεων· θεωροῦντες δὲ κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους τὸν Κλεομένην θρασέως ἐποικοδομοῦντα μὲν τὸ καλούμενον Ἀθήναιον ἐν τῇ τῶν Μεγαλοπολιτῶν χώρᾳ· πρόδηλον δὲ καὶ πικρὸν ἀναδεικνύντα σφίσι πολέμιον ἑαυτόν· τότε δὴ συναθροίσαντες τοὺς Ἀχαιούς, ἔκριναν μετὰ τῆς βουλῆς ἀναλαμβάνειν φανερῶς τὴν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀπέχθειαν. ὁ μὲν οὖν Κλεομενικὸς προσαγορευθεὶς πόλεμος, ταύτην ἔλαβε τὴν ἀρχήν, καὶ κατὰ τούτους τοὺς καιρούς.
47 οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ μὲν πρῶτον διὰ τῆς ἰδίας δυνάμεως ὥρμησαν ἀντοφθαλμεῖν τοῖς Λακεδαιμονίοις· ἅμα μὲν ὑπολαμβάνοντες κάλλιστον εἶναι τὸ μὴ δι' ἑτέρων σφίσι πορίζεσθαι τὴν σωτηρίαν, ἀλλ' αὐτοὺς δι' αὑτῶν σώζειν τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν. ἅμα δὲ βουλόμενοι καὶ τὴν πρὸς Πτολεμαῖον τηρεῖν φιλίαν, διὰ τὰς προγεγενημένας εὐεργεσίας, καὶ μὴ φαίνεσθαι πρὸς ἑτέρους ἐκτείνοντες χεῖρας. ἤδη δὲ ἐπὶ ποσὸν τοῦ πολέμου προβαίνοντος, καὶ τοῦ μὲν Κλεομένους τό τε πάτριον πολίτευμα καταλύσαντος, καὶ τὴν ἔννομον βασιλείαν εἰς τυραννίδα μεταστήσαντος· χρωμένου δὲ καὶ τῷ πολέμῳ πρακτικῶς καὶ παραβόλως· προορώμενος Ἄρατος, καὶ τὸ μέλλον δεδιώς, τήν τε τῶν Αἰτωλῶν ἐπίνοιαν καὶ τόλμαν, ἔκρινε πρὸ πολλοῦ λυμαίνεσθαι τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν. κατανοῶν δὲ τὸν Ἀντίγονον καὶ πρᾶξιν ἔχοντα καὶ σύνεσιν, καὶ πίστεως

αὐτὸ ποιούμενον· τοὺς δὲ βασιλεῖς σαφῶς εἰδώς, φύσει μὲν οὐδένα νομίζοντας οὔτε ἐχθρὸν οὔτε φίλον, ταῖς δὲ τοῦ συμφέροντος ψήφοις ἀεὶ μετροῦντας τὰς ἔχθρας καὶ φιλίας· ἐπεβάλετο λαλεῖν πρὸς τὸν εἰρημένον βασιλέα, καὶ συμπλέκειν τὰς χεῖρας, ὑποδεικνύων αὐτῷ τὸ συμβησόμενον ἐκ τῶν πραγμάτων. προδήλως μὲν οὖν αὐτὸ πράττειν ἀσύμφορον ἡγεῖτο διὰ πλείους αἰτίας. τόν τε γὰρ Κλεομένην καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀνταγωνιστὰς παρασκευάσειν ἔμελλε πρὸς τὴν ἐπιβολήν· τούς τε πολλοὺς τῶν Ἀχαιῶν διατρέψειν καταφυγὼν ἐπὶ τοὺς ἐχθρούς, καὶ δοκῶν ὁλοσχερῶς ἀπεγνωκέναι τὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας· ὅπερ ἥκιστα φαίνεσθαι πράττειν ἐβούλετο. διόπερ ἔχων τοιαύτην πρόθεσιν, ἀδήλως αὐτὴν διενοεῖτο χειρίζειν. ἐξ οὗ πολλὰ παρὰ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἠναγκάζετο καὶ λέγειν καὶ ποιεῖν πρὸς τοὺς ἐκτὸς, δι' ὧν ἤμελλε τὴν ἐναντίαν ἔμφασιν ὑποδεικνύων, ταύτην ἐπικρύψασθαι τὴν οἰκονομίαν. ὧν χάριν, ἔνια τούτων οὐδ'
48 ἐν τοῖς ὑπομνήμασι κατέταξεν. εἰδὼς δὲ τοὺς Μεγαλοπολίτας κακοπαθοῦντας μὲν τῷ πολέμῳ, διὰ τὸ παρακειμένους τῇ Λακεδαίμονι προπολεμεῖν τῶν ἄλλων· οὐ τυγχάνοντας δὲ τῆς καθηκούσης ἐπικουρίας ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, διὰ τὸ κἀκείνους δυσχρηστεῖσθαι θλιβομένους ὑπὸ τῆς περιστάσεως· σαφῶς δὲ γινώσκων οἰκείως διακειμένους αὐτοὺς πρὸς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν, ἐκ τῶν κατὰ τὸν Ἀμύντου Φίλιππον εὐεργεσιῶν· δείγματα ποιούμενος, διότι ταχέως ἂν ὑπὸ τοῦ Κλεομε-

rebus agendis intentum, ad jungendas ſocietates pronum, fidei præcipuam curam habentem: certo alioquin ſciret, Reges natura quidem neminem vel hoſtem vel amicum ducere: verùm ex ſuis ſemper utilitatibus amicitias & inimicitias æſtimare: impetum cepit cum eo Rege colloquendi, & ſocia arma cum illo jungendi; admonendi denique illius, quis futurus eſſet omnium quæ tum parabantur exitus. ſed palam quidem id facere multis de cauſſis non expedire judicabat. nam & Cleomenem cum Ætolis ſuo adverſaturos propoſito non ignorabat: & vulgi Achæorum vehementer ſe animos dejecturum, qui ad ſubſidium hoſtium confugeret, nullamque ſpem amplius in ipſis ponere videretur, quod omnium maxime fugiebat. quare quod voluebat animo, ſic tractandum cenſuit, ut nemo animadverteret. unde accidebat, ut & facere & dicere multa in vulgus cogeretur, per quæ contrariam mentem præ ſe ferens, molitionem hanc ſuam occultaret. quare ne in Commentarios quidem ſuos horum nonnulla retulit. Porrò Aratum non fugiebat, Megalopolitanos qui Lacedęmoni adjacerent, præ cæteris ad bellum expoſitos, invitos & gravatè illius incommoda perpeti: cum quidem ab Achæis quantum res poſtulabat auxilii non ſubminiſtraretur; nam & ipſi adverſis preſſi, vix jam ſibi ac ne vix quidem ſufficiebant: notum etiam habebat propenſum horum animum in regiam Macedonum domum, jam inde à temporibus Philippi Amyntæ filii, qui de illis bene

fuit

fuit meritus: his argumentis motus non dubitabat, quin ſi gravius à Cleomene premerentur, Antigonum & Macedonicas opes reſpecturi eſſent. Erant duo Megalopolitani cives Nicophanes & Cercidas, quibuſcum Arato hoſpitium paternum intercedebat: ambo ad rem quam ille parabat, ingenio apti. cum his arcano colloquio habito, facile per eos efficit, ut Megalopolitani conſilium ineant legatos mittendi ad Achæorum conventum; acturos cum iis ut auxilium legatione miſſa ab Antigono petant. igitur decreto facto à Megalopolitanis jubentur illi ipſi Nicophanes & Cercidas ad Achæos publico nomine proficiſci: atque inde rectà, ſi modo ita viſum illis fuerit, ad Antigonum. conceſſere Achæi Megalopolitanis ut legatos mitterent. Nicophanes igitur ubi ad Regem veniſſet, ſermonem cum eo habet: de patria ſua breviter & ſummatim, quæ res poſtulabat: at de ſumma rerum plurimus illis ſermo fuit, ex Arati mandatis atque monitis. ea autem erant: ut ob oculos regi ponerent, hæc Ætolorum & Cleomenis ſocietas quam vim haberet, & quò ſpectaret. oſtenderent primum quidem Acheis periculum imminere; proximum autem, & majus quidem, ipſi Antigono. nam quod Achei bello ab ambobus illis populis inferendo, pares non ſint futuri: id vero facile poſſe intelligi: quod autem Ætoli & Cleomenes debellatis Acheis cupiditati ſuę finem non ſint facturi, neque in eo ſtatu manſuri: id quoque recte exiſtimanti vel manifeſtius eſſe quàm illud prius. nam avaritiæ qui-

νοῦς πιεζόμενοι καταφύγοιεν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, καὶ τὰς Μακεδόνων ἐλπίδας. κοινολογηθεὶς οὖν δι' ἀπορρήτων περὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς Νικοφάνει καὶ Κερκιδᾷ τοῖς Μεγαλοπολίταις· οἵ τινες ἦσαν αὐτοῦ πατρικοὶ ξένοι, καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν εὐφυεῖς· ῥᾳδίως διὰ τούτων ὁρμὴν παρέστησε τοῖς Μεγαλοπολίταις εἰς τὸ πρεσβεύειν πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ παρακαλεῖν πέμπειν πρὸς τὸν Ἀντίγονον ὑπὲρ βοηθείας. οἱ μὲν οὖν Μεγαλοπολῖται κατέστησαν αὐτοὺς τοὺς περὶ τὸν Νικοφάνην καὶ τὸν Κερκιδᾶν πρεσβευτὰς πρός τε τοὺς Ἀχαιοὺς, κἀκεῖθεν εὐθέως πρὸς τὸν Ἀντίγονον, ἂν αὐτοῖς συγκατάθηται τὸ ἔθνος. οἱ δ' Ἀχαιοὶ συνεχώρησαν πρεσβεύειν τοῖς Μεγαλοπολίταις. σπουδῇ δὲ συμμίξαντες οἱ περὶ τὸν Νικοφάνην τῷ βασιλεῖ, διελέγοντο· περὶ μὲν τῆς ἑαυτῶν πατρίδος, αὐτὰ τἀναγκαῖα, διὰ βραχέων καὶ κεφαλαιωδῶς· τὰ δὲ πολλὰ περὶ τῶν ὅλων, κατὰ τὰς ἐντολὰς τὰς Ἀράτου καὶ τὰς ὑποθέσεις· αὗται δ' ἦσαν, ὑποδει- 49
κνύναι τὴν Αἰτωλῶν καὶ Κλεομένους κοινοπραγίαν, τί δύναται, καὶ ποῖ τείνει. καὶ δηλοῦν ὅτι πρώτοις μὲν αὐτοῖς Ἀχαιοῖς εὐλαβητέον, ἑξῆς δὲ καὶ μᾶλλον Ἀντιγόνῳ. τοῦτο μὲν γὰρ ὡς Ἀχαιοὶ τὸν ἐξ ἀμφοῖν πόλεμον οὐκ ἂν ὑπενέγκαιεν, εὐθεώρητον εἶναι πᾶσι. τοῦτο δ' ὡς Αἰτωλοὶ καὶ Κλεομένης κρατήσαντες τούτων, οὐκ εὐδοκήσουσιν, οὐδὲ μὴ μείνωσιν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, ἔτι τοῦτο τοῦ πρόσθεν ῥᾷον εἶναι τῷ νοῦν ἔχοντι συνιδεῖν. τήν τε γὰρ Αἰτωλῶν

πλεονε-

πλεονεξίαν οὐχ οἷον τοῖς Πελοποννησίων ὅροις εὐδοκήσειν ποτ᾽ ἂν περιληφθεῖσαν· ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῖς τῆς Ἑλλάδος, τήν τε Κλεομένους φιλοτιμίαν, καὶ τὴν ὅλην ἐπιβολὴν, κατὰ μὲν τὸ παρὸν, αὐτῆς ἐφίεσθαι τῆς Πελοποννησίων ἀρχῆς. τυχόντα δὲ ταύτης τῆς προῃρημένον, κατὰ πόδας ἀνθέξεσθαι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας. ἧς οὐχ οἷόν τε καθικέσθαι, μὴ οὐ πρόσθεν καταλύσαντα τὴν Μακεδόνων ἀρχήν. σκοπεῖν οὖν αὐτὸν ἠξίουν προορώμενον τὸ μέλλον, πότερον συμφέρει τοῖς σφετέροις πράγμασι μετ᾽ Ἀχαιῶν καὶ Βοιωτῶν ἐν Πελοποννήσῳ πρὸς Κλεομένην πολεμεῖν ὑπὲρ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας· ἢ προέμενον μέγιστον τὸ ἔθνος, διακινδυνεύειν ἐν Θετταλίᾳ πρὸς Αἰτωλοὺς καὶ Βοιωτοὺς, ἔτι δ᾽ Ἀχαιοὺς καὶ Λακεδαιμονίους ὑπὲρ τῆς Μακεδόνων ἀρχῆς. ἐὰν μὲν οὖν Αἰτωλοὶ τὴν ἐκ τῶν Ἀχαιῶν εἰς αὐτοὺς γεγενημένην εὔνοιαν ἐν τοῖς κατὰ Δημήτριον καιροῖς ἐντρεπόμενοι τὴν ἡσυχίαν ἄγειν ὑποκρίνωνται, καθάπερ καὶ νῦν, πολεμήσειν αὐτοὺς ἔφασαν τοὺς Ἀχαιοὺς πρὸς τὸν Κλεομένην· κἂν μὲν ἡ τύχη συνεπιλαμβάνηται, μὴ δεῖσθαι χρείας τῶν βοηθησόντων· ἂν δ᾽ ἀντιπίπτῃ τὰ τῆς τύχης, Αἰτωλοὶ δὲ συνεπιτίθωνται, προσέχειν αὐτὸν παρεκάλουν τοῖς πράγμασιν, ἵνα μὴ πρόηται τοὺς καιροὺς, ἔτι δὲ δυναμένοις σώζεσθαι Πελοποννησίοις ἐπαρκέσῃ. περὶ δὲ πίστεως καὶ χάριτος ἀποδόσεως, εὐθυμεῖν αὐτὸν ᾤοντο δεῖν· τῆς γὰρ χρείας ἐπιτελουμένης, αὐτὸν εὑρήσειν τὸν Ἄρατον εὐδοκουμένας ἀμφοτέροις ὑπισχνοῦντο πίστεις. ὁμοίως δ᾽ ἔφασαν καὶ τὸν καιρὸν τῆς

dem Ætolorum, nec Græciȩ univerſæ fines fore ſatis, nedum ut Peloponneſus illam expleat. Cleomenem vero, quæ hominis eſt ambitio & vitæ totius propoſitum; quantumvis in præſentia ſolius Peloponneſi dominatum petat: poſtquam hujus voti compos fuerit factus, è veſtigio principatum Græcorum ſibi vindicare conaturum: quem impetrare, niſi euerſo prius Macedonum imperio, nemo queat. orare ergo legati, in futurum cogitationes ſuas extenderet; videretque utrum magis è re ſua fuerit, vel Achæis, Bœotiſque auxiliantem, de principatu Græcorum in Peloponneſo adverſus Cleomenem bello contendere: vel neglecta occaſione gentis maximæ ſibi conciliandæ, in Theſſalia cum Ætolis, Bœotis, necnon Achæis & Lacedæmoniis pro Macedoniæ imperio pugnantem periclitari. poſtremo dicere, ſiquidem Ætoli pudore cohibiti ob beneficia ab Achæis bello Demetriaco in ſe collata, velle ſe quieſcere ſimulaverint, quod adhuc fecere: ſolos Achæos cum Cleomene bellaturos: quorum conatibus ſi Fortuna faverit, auxilio cujuſquam opus non fore: ſin illa adverſam ſe præbuerit; & cum hoſte Ætoli ſe conjunxerint, petere ab illo, animum adverteret ad ea quæ agerentur, neque occaſiones rerum ſibi elabi ſineret: ſed Peloponneſiis, prius quàm perirent ferret opem. de fide porrò & remuneratione beneficii, ſecurum eſſe illum debere: regi namque pollicebantur legati Aratum ipſum, cum rei exequendȩ tempus veniſſet, fidei pignora utriſque grata eſſe inventurum:

ſimul

ſimul indicaturum eundem, quando opportunum eſſet venire auxilio. Hæc cum intellexiſſet Antigonus, verum ac prudens Arati conſilium judicans, magna deinceps cura quid rerum ageretur attendebat. ad Megalopolitanos etiam ſcripſit, auxilia promittens, dummodo id volentibus Achæis fieret. Nicophanes & Cercidas domum reverſi, poſt traditas regis literas, benevolentiam & propenſam ejus voluntatem declarant. Megalopolitani ſublatis ad hunc nuntium animis, nihil habuere antiquius, quam ut ad conventum Achęorum profecti eos hortarentur, ut Antigonum arceſſerent, & quantocyus rerum curam illi demandarent. Aratus vero lætitia geſtire, ubi privatim à Nicophane & collega ejus didiciſſet, quo animo eſſet Rex tum erga univerſos Achæos, tum erga ſe: quod non fruſtra ejuſmodi conſilium excogitaſſet: neque penitus à ſe alienatus, ſicuti ſperaverant Ætoli, Antigonus eſſet repertus. maxime autem facere ad rem illi videbatur, prompta hæc voluntas Megalopolitanorum, rerum ſummam ex communi Achæorum ſententia ad Antigonum deferendi. Aratus enim, quod ante diximus, optabat ille quidem, ſummoque id agebat ſtudio, ne cujuſquam auxilio opus foret: ſin eò neceſſitatis eſſent venturi; non à ſe uno, verum ab univerſis Achæis Regem volebat vocari. magnopere enim verebatur, ne poſtquam Rex adveniſſet ac Cleomenem Lacedæmonioſque debellaſſet, ſi ſecius deinde aliquid conſuleret adverſus communem ipſorum Rempubli-

βοηθείας αὐτὸν ἀποδείξειν. ὁ μὲν 50
οὖν Ἀντίγονος ἀκούσας ταῦτα, καὶ δόξας ἀληθινῶς καὶ πραγματικῶς ὑποδεικνύναι τὸν Ἄρατον, προσεῖχε τοῖς ἑξῆς πραττομένοις ἐπιμελῶς. ἔγραψε δὲ καὶ τοῖς Μεγαλοπολίταις ἐπαγγελλόμενος βοηθήσειν, ἐὰν καὶ τοῖς Ἀχαιοῖς τοῦτο βουλομένοις ᾖ. τῶν δὲ περὶ τὸν Νικοφάνην καὶ Κερκιδᾶν ἐπανελθόντων εἰς οἶκον, καὶ τάς τε παρὰ τοῦ βασιλέως ἐπιστολὰς ἀποδόντων, καὶ τὴν λοιπὴν εὔνοιαν αὐτοῦ καὶ προθυμίαν διασαφούντων, μετεωρισθέντες οἱ Μεγαλοπολῖται, προθύμως ἔχον ἰέναι πρὸς τὴν σύνοδον τῶν Ἀχαιῶν, καὶ παρακαλεῖν ἐπισπάσασθαι τὸν Ἀντίγονον, καὶ τὰ πράγματα κατὰ σπουδὴν ἐγχειρίζειν αὐτῷ. ὁ δ' Ἄρατος διακούσας κατ' ἰδίαν τῶν περὶ τὸν Νικοφάνην τήν τε τοῦ βασιλέως αἵρεσιν, ἣν ἔχει πρός τε τοὺς Ἀχαιοὺς καὶ πρὸς αὐτὸν, περιχαρὴς ἦν· τῷ μὴ διακενῆς πεποιῆσθαι τὴν ἐπίνοιαν· μηδ' εὑρῆσθαι κατὰ τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἐλπίδα τὸν Ἀντίγονον εἰς τέλος ἀπηλλοτριωμένον ἑαυτοῦ. πάνυ δὲ πρὸς λόγον ἡγεῖτο γίνεσθαι, καὶ τοὺς Μεγαλοπολίτας προθύμους εἶναι, διὰ τῶν Ἀχαιῶν φέρειν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον τὰ πράγματα. μάλιστα μὲν γὰρ, ὡς ἐπάνω προεῖπον, ἔσπευδε μὴ προσδεηθῆναι τῆς βοηθείας. εἰ δ' ἐξ ἀνάγκης ἐπὶ τοῦτο δέοι καταφεύγειν, οὐ μόνον ἐβούλετο δι' αὑτοῦ γενέσθαι τὴν κλῆσιν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἐξ ἁπάντων τῶν Ἀχαιῶν. ἠγωνία γὰρ εἰ παραγενόμενος ὁ βασιλεὺς, καὶ κρατήσας τῷ πολέμῳ τοῦ Κλεομένους καὶ τῶν Λακεδαιμονίων, ἀλλ' ὕστερόν τι βουλεύσαιτο περὶ τῆς κοινῆς πολιτείας· μή ποθ' ὁμολογουμέ-

νως τοῦ

τως τῶν συμβαινόντων αὐτοῖς ἀναλάβῃ τὴν αἰτίαν· δόξαντος δικαίως ἔτι πράττειν, διὰ τὴν ἐξ αὐτοῦ προγεγενημένην ἀδικίαν περὶ τὸν Ἀκροκόρινθον εἰς τὴν Μακεδόνων οἰκίαν. διόπερ ἅμα τῷ παρελθόντας τοὺς Μεγαλοπολίτας εἰς τὸ κοινὸν βουλευτήριον, τά τε γράμματα τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπιδεικνύναι, καὶ διασαφεῖν τὴν ὅλην εὔνοιαν τοῦ βασιλέως· πρὸς δὲ τούτοις ἀξιοῦν ἐπισπᾶσθαι τὸν Ἀντίγονον τὴν ταχίστην, εἶναι δὲ καὶ τὸ πλῆθος ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμῆς· προσελθὼν Ἄρατος, καὶ τήν τε τοῦ βασιλέως προθυμίαν ἀποδεξάμενος, καὶ τὴν τῶν πολλῶν διάληψιν ἐπαινέσας· παρεκάλει δὲ διὰ πλειόνων, μάλιστα μὲν πειρᾶσθαι δι' αὐτῶν σώζειν καὶ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν· οὐδὲν γὰρ εἶναι τούτου κάλλιον, οὐδὲ συμφορώτερον. εἰ δ' ἄρα πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀντιβαίνῃ τὰ τῆς τύχης, πρότερον ἔφη δεῖν ἐξελέγξαντας πάσας τὰς ἐν αὑτοῖς ἐλπίδας, τότε καταφεύγειν

51 ἐπὶ τὰς τῶν φίλων βοηθείας. ἐπισημηναμένου δὲ τοῦ πλήθους, ἔδοξε μένειν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων· καὶ δι' αὐτῶν ἐπιτελεῖν τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. ἐπεὶ δὲ Πτολεμαῖος μὲν ἀπογνοὺς τὸ ἔθνος Κλεομένει χορηγεῖν ἐπεβάλετο, βουλόμενος αὐτὸν ἐπαλείφειν ἐπὶ τὸν Ἀντίγονον, διὰ τὸ πλείους ἐλπίδας ἔχειν ἐν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἤπερ ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς, τοῦ δύνασθαι διακατέχειν τὰς τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλέων ἐπιβολάς· οἱ δ' Ἀχαιοὶ τὸ μὲν πρῶτον ἠλαττώθησαν περὶ τὸ Λύκαιον, συμπλακέντες κατὰ πορείαν τῷ Κλεομένει, τὸ δὲ δεύ-

principia cujuſque rei eſſe ſtatuo, conatus primos, & eorum effectiones quæ fuerint decreta: cauſſas vero quæ judicia & deliberationes rerum antecedunt. cogitationes dico, affectus animorum, & ratiocinationes quæ de iis ſuſcipiuntur; per quas ad decernendum aliquid & ſuſcipiendum venimus. Quod dico, clarius fiet ex ſequentibus. Nam quæ veræ cauſſæ fuerint, undeque ſit natum bellum contra Perſas, quivis facile intelligat. Prima earum eſt, Græcorum qui cum Xenophonte erant, reditus é ſuperioris Aſiæ ſatrapiis: cum quidem totam Aſiam hoſtium ſuorum ſedem pertranſeuntibus ipſis, nemo repertus eſt Barbarorum, qui prodire contra, & ſe eis opponere auderet. Altera cauſſa eſt, Ageſilai Lacedæmoniorum regis tranſitus in Aſiam; quando ille nemine invento cui ſatis animi aut virium eſſet ad prohibenda ſua incepta, in medio conatu propter tumultus in Grȩcia exortos, nullo edito operȩ pretio coactus eſt redire. Ex his quum de ignavia & ſocordia Perſarum conjecturam feciſſet Philippus, ſuam & Macedonum peritiam rei militaris non ignorans: quum etiam ob oculos ſibi poſuiſſet magnitudinem ac decus præmiorum, quæ eo bello conſecuturus eſſet: ſimul ac Græcorum omnium conſentientem benevolentiam ſibi conciliaſſet: confeſtim eo prætextu utens, quaſi Grȩcorum injurias à Perſis acceptas omni ſtudio ultum iret, impetum ſumpſit, ac conſilium iniit gerendi belli, omniaq; ad tantum inceptum neceſſaria apparare cepit. Quamobrem, belli

belli contra Perſas cauſſæ quidem cenſeri debent, quas primo loco poſuimus: pretextus vero, quem ſecundo: principium autem, Alexandri trajectio in Aſiā. Sic etiam ejus quod inter Antiochum & Romanos fuit, palàm eſt cauſſam debere ſtatui, indignationem Ætolorum. nam hi à Romanis ſpreti multis modis ut quidem ipſis videbatur, circa exitum belli contra Philippum; non ſolum Antiochum acciverunt, ut ante dicebamus, ſed etiam præ ira illo tempore concepta, quiduis facere ac pati ſuſtinuerunt. at prætextus exiſtimandus eſt, liberatio Grecorum: ad quam Ætoli ſingulas urbes cum Antiocho obeuntes, abſurde & falſo omnes vocabant. principium vero fuit, Antiochi ad Demetriadem cum claſſe appulſus. Equidem propterea diſtinctionem inter hæc tria ideo pluribus expoſui; non ut rerum ſcriptores reprehenderem: verum ut errore agnito ſtudioſi lectores proficerent. nam quorſum ægroto medicus qui cauſſas ignoret affectionum humani corporis? quæ item viri illius utilitas, qui ad tractandam Remp. acceſſit, & neſcit dignoſcere quomodo, quare, & unde ſingula quæ eveniunt, cauſſam cur fierent ſint nacta? ſiquidem, neque ille curandi corpora rectam viam unquam inſiſtet: neque hic ullum negotium, ſi illa ignoret quæ diximus, recta ratione poterit adminiſtrare. iccirco, nihil adeo obſervandum, neque inquirendum: atque omnium eventuum cauſſas. Sæpe enim res maxime à parvis principiis oriuntur:

θέσεις ἡγητέον τοῦ πρὸς τοὺς Πέρσας πολέμου· πρόφασιν δὲ τὴν δευτέραν· ἀρχὴν δὲ τὴν Ἀλεξάνδρου διάβασιν εἰς τὴν Ἀσίαν. καὶ μὴν 7
τοῦ κατ' Ἀντίοχον καὶ Ῥωμαίους, δῆλον ὡς αἰτίαν μὲν τὴν τῶν Αἰτωλῶν ὀργὴν θετέον. ἐκεῖνοι γὰρ δόξαντες ὑπὸ Ῥωμαίων ὀλιγωρεῖσθαι κατὰ πολλὰ περὶ τὴν ἔκβασιν τὴν ἐκ τοῦ Φιλίππου πολέμου, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, οὐ μόνον Ἀντίοχον ἐπεσπάσαντο, πᾶν δὲ καὶ πρᾶξαι καὶ παθεῖν ὑπέστησαν διὰ τὴν ἐπιγενομένην ὀργὴν ἐκ τῶν προειρημένων καιρῶν. πρόφασιν δ' ἡγητέον, τὴν τῶν Ἑλλήνων ἐλευθέρωσιν· ἣν ἐκεῖνοι περιπορευόμενοι μετ' Ἀντιόχου τὰς πόλεις ἀλόγως καὶ ψευδῶς κατήγγελλον. ἀρχὴν δὲ τοῦ πολέμου, τὸν Ἀντιόχου κατάπλουν εἰς Δημητριάδα. Ἐγὼ δὲ τὴν ἐπὶ πλεῖον διαστολὴν πεποίημαι περὶ τούτων, οὐχ ἕνεκα τῆς τῶν συγγραφέων ἐπιτιμήσεως· χάριν δὲ τῆς τῶν φιλομαθούντων ἐπανορθώσεως. τί γὰρ ὄφελος ἰατροῦ κάμνουσιν ἀγνοοῦντος τὰς αἰτίας τῶν περὶ τὰ σώματα διαθέσεων; τί δ' ἀνδρὸς πραγματικοῦ, μὴ δυναμένου συλλογίζεσθαι, πῶς καὶ διὰ τί καὶ πόθεν ἕκαστα τῶν πραγμάτων τὰς ἀφορμὰς εἴληφεν; οὔτε γὰρ ἐκεῖνον εἰκὸς οὐδέποτε δεόντως στήσασθαι τὰς τῶν σωμάτων θεραπείας· οὔτε τὸν πραγματικὸν οὐδὲν οἷόν τε κατὰ τρόπον χειρίσαι τῶν προσπιπτόντων, ἄνευ τῆς τῶν προειρημένων ἐπιγνώσεως. διόπερ οὐδὲν οὕτω φυλακτέον καὶ ζητητέον, ὡς τὰς αἰτίας ἑκάστου τῶν συμβαινόντων. ἐπειδὴ φύεται μὲν ἐκ τῶν τυχόντων πολλάκις τὰ μέγιστα τῶν πραγμάτων.

ἰᾶσθαι δὲ ῥᾷστον ἐπὶ παντὸς τὰς πρώτας ἐπιβολὰς καὶ διαλήψεις.

8 Φάβιος δέ φησιν ὁ Ῥωμαϊκὸς συγγραφεύς, ἅμα τῷ κατὰ Ζακανθαίους ἀδικήματι καὶ τὴν Ἀσδρούβα πλεονεξίαν καὶ φιλαρχίαν, αἴτιον γενέσθαι τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου. ἐκεῖνον γὰρ μεγάλην ἀνειληφότα τὴν δυναστείαν ἐν τοῖς κατ' Ἰβηρίαν τόποις, μετὰ ταῦτα παραγενόμενον ἐπὶ Λιβύην, ἐπιβαλέσθαι καταλύσαντα τοὺς νόμους, εἰς μοναρχίαν περιστῆσαι τὸ πολίτευμα τῶν Καρχηδονίων· τοὺς δὲ πρώτους ἄνδρας ἐπὶ τοῦ πολιτεύματος, προϊδομένους αὐτοῦ τὴν ἐπιβολήν, συμφρονῆσαι καὶ διαστῆναι πρὸς αὐτόν· τὸν δ' Ἀσδρούβαν ὑποπτευόμενον ἀναχωρήσαντα ἐκ τῆς Λιβύης, τὸ λοιπὸν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν χειρίζειν κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν, οὐ προσέχοντα τῷ συνεδρίῳ τῶν Καρχηδονίων· Ἀννίβαν δὲ κοινωνὸν καὶ ζηλωτὴν ἐκ μειρακίου γεγονότα τῆς ἐκείνου προαιρέσεως, καὶ τότε διαδεξάμενον τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν Ἀσδρούβᾳ ποιεῖσθαι τῶν πραγμάτων. διὸ καὶ νῦν τὸν πόλεμον τοῦτον ἐξενηνοχέναι κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν Ῥωμαίοις, παρὰ τὴν Καρχηδονίων γνώμην· οὐδένα γὰρ εὐδοκεῖν τῶν ἀξιολόγων ἀνδρῶν ἐν Καρχηδόνι, τοῖς ὑπ' Ἀννίβου περὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν πραχθεῖσι. ταῦτα δ' εἰπών φησι, μετὰ τὴν τῆς προειρημένης πόλεως ἅλωσιν παραγενέσθαι τοὺς Ῥωμαίους, οἰομένους δεῖν ἢ τὸν Ἀννίβαν ἐκδιδόναι σφίσι τοὺς Καρχηδονίους, ἢ τὸν πόλεμον ἀναλαμβάνειν. εἰ δέ τις ἔροιτο τὸν συγγραφέα, ποῖος ἦν καιρὸς οἰκειότερος τοῖς Καρχηδονίοις, ἢ ποῖον πρᾶγμα δικαιότερον καὶ συμ-

ubique autem primis aggreſſionibus & cogitationibus facilius medicinam facias. Fabius ſcriptor Romanus ait, cauſſam bello Hannibalis præbuiſſe, non tantum injuriam Saguntinis illatam: ſed etiam Aſdrubalis avaritiam & dominandi cupiditatem. illum enim poſtquam magnum in Hiſpania potentatum ſibi peperiſſet: in Africam mox rediiſſe, & antiquare patrias leges eſſe aggreſſum, ac formam Reip. Carthaginienſium in principatum unius mutare: ſed primores civitatis viros, conſilio illius animadverſo, magno conſenſu ſe ab illo ſejunxiſſe. quod ſuſpicatum Aſdrubalem, ex Africa exceſſiſſe, atque Hiſpaniam ex illo pro libidine ſua adminiſtraſſe, nulla poſthac ſenatus Carthaginienſis ratione habita. Hannibalem vero, qui ab adoleſcentia particeps & æmulus conſiliorum patri fuiſſet, quum eo tempore in provincia Hiſpania patri ſucceſſiſſet, in adminiſtratione rerum idem cum Aſdrubale tenuiſſe inſtitutum. Itaque hoc quoque bellum nunc ab eo Romanis fuiſſe indictum, propria ipſius voluntate præter Carthaginienſium ſententiam. neminem enim Carthagine, qui quidem aliquo loco eſſet in Repub. ea approbaſſe quæ erga Saguntinorum civitatem fecit Hannibal. Addit poſtea; capta Saguntinorum urbe advenisse Romanos, qui aut dedi ſibi Hannibalem à Pœnis poſtularent, aut bellum ſuſcipi. Heic ſi quis Fabium roget, ecquam meliorem Carthaginienſes exſpectare occaſionem quiverint, quod inire iuſtius & ſibi utilius con-

ſius conſilium potuerint, ſiquidem ſemper ipſis, ut hic quidem ait, facta Hannibalis diſplicuerant: quàm ut Romanorum poſtulatis morem gerentes, auctorem injuriæ dederent, communem patriæ hoſtem per alios prudenter tollerent, publicam ditioni ſuæ tranquillitatem affirmarent, bellum imminens à ſuis cervicibus depellerent, unius denique Senatusconſulti ope ab illo ſe vindicarent: quid habeat quod ad hæc reſpondeat? ſed palàm eſt, reſponderi nihil poſſe. Nam Carthaginienſes quidem tantum ab eo aſuerunt, ut quicquam facerent illorum quæ diximus; ut contra bellum ex Hannibalis ſententia ſuſceptum per annos ſeptemdecim continuos geſſerint, neque prius finierint, quàm poſt ſuas omnes ſpes conſumptas de patria ipſa tandem, & ſua omnium ſalute ceperunt periclitari. Quorſum vero Fabii & ejus hiſtoriæ mentionem feci? non quod ejus narrationem adeo arbitrer ſimilem veri, ut verendum mihi ſit, ne fidem apud nonnullos inveniat. adeo namque aliena ſunt ab omni ratione quæ hic ſcribit, ut vel ſilente me, hominis levitatem, quæ ſe manifeſto prodit, lectorés facile ſint obſervaturi: verùm ut eos admonerem, in quorum manus hiſtoriæ illius venerint, ne titulum libri, ſed res ipſas attendant. Reperiuntur enim, qui ad narrantem potius quàm illa quæ narrantur animum advertentes, quum illis temporibus auctorem ſciant vixiſſe, & Romanum ſenatorem fuiſſe: quicquid ab eo dictum eſt, pro fide digno protinus arripiunt. Ego

φανερώτερον, ἐπείπερ ἐξ ἀρχῆς δυσηρεστοῦντο, καθάπερ οὗτός φησι, τοῖς ὑπ' Αννίβου πραττομένοις· ἐξῆν πεισθέντας τοῖς ὑπὸ Ῥωμαίων παρακαλουμένοις, ἐκδοῦναι μὲν τὸν αἴτιον τῶν ἀδικημάτων, ἐπανελέσθαι δ' εὐλόγως δι' ἑτέρων τὸν κοινὸν ἐχθρὸν τῆς πόλεως, περιποιήσασθαι δὲ τῇ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν, ἀποτριψαμένους τὸν ἐπιφερόμενον πόλεμον, δόγματι μόνον τὴν ἐκδίκησιν ποιησαμένους· τί ἂν εἰπεῖν ἔχοι πρὸς αὐτά; δῆλον γὰρ, ὡς οὐδέν. οἵ γε τοσοῦτον ἀπέσχον τοῦ πρᾶξαί τι τῶν προειρημένων, ὡς ἑπτακαίδεκα ἔτη συνεχῶς πολεμήσαντες κατὰ τὴν Αννίβου αἵρεσιν, οὐ πρότερον κατέλυσαν τὸν πόλεμον, ἕως οὗ πάσας ἐξελέγξαντες τὰς ἐλπίδας, τελευταῖον εἰς τὸν περὶ τῆς πατρίδος καὶ τῶν ἐν αὐτῇ σωμάτων παρεγένοντο κίνδυνον.

Τίνος δὲ χάριν ἐμνήσθην Φαβίου 9
καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου γεγραμμένων; οὐχ ἕνεκα τῆς πιθανότητος τῶν εἰρημένων ἀγωνιῶν μὴ πιστευθῇ παρά τισιν. ἡ μὲν γὰρ παρὰ τούτῳ ἀλογία, καὶ χωρὶς τῆς ἐμῆς ἐξηγήσεως, αὐτὴ δι' αὑτῆς δύναται θεωρεῖσθαι παρὰ τοῖς ἐντυγχάνουσιν· ἀλλὰ τῆς τῶν ἀναλαμβανόντων τὰς ἐκείνου βίβλους ὑπομνήσεως· ἵνα μὴ πρὸς τὴν ἐπιγραφὴν, ἀλλὰ πρὸς τὰ πράγματα βλέπωσιν. ἔνιοι γὰρ οὐκ ἐπὶ τὰ λεγόμενα συνεπιστήσαντες, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν τὸν λέγοντα· καὶ λαβόντες ἐν νῷ διότι κατὰ τοὺς καιροὺς ὁ γράφων γέγονε, καὶ τοῦ συνεδρίου μετεῖχε τῶν Ῥωμαίων, πᾶν εὐθέως ἡγοῦνται τὸ λεγόμενον ὑπὸ τούτου πιστόν. ἐγὼ δὲ φημὶ μὲν

δεῖν, οὐκ ἐν μικροῖς παραλαμβάνεσθαι τὴν τοῦ συγγραφέως πίστιν, οὐκ αὐτοτελῆ δὲ κρίνειν. τὸ δὲ πλεῖον, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων ποιεῖσθαι τοὺς ἀναγινώσκοντας τὰς δοκιμασίας. οὐ μὴν ἀλλὰ νῦν τοῦ γε Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πολέμου (τὴν γὰρ παρέκβασιν ἐντεῦθεν ἐποιησάμεθα) νομιστέον πρῶτον μὲν αἴτιον γεγονέναι, τὸν Ἀμίλκου θυμὸν, τοῦ Βάρκα μὲν ἐπικαλουμένου, πατρὸς δὲ κατὰ φύσιν Ἀννίβου γεγονότος. ἐκεῖνος γὰρ οὐχ ἡττηθεὶς τῷ περὶ Σικελίαν πολέμῳ τῇ ψυχῇ, τῷ δοκεῖν αὐτὸς μὲν ἀκέραια διατετηρηκέναι τὰ περὶ τὸν Ἔρυκα στρατόπεδα ταῖς ὁρμαῖς ἐφ᾽ ὧν αὐτὸς ἦν· διὰ δὲ τὴν ἐν τῇ ναυμαχίᾳ τῶν Καρχηδονίων ἧτταν τοῖς καιροῖς εἴκων, πεποιῆσθαι τὰς συνθήκας, ἔμενεν ἐπὶ τῆς ὀργῆς, τηρῶν ἀεὶ πρὸς ἐπίθεσιν. εἰ μὲν οὖν μὴ τὸ περὶ τοὺς ξένους ἐγένετο κίνημα τοῖς Καρχηδονίοις, εὐθέως ἂν ἄλλην ἀρχὴν ἐποιεῖτο καὶ παρασκευὴν πραγμάτων, ὅσον ἐπ᾽ ἐκείνῳ. προκαταληφθεὶς δὲ ταῖς ἐμφυλίοις ταραχαῖς, ἐν τούτοις καὶ περὶ ταῦτα διέτριβε τοὺς
10 πράξεις. Ῥωμαίων δὲ μετὰ τὸ καταλύσασθαι Καρχηδονίους τὴν προειρημένην ταραχὴν, ἐπαγγειλάντων αὐτοῖς πόλεμον, τὸ μὲν πρῶτον εἰς πᾶν συγκατέβαινον, ὑπολαμβάνοντες αὐτοὶ νικήσειν τοῖς δικαίοις, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις περὶ τούτων δεδηλώκαμεν. ὧν χωρὶς, οὐχ οἷόν τε ἦν συμπεριενεχθῆναι δεόντως, οὔτε τοῖς νῦν λεγομένοις, οὔτε τοῖς μετὰ ταῦτα ῥηθησομένοις ὑφ᾽ ἡμῶν. πλὴν οὐκ ἐντρεπομένων τῶν Ῥωμαίων, εἴξαντες τῇ περιστάσει, καὶ βαρυνόμε-

vero, fidem ejus ſcriptoris, ſicut non aſpernandam cenſeo: ita non tanti certè faciendam, ut judicium lectoris velim inde pendere: ſed ex rebus ipſis potius quæ narrantur, quod ſequatur eligere. Enimvero belli hujus Romanorum & Carthaginienſium, (nam inde ſumus digreſſi) prima cauſſa cenſeri debet, indignatio Hamilcaris qui Barca eſt cognominatus, fuitque Hannibalis pater naturalis. Hic enim poſt bellum Siculum invictum animum retinens, quod legiones, quibus ad Erycem præfuerat, integras illæſaſque conſervaverat, eadem ſecum agitantes conſilia: utut propter cladem maritimo prælio acceptam à Carthaginienſibus, temporibus cedens, pacem fecerat; occaſioni intentus ad bellum inferendum, iram coquebat. Quod ſi motu mercenariorum impediti Carthaginienſes non fuiſſent; nulla interpoſita mora novum bellum denuo eſſet exorſus, quantum quidem in ipſo foret. nunc inteſtina ſeditione præventus, in rebus patriæ componendis coactus eſt ſe occupare. Quum autem Romani poſt ſedatum illum tumultum de quo diximus, bellum ipſis denuntiaſſent: principio illi in hoc certamen deſcendere: quod juſtis cauſſis ſuæ freti victoriam ſperarent; ſicut ſuperioribus libris oſtendimus: abſque quibus foret, nec quæ jam dicimus, nec quæ deinceps dicentur capi commode poſſent. Sed Romanis juſta illorum non curantibus, præſenti ſeſe accommodantes neceſſitati, qui aliud nihil

poſſent,

poſſent, Sardinia ægrè quidem, ſed tamen exceſſerunt. quinetiam, ne tam alieno tempore bellum ſuſtinere cogerentur, ad ſtipendium prius alia mille & ducenta annua talenta pendere conſenſerunt. itaque ſecundam hanc, eamque maximam, belli poſtea conflati cauſſam ſtatuere convenit. Amilcar enim ubi ira civium ad propriam ipſius indignationem acceſſit, victis mercenariis qui rebellaverant, patria in tuto collocata, confeſtim ad res Hiſpaniæ eo conſilio animum adjecit, ut præſidia ad bellum contra Romanos inde ſibi compararet. quæ tertia belli cauſſa debet exiſtimari. proſperos dico Carthaginienſium in Hiſpania ſucceſſus: nam illis freti copiis bellum, de quo loquimur animoſe ſuſceperunt. Amilcarem belli ſecundi Punici vel præcipuam fuiſſe cauſſam, licet decem annis prius obiiſſet quàm illud inchoaretur, multis quidem argumentis probari poteſt: verùm ad faciendam rei fidem, hoc fuerit ſatis quod jam dicam. Quo tempore Hannibal victus bello à Romanis, ſolum vertere tandem coactus, apud Antiochum agebat; Romani jam tum quid pararent Ætoli proſpicientes, ad Antiochum conſilia ejus explorandi cauſſa, legatos miſere. hi Regem cum Ætolis ſentire conſpicati, ac bellum adverſus populum Romanum meditari; quò Hannibalem Antiocho ſuſpectum redderent, impenſius colere ipſum inſtiterunt. neque evenit ſecus atque illi exiſti-

νοι μὲν, οὐκ ἔχοντες δὲ ποιεῖν οὐδὲν, ἐξεχώρησαν Σαρδόνος. συνεχώρησαν δ' εἰσοίσειν ἄλλα χίλια καὶ διακόσια τάλαντα πρὸς τοῖς πρότερον, ἐφ' ᾧ μὴ τὸν πόλεμον ἐκείνοις ἀναδέξασθαι τοῖς καιροῖς. διὸ καὶ δευτέραν, μεγίστην δὲ, ταύτην θετέον αἰτίαν τοῦ μετὰ ταῦτα συστάντος πολέμου. Αμίλκας γὰρ προσλαβὼν τοῖς ἰδίοις θυμοῖς τὴν ἐπὶ τούτοις ὀργὴν τῶν πολιτῶν, ὡς θᾶττον τοὺς ἀποστάντας τῶν μισθοφόρων καταπολεμήσας, ἐβεβαίωσε τῇ πατρίδι τὴν ἀσφάλειαν· εὐθέως ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν πράγματα, σπουδάζων ταύτῃ χρήσασθαι παρασκευῇ πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον. ἣν δὴ καὶ τρίτην αἰτίαν νομιστέον, λέγω δὲ τὴν εὔροιαν τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων Καρχηδονίοις. ταύταις γὰρ ταῖς χερσὶ πιστεύσαντες, εὐθαρσῶς ἐνέβησαν εἰς τὸν προειρημένον πόλεμον. ὅτι δ' Αμίλκας πλεῖστα μὲν συνεβάλετο πρὸς τὴν σύστασιν τοῦ δευτέρου πολέμου, καίπερ τετελευτηκὼς ἔτεσι δέκα πρότερον τῆς καταρχῆς αὐτοῦ, πολλὰ μὲν ἂν εὕροι τις εἰς τοῦτο· σχεδὸν δὲ πρὸς πίστιν ἀρκοῦν ἔσται τὸ λέγεσθαι μέλλον.

II Καθ' οὓς γὰρ καιροὺς καταπολεμηθεὶς Αννίβας ὑπὸ Ῥωμαίων, τέλος ἐκ τῆς πατρίδος ἀνεχώρησε, καὶ παρ' Ἀντιόχῳ διέτριβε· τότε Ῥωμαῖοι συνθεωροῦντες ἤδη τὴν Αἰτωλῶν ἐπιβολὴν, ἐξαπέστειλαν πρεσβευτὰς πρὸς Ἀντίοχον· βουλόμενοι μὴ λανθάνειν σφᾶς τὴν τοῦ βασιλέως προαίρεσιν. οἱ δὲ πρέσβεις ὁρῶντες τὸν Ἀντίοχον προσέχοντα τοῖς Αἰτωλοῖς καὶ πρόθυμον ὄντα πολεμεῖν Ῥωμαίοις, ἐθεράπευον τὸν Αννίβαν, σπουδάζοντες εἰς ὑποψίαν ἐμβα-

λειν πρὸς τὸν Ἀντίοχον. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. προβαίνοντος γὰρ τοῦ χρόνου, καὶ τοῦ βασιλέως ὑπόπτως ἔχοντος ἀεὶ καὶ μᾶλλον πρὸς τὸν Ἀννίβαν, ἐγένετό τις καιρὸς ὡς ἐπὶ λόγον ἀχθῆναι τὴν ὑποικουρουμένην ἀτοπίαν ἐν αὐτοῖς. ἐν ᾧ καὶ πλείους ἀπολογισμοὺς ποιησάμενος Ἀννίβας, τέλος ἐπὶ τὸ τοιοῦτο κατήντησε, δυσχρηστούμενος τοῖς λόγοις. ἔφη γὰρ καθ' ὃν καιρὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ τὴν εἰς Ἰβηρίαν ἔξοδον μέλλοι στρατεύεσθαι μετὰ τῶν δυνάμεων, ἔτη μὲν ἔχειν ἐννέα· θύοντος δ' αὐτοῦ τῷ Διΐ, παρεστάναι παρὰ τὸν βωμόν· ἐπεὶ δὲ καλλιερήσας κατασπεῖσαι τοῖς θεοῖς καὶ ποιῆσαι τὰ νομιζόμενα, τοὺς μὲν ἄλλους τοὺς περὶ τὴν θυσίαν ἀποστῆναι κελεύσας μικρόν· αὐτὸν δὲ προσκαλεσάμενος, ἐρέσθαι φιλοφρόνως, εἰ βούλοιτο συνεξορμᾶν ἐπὶ τὴν στρατείαν. ἀσμένως δὲ κατανεύσαντος αὐτοῦ, καί τι προσαξιώσαντος παιδικῶς, λαβόμενον τῆς δεξιᾶς προσαγαγεῖν αὐτὸν πρὸς τὸν βωμόν, καὶ κελεύειν ἁψάμενον τῶν ἱερῶν, ὀμνύναι, μηδέποτε Ῥωμαίοις εὐνοήσειν. ταῦτ' οὖν εἰδότα σαφῶς, ἠξίου τὸν Ἀντίοχον, ἕως μὲν ἄν τι δυσχερὲς βουλεύηται κατὰ Ῥωμαίων, θαρρεῖν καὶ πιστεύειν αὐτὸν συνεργὸν ἕξειν νομίζοντα ἀληθινώτατον. ἐπὰν δὲ διαλύσεις ἢ φιλίαν συντίθηται πρὸς αὐτούς, τότε μὴ προσδεῖσθαι διαβολῆς, ἀλλ' ἀπιστεῖν καὶ φυλάττεσθαι. πᾶν γάρ τι πρᾶξαι κατ' αὐτῶν ὃ δυνατὸς ἂν εἴη. ὁ μὲν οὖν Ἀντίοχος ἀκούσας καὶ δόξας αὐτοπαθῶς, ἅμα δὲ ἀληθινῶς εἰρῆσθαι, πάσης τῆς προϋπαρχούσης ὑποψίας

erat Hannibal ex proprii affectus

maverant. Sed quum progreſſu temporis magis ac magis ſuſpicio Regis in Hannibalem aleretur: occaſio tandem ſe illi obtulit, controverſiæ & occultæ ſimultatis, quam diu foverant invicem, diſceptandæ. ibi Hannibal, cum alia multa ad purgandum ſe diſſervit; tum, quia cætera parum proficiebant, ad extremum eò venit, ut ita diceret: Se, quo tempore pater Amilcar in Hiſpaniam cum exercitu proficiſcebatur, puerum fuiſſe novem annorum. illo ſacra Jovi faciente, ad altare ſe adſtitiſſe: patrem ubi litaſſet, libationes diis feciſſet, ac reliqua pro more peregiſſet, cæteros qui ſacris intererant, faceſſere paululum juſſiſſe: tum ſe propius advocatum, à patre fuiſſe non abſque blanditiis interrogatum, Ecquid expeditionis comes ſecum proficiſci vellet? quum alacris annuiſſet, atq; inſuper ritu puerili hoc ipſum precibus ab eo contendiſſet; patrem dextra filium prehendiſſe, ad altare admoviſſe, & tactis ſacris jurijurando adegiſſe, nunquam amicum populo Rom. fore. Orabat igitur Antiochum, ut de hoc animo ſuo certus, dum quidem contra Romanos aliquid vellet moliri, ſibi fideret, ſibi conſilia crederet, neque dubitaret, operam ſe ipſi quibuſcunque rebus poſſet plane fide ſincera navaturum. ubi vero de concordia & amicitia cum Romanis agere inciperet: tum ne exſpectaret ut à calumniatoribus deferretur; ſed caveret, neque fidem ſibi haberet. omnia enim quę poſſet adverſus illos tentaturum. Antiochus hoc ſermone audito, quia viſus vehementia & vero ſenſu loqui, priores omnes

res omnes ſuſpiciones depoſuit. Atque hoc certum haberi teſtimonium debet odii quo Amilcar flagrabat, & omnium ejus conſiliorum, ſicut res ipſę poſtea oſtenderunt. Hoſtes enim ejuſmodi populo Rom. paravit, Aſdrubalem generum, & Hannibalem, qui naturâ filius erat illius, ut ad malevolentię vehementiam addi nihil poſſet. Sed Aſdrubal quidem prius eſt mortuus, quàm ſuum hunc animum palàm omnibus faceret: Hannibali per tempora abunde licuit acceptas à patre inimicitias in Romanos cum maximè exerere. Hoc igitur, ſi quid aliud qui Reſpub. regunt ſollicitè obſervandum meminerint; ut quos animos afferant, qui in gratiam poſitis inimicitiis redeunt, aut novam amicitiā ineunt, ne ignorent: quando temporibus cedentes, quando victis animis pacis conditiones amplectantur: ut ab illis quidem, ceu temporum ſuorum inſidiatoribus, ſemper ſibi caveant; his vero fidem habeant, & ut ſubditis, vel amicis veris, quicquid inciderit ſine cunctatione imperent. Cauſſę ergo belli Hannibalici hę cenſeri debent: principiū vero, quę ſtatim dicentur. Jam quidem & amiſſę Sicilię detrimentū graviter Carthaginiēſes ferebant: ſed acuit eorum iram Sardinię jactura ſicut antè diximus; & ingens illa vis pecunię poſtremò imperatę. Itaque poſtquā Hiſpanię majorem jam partem imperio ſuo adjeciſſent, ad ſuſcipiendas cujuſcunq; generis criminationes Romanorum faciles ſe prębere inceperunt. Inter hæc mortuo Aſdrubale, cui poſt Amilcaris fata Hiſpaniam regendam tradiderant; principio, militum animi quò

ἀπέστη. τῆς μὲν τοί γε δυσμενείας τῆς Ἀμίλκου, καὶ τῆς ὅλης προθέσεως, ὁμολογούμενον τοῦτον εἶναι τὸ μαρτύριον, ὡς καὶ δι' αὐτῶν φανερὸν ἐγένετο τῶν πραγμάτων. τοιούτους γὰρ ἐχθροὺς παρεσκεύασε Ῥωμαίοις, Ἀσδρούβαν τε τὸν τῆς θυγατρὸς ἄνδρα, καὶ τὸν αὑτοῦ κατὰ φύσιν υἱὸν Ἀννίβαν, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολὴν δυσμενείας. Ἀσδρούβας μὲν οὖν προαποθανὼν, οὐ πᾶσιν ἔκδηλον ἐποίησε τὴν αὑτοῦ πρόθεσιν· Ἀννίβᾳ δὲ παρέδωκαν οἱ καιροὶ καὶ λίαν ἐναποδείξασθαι τὴν πατρῴαν ἔχθραν εἰς Ῥωμαίους. Διὸ καὶ τοὺς ἐπὶ πραγμάτων ταττομένους, χρὴ τῶν τοιούτων οὐδενὸς μᾶλλον φροντίζειν, ὥστε μὴ λανθάνειν τὰς προαιρέσεις τῶν διαλυομένων τὰς ἔχθρας, ἢ συντιθεμένων τὰς φιλίας· πότε τοῖς καιροῖς εἴκοντες, καὶ πότε ταῖς ψυχαῖς ἡττώμενοι ποιοῦνται τὰς συνθήκας· ἵνα τοὺς μὲν ἐφέδρους νομίζοντες εἶναι τῶν καιρῶν ἀεὶ φυλάττωνται· τοῖς δὲ πιστεύοντες, ὡς ὑπηκόοις ἢ φίλοις ἀληθινοῖς, πᾶν τὸ παραπῖπτον ἐξ ἑτοίμου παραγγέλλωσιν. Αἰτίας μὲν οὖν τοῦ κατ' Ἀννίβαν πολέμου, τὰς προειρημένας ἡγητέον· ἀρχὰς δὲ, τὰς μελλούσας λέγεσθαι. Καρχηδόνιοι γὰρ 13
βαρέως μὲν ἔφερον καὶ τὴν ὑπὲρ Σικελίας ἧτταν· συνεπέτεινε δ' αὐτῶν τὴν ὀργὴν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, τὰ κατὰ Σαρδόνα, καὶ τὸ τῶν τελευταίων συντεθέντων χρημάτων πλῆθος. διόπερ ἅμα τῷ τὰ πλεῖστα κατὰ Ἰβηρίαν ὑφ' ἑαυτοὺς ποιήσασθαι, πρὸς πᾶν ἑτοίμως διέκειντο, τὸ κατὰ Ῥωμαίων ὑποδεικνύμενον· προσπεσούσης οὖν τῆς Ἀσδρούβα τελευτῆς, ᾧ μετὰ τὸν Ἀμίλκου θάνατον ἐνεχείρισαν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, τὸ μὲν πρῶτον ἐκαραδόκουν

τὰς τῶν δυνάμεων ὁρμάς. ἀφικομένης δὲ τῆς ἀγγελίας ἐκ τῶν στρατοπέδων, ὅτι συμβαίνει τὰς δυνάμεις ὁμοθυμαδὸν ᾑρῆσθαι στρατηγὸν Αννίβαν, παραυτίκα συναθροίσαντες τὸν δῆμον, μιᾷ γνώμῃ κυρίαν ἐποίησαν τὴν τῶν στρατοπέδων αἵρεσιν. Αννίβας δὲ παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εὐθέως ὥρμησεν ὡς καταστρεψόμενος τὸ τῶν Ολκάδων ἔθνος. ἀφικόμενος δὲ πρὸς Αλθαίαν, τὴν βαρυτάτην αὐτῶν πόλιν, κατεστρατοπέδευσε. μετὰ δὲ ταῦτα χρησάμενος ἐνεργοῖς ἅμα καὶ καταπληκτικαῖς προσβολαῖς, ταχέως ἐκράτησε τῆς πόλεως. οὗ συμβάντος, οἱ λοιποὶ γενόμενοι καταπλαγεῖς ἐνέδωκαν αὑτοὺς τοῖς Καρχηδονίοις. ἀργυροπωλήσας δὲ τὰς πόλεις, καὶ κυριεύσας πολλῶν χρημάτων, ἧκε παραχειμάσων εἰς Καινὴν πόλιν. μεγαλοψύχως δὲ χρησάμενος τοῖς ὑποταττομένοις, καὶ τὰ μὲν δοὺς τῶν ὀψωνίων τοῖς συστρατευομένοις, τὰ δ᾽ ὑπισχνούμενος, πολλὴν εὔνοιαν καὶ μεγάλας ἐλπίδας ἐνειργάσατο ταῖς δυνάμεσι.

14 Τῷ δ᾽ ἐπιγενομένῳ θέρει πάλιν ὁρμήσας ἐπὶ τοὺς ΟΥακκαίους, Ελμαντικὴν μὲν ἐξ ἐφόδου ποιησάμενος προσβολὰς κατέσχεν. Αρβουκάλην δὲ διὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως καὶ τὸ πλῆθος, ἔτι δὲ τὴν γενναιότητα τῶν οἰκητόρων μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας πολιορκήσας, κατὰ κράτος εἷλε. μετὰ δὲ ταῦτα παραδόξως εἰς τοὺς μεγίστους ἦλθε κινδύνους ἐπανάγων, συνδραμόντων ἐπ᾽ αὐτὸν τῶν Καρπησίων, ὃ σχεδόν ἐστιν ἰσχυρότατον ἔθνος τῶν κατ᾽ ἐκείνους τοὺς τόπους· ὁμοίως δὲ, καὶ τῶν ἀστυγειτόνων ἀθροισθέντων ἅμα τούτοις, οὓς ἠρε-

inclinarent cupide exſpectare: deinde quum ab exercitu nuntium accepiſſent, quo ducatum Hannibali omnium conſenſu à copiis Hiſpanienſibus delatum ſignificabatur; concione protinus convocata, militum ſuffragia una voce rata fecerunt. Hannibal ſimul ac dux eſt creatus, ad ſubjiciendam Pœnorum imperio Olcadum gentem, animum appulit. Althæam igitur, gravem præ cæteris & opulentam illorum urbem, ducto exercitu, caſtra ante illam ponit: deinde in obſeſſorum oppugnatione ſtrenuum adeo & formidabilem ſe præbet, ut non multo poſt voti fiat compos: quo caſu & cæteri territi, Carthaginienſibus ſe dediderunt. Et quum ſectiones illorum oppidorum vendidiſſet, maximis jam opibus abundans, Carthaginem novam ad hiberna ſe recepit. Ibi ſingularem animi magnitudinem in regendis ſubditis præ ſe ferens, & tum in præſens ſtipendia armatis prębens, tum in poſterum alia pollicitans, magnum ſui amorem, nec non ſpes ingentes in illorum animis excitavit. Sequenti vere ſuſcepta in Vaccæos expeditione, Salmanticam repentina invaſione occupavit. Arbucalam quoque magnis cum difficultatibus, quod & magna urbs erat, & frequens, quodque acerrime cives reſiſtebant, oppugnavit, atque per vim tandem cepit. At mox in reditu, impetum Carpetanis in ipſum facientibus, quæ fere validiſſima gens eſt totius illius tractus, maxima ex inopinato pericula adiit. nam & finitimi populi cum his ſe conjunxerant, quos præ-

cipue

cipue quidem Holcades, patria ſua extorres adverſus Pœnos concitaverant: nonnihil etiam inflammaverant, qui Salmantica evaſerant. Quod ſi juſto prælio cum his dimicare Carthaginienſes fuiſſent coacti; nullum dubium eſt, quin male rem fuerint geſturi. Verùm Hannibal ſingulari ſollertia ac prudentia ſenſim relato gradu ſe recipere; Tagum flumen munimenti loco hoſtibus opponere; prælium ad tranſitum amnis committere; ita, quum & fluvius ſimul & elephanti, quos habebat circiter quadraginta, ipſius conatus adjuvarent, evenit præter omnium ſpem, ut ex animi ſententia res ei ſuccederet. Barbaris enim vim facere, atque amnem trajicere multis locis conantibus, pars eorum maxima in exitu ab aquis periit. Quippe elephanti qui per ripam ambulabant, ut quęque manus hoſtium aqua exierat, hanc prius quam alii opem ferrent perimebant: tum autem in ipſo flumine multi ab equitibus cædebantur: nam & fluminis impetum facilius equi ſuſtinebant; & equites de ſuperiore loco cum peditibus dimicabant. Tandem vice verſa Hannibal fluvium trajicit, & in Barbaros irruens, centum millia hominum, & eo plures, vertit in fugam. quibus ita devictis, nemo amplius ultra Iberum amnem fuit, Saguntinis exceptis, qui temere contra Carthaginienſes attollere oculos auderet. Sagunto Hannibal ſummo ſtudio abſtinebat. quod patris monita & conſilium ſecutus, reliqua omnia prius ſibi aſſerere cupiebat, quàm occaſionem ullam Romanis

θησαν μάλιστα μὲν οἱ τῶν Ὀλκάδων φυγάδες· συνεξέκαυσαν δὲ, καὶ τῶν ἐκ τῆς Ἑλμαντικῆς οἱ διασωθέντες. πρὸς οὓς, εἰ μὲν ἐκ παρατάξεως ἠναγκάσθησαν οἱ Καρχηδόνιοι διακινδυνεύειν, ὁμολογουμένως ἂν ἡττήθησαν. νῦν δὲ πραγματικῶς καὶ νουνεχῶς ἐξ ὑποστροφῆς ἀναχωρήσαντος Ἀννίβου, καὶ πρόβλημα ποιησαμένου τὸν Τάγον καλούμενον ποταμὸν, καὶ περὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν συστησαμένου τὸν κίνδυνον· ἅμα δὲ συγχρησαμένου συναγωνιστῇ τῷ ποταμῷ καὶ τοῖς θηρίοις οἷς εἶχε περὶ τετταράκοντα τὸν ἀριθμὸν, συνέβη τὰ ὅλα παραδόξως καὶ κατὰ λόγον αὐτῷ χωρῆσαι. τῶν γὰρ Βαρβάρων ἐπιβαλλομένων κατὰ πλείους τόπους βιάζεσθαι καὶ περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν, τὸ μὲν πλεῖστον αὐτῶν μέρος διεφθάρη περὶ τὰς ἐκβάσεις, παραπορευομένων τῶν θηρίων παρὰ τὸ χεῖλος, καὶ τοὺς ἐκβαίνοντας ἀεὶ προκαταλαμβανόντων· πολλοὶ δὲ κατ᾽ αὐτὸν τὸν ποταμὸν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἀπώλοντο, διὰ τὸ κρατεῖν μὲν μᾶλλον τοῦ ῥούματος τοὺς ἵππους· ἐξ ὑπερδεξίου δὲ ποιεῖσθαι τὴν μάχην τοὺς ἱππεῖς πρὸς τοὺς πεζούς. τέλος δὲ, πάμπαλιν ἐπιδιαβάντες οἱ περὶ τὸν Ἀννίβαν ἐπὶ τοὺς Βαρβάρους, ἐτρέψαντο πλείους ἢ δέκα μυριάδας ἀνθρώπων. ὧν ἡττηθέντων, οὐδεὶς ἔτι τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ ῥᾳδίως πρὸς αὐτοὺς ἀντοφθαλμεῖν ἐτόλμα πλὴν Ζακανθαίων. ταύτης δὲ τῆς πόλεως ἐπειρᾶτο κατὰ δύναμιν ἀπέχεσθαι, βουλόμενος μηδεμίαν ἀφορμὴν ὁμολογουμένην δοῦναι τοῦ πολέμου Ῥωμαίοις, ἕως τἆλλα πάντα βεβαίως ὑφ᾽ αὑτὸν

ποιήσασθαι, καὶ τὰς Ἀμίλκου τοῦ πατρὸς ὑποθέσεις καὶ παραινέσεις.
15 οἱ δὲ Ζακανθαῖοι συνεχῶς ἔπεμπον εἰς τὴν Ῥώμην· ἅμα μὲν ἀγωνιῶντες περὶ σφῶν καὶ προορώμενοι τὸ μέλλον· ἅμα δὲ βουλόμενοι μὴ λανθάνειν Ῥωμαίους τὴν γινομένην εὔροιαν Καρχηδονίοις τῶν κατ' Ἰβηρίαν πραγμάτων. Ῥωμαῖοι δὲ πλεονάκις αὐτῶν παρακηκοότες, τότε πρεσβευτὰς ἐξαπέστειλαν τοὺς ἐπισκεψομένους ὑπὲρ τῶν προσαγγελλομένων. Ἀννίβας δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς πεποιημένος ὑπ' αὐτὸν οὓς προέθετο, παρῆν αὖθις μετὰ τῆς δυνάμεως παραχειμάζων εἰς Καινὴν πόλιν, ἥ τις ὡσανεὶ πρόσχημα καὶ βασίλειον ἦν ἐν τοῖς Καρχηδονίων κατὰ τὴν Ἰβηρίαν τόποις. καταλαβὼν δὲ τὴν παρὰ τῶν Ῥωμαίων πρεσβείαν, καὶ δοὺς αὐτὸν εἰς ἔντευξιν, διήκουε περὶ τῶν ἐνεστώτων. Ῥωμαῖοι μὲν οὖν διεμαρτύροντο Ζακανθαίων ἀπέχεσθαι (κεῖσθαι γὰρ αὐτοὺς ἐν τῇ σφετέρᾳ πίστει) καὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν μὴ διαβαίνειν κατὰ τὰς ἐπ' Ἀσδρούβα γενομένας ὁμολογίας. ὁ δ' Ἀννίβας ἅτε νέος μὲν ὤν, πλήρης δὲ πολεμικῆς ὁρμῆς, ἐπιτυχὴς δ' ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς, πάλαι δὲ παρωρμημένος πρὸς τὴν κατὰ Ῥωμαίων ἔχθραν· πρὸς μὲν ἐκείνους ὡς κηδόμενος Ζακανθαίων ἐνεκάλει Ῥωμαίοις, διότι μικροῖς ἔμπροσθεν χρόνοις στασιαζόντων αὐτῶν, λαβόντες τὴν ἐπιτροπὴν εἰς τὸ διαλῦσαι, ἀδίκως ἐπανέλοιντό τινας τῶν προεστώτων, οὓς οὐ περιόψεσθαι παρασπονδημένους· πάτριον γὰρ εἶναι Καρχηδονίοις, τὸ μηδένα τῶν ἀδικουμένων περιορᾶν. πρὸς δὲ Καρχηδο-

belli ſuſcipiendi palàm daret. Inter hæc Saguntini crebros Romam nuntios mittere; partim quod futura proſpicientes, de ſua ſalute erant ſolliciti: partim quod proſperos Carthaginienſium in Hiſpania ſucceſſus, nollent Romanos ignorare. Qui ſæpe antea negligenter auditis eorum nuntiis, hoc tempore, legatos in Hiſpaniam, illa inſpecturos quæ nuntiata fuerant, mittunt. Circa idem tempus Hannibal ſub jugum miſſis quas propoſuerat gentibus, ad hiberna rurſus Carthaginem novam ſe recipiebat: erat enim urbs illa quaſi gentis caput, & regia in ea Hiſpaniæ parte quæ Carthaginienſibus parebat. ibi quum legationem populi Rom. inveniſſet, facta ſui adeundi poteſtate, differentes de mandato ſibi negotio audivit. Romani deum fidem teſtantes monebant, ut Saguntinis, qui in fide & clientela populi Rom. eſſent, abſtineret: utque ex eo fœdere quod cum Aſdrubale ictum erat, amnem Iberum ne trajiceret. Hannibal vero ut pote juvenis, militaris ferociç plenus, felix in inceptis, & jampridem concitatus ad inimicitias cum populo Romano exercendas, apud legatos quidem querimoniã inſtituit, quaſi Saguntinorum fautor: quod paucis ante annis exorta Sagunti ſeditione, quum totius controverſiç arbitrium Romanis fuiſſet permiſſum, ut cives ad concordiam perducerent, principum nonnullos iniqua morte affecerint: quam perfidiam inſignitam non inultam ſe relicturum. Carthaginienſes enim acceptum à patribus tenere inſtitutum, ut neminem injuria patiantur affici. ad Carthaginienſes

nienſes vero ſciſcitatum miſit, quid opus eſſet facto, cum Saguntini amicitia Romanorum freti, populos ditionis ipſorum injuriis laceſſiant. Enimvero Hannibal in omnibus rebus ira præcipiti, non ratione ulla utebatur: iccirco prætermiſſis veris cauſſis, ad prætextus injuſtos confugiebat: ſicut facere illi conſueverunt, qui affectibus præoccupati, honeſti rationem nullam ducunt. Quanto enim futurum erat melius poſtulare ut Romani Sardiniam reſtituerent, & ſimul ſtipendia eodem tempore imperata, quæ per occaſionem adverſa Carthaginienſium fortunæ injuſte ab ipſis exegiſſent? quod ſi recuſarēt Romani, bellum denuntiaret. Nunc veram cauſſam reticens, falſam confingens, de injuria facta Saguntinis, non ſolū ſine ratione, verùm etiam contra jus bellum viſus eſt inchoaſſe. Legati poſt hęc Carthaginē ea mente proficiſcuntur, ut etiā apud hos ſimilia teſtarentur: quū non jam dubitarent fore omnino bellū. ſed non putabant Legati in Italia bellandum Romanis fore; verū in Hiſpania ubi Saguntum urbs, belli arx futura ſibi eſſet. Iccirco Senatus ad hujuſmodi cogitationem conſilia ſua referens, quia bellum fore diuturnum providebat & longinquum; res Illyrici firmandas ſtatuit. Etenim circa eadem tempora Demetrius Pharius, oblitus beneficiorum quę Romani in ipſum contulerant; quum jam ante contemnere eos cepiſſet, quando formidabiles ipſis imminere Gallos videbat: tunc quoq; propter metū à Carthaginienſibus impendentē, eoſdē flocciſaciens, ſpe ſua omni locata in regia

νίας διεπέμπετο, πυνθανόμενος τί δεῖ ποιεῖν, ἐὰν Ζακανθαῖοι πιστεύοντες τῇ Ῥωμαίων συμμαχίᾳ, τινὰς τῶν ὑπ' αὐτοὺς ταττομένων ἀδικῶσι. Καθόλου δ' ἦν πλήρης ἀλογίας καὶ θυμοῦ βιαίου, διὸ καὶ ταῖς μὲν ἀληθιναῖς αἰτίαις οὐκ ἐχρῆτο· κατέφευγε δ' εἰς προφάσεις ἀλόγους, ἅπερ εἰώθασι ποιεῖν, οἱ διὰ τὰς προεγκαθημένας αὐτοῖς ὁρμὰς, ὀλιγωροῦντες τοῦ καθήκοντος· πόσῳ γὰρ ἦν ἄμεινον οἴεσθαι δεῖν Ῥωμαίους ἀποδοῦναι σφίσι Σαρδόνα, καὶ τοὺς ἐπιταχθέντας ἅμα ταύτῃ φόρους, οὓς τοῖς καιροῖς συνεπιθέμενοι πρότερον, ἀδίκως παρ' αὐτῶν ἔλαβον· εἰ δὲ μὴ, φάναι πολεμήσειν. νῦν δὲ τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν ἀληθινὴν παρασιωπῶν, τὴν δ' οὐχ ὑπάρχουσαν περὶ Ζακανθαίων πλάττων, οὐ μόνον ἀλόγως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀδίκως κατάρχειν ἐδόκει τοῦ πολέμου. οἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων πρέσβεις, ὅτι μὲν 16
εἴη πολεμητέον σαφῶς εἰδότες, ἀπέπλευσαν εἰς Καρχηδόνα, τὰ παραπλήσια θέλοντες ἐπιμαρτύρασθαι κἀκείνοις· οὐ μὴν ἐν Ἰταλίᾳ γε πολεμήσειν ἤλπισαν, ἀλλ' ἐν Ἰβηρίᾳ, χρήσασθαι δὲ πρὸς τὸν πόλεμον ὁρμητηρίῳ τῇ Ζακανθαίων πόλει. διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἁρμοζόμενοι τὴν ὑπόθεσιν, ἡ σύγκλητος ἔκρινεν ἀσφαλίσασθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πράγματα, προορωμένη διότι μέγας ἔσται καὶ πολυχρόνιος, καὶ μακρὰν ἀπὸ τῆς οἰκείας ὁ πόλεμος. Συνέβαινε γὰρ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς Δημήτριον τὸν Φάριον, ἐπιλελησμένον μὲν τῶν προγεγονότων εἰς αὐτὸν εὐεργετημάτων ὑπὸ Ῥωμαίων, καταπεφρονηκότα δὲ, πρότερον μὲν διὰ τὸν ἀπὸ Γαλατῶν, τότε διὰ τὸν ἀπὸ Καρχηδονίων φόβον περιεστῶτα Ῥωμαίοις, πάσας δ' ἔχοντα τὰς ἐλπίδας ἐν τῇ

Μακεδο-

Μακεδόνων οἰκίας διὰ τὸ συμπεπολεμηκέναι καὶ μετεσχηκέναι τῶν πρὸς Κλεομένη κινδύνων Ἀντιγόνῳ· προθεῖν μὲν καὶ καταστρέφεσθαι τὰς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πόλεις τὰς ὑπὸ Ῥωμαίους ταττομένας· πεπλευκέναι δ' ἔξω τοῦ Λισσοῦ παρὰ τὰς συνθήκας, πεντήκοντα λέμβοις, καὶ πεπορθηκέναι πολλὰς τῶν Κυκλάδων νήσων. εἰς ἃ βλέποντες Ῥωμαῖοι, καὶ θεωροῦντες ἀνθοῦσαν τὴν Μακεδόνων οἰκίαν, ἔσπευδον ἀσφαλίσασθαι τὰ πρὸς ἕω τῆς Ἰταλίας, πεπεισμένοι καταταχήσειν, διορθωσάμενοι μὲν τὴν Ἰλλυριῶν ἄγνοιαν, ἐπιτιμήσαντες δὲ καὶ κολάσαντες τὴν ἀχαριστίαν καὶ προπέτειαν τὴν Δημητρίου. διεψεύσθησαν δὲ τοῖς λογισμοῖς· κατετάχησε γὰρ αὐτοὺς Ἀννίβας, ἐξελὼν τὴν Ζακανθαίων πόλιν. καὶ παρὰ τοῦτο συνέβη τὸν πόλεμον οὐκ ἐν Ἰβηρίᾳ, πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ Ῥώμῃ, καὶ κατὰ πᾶσαν γενέσθαι τὴν Ἰταλίαν. οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις χρησάμενοι τοῖς διαλογισμοῖς, Ῥωμαῖοι μὲν ὑπὸ τὴν ὡραίαν, Λεύκιον τὸν Αἰμίλιον ἐξαπέστειλαν μετὰ δυνάμεως ἐπὶ τὰς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πράξεις, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος. Ἀννίβας δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας ἐκ τῆς Καινῆς πόλεως, προῆγε ποιούμενος τὴν πορεί-
19 αν ἐπὶ τὴν Ζάκανθαν. Ἡ δὲ πόλις αὕτη κεῖται μὲν ἐπὶ τῷ πρὸς θάλατταν καθήκοντι πρόποδι τῆς ὀρεινῆς τῆς συναπτούσης τὰ πέρατα τῆς Ἰβηρίας καὶ Κελτιβηρίας· ἀπέχει δὲ τῆς θαλάττης ὡς ἑπτὰ στάδια. νέμονται δὲ χώραν οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν πάμφορον, καὶ διαφέρουσαν ἀρετῇ πάσης τῆς Ἰβηρίας. ᾗ τότε παραστρατοπεδεύσας Ἀννίβας, ἐνεργὸς ἐγίνετο

Macedonum, quod bello Cleomenico ſocia arma cum Antigono junxerat: hic inquam urbes Romanæ ditionis in Illyrico vaſtare & in ſuam poteſtatem redigere erat aggreſſus: & ultra Liſſum contra leges pacis quinquaginta lembis navigans, multas è Cycladibus inſulis incurſaverat. Quæ quum animadverterent Romani, & regiam Macedonum florere intelligerent, res ſuas in provinciis ad ortum Italiæ ſitis collocandas ſibi eſſe in tuto exiſtimarunt. Hannibalis enim molitiones antevertere ſe poſſe ſperabant: & facile efficere, ut Illyriis errorem emendare coactis, Demetrio ſuccenſerent, & ingratum ejus animum ac temeritatem caſtigarent. Sed fruſtra fuerunt: nam ipſos Hannibal antevertit, & Saguntinorum urbem interim exſcidit. quo factum, ut bellum non in Hiſpania, ſed pro mœnibus urbis, totaque Italia gerendum ipſis fuerit. Ceterum Romani, id conſilium quod oſtendimus ſecuti, vere ineunte anni primi Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ, L. Æmilium ad res in Illyrico gerendas cum exercitu mittunt. Hannibal vero cum omnibus copiis Carthagine nova profectus Saguntum verſus iter inſtituit. E montanis quæ Iberiæ ac Celtiberiæ fines contingunt, pes in mare procurrit; in quo ſita Saguntinorum urbs eſt, paſſibus mille ferme à mari. Ager horum omnibus abundat fructibus, iiſque longe melioribus quàm in ulla alia parte Hiſpaniæ reperiantur. Poſitis ad Saguntum caſtris Hannibal obſidionem acriter urgebat. quantum enim momentum ad

tum ad ea quæ parabat, eſſet allaturus, ſi eam urbem per vim expugnaret, facile proſpiciebat. Nam primum omnium, Romanis ſpem belli in Hiſpania gerendi, adempturum ſe arbitrabatur: deinde territis hoc exemplo omnibus, quin & ſubacti jam populi dicto futuri eſſent audientiores; & cæteri qui ſui adhuc juris erant, metuentiores, non dubitabat. quodque longe maximum erat, nullo à tergo relicto hoſte, tutò ſe in ulteriora perrecturum. magnam inſuper opum vim ad perſequenda ſua incepta conſecuturum ſe ſperabat: & tum milites, ubi prædam ſinguli nacti forent, promptiores ſe redditurum: tum etiam Carthaginienſes qui domi erant mittendis ſpoliis ſibi ſe conciliaturum. Hæc apud ſe reputans, obſidionem acriter urgebat. Et quum modo eſſet ipſe exemplo multitudini, in moliendis operibus plurimum manibus ſuis laborans: modo milites hortaretur, ſeque omnibus periculis temere objectaret, nullam ærumnam neque ſollicitudinem refugiens; tandem intra menſes octo urbem cepit. Potitus pecunia ingenti, captivis & ſupellectilibus multis; pecuniam ad bellum contra Romanos, ſicut initio propoſuerat, reſervavit: captivos inter milites pro merito cujuſque diviſit: ſupellectilia extemplo omnia ad Carthaginienſes tranſmiſit. quod quum egiſſet, nequaquam ſpe ſua fuit fruſtratus, ſed quod initio propoſuerat eſt conſecutus: nam & milites ad belli pericula alacriores eva-

περὶ τὴν πολιορκίαν, πολλὰ προορώμενος δὲ χρήσιμα πρὸς τὸ μέλλον, ἐκ τοῦ κατὰ κράτος ἑλεῖν αὐτήν. πρῶτον μὲν γὰρ ὑπέλαβε παρελέσθαι Ῥωμαίων τὴν ἐλπίδα τοῦ συστήσασθαι τὸν πόλεμον ἐν Ἰβηρίᾳ. δεύτερον δὲ καταπληξάμενος ἅπαντας, εὐτακτοτέρους μὲν ἐπέπειστο παρασκευάσειν τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἤδη ταττομένους, εὐλαβεστέρους δὲ τοὺς ἀκμὴν αὐτοκράτορας ὄντας τῶν Ἰβήρων. τὸ δὲ μέγιστον οὐδένα ἀπολιπὼν ὄπισθεν πολέμιον, ἀσφαλῶς ποιήσεσθαι τὴν εἰς τοὔμπροσθεν πορείαν. χωρίς τε τούτων, εὐπορήσειν μὲν χορηγιῶν αὐτὸς ὑπελάμβανε πρὸς τὰς ἐπιβολάς. προθυμίαν δ' ἐνεργάσεσθαι ταῖς δυνάμεσιν ἐκ τῆς ἐσομένης ἑκάστοις ὠφελείας· προκαλέσεσθαι δὲ τὴν εὔνοιαν τῶν ἐν οἴκῳ Καρχηδονίων διὰ τῶν ἀποσταλησομένων αὐτοῖς λαφύρων. τοιούτοις δὲ χρώμενος διαλογισμοῖς, ἐνεργῶς προσέκειτο τῇ πολιορκίᾳ. τοτὲ μὲν ὑπόδειγμα τῷ πλήθει ποιῶν αὑτόν, καὶ γινόμενος αὐτουργὸς τῆς ἐν τοῖς ἔργοις ταλαιπωρίας· ἔστι δ' ὅτε καὶ παρακαλῶν τὰ πλήθη, καὶ παραβόλως διδοὺς αὑτὸν εἰς τοὺς κινδύνους, πᾶσαν δὲ κακοπάθειαν καὶ μέριμναν ὑπομείνας, τέλος ἐν ὀκτὼ μησὶ κατὰ κράτος εἷλε τὴν πόλιν. κύριος δὲ γενόμενος χρημάτων πολλῶν, καὶ σωμάτων καὶ κατασκευῆς, τὰ μὲν χρήματα εἰς τὰς ἰδίας ἐπιβολὰς παρέθετο κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν· τὰ δὲ σώματα διένειμε κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκάστοις τῶν συστρατευομένων· τὴν δὲ κατασκευὴν παραχρῆμα πᾶσαν ἐξέπεμψε τοῖς Καρχηδονίοις. ταῦτα δὲ πράξας, οὐ διεψεύσθη τοῖς λογισμοῖς, οὐδ' ἀπέτυχε τῆς ἐξ ἀρχῆς προθέσεως· ἀλλὰ τούς τε στρατιώτας προθυμοτέρους

ἐποίησε

ἐποίησε πρὸς τὸ κινδυνεύειν· τούς τε Καρχηδονίους ἑτοίμους παρεσκεύασε πρὸς τὸ παραγγελλόμενον· αὐτός τε πολλὰ τῶν χρησίμων μετὰ ταῦτα κατεργάσατο διὰ τῆς τῶν χρημάτων παρα-
18 θέσεως. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Δημήτριος ἅμα τῷ συνιέναι τὴν ἐπιβολὴν τῶν Ῥωμαίων παραυτίκα μὲν εἰς τὴν Διμάλην ἀξιόχρεω φρουρὰν εἰσέπεμψε, καὶ τὰς ἁρμοζούσας ταύτῃ χορηγίας· ἐκ δὲ τῶν λοιπῶν πόλεων τοὺς μὲν ἀντιπολιτευομένους ἐπανείλετο, τοῖς δ' αὑτοῦ φίλοις ἐνεχείρισε τὰς δυναστείας. αὐτὸς δ' ἐκ τῶν ὑποταττομένων ἐπιλέξας τοὺς ἀνδρωδεστάτους ἑξακισχιλίους, συνέστησε τούτους εἰς τὴν Φάρον. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων ἀφικόμενος εἰς τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ τῶν δυνάμεων, καὶ θεωρῶν τοὺς ὑπεναντίους θαρροῦντας ἐπὶ τῇ τῆς Διμάλης ὀχυρότητι καὶ ταῖς παρασκευαῖς· ἔτι δὲ τῷ δοκεῖν αὐτὴν ἀνάλωτον ὑπάρχειν, ταύτῃ πρώτῃ ἐγχειρεῖν ἔκρινε, βουλόμενος καταπλῆξαι τοὺς πολεμίους. παρακαλέσας δὲ τοὺς κατὰ μέρος ἡγεμόνας, καὶ προσάγων ἔργα κατὰ πλείους τόπους ἤρξατο πολιορκεῖν. λαβὼν δὲ κατὰ κράτος ἐν ἡμέραις ἑπτὰ, παραχρῆμα πάντας ἥττησε ταῖς ψυχαῖς τοὺς ὑπεναντίους. διὸ καὶ εὐθέως παρῆσαν ἐκ πασῶν τῶν πόλεων ἐπιτρέποντες καὶ διδόντες αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν. ὁ δὲ προσδεξάμενος ἑκάστους ἐπὶ ταῖς ἁρμοζούσαις ὁμολογίαις, ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν εἰς τὴν Φάρον ἐπ' αὐτὸν τὸν Δημήτριον. πυνθανόμενος δὲ, τήν τε πόλιν ὀχυρὰν εἶναι, καὶ πλῆθος αὐτόθι ἀνδρῶν διαφερόντων εἰς αὐτὴν ἠθροῖσθαι, πρὸς δὲ καὶ ταῖς χορηγίαις ἐξηρτῦσθαι, καὶ ταῖς ἄλλαις παρασκευαῖς, ὑφεωρᾶτο μὴ

ſere: & Carthaginienſes ad omnia poſtulata ſua reddidit ęquiores: tum autem ipſe, quod ab omnibus neceſſariis probe eſſet inſtructus, multa deinceps ex utilitate ſua perficiendi facultatem habuit. Circa idem tempus Demetrius, ſimulac de conſiliis Romanorum reſciuit, extemplo idoneum præſidium cum omnibus quæ poſtulat uſus, Dimalum mittit: in cæteris urbibus, occiſis qui contrariæ factionis erant, illarum gubernacula amicis ſuis tradit. ipſe ex omni ſubditorum numero fortiſſimos ſeligit ad ſex millia, eoſque Phari collocat. Romanus Cos. ubi in Illyricum legiones perduxit, cognita hoſtium confidentia, tum propter Dimali munitionem, & copiam commeatuum; tum etiam, quod nunquam fuiſſe capta urbs illa crederetur: ut hoſtes perterrefaceret, hanc omnium primam adoriri conſtituit. Igitur tribunos militum aliosque ordinum ductores hortatus, admotis etiam operibus variis locis, eam inſtituit expugnare. Capta urbs eſt die ſeptimo; eaque res hoſtium animos confeſtim ita fregit, ut ex omnibus mox urbibus advenirent, qui in Romanorum fidem ſe permitterent dederentque. Conſul convenientes quibuſque leges dicere, eoſque in fidem recipere: deinde Pharum verſus, ad ipſum Demetrium cum claſſe navigare. Quia autem acceperat urbem eſſe admodum munitam, magnumque virorum fortium numerum eò conveniſſe: ad hæc commeatibus ac reliquis belli apparatibus abundare; ne difficilis ac

diuturna ejus obſidio ſibi foret verebatur. Hæc metuens Æmilius, hujuſmodi ſtratagemate in ipſo adventus ſui articulo eſt uſus. Noctu cum omnibus copiis in inſulam appulſus, majorem exercitus partem in terram exponit; & locis cavis ac ſylvoſis occultat. ipſe cum viginti navibus palàm ubi illuxiſſet, proximum urbi portum petit. Demetrius eas naves conſpicatus, numerumque illarum aſpernatus, ex urbe ad portum cum ſuorum manu venit, ne egredi navibus hoſtis poſſet, impediturus. Ubi ſemel concurrerunt acies, atroci commiſſo prælio, plures ſubinde ex urbe ſuppetias veniebant: donec tandem, omnes ad certamen exierunt. Interea Romani qui noctu expoſiti fuerant, per ignota loca facto itinere, appropinquant. collem deinde egregie munitum, qui inter urbem ac portum medius, occupant, & illos qui ad pugnandum cum hoſte exierant, ab urbe excludunt. Ea re cognita Demetrius, omiſſo certamine cum egredientibus in terram: congregatis omnibus ſuis, eoſque hortatus, collatis ſignis cum iis qui collem obtinebant, acie dimicare conſtituit. Romani animadverſo Illyrios acie ordinata acrem in ſe facere impetum, terribili ipſi quoque audacia in eorum cohortes irruunt. Simul uno tempore cæteri è navibus egreſſi, terga hoſtium cædebant: deinde omni ex parte illos adorti, tumultu & perturbatione magna Illyrios implerunt. Itaque quum & a fronte & à tergo labora-

δυσχερῆ καὶ πολυχρόνιον ἐν μέρει γέ-
νηται τὴν πολιορκίαν. διὸ προορώ-
μενος ἕκαστα τούτων, ἐχρήσατο πρὸς
αὐτὸν τὸν καιρὸν, τοιῷδέ τινι στρα-
τηγήματι. ποιησάμενος γὰρ τὸν ἐπί-
πλουν νυκτὸς ἐπὶ τὴν νῆσον παντὶ τῷ
στρατεύματι, τὸ μὲν πλεῖον μέρος τῆς
δυνάμεως ἀπεβίβασεν εἴς τινας ὑλώ-
δεις καὶ κοίλους τόπους. εἴκοσι δὲ ναυ-
σὶν ἐπιγενομένης ἡμέρας ἔπλει προ-
δήλως ἐπὶ τὸν ἔγγιστα τῆς πόλεως λιμέ-
να. συνορῶντες δὲ τὰς ναῦς οἱ περὶ
Δημήτριον, καὶ καταφρονοῦντες τοῦ
πλήθους, ὥρμησαν ἐκ τῆς πόλεως ἐπὶ
τὸν λιμένα, κωλύσοντες τὴν ἀπόβασιν τῶν
ὑπεναντίων. ἅμα δὲ τῷ συμμίξαι γε- 19
νομένης ἰσχυρᾶς τῆς συμπλοκῆς, προσ-
εβοήθουν ἀεὶ πλείους τῶν ἐκ τῆς πόλεως·
τέλος δὲ πάντες ἐξεληλύθεισαν εἰς τὸν
κίνδυνον. τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ τῆς νυκτὸς
ἀποβάντες εἰς τὸν καιρὸν τοῦτον συνῆ-
ψαν, διὰ τόπων ἀδήλων ποιούμενοι
τὴν πορείαν. καὶ καταλαβόμενοι μετα-
ξὺ τῆς πόλεως καὶ τοῦ λιμένος λόφον
ἐρυμνὸν, διέκλεισαν ἀπὸ τῆς πόλεως
τοὺς ἐκβεβοηθηκότας. οἱ δὲ περὶ τὸν
Δημήτριον συννοήσαντες τὸ γεγονὸς,
τοῦ μὲν διακωλύειν τοὺς ἀποβαίνοντας
ἀπέστησαν· συναθροίσαντες δὲ σφᾶς
αὐτοὺς, καὶ παρακαλέσαντες, ὥρμη-
σαν, κρίναντες ἐκ παρατάξεως δια-
κινδυνεύειν πρὸς τοὺς ἐπὶ τὸν λόφον.
οἱ δὲ Ῥωμαῖοι θεωροῦντες τὴν ἔφοδον τῶν
Ἰλλυριῶν ἐνεργῆ καὶ συντεταγμένην,
ἀντέπεσον ταῖς σπείραις καταπλη-
κτικῶς. ἅμα δὲ τοῖς προσερχομένοις
οἱ πεποιημένοι τὴν ἀπόβασιν ἀπὸ τῶν
πλοίων, συνορῶντες τὸ γινόμενον,
προσέκειντο κατόπιν· καὶ πανταχόθεν
προσπίπτοντες, θόρυβον καὶ ταραχὴν
οὐ μικρὰν ἐν τοῖς Ἰλλυριοῖς κατε-
σκεύαζον. ἐξ οὗ τῶν μὲν κατὰ πρόσωπον,

τῶν δὲ κατὰ νώτου πονούντων, τέλος οἱ περὶ τὸν Δημήτριον ἐτράπησαν. καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν ἔφυγον ὡς πρὸς τὴν πόλιν, οἱ δὲ πλείους ἀνοδίᾳ κατὰ τῆς νήσου διεσπάρησαν. ὁ δὲ Δημήτριος ἔχων ἑτοίμους λέμβους πρὸς τὸ συμβαῖνον ἔν τισι τόποις ἐρήμοις ὑφορμοῦντας, ἐπὶ τούτους ἐποιήσατο τὴν ἀποχώρησιν. εἰς οὓς ἐμβὰς, ἐπιγινομένης τῆς νυκτὸς ἀπέπλευσε, καὶ διεκομίσθη παραδόξως πρὸς τὸν βασιλέα Φίλιππον, παρ' ᾧ τὸ λοιπὸν διέτριψε τοῦ βίου μέρος. ἀνὴρ θράσος μὲν καὶ τόλμαν κεκτημένος, ἀλόγιστον δὲ ταύτην καὶ τελέως ἄκριτον· διὸ καὶ τὴν καταστροφὴν παραπλησίαν αὐτῷ συνέβη γενέσθαι τῇ κατὰ τὸν ὅλον βίον προαιρέσει. καταλαβέσθαι γὰρ ἐγχειρήσας μετὰ τῆς Φιλίππου γνώμης τὴν τῶν Μεσσηνίων πόλιν, εἰκῇ καὶ παραβόλως ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πράξεως καιρῷ διεφθάρη· περὶ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος, ὅταν ἐπὶ τοὺς καιροὺς ἔλθωμεν, διασαφήσομεν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων Αἰμίλιος τὴν μὲν Φάρον εὐθέως ἐξ ἐφόδου παραλαβὼν, κατέσκαψε. τῆς δὲ λοιπῆς Ἰλλυρίδος ἐγκρατὴς γενόμενος καὶ πάντα διατάξας κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν, μετὰ ταῦτα ληγούσης ἤδη τῆς θερείας, εἰς τὴν Ῥώμην ἐπανῆλθε, καὶ τὴν εἴσοδον ἐποιήσατο μετὰ θριάμβου καὶ τῆς ἁπάσης εὐδοξίας· ἐδόκει γὰρ οὐ μόνον ἐπιδεξίως, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνδρωδῶς

20 κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασι. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι προσπεπτωκυίας αὐτοῖς ἤδη τῆς τῶν Ζακανθαίων ἁλώσεως, οὐ μὰ Δία περὶ τοῦ πολέμου τότε διαβούλιον ἦγον, καθάπερ ἔνιοι τῶν συγγραφέων φασὶ, προσκατατάττοντες ἔτι καὶ τοὺς εἰς ἑκάτερα ῥηθέντας λόγους· πάντων ἀτοπώτατον πρᾶγμα ποιοῦντες. πῶς γὰρ οἷόν τ' ἦν, Ῥωμαίους

ret acies, fugam tandem capeſſere Demetrii exercitus eſt coactus. Pars in urbem fugit: plures aviis itineribus per inſulam diſſipati ſunt. Demetrius ad lembos ſuos ſe recepit: quos deſertis quibuſdam locis ſtantes ad anchoras habebat, in omnem eventum paratos. his conſcenſis, noctuque profectus, ad regem Philippum præter omnium opinionem eſt delatus: egitque apud eum reliquam vitæ ſuæ partem. vir, præſentis quidem animi, & audax: ſed temerarius & nullius plane judicii. quare etiam exitum eſt nactus, inſtitutis congruentem, quibus per omnem vitam uſus fuerat. Urbem enim Meſſeniorum conſcio Philippo occupare conatus, in ipſa pugna quam temere & projecta audacia conſerebat, cæſus eſt: ſicut ſuo loco ſigillatim ſumus oſtenſuri. Romanus Cos. Pharum repentino incurſu ſtatim invadit, eamque mox captam diruit. deinde Illyrico univerſo in poteſtatem redacto, rebuſque omnibus ex animi ſententia compoſitis, affecta jam æſtate triumphum egit magnificum: neque ſollertiæ duntaxat verum etiam fortitudinis laudem ex provincia reportavit. Romani vero poſtquam de capto Sagunto nuntium acceperunt, nequaquam illi quidem de bello ſuſcipiendo deliberationem inſtituerunt, ſicut à nonnullis ſcriptoribus memoriæ eſt proditum: qui etiam ſententias ab utraque parte dictas, libris ſuis inſeruerunt: quo nihil ne fingi quidem abſurdius queat.

Nam

Nam qui fieri potuit, ut Romani qui ſuperiore anno bellum Carthaginienſibus indixerant, ſi ditionem Saguntinorum infeſti ingrederentur: iidem capta per vim urbe ipſa, tum demum ad deliberandum convenirent, ſitne ſuſcipiendum bellum annon? quàm abſurdum vero illud: quod incredibilem Senatus mœſtitiam commemorantes, ſimul adjiciunt, filios duodecim duntaxat annis majores, à parentibus in Senatum inductos: qui publicorum conſiliorum facti participes, nemini propinquorum quicquam illorum quæ enuntiari nefas, aperverint. quæ ſunt omnia à vero aliena & palàm falſa. niſi hoc quoque præter cætera Romanis Fortuna ſi diis placet eſt largita, ut inde à pueris ſtatim ſaperent. Verum de talibus ſcriptis, qualia ſunt Chæreæ & Soſili, hæc ſufficiat dixiſſe: neque enim pro hiſtoriis, meo quidem judicio, merentur haberi: ſed pro fabulis ex alicujus tonſoris officina, aut vulgi fæce profectis. Romani iis cognitis quæ contra fœdus Sagunti acta fuerant, legatos repente eligunt, & Carthaginem properare jubent: duaſque conditiones Carthaginienſibus offerre; quarum altera cum dedecore ſimul ac damno illorum erat conjuncta: altera, periculoſi belli initia ſecum trahebat. Poſtulabant enim, ut ducem Hannibalem & conſiliarios illius dederent Romanis: aut ni illud fieret, bellum denuntiabant. Hæc quum exponerent legati, ubi Carthaginem venerunt, & Senatus eis datus eſt, iniquis admodum auribus propoſitæ

τοὺς ἐνιαυτῷ πρότερον ἐπηγγελκότας πόλεμον Καρχηδονίοις, ἐὰν ἐπιβαίνωσι τῆς Ζακανθαίων χώρας, τούτους κατὰ κράτος ἑαλωκυίας αὐτῆς τῆς πόλεως, τότε βουλεύεσθαι συνελθόντας, πότερα πολεμητέον, ἢ τοὐναντίον; πῶς δὲ, καὶ τίνα τρόπον ἅμα μὲν τὴν συννότητα τοῦ συνεδρίου διαγράφουσι θαυμάσιον, ἅμα δὲ τοὺς υἱοὺς ἀπὸ δώδεκα ἐτῶν ἄγειν φασὶ τοὺς πατέρας εἰς τὸ συνέδριον, οὓς μετέχοντας τῶν διαβουλίων οὐδὲ τῶν ἀναγκαίων οὐδενὶ προΐεσθαι τῶν ἀπορρήτων οὐδέν; ὧν οὔτ' εἰκὸς, οὔτε ἀληθές ἐστι τὸ παράπαν οὐδέν. εἰ μὴ, νὴ Δία, πρὸς τοῖς ἄλλοις ἡ τύχη καὶ τοῦτο προσένειμε Ῥωμαίοις, τὸ φρονεῖν αὐτοὺς εὐθέως ἐκ γενετῆς. πρὸς μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα τῶν συγγραμμάτων, οἷα γράφει Χαιρέας καὶ Σώσιλος, οὐδὲν ἂν δέοι πλέον λέγειν· οὐ γὰρ ἱστορίας, ἀλλὰ κουρεακῆς καὶ πανδήμου λαλιᾶς, ἐμοί γε δοκοῦσι τάξιν ἔχειν καὶ δύναμιν. Ῥωμαῖοι δὲ προσπεσόντος σφίσι τοῦ γεγονότος κατὰ τοὺς Ζακανθαίους ἀδικήματος, παραχρῆμα πρεσβευτὰς ἑλόμενοι, κατὰ σπουδὴν ἐξαπέστελλον εἰς τὴν Καρχηδόνα· δύο προτείνοντες αὐτοῖς· ὧν τὸ μὲν, αἰσχύνην ἅμα καὶ βλάβην φέρειν ἐδόκει δεξαμένοις τοῖς Καρχηδονίοις· τὸ δ' ἕτερον, πραγμάτων καὶ κινδύνων ἀρχὴν μεγάλων. ἢ γὰρ τὸν στρατηγὸν Ἀννίβαν, καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ συνέδρους ἐκδότους διδόναι Ῥωμαίοις ἀπήτουν, ἢ προήγγελλον τὸν πόλεμον. Παραγενομένων δὲ τῶν Ῥωμαίων, καὶ παρελθόντων εἰς τὸ συνέδριον, καὶ διασαφούντων ταῦ-

τα, συνεχερῶς ἤκουον οἱ Καρχηδόνιοι τὴν αἵρεσιν τῶν προτεινομένων. ὅμως δὲ προστησάμενοι τὸν ἐπιτηδειότατον ἐξ αὐτῶν, ἤρξαντο περὶ σφῶν δικαιολογεῖσθαι.
21 τὰς μὲν οὖν πρὸς Ἀσδρούβαν ὁμολογίας παρεσιώπων, ὡς οὔτε γεγενημένας· εἴτε γεγόνασιν, οὐδὲν οὔσας πρὸς αὐτοὺς, διὰ τὸ χωρὶς τῆς σφετέρας πεπρᾶχθαι γνώμης. ἐχρῶντο δ' ἐξ αὐτῶν Ῥωμαίων εἰς τοῦτο παραδείγματι. τὰς γὰρ ἐπὶ Λυτατίου γενομένας συνθήκας ἐν τῷ πολέμῳ τῷ περὶ Σικελίας, ταύτας ἔφασαν ἤδη συνωμολογημένας ὑπὸ Λυτατίου, μετὰ ταῦτα τὸν δῆμον τῶν Ῥωμαίων ἀκύρους ποιῆσαι, διὰ τὸ χωρὶς τῆς αὐτοῦ γενέσθαι γνώμης. ἐπέτεινον δὲ, καὶ προσανηρείδοντο παρ' ὅλην τὴν δικαιολογίαν, ἐπὶ τὰς τελευταίας συνθήκας τὰς γενομένας ἐν τῷ περὶ Σικελίας πολέμῳ· ἐν αἷς περὶ μὲν Ἰβηρίας οὐκ ἔφασαν ὑπάρχειν ἔγγραπτον οὐδέν. περὶ δὲ τοῦ τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις τὴν παρ' αὐτῶν ἀσφάλειαν εἶναι, ῥητῶς κατατετάχθαι. Ζακανθαίους δὲ παρεδείκνυον οὐκ ὄντας τότε Ῥωμαίων συμμάχους, καὶ παρανεγίνωσκον πρὸς τοῦτο πλεονάκις τὰς συνθήκας. Ῥωμαῖοι δὲ τὸ μὲν δικαιολογεῖσθαι καθάπαξ ἀπεγίνωσκον φάσκοντες, ἀκεραίου μὲν ἔτι διαμενούσης τῆς τῶν Ζακανθαίων πόλεως, ἐπιδέχεσθαι τὰ πράγματα δικαιολογίαν, καὶ δυνατὸν εἶναι λόγῳ περὶ τῶν ἀμφισβητουμένων διεξάγειν. ταύτης δὲ παρεσπονδημένης, ἢ τοὺς αἰτίους ἐκδοτέον εἶναι σφίσι, δι' οὗ φανερὸν ἔσται πᾶσιν ὡς οὐ μετεσχήκασι τῆς ἀδικίας, ἀλλ' ἄνευ τῆς αὐτῶν γνώμης πεπρᾶχθαι τοῦτο τοὔργον· ἢ μὴ βουλομένους τοῦτο ποιεῖν, ὁμολογοῦντας δὲ κοινω-

conditiones à Pœnis ſunt acceptæ, mox tamen uni è ſuis, quem ad id norant aptiſſimum, hac curâ demandatâ, diſceptare de jure ſuo inſtituunt. Ac fœdus quidem cum Aſdrubale ictum ſilentio prætermittebant, quaſi nunquam factum; aut ſi factum eſſet, quaſi ad ſe nihil pertineret: quod ſuo injuſſu eſſet percuſſum. quinetiam Romanorum ipſorum ſimile exemplum afferebant; de pace bello Siculo facta, Lutatio Conſule. planè enim Lutatium in hanc conſenſiſſe: & tamen populum poſtea Romanum, quia ſine ſua auctoritate pactio convenerat, pax ut eſſet irrita juſſiſſe. Illam igitur pacem urgebant per totam diſceptationem, eique firmiter innitebantur, quæ belli Siculi fine noviſſima fuerat facta: in qua de Hiſpania nihil haberi ſcriptum ajebant: ſociis duntaxat utriuſque populi caveri: idque diſerte ita perſcriptum eſſe in legibus pacis. Negabant deinde populi Rom. ſocios tum fuiſſe Saguntinos: idque ut probarent leges illius pacis ſubinde legebant. Romani de jure diſceptare verbis omnino nolebant. dicebant enim: huic diſceptationi tunc futurum fuiſſe locum, ſi adhuc integra Saguntum urbs maneret: ac potuiſſe tum controverſiam oratione decidi; hac vero contra fœdus exſciſa, aut dedendos eſſe injuriæ auctores; ex quo manifeſtum futurum ſit omnibus, participes delicti admiſſi ipſos non fuiſſe; verùm ſine publica auctoritate, id feciſſe Hannibalem: aut ſi hoc nollent, neque recuſarent

quo-

quominus conſilium participaſſe crederentur ; quin verbo rem expedirent ? Ita Romani generatim atque universè locuti ſunt. Nobis vero viſum eſt faciendum, ut hunclocum ſilentio non prætervehEremur : ne quorum intereſt rem penitus habere perſpectam, veritatem in maximi momenti deliberationibus ignorent : neve ſtudioſi harum rerum, errore & ambitione ſcriptorum ſeducti, in quærenda cognitione certa earum conventionum quæ inter Romanos & Pœnos jam indeà principio ad noſtra uſque tempora ſunt factæ, à propoſito aberrent. Primum igitur fœdus inter Romanos & Carthaginienſes ictum eſt, conſulatu Junii Bruti, & Marci Horatii, primorum poſt Reges exactos Coss. à quibus etiam Jovis Capitolini ædes fuit conſecrata : annis prius quàm Xerxes in Græciam trajiceret duodetriginta Fœderis iſtius verba, quanta maxima poteramus fide interpretati, infra ſubjecimus. Veteris ſane linguæ etiam Latinæ tanta diverſitas eſt ab illa qua hodie utuntur, ut vel peritiſſimi nonnulla ægre ubi animum attenderint explanare queant. Fœdus igitur ita habet. AMICITIA ROMANIS ET ROMANORUM SOCIIS CUM CARTHAGINIENSIBUS ET CARTHAGINIENSIUM SOCIIS, HIS LEGIBUS ET CONDITIONIBUS ESTO. NE NAVIGANTO ROMANI ROMANORUMVE SOCII ULTRA PULCHRUM PROMONTORIUM : EXTRA QUAM SI

νῶν ..... οὐ καθολικώτερον πῶς ἐχρήσαντο τοῖς λόγοις. Ἡμῖν δ᾽ ἀναγκαῖον εἶναι δοκεῖ, τὸ μὴ παραλιπεῖν ἄσκεπτον ἔχειν τὸ μέρος, ἵνα μήτε οἷς καθήκει καὶ διαφέρει τὸ σαφῶς εἰδέναι τὴν ἐν τούτοις ἀκρίβειαν παραπαίωσι τῆς ἀληθείας ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις διαβουλίοις· μήθ᾽ οἱ φιλομαθοῦντες περὶ τούτων ἀστοχῶσι, συμπλανώμενοι ταῖς ἀγνοίαις καὶ φιλοτιμίαις τῶν συγγραφέων, ὅλης τῆς ὁμολογουμένης θεωρίας τῶν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ὑπαρξάντων δικαίων Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρὸς ἀλλήλους, ἕως εἰς τοὺς καθ᾽ ἡμᾶς καιρούς.
22 Γίνονται τοιγαροῦν συνθῆκαι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις πρῶται, κατὰ Λεύκιον Ἰούνιον Βροῦτον, καὶ Μάρκον Ὡράτιον, τοὺς πρώτους κατασταθέντας ὑπάτους μετὰ τὴν τῶν βασιλέων κατάλυσιν. ὑφ᾽ ὧν συνέβη καθιερωθῆναι καὶ τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν Καπιτωλίου· ταῦτα δ᾽ ἐστὶ πρότερα τῆς Ξέρξου διαβάσεως εἰς τὴν Ἑλλάδα τριάκοντ᾽ ἔτεσι λείπουσι δυοῖν. ἃς καθ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν ἀκριβέστατα διερμηνεύσαντες ἡμεῖς ὑπογεγράφαμεν. τηλικαύτη γὰρ ἡ διαφορὰ γέγονε τῆς διαλέκτου, καὶ παρὰ Ῥωμαίοις τῆς νῦν πρὸς τὴν ἀρχαίαν, ὥστε τοὺς συνετωτάτους ἔνια μόλις ἐξ ἐπιστάσεως διευκρινεῖν. εἰσὶ δ᾽ αἱ συνθῆκαι τοιαίδε τινές. ΕΠΙ ΤΟΙΣΔΕ ΦΙΛΙΑΝ ΕΙΝΑΙ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΙΣ, ΚΑΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΙΣ· ΜΗ ΠΛΕΙΝ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΜΗΤΕ ΤΟΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΥΣ ΕΠΕΚΕΙΝΑ ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ ΑΚΡΩΤΗΡΙΟΥ, ΕΑΝ ΜΗ ΥΠΟ

ΧΕΙΜΩΝΟΣ Η ΠΟΛΕΜΙΩΝ ΑΝΑΓΚΑΣΘΩΣΙΝ· ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΒΙΑι ΚΑΤΕΝΕΧΘΗι, ΜΗ ΕΞΕΣΤΩ ΑΥΤΩι ΜΗΔΕΝ ΑΓΟΡΑΖΕΙΝ, ΜΗΔΕ ΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΜΗΔΕΝ, ΠΛΗΝ ΟΣΑ ΠΡΟΣ ΠΛΟΙΟΥ ΕΠΙΣΚΕΥΗΝ, Η ΠΡΟΣ ΙΕΡΑ· ΕΝ ΠΕΝΤΕ ΗΜΕΡΑΙΣ ΔΕ ΑΠΟΤΡΕΧΕΤΩΣΑΝ ΟΙ ΚΑΤΕΝΕΧΘΕΝΤΕΣ. ΤΟΙΣ ΔΕ ΚΑΤ' ΕΜΠΟΡΙΑΝ ΠΑΡΑΓΙΝΟΜΕΝΟΙΣ, ΜΗΔΕΝ ΕΣΤΩ ΤΕΛΟΣ, ΠΛΗΝ ΕΠΙ ΚΗΡΥΚΙ Η ΓΡΑΜΜΑΤΕΙ. ΟΣΑ Δ' ΑΝ ΤΟΥΤΩΝ ΠΑΡΟΝΤΩΝ ΠΡΑΘΗι, ΔΗΜΟΣΙΑι ΠΙΣΤΕΙ ΟΦΕΙΛΕΣΘΩ ΤΩι ΑΠΟΔΙΔΟΜΕΝΩι· ΟΣΑ Γ' ΑΝ Η ΕΝ ΛΙΒΥΗι, Η ΕΝ ΣΑΡΔΟΝΙ ΠΡΑΘΗι· ΕΑΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΤΙΣ ΕΙΣ ΣΙΚΕΛΙΑΝ ΠΑΡΑΓΙΓΝΗΤΑΙ, ΗΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΕΠΑΡΧΟΥΣΙΝ, ΙΣΑ ΕΣΤΩ ΤΑ ΡΩΜΑΙΩΝ ΠΑΝΤΑ. ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΔΕ ΜΗ ΑΔΙΚΕΙΤΩΣΑΝ ΔΗΜΟΝ ΑΡΔΕΑΤΩΝ, ΑΝΤΙΑΤΩΝ, ΛΑΥΡΕΝΤΙΝΩΝ, ΚΙΡΚΑΙΑΤΩΝ, ΤΑΡΡΑΚΗΝΙΤΩΝ, ΜΗΔ' ΑΛΛΟΝ ΜΗΔΕΝΑ ΛΑΤΙΝΩΝ, ΟΣΟΙ ΑΝ ΥΠΗΚΟΟΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΝΕΣ ΜΗ ΩΣΙΝ ΥΠΗΚΟΟΙ, ΤΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΑΠΕΧΕΤΩΣΑΝ· ΑΝ ΔΕ ΛΑΒΩΣΙ, ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΑΠΟΔΙΔΟΤΩΣΑΝ ΑΚΕΡΑΙΟΝ· ΦΡΟΥΡΙΟΝ ΜΗ ΕΝΟΙΚΟΔΟΜΕΙΤΩΣΑΝ ΕΝ ΤΗι ΛΑΤΙΝΗι· ΕΑΝ ΩΣ ΠΟΛΕΜΙΟΙ

TEMPESTATIS AUT HOSTIUM VI FUERINT COMPULSI. SI QUIS VI DELATUS FUERIT, EMENDI AUT ACCIPIENDI QUICQUAM, PRÆTER NECESSARIA REFICIENDIS NAVIBUS ET SACRIS FACIENDIS, JUS EI NE ESTO. INTRA DIEM QUINTUM QUI NAVEM APPLICUERINT ABEUNTO. QUI AD MERCATURAM VENERINT, II VECTIGAL NULLUM PENDUNTO; EXTRA QUAM AD PRÆCONIS AUT SCRIBÆ MERCEDEM. QUICQUID HISCE PRÆSENTIBUS FUERIT VENDITUM, PUBLICA FIDE VENDITORI DEBETOR, QUOD QUIDEM IN AFRICA AUT SARDINIA FUERIT VENDITUM. SI QUIS ROMANORUM IN EAM SICILIÆ PARTEM VENERIT, QUÆ IMPERIO CARTHAGINIENSIUM PARET, JUS ÆQUUM IN OMNIBUS ROMANI OBTINENTO. CARTHAGINIENSES NE QUID NOCEANT POPULO ARDEATI, ANTIATI, LAURENTINO, CIRCEIENSI, TARRACINENSI, NEVE ULLI ALII E LATINIS QUI SUB DITIONE ERUNT: ETIAM EORUM URBIBUS QUI SUB DITIONE ROMANORUM NON ERUNT ABSTINENTO. SI QUAM ILLARUM ACCEPERINT, ROMANIS SINE ULLA NOXA TRADUNTO. CASTELLUM ULLUM IN LATINO

LATINO AGRO NE ÆDIFICANTO: SI CUM ARMIS INFESTI PEDEM IN REGIONE POSUERINT, IN EA NE PERNOCTANTO.

Appellatur heic PULCHRUM promontorium, quod Carthagini præjacet & Septentriones ſpectat: ultra quod meridiem verſus nolunt Carthaginienſes Romanos navibus longis navigare. Cauſſa, opinor eſt, quia cognoſci ab illis nolebant, neque loca circa Byzacium, neque parvam Syrtim: quæ propter ſoli ubertatem vocant Emporia. Sin aliquis tempeſtate aut vi hoſtili eò delatus, re quapiam opus habeat ad ſacra neceſſaria, aut ad navium refectionem; eam ſe præbituros pollicentur. ſed per vim capi quicquam vetant. & eos qui navibus appulſi fuerint, intra quinque dies diſcedere jubent. Carthaginem vero adire & regionem omnem Africæ cis Pulchrum promontorium, item Sardiniam & Siciliæ partem Carthaginienſium imperio ſubjectam, mercaturæ gratia licet Romanis: & jus ſuum cuique ſe ſervaturos publica fide pollicentur Carthaginienſes. Apparet autem ex hoc fœdere, ſic Carthaginienſes loqui de Sardinia & Africa, tanquam de ſua ditione: de Sicilia longe aliter: diſerte enim diſtinguunt, de ea parte Siciliæ ſe hoc fœdere cavere, quæ Pœnorum dominationem agnoſcit. Similiter Romani de Latio fœdere iſto cavent: reliquæ Italiæ mentionem nullam faciunt, ut quæ in poteſtatem illorum non eſſet. Poſt hæc aliud ſancitum eſt in-

ΕΙΣ ΤΗΝ ΧΩΡΑΝ ΕΙΣΕΛΘΩΣΙΝ, ΕΝ ΤΗι ΧΩΡΑι ΜΗ ΕΝΝΥΚΤΕΡΕΥΕΤΩΣΑΝ.

Τὸ μὲν οὖν ΚΑΛΟΝ ἀκρωτήριόν ἐστι, τὸ προκείμενον αὐτῆς τῆς Καρχηδόνος πρὸς τὰς ἄρκτους, οὗ καθάπαξ ἐπέκεινα ὡς πρὸς μεσημβρίαν οὐκ οἴονται δεῖν οἱ Καρχηδόνιοι τοὺς Ῥωμαίους μακραῖς ναυσί· διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι γινώσκειν αὐτούς, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μήτε τοὺς κατὰ τὴν Βυσσάτιν, μήτε τοὺς κατὰ τὴν μικρὰν Σύρτιν τόπους· ἃ δὴ καλοῦσιν Ἐμπόρια, διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας. ἐὰν δέ τις ὑπὸ χειμῶνος ἢ πολεμίων βίᾳ κατενεχθεὶς δέηταί του τῶν ἀναγκαίων πρὸς ἱερὰ καὶ πρὸς ἐπισκευὴν πλοίου, ταῦτα παρέξειν· μηδὲν δὲ οἴονται δεῖν λαμβάνειν κατ᾽ ἀνάγκην· ἐν πένθ᾽ ἡμέραις δὲ ἀπαλλάττεσθαι τοὺς καθορμισθέντας. εἰς δὲ Καρχηδόνα καὶ πάσης τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ Καλοῦ ἀκρωτηρίου τῆς Λιβύης καὶ Σαρδόνα καὶ Σικελίαν ἧς ἐπάρχουσι Καρχηδόνιοι, κατ᾽ ἐμπορίαν πλεῖν Ῥωμαίοις ἔξεστι· καὶ τὸ δίκαιον ὑπισχνοῦνται βεβαιώσειν οἱ Καρχηδόνιοι δημοσίᾳ πίστει. ἐκ δὲ τούτων τῶν συνθηκῶν περὶ μὲν Σαρδόνος καὶ Λιβύης ἐμφαίνουσιν, ὥσπερ ἰδίας ποιούμενοι τὸν λόγον· ὑπὲρ δὲ Σικελίας, τἀναντία διαστέλλονται ῥητῶς, ὑπὲρ αὐτῶν τούτων ποιούμενοι τὰς συνθήκας, ὅσα τῆς Σικελίας ὑπὸ τὴν Καρχηδονίων πίπτει δυναστείαν, ὁμοίως δὲ καὶ Ῥωμαῖοι περὶ τῆς Λατίνης αὐτῆς χώρας ποιοῦνται τὰς συνθήκας· τῆς δὲ λοιπῆς Ἰταλίας οὐ μνημονεύουσι διὰ τὸ μὴ πίπτειν ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἐξουσίαν. Μετὰ δὲ ταύτας, 23

24 ἑτέρας ποιοῦνται συνθήκας, ἐν αἷς προσειλήφασι Καρχηδόνιοι Τυρίους καὶ τὸν τῶν Ἰτυκέων δῆμον. πρόσκειται δὲ καὶ τῷ Καλῷ ἀκρωτηρίῳ, Μαστία, Ταρσήιον. ὧν ἐκτὸς οἴονται δεῖν Ῥωμαίους, μήτε λῄζεσθαι, μήτε πόλιν κτίζειν. εἰσὶ δὲ τοιαίδε τινες. ΕΠΙ ΤΟΙΣ ΔΕ ΦΙΛΙΑΝ ΕΙΝΑΙ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΙΣ, ΚΑΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ, ΚΑΙ ΤΥΡΙΩΝ, ΚΑΙ ΙΤΥΚΕΩΝ ΔΗΜΩι, ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΤΟΥΤΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΙΣ. ΤΟΥ ΚΑΛΟΥ ΑΚΡΩΤΗΡΙΟΥ, ΜΑΣΤΙΑΣ, ΤΑΡΣΗΙΟΥ, ΜΗ ΛΗΙΖΕΣΘΑΙ ΕΠΕΚΕΙΝΑ ΡΩΜΑΙΟΥΣ, ΜΗΔΕ ΕΜΠΟΡΕΥΕΣΘΑΙ, ΜΗΔΕ ΠΟΛΙΝ ΚΤΙΖΕΙΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΛΑΒΩΣΙΝ ΕΝ ΤΗι ΛΑΤΙΝΗι ΠΟΛΙΝ ΤΙΝΑ ΜΗ ΟΥΣΑΝ ΥΠΗΚΟΟΝ ΡΩΜΑΙΟΙΣ, ΤΑ ΧΡΗΜΑΤΑ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΝΔΡΑΣ ΕΧΕΤΩΣΑΝ, ΤΗΝ ΔΕ ΠΟΛΙΝ ΑΠΟΔΙΔΟΤΩΣΑΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΝΕΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΛΑΒΩΣΙ ΤΙΝΑΣ, ΠΡΟΣ ΟΥΣ ΕΙΡΗΝΗ ΜΕΝ ΕΣΤΙ ΕΓΓΡΑΠΤΟΣ ΡΩΜΑΙΟΙΣ, ΜΗ ΥΠΟΤΑΤΤΩΝΤΑΙ ΔΕ ΤΙ ΑΥΤΟΙΣ, ΜΗ ΚΑΤΑΓΑΓΕΤΩΣΑΝ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΛΙΜΕΝΑΣ. ΕΑΝ ΔΕ ΚΑΤΑΧΘΕΝΤΟΣ ΕΠΙΛΑΒΗΤΑΙ Ο ΡΩΜΑΙΟΣ, ΑΦΕΙΣΘΩ. ΩΣΑΥΤΩΣ ΔΕ ΜΗΔ' ΟΙ ΡΩΜΑΙΟΙ ΠΟΙΕΙΤΩΣΑΝ, ΑΝ ΕΚ ΤΙΝΟΣ ΧΩΡΑΣ ΗΣ ΚΑΡΧΗ-

ter hos populos fœdus, in quo complexi Carthaginienſes ſunt Tyrios & Vticenſium populum. Pulchro autem promontorio adjecta ſunt Maſtia & Tarſejum. ultra quæ loca Romanis non permittitur neque prædas facere, neque urbem condere. Verba fœderis ſunt hæc. AMICITIA ROMANIS ET ROMANORUM SOCIIS CUM POPULO CARTHAGINIENSI, TYRIIS, ET UTICENSIBUS EORUMQUE SOCIIS, HIS LEGIBUS ESTO. ROMANI ULTRA PULCHRUM PROMONTORIUM, MASTIAM ET TARSEJUM PRÆDAS NE FACIUNTO: AD MERCATURAM NE EUNTO: URBEM NULLAM CONDUNTO. SI IN LATIO URBEM ALIQUAM CARTHAGINIENSES CEPERINT, QUÆ SUB DITIONE ROMANORUM NON ERIT, PECUNIAM ET CAPTIVOS IPSI HABENTO: URBEM REDDUNTO. SI QUI CARTHAGINIENSIUM ALIQUOS CEPERINT, QUEIS CUM FOEDERE SCRIPTO JUNCTI SINT ROMANI: QUI TAMEN SUB ROMANORUM IMPERIO NON ERUNT; HOS IN POPULI ROMANI PORTUS NE DEDUCUNTO: SI QUIS ERIT DEDUCTUS, ET MANUM ROMANUS INJECERIT, LIBER ESTO. EODEM JURE ET ROMANI TENENTOR. SI ROMANUS EX ALIQUA REGIONE QUÆ SUB IMPERIO CARTHAGINIEN-

GINIENSIUM ERIT AQUAM COMMEATUSVE SVMPSERIT: CVM HIS COMMEATIBVS NE CVI EORVM NOCETO, QVIBVSCVM PAX ET AMICITIA EST CARTHAGINIENSIBVS . . . . FACITO. SI QVA INJVRIA ALICVI FACTA ERIT, PRIVATO NOMINE EJVS PERSECVTIO NE CVIQVAM ESTO: SED VBI TALE QVID ADMISERIT ALIQVIS, PVBLICVM ID CRIMEN ESTO. IN SARDINIA ET AFRICA NEQVE NEGOTIATOR QVISQVAM ROMANORVM, NEQVE VRBEM CONDITO: NEVE EO APPELLITO, NISI COMMEATVS ACCIPIENDI GRATIA, VEL NAVEIS REFICIENDI. SI TEMPESTAS DETVLERIT, INTRA DIES QVINQVE EXCEDITO. IN SICILIA, VBI CARTHAGINIENSES IMPERAVERINT, ITEM CARTHAGINE, OMNIA ROMANVS FACITO, VENDITO, QVÆ CIVI LICEBIT. IDEM ROMÆ CARTHAGINIENSI JVS ESTO.

Rurſus in hoc fœdere Carthaginienſes contendunt, & quidem majore ſtudio, Africam Sardiniamque ſibi aſſerere proprias: omneſque ad illas aditus Romanis præcludunt. contra, de Sicilia cum lo-

ΔΟΝΙΟΙ ΕΠΑΡΧΟΥΣΙ, ΥΔΩΡ Η ΕΦΟΔΙΑ ΛΑΒΗΙ Ο ΡΩΜΑΙΟΣ, ΜΕΤΑ ΤΟΥΤΩΝ ΤΩΝ ΕΦΟΔΙΩΝ ΜΗ ΑΔΙΚΕΙΤΩ ΜΗΔΕΝΑ, ΠΡΟΣ ΟΥΣ ΕΙΡΗΝΗ ΚΑΙ ΦΙΛΙΑ ΕΣΤΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙΣ, ... ΠΟΙΕΙΤΩ. ΕΙ ΔΕ, ΜΗ ΙΔΙΑ ΜΕΤΑΠΟΡΕΥΕΣΘΩ. ΕΑΝ ΔΕ ΤΙΣ ΤΟΥΤΟ ΠΟΙΗΣΗΙ, ΔΗΜΟΣΙΟΝ ΓΙΓΝΕΣΤΩ ΤΟ ΑΔΙΚΗΜΑ. ΕΝ ΣΑΡΔΟΝΙ ΚΑΙ ΛΙΒΥΗΙ ΜΗΔΕΙΣ ΡΩΜΑΙΩΝ ΜΗΤ' ΕΜΠΟΡΕΥΕΣΘΩ, ΜΗΤΕ ΠΟΛΙΝ ΚΤΙΖΕΤΩ, ΕΙ ΜΗ ΕΩΣ ΤΟΥ ΕΦΟΔΙΑ ΛΑΒΕΙΝ, Η ΠΛΟΙΟΝ ΕΠΙΣΚΕΥΑΣΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΧΕΙΜΩΝ ΚΑΤΕΝΕΓΚΗΙ, ΕΝ ΠΕΝΘ' ΗΜΕΡΑΙΣ ΑΠΟΤΡΕΧΕΤΩ. ΕΝ ΣΙΚΕΛΙΑΙ ΗΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΕΠΑΡΧΟΥΣΙ, ΚΑΙ ΕΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙ ΠΑΝΤΑ ΚΑΙ ΠΟΙΕΙΤΩ, ΚΑΙ ΠΩΛΕΙΤΩ, ΟΣΑ ΚΑΙ ΤΩΙ ΠΟΛΙΤΗΙ ΕΞΕΣΤΙΝ. ΩΣΑΥΤΩΣ ΔΕ ΚΑΙ Ο ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΣ ΠΟΙΕΙΤΩ ΕΝ ΡΩΜΗΙ.

Πάλιν ἐν ταύταις ταῖς συνθήκαις τὰ μὲν κατὰ Λιβύην καὶ Σαρδόνα προσεπιτείνουσιν ἐξιδιαζόμενοι, καὶ πάσας ἀφαιρούμενοι τὰς ἐπιβάθρας Ῥωμαίων. περὶ δὲ Σικελίας τοὐναντίον προσδιασαφοῦσι, περὶ

τῆς ὑπ'

τῆς ὑπ' αὐτοὺς ταττομένης. ὁμοίως δὲ καὶ Ῥωμαῖοι περὶ τῆς Λατίνης οὐκ οἴονται δεῖν τοὺς Καρχηδονίους ἀδικεῖν, Ἀρδεάτας, Ἀντιάτας, Κιρκαίτας, Ταῤῥακινίτας. αὗται δ' εἰσὶν αἱ πόλεις αἱ περιέχουσαι παρὰ θάλατταν τὴν Λατίνην χώραν, ὑπὲρ ἧς ποιοῦνται τὰς συνθήκας.
25 Ἔτι τοιγαροῦν, τελευταίας ποιοῦνται συνθήκας Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν Πύῤῥου διάβασιν, πρὸ τοῦ συστήσασθαι τοὺς Καρχηδονίους τὸν περὶ Σικελίας πόλεμον. ἐν αἷς τὰ μὲν ἄλλα τηροῦσι πάντα κατὰ τὰς ὑπαρχούσας ὁμολογίας. πρόσκειται δὲ τούτοις τὰ ὑπογεγραμμένα. ΕΑΝ ΣΥΜΜΑΧΙΑΝ ΠΟΙΩΝΤΑΙ ΠΡΟΣ ΠΥΡΡΟΝ ΕΓΓΡΑΠΤΟΝ, ΠΟΙΕΙΣΘΩΣΑΝ ΑΜΦΟΤΕΡΟΙ, ΙΝΑ ΕΞΗι ΒΟΗΘΕΙΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ ΕΝ ΤΗι ΤΩΝ ΠΟΛΕΜΟΥΜΕΝΩΝ ΧΩΡΑι. ΟΠΠΟΤΕΡΟΙ Δ' ΑΝ ΧΡΕΙΑΝ ΕΧΩΣΙ ΤΗΣ ΒΟΗΘΕΙΑΣ, ΤΑ ΠΛΟΙΑ ΠΑΡΕΧΕΤΩΣΑΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΟΔΟΝ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΕΦΟΔΟΝ. ΤΑ ΔΕ ΟΨΩΝΙΑ ΤΟΙΣ ΑΥΤΩΝ ΕΚΑΤΕΡΟΙ. ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΔΕ ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΘΑΛΑΤΤΑΝ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΒΟΗΘΕΙΤΩΣΑΝ, ΑΝ ΧΡΕΙΑ Ηι. ΤΑ ΔΕ ΠΛΗΡΩΜΑΤΑ ΜΗΔΕΙΣ ΑΝΑΓΚΑΖΕΤΩ ΕΚΒΑΙΝΕΙΝ ΑΚΟΥΣΙΩΣ. Τὸν δὲ ὅρκον ὀμνύειν ἔδει τοιοῦτον. ἐπὶ μὲν τῶν πρώτων συνθηκῶν, Καρχηδονίους μὲν τοὺς θεοὺς τοὺς πατρῴους· Ῥωμαίους δὲ Δία Λίθον κατά τι παλαιὸν ἔθος· ἐπὶ δὲ τούτων τὸν Ἄρην καὶ τὸν

quuntur, diſtinctionem illam adhibent, de ea ſe loqui, quæ ſit dominationi ipſorum ſubjecta. Similiter Romani de Latio; cavent enim ne fiat injuria Ardeatibus, Antiatibus, Circejenſibus, Tarracinenſibus. hæc autem ſunt oppida Latii maritima: quæ legibus hujus fœderis volunt eſſe comprehenſa. Poſtremum deinde fœdus hę civitates icerunt, circa Pyrrhi tranſitum in Italiam: priuſquam de Sicilia bellum à Pœnis eſſet ſuſceptum. In hoc fœdere omnes conditiones ſervantur de quibus in prioribus convenerat. adjiciunt vero ad illa hæc quæ ſequuntur. SI SOCIETATEM CUM PYRRHO POPVLVS ROMANVS AVT CARTHAGINIENSIS INIERIT, FOEDERIS LEGIBVS VTERQVE CAVETO, VT SI ALTERVTRIVS DITIONEM HOSTIS INVASERIT, INVICEM SIBI FERRE OPEM LICEAT. VTRIVTRI OPVS AVXILIO HABVERINT, NAVES A CARTHAGINIENSIBVS PRÆBENTOR, ET AD ITER ET AD PRÆLIVM. STIPENDIA SVIS VTRIQVE DANTO. CARTHAGINIENSES ETIAM MARI, SI OPVS ERIT, AVXILIANTOR. SOCIOS NAVALES NEMO INVITOS NAVIBVS EXIRE COGITO. Porro jusjurandum ejuſmodi dandum erat. Primo fœdere Carthaginienſes quidem per deos patrios jurarunt: Romani vero Jovem lapidem, ex veteri quodam ritu; deinde Martem & Gradivum patrem.

patrem. Mos autem jurandi Jovem lapidem eſt hic. Fœcialis qui jurejurando fœdus firmat, poſtquam fide publica juravit, lapidem in manus ſumit, atque hæc dicit. SI FIDEM SERVASSO, TVM ME DII ADIVVENT. SIN SCIENS FEFELLERO, TVM EGO SALVIS CÆTERIS OMNIBVS IN SVIS PATRIIS, SVIS LEGIBVS, SVIS PENATIBVS, SACRIS, SEPVLCRIS, SOLVS EXTERMINER, VT HIC NVNC LAPIS. & ſimul, lapidem manu ejicit. Quum igitur hujuſmodi exſtent fœdera, ſerventurque etiam tabulis æneis inſcripta; apud Jovem Capitolinum in Ædilium ærario, quis non jure merito Philinum hiſtoriæ ſcriptorem admiretur; non quod hæc ignoraverit: nam id quidem mirum non eſt: quandoquidem memoria adhuc noſtra & Romanorum & Carthaginienſium maximi quique natu, & eorum quæ ad Remp. ſpectant, omnium judicio callentiſſimi, hæc neſciebant: ſed quo auctore & qua ratione ſit auſus contraria iſtis ſcribere: inter Romanos & Carthaginienſes fœdus intercеſſiſſe, ex cujus legibus tenerentur, Romani quidem univerſa Sicilia abſtinere: Carthaginienſes vero Italia: primoſque id Romanos fœdus violaſſe, & jusjurandum, quando in Siciliam trajecerunt. quum neque factum unquam fuerit, neque hodie exſtet monumentum ullum talis fœderis hoc tamen diſertis verbis in ſecunda hiſtoria ſcribit Philinus: de quo cum in Præpara-

Ἐνυάλιον. Ἔστι δὲ τὸ Δία Λίθον, τοιοῦτον. λαβὼν εἰς τὴν χεῖρα λίθον ὁ ποιούμενος τὰ ὅρκια περὶ τῶν συνθηκῶν, ἐπειδὰν ὀμόσῃ δημοσίᾳ πίστει, λέγει τάδε· ΕΥΟΡΚΟΥΝΤΙ ΜΕΝ ΠΟΙΕΙΝ ΤΑΓΑΘΑ. ΕΙ Δ' ΑΛΛΩΣ ΔΙΑΝΟΗΘΕΙΗΝ ΤΙ Η ΠΡΑΞΑΙΜΙ, ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΣΩΖΟΜΕΝΩΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΙΔΙΑΙΣ ΠΑΤΡΙΣΙΝ, ΕΝ ΤΟΙΣ ΙΔΙΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ, ΕΠΙ ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΒΙΩΝ, ΙΕΡΩΝ, ΤΑΦΩΝ, ΕΓΩ ΜΟΝΟΣ ΕΚΠΕΣΟΙΜΙ ΟΥΤΩΣ, ΩΣ ΟΔΕ ΛΙΘΟΣ ΝΥΝ. καὶ ταῦτ' εἰπὼν, ῥίπτει τὸν λίθον ἐκ τῆς χειρός.
Τούτων δὴ τοιούτων ὑπαρχόντων καὶ 26
τηρουμένων τῶν συνθηκῶν ἔτι νῦν ἐν χαλκώμασι παρὰ τὸν Δία τὸν Καπιτωλῖνον, ἐν τῷ τῶν ἀγορανόμων ταμιείῳ τίς οὐκ ἂν εἰκότως θαυμάσειε Φιλίνου τοῦ συγγραφέως, οὐ διότι ταῦτ' ἠγνόει. τοῦτο μὲν γὰρ οὐ θαυμαστόν· ἐπεὶ καθ' ἡμᾶς ἔτι καὶ Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων οἱ πρεσβύτατοι, καὶ μάλιστ' οἱ δοκοῦντες περὶ τὰ κοινὰ σπουδάζειν, ἠγνόουν· ἀλλὰ πόθεν ἢ πῶς ἐθάρρησε γράψαι τἀναντία τούτοις· διότι Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ὑπάρχοιεν συνθῆκαι, καθ' ἃς ἔδει Ῥωμαίους μὲν ἀπέχεσθαι Σικελίας ἁπάσης, Καρχηδονίους δ' Ἰταλίας· καὶ διότι ὑπερέβαινον Ῥωμαῖοι τὰς συνθήκας καὶ τοὺς ὅρκους, ἐπεὶ ἐποιήσαντο τὴν πρώτην εἰς Σικελίαν διάβασιν· μήτε γεγονότος, μήθ' ὑπάρχοντος τὸ παράπαν ἐγγράφου τοιούτου μηδενός. ταῦτα γὰρ ἐν τῇ δευτέρᾳ λέγει βίβλῳ διαρρήδην· περὶ ὧν ἡμεῖς ἐν

τῇ παρα-

τῇ παρασκευῇ τῆς ἰδίας πραγματείας μνησθέντες, εἰς τοῦτον ὑπερεθέμεθα τὸν καιρὸν, καὶ μέρος περὶ αὐτῶν ἐξεργάσασθαι, διὰ τὸ καὶ πλείους διεψεῦσθαι τῆς ἀληθείας ἐν τούτοις, πιστεύσαντας τῇ Φιλίνου γραφῇ. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ κατὰ τοῦτό τις ἐπιλαμβάνεται Ῥωμαίων περὶ τῆς εἰς Σικελίαν διαβάσεως, ὅτι καθόλου Μαμερτίνους προσελάβοντο εἰς τὴν φιλίαν, καὶ μετὰ ταῦτα δεομένοις ἐβοήθησαν, οἵτινες οὐ μόνον τὴν Μεσηνίων πόλιν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ῥηγίνων παρεσπόνδησαν, εἰκότως ἂν δόξειε δυσαρεστεῖν. εἰ δὲ παρὰ τοὺς ὅρκους καὶ τὰς συνθήκας ὑπολαμβάνει τις αὐτοὺς πεποιῆσθαι τὴν διάβασιν, ἀγνοεῖ προφανῶς.
27 Συντελεσθέντος τοίνυν τοῦ περὶ Σικελίας πολέμου, ποιοῦνται συνθήκας ἄλλας· ἐν αἷς τὰ συνέχοντα τῶν ἐγγράπτων ἦν ταῦτα. ΕΚΧΩΡΕΙΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ ΣΙΚΕΛΙΑΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΝΗΣΩΝ ΑΠΑΣΩΝ ΤΩΝ ΚΕΙΜΕΝΩΝ ΙΤΑΛΙΑΣ ΜΕΤΑΞΥ ΚΑΙ ΣΙΚΕΛΙΑΣ. ΤΗΝ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΠΑΡ' ΕΚΑΤΕΡΩΝ ΤΟΙΣ ΕΚΑΤΕΡΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΙΣ. ΜΗΔΕΤΕΡΟΥΣ ΕΝ ΤΑΙΣ ΑΛΛΗΛΩΝ ΕΠΑΡΧΙΑΙΣ ΜΗΔΕΝ ΕΠΙΤΑΤΤΕΙΝ, ΜΗΔ' ΕΠΟΙΚΟΔΟΜΕΙΝ ΔΗΜΟΣΙΑι, ΜΗΔΕ ΞΕΝΟΛΟΓΕΙΝ, ΜΗΔΕ ΠΡΟΣΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΕΙΣ ΦΙΛΙΑΝ ΤΟΥΣ ΑΛΛΗΛΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΥΣ. ΕΞΕΝΕΓΚΕΙΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ ΕΝ ΕΤΕΣΙ ΔΕΚΑ ΔΙΣΧΙΛΙΑ ΚΑΙ ΔΙΑ-

tione operis noſtri mentionem faciebamus, accuratam ejus rei tractationem in hunc locum rejecimus: quod multi fidem hujus ſcriptoris ſecuti, falſum pro vero ſint amplexi. Enimvero ſi quis Romanorum trajectionem in Siciliam eo nomine reprehendat; quod Mamertinos, quocunque tandem prætextu in amicitiam ſuam acceperint, & mox petentibus opem tulerint: qui non ſolum Meſaniorum urbem, ſed etiam Rhegienſium ſceleſta fraude interceperant: merito fortaſſe factum hoc illorum improbaverit. ſin contra jusjurandum & leges fœderis in Siciliam eos transfretaſſe exiſtimaverit: in manifeſto errore verſabitur. Finito igitur bello Siculo, fœdus aliud factum, cujus præcipuæ conditiones hæ fuerunt: CARTHAGINIENSES SICILIA ET OMNIBUS INSULIS QUÆ INTER ITALIAM ET SICILIAM SUNT DECEDVNTO. VTRIVSQVE POPVLI SOCII AB VTROQVE POPVLO TVTI SVNTO. NEVTER IN ALTERIVS POPVLI DITIONE QVICQVAM IMPERATO; NEVE PVBLICE INÆDIFICATO, AVT MILITEM CONDVCITO. ALTERIVS POPVLI SOCIOS NEVTRI IN AMICITIAM RECIPIVNTO. CARTHAGINIENSES VT INTRA DECEM ANNOS DVO MILLIA ET DVCENTA TALENTA

CONFERRENT: MILLE SINE MORA DARENT. CAPTIVOS SINE PRETIO OMNES ROMANIS CARTHAGINIENSES REDDERENT. Poſtea bello Africano mercenariorum finito, quum Romani decreto tenus bellum Carthaginienſibus indixiſſent, priori fœderi has inſuper conditiones adjecerunt. DECEDERENT CARTHAGINIENSES E SARDINIA, ET MILLE ALIA AC DVCENTA TALENTA CONFERRENT, ſicut antea diximus. Iſta omnia ſecutæ ſunt deinde factæ in Hiſpania cum Aſdrubale pactiones: NE BELLI CAVSSA IBERVM AMNEM TRANSIRENT CARTHAGINIENSES. Hæ ſunt conventiones inter Romanos & Carthaginienſes celebratæ jam inde à principio ad tempora uſque Hannibalis. Quemadmodum igitur tranſitu in Siciliam jusjurandum à Romanis fuiſſe violatum non invenimus: ſic ſecundi belli, quando Sardiniam pacis legibus ſibi vindicarunt, nec prætextum nec cauſſam ſaltem veriſimilem aliquis reperiat. Quippe extra controverſiam res eſt, Carthaginienſes neceſſario ſuo tempore contra jus fuiſſe coactos Sardinia decedere, & tantam pecuniæ vim, quantam ante commemoravimus, ſolvere. Nam quod afferunt Romani, multos ſuorum qui

ΚΟΣΙΑ ΤΑΛΑΝΤΑ, ΠΑΡΑΥΤΙΚΑ ΔΕ ΔΟΥΝΑΙ ΧΙΛΙΑ. ΤΟΥΣ ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΥΣ ΧΩΡΙΣ ΛΥΤΡΩΝ ΑΠΟΔΟΥΝΑΙ ΠΑΝΤΑΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ ΤΟΙΣ ΡΩΜΑΙΟΙΣ. Μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν λήξαντος τοῦ Λιβυκοῦ πολέμου, Ρωμαῖοι Καρχηδονίοις πόλεμον ἐξενέγκαντες ἕως δόγματος, ἐπισυνθήκας ἐποιήσαντο τοιαύτας. ΕΚΧΩΡΕΙΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ ΣΑΡΔΟΝΟΣ, ΚΑΙ ΠΡΟΣΕΝΕΓΚΕΙΝ ΑΛΛΑ ΧΙΛΙΑ ΚΑΙ ΔΙΑΚΟΣΙΑ ΤΑΛΑΝΤΑ, καθάπερ ἐπάνω προείπαμεν. Ἐπὶ δὲ πᾶσι τοῖς προειρημένοις τελευταῖαι πρὸς Ἀσδρούβαν ἐν Ἰβηρίᾳ γίνονται διομολογήσεις, ΕΦ' ΩΙ ΜΗ ΔΙΑΒΑΙΝΕΙΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ ΕΠΙ ΠΟΛΕΜΩΙ ΤΟΝ ΙΒΗΡΑ ΠΟΤΑΜΟΝ. Ταῦθ' ὑπῆρχε τὰ δίκαια Ρωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως εἰς τοὺς κατ' Ἀννίβαν καιρούς. ὥσπερ οὖν τὴν εἰς 28
Σικελίαν διάβασιν Ρωμαίων οὐ παρὰ τοὺς ὅρκους εὑρίσκομεν γεγενημένην· οὕτως ὑπὲρ τοῦ δευτέρου πολέμου καθ' ὃν ἐποιήσαντο τὰς περὶ Σαρδόνος συνθήκας, οὔτε πρόφασιν οὔτ' αἰτίαν εὕροι τις ἂν εὔλογον. ἀλλ' ὁμολογουμένως τοὺς Καρχηδονίους ἠναγκασμένους, παρὰ πάντα τὰ δίκαια διὰ τὸν καιρόν, ἐκχωρῆσαι μὲν Σαρδόνος, ἐξενεγκεῖν δὲ τὸ προειρημένον πλῆθος τῶν χρημάτων. τὸ μὲν γὰρ ὑπὸ Ρωμαίων περὶ τούτων λεγόμενον ἔγκλημα,

διότι

διότι τοὺς παρὰ σφῶν πλοϊζομένους ἠδίκουν κατὰ τὸν Λιβυκὸν πόλεμον· ἐλύθη καθ' οὓς καιροὺς κομισάμενοι παρὰ Καρχηδονίων ἅπαντας τοὺς κατηγμένους, ἀντεδωρήσαντο χωρὶς λύτρων ἐν χάριτι τοὺς παρὰ σφίσιν ὑπάρχοντας αἰχμαλώτους· ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὰ κατὰ μέρος ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ δεδηλώκαμεν. Τούτων δὴ τοιούτων ὑπαρχόντων, λοιπὸν διευκρινῆσαι δεῖ καὶ σκέψασθαι περὶ τοῦ καθ' Ἀννίβαν πολέμου, ποτέροις αὐτῶν τὴν αἰτίαν ἀναθετέον.

29 τὰ μὲν οὖν ὑπὸ Καρχηδονίων τότε ῥηθέντα δεδηλώκαμεν· τὰ δ' ὑπὸ Ῥωμαίων λεγόμενα νῦν ἐροῦμεν. οἷς τότε μὲν οὐκ ἐχρήσαντο διὰ τὸν ἐπὶ τῇ Ζακανθαίων ἀπωλείᾳ θυμόν. λέγεται δὲ πολλάκις καὶ ὑπὸ πολλῶν παρ' αὐτοῖς· πρῶτον μὲν, ὅτι τὰς πρὸς Ἀσδρούβαν γενομένας ὁμολογίας οὐκ ἀθετητέον, καθάπερ οἱ Καρχηδόνιοι λέγειν ἐθάῤῥουν. οὐ γὰρ προσέκειτο καθάπερ ἐπὶ τῆς Λυτατίου, ΚΥΡΙΑΣ ΕΙΝΑΙ ΤΑΥΤΑΣ, ΕΑΝ ΚΑΙ ΤΩ ΔΗΜΩι ΔΟΞΗι ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ, ἀλλ' αὐτοτελῶς ἐποιήσατο τὰς ὁμολογίας Ἀσδρούβας ἐν αἷς ἦν, ΤΟΝ ΙΒΗΡΑ ΠΟΤΑΜΟΝ ΜΗ ΔΙΑΒΑΙΝΕΙΝ ΕΠΙ ΠΟΛΕΜΩι ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ. Καὶ μὴν ἐν ταῖς περὶ Σικελίας συνθήκαις, ἦν ἔγγραπτον, καθάπερ κἀκεῖνοί φασιν, ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΤΟΙΣ ΑΜΦΟΤΕΡΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΙΣ ΤΗΝ ΠΑΡ' ΕΚΑΤΕΡΩΝ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ. οὐκ αὐτοῖς μόνον τοῖς τότε συμμαχοῦσι, καθάπερ ἐποιοῦντο τὴν ἐκδοχὴν οἱ Καρχηδόνιοι· προσέκει-

in Africam navigabant, à Pœnis fuiſſe injuria affectos: ea vero injuria bello Africano expiata fuerat: cum quidem Romani poſt receptos de Carthaginienſibus omnes eos qui in ipſorum portus fuerant deducti, quoſcumque penes ſe habuerunt illorum captivos, referendæ gratiæ ſine pretio viciſſim illis donarunt: ſicut priore libro ſigillatim à nobis eſt demonſtratum. Hæc quum ita ſint, ſupereſt jam videamus, diligenterque inquiramus, bello quod duce Hannibale geſtum eſt, utri cauſſam præbuiſſe ſint dicendi. Ac Carthaginienſes quidem ſuper eo quæ dicerent, ante oſtendimus. Romani vero quid cauſſarentur jam dicemus. etſi illi quidem tunc temporis ob Sagunti exſciſionem ira æſtuantes, nihil horum in medium attulerunt: cæterum & ſæpe & à multis illorum dictum eſt: primum, initas cum Aſdrubale conventiones, pro irritis non eſſe habendas, quod auſi ſunt Carthaginienſes dicere: nam in Lutatiana quidem pace illud fuiſſe adjectum: ITA FORE RATAM, SI ET POPVLO ROM. VISVM ESSET. Aſdrubalem vero plena atque abſoluta auctoritate conditiones ejus pacis probaſſe, quibus cavebatur, NE BELLI CAVSSA IBERVM AMNEM CARTHAGINIENSES TRANSIRENT. Jam vero in pace qua de Sicilia tranſactum eſt, ſcriptum erat, quod & illi fatentur; VTRIVSQVE POPVLI SOCII AB VTROQVE POPVLO TVTI SVNTO. non ſolum ii qui tunc ſocii eſſent; ſicut Carthaginienſes interpretantur: additum enim

enim fuiſſet, vel, VT SOCIOS NOVOS ADSCISCERE JVS NE ESSET: vel, HOC FOEDERE EOS NON COMPREHENDI, QVI AD SOCIETATEM POST PACEM FACTAM ACCESSISSENT. quorum neutrum quum ſit adjectum, perſpicuum eſt oportuiſſe, ut omnes utriuſque populi ſocii & qui tunc erant, & qui poſtea aſſumerentur, ab utroque populo tuti eſſent. idque omnino ſimile veri eſt: neque enim ejuſmodi pacem profecto erant facturi, per quam libertate privarentur, aſſumendi eos, qui pro temporum occaſionibus utiles amici ac ſocii viderentur: aut ſi quos in fidem ſuam recepiſſent, eos injuria ab aliis affectos, negligere tenerentur. Quinimo populi utriuſque mens ac ſententia in illo fœdere fuit, ſuper ſociis quidem, quos jam alteruter haberet, ut iis alter abſtineret: neque ulla ratione alter alterius ſocium aliquem reciperet in ſocietatem. de iis vero qui poſtea eſſent aſſumendi, ut illa acciperentur: NE MILITEM CONDVCERET AVT QVICQVAM IMPERARET ALTER IN ALTERIVS PROVINCIIS, ET SOCIIS POPVLIS: &, VT OMNES TVTI ESSENT AB VTRISQVE. Hæc quum ita ſe habeant, etiam illud in confeſſo eſt: Saguntinos multis annis ante Hannibalis tempora in Romanorum fidem ſe dediſſe. Cujus rei magnum hoc ſignum eſt, vel ipſorum Carthaginienſium te-

τὸ γὰρ ἂν, ἤτοι, ΤΟ ΜΗ ΠΡΟΣΛΑΜΒΑΝΕΙΝ ΕΤΕΡΟΥΣ ΣΥΜΜΑΧΟΥΣ ΠΑΡΑ ΤΟΥΣ ΠΡΟΥΠΑΡΧΟΝΤΑΣ. ἢ, ΤΟ ΜΗ ΠΑΡΑΛΑΜΒΑΝΕΣΘΑΙ ΤΟΥΣ ΥΣΤΕΡΟΝ ΠΡΟΣΛΗΦΘΕΝΤΑΣ ΤΟΥΤΩΝ ΤΩΝ ΣΥΝΘΗΚΩΝ. ὅτε δὲ τούτων οὐδέτερον ἐγράφη, προφανὲς ἦν ὅτι πᾶσι τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις, καὶ τοῖς οὖσι τότε, καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα προσληφθησομένοις, τὴν παρ' ἀμφοῖν ἀσφάλειαν ἀεὶ δέον ἦν ὑπάρχειν. ὃ δὴ καὶ πάντως ἂν εἰκὸς εἶναι δόξειεν· οὐ γὰρ δήπου τοιαύτας ἔμελλον ποιήσεσθαι συνθήκας, δι' ὧν ἀφελοῦνται τὴν ἐξουσίαν σφῶν αὐτῶν τοῦ προσλαμβάνειν κατὰ καιροὺς, ἄν τινες ἐπιτήδειοι φανῶσιν αὐτοῖς φίλοι καὶ σύμμαχοι. οὐδὲ μὴν προσλαβόντες εἰς τὴν σφετέραν πίστιν, περιόψεσθαι τούτους ὑπό τινων ἀδικουμένους. ἀλλ' ἦν ἀμφοτέρων τὸ συνέχον τῆς ἐννοίας, τὸ ἐν ταῖς συνθήκαις· τῶν μὲν ὑπαρχόντων ἀμφοτέροις τότε συμμάχων ἀφέξεσθαι, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον τοὺς ἑτέρους παρὰ τῶν ἑτέρων ἐπιδέξασθαι τινὰς τούτων εἰς συμμαχίαν· περὶ δὲ τῶν μετὰ ταῦτα προσληφθησομένων, αὐτὸ τοῦτο, ΤΟ ΜΗ ΞΕΝΟΛΟΓΕΙΝ ΜΗΤ' ΕΠΙΤΑΤΤΕΙΝ ΜΗΔΕΤΕΡΟΥΣ ΜΗΔΕΝ ΕΝ ΤΑΙΣ ΑΛΛΗΛΩΝ ΕΠΑΡΧΙΑΙΣ ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΙΑΙΣ· ΥΠΑΡΧΕΙΝ ΤΕ ΤΗΝ ΑΣΦΑΛΕΙΑΝ ΠΑΣΙ ΤΗΝ ΠΑΡ' ΑΜΦΟΙΝ. Τούτων δὴ τοιούτων ὑπαρχόντων, ὁμολογούμενον ἦν κἀκεῖνο· διότι Ζακανθαῖοι πλείοσιν ἔτεσιν ἤδη πρότερον τῶν κατ' Ἀννίβαν καιρῶν, ἐδεδώκεισαν αὑτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν. σημεῖον δὲ τοῦτο μέγιστον, καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Καρχη-

δονίοις

δονίοις ὁμολογούμενον· ὅτι στασιά-
σαντες Ζακανθαῖοι πρὸς σφᾶς, οὐ
Καρχηδονίοις ἐπέτρεψαν· καίπερ
ἐγγὺς ὄντων αὐτῶν, καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἰβη-
ρίαν ἤδη πραττόντων, ἀλλὰ Ῥωμαί-
οις· καὶ διὰ τούτων ἐποιήσαντο τὴν κα-
τόρθωσιν τῆς πολιτείας. διόπερ εἰ
μέν τις τὴν Ζακάνθης ἀπώλειαν αἰ-
τίαν τίθησι τοῦ πολέμου, συγχωρη-
τέον ἀδίκως ἐξενηνοχέναι τὸν πόλε-
μον Καρχηδονίους· κατά τε τὰς ἐπὶ
τοῦ Λυτατίου συνθήκας, καθ' ἃς ἔδει
τοῖς ἑκατέρων συμμάχοις τὴν ὑφ'
ἑκατέρων ὑπάρχειν ἀσφάλειαν·
κατά τε τὰς ἐπ' Ἀσδρούβου καθ' ἃς
οὐκ ἔδει διαβαίνειν τὸν Ἴβηρα πο-
ταμὸν ἐπὶ πολέμῳ Καρχηδονίους.
εἰ δὲ τὴν Σαρδόνος ἀφαίρεσιν καὶ
τὰ σὺν ταύτῃ χρήματα, πάντως
ὁμολογητέον, εὐλόγως πεπολεμη-
κέναι τὸν κατ' Ἀννίβαν πόλεμον τοὺς
Καρχηδονίους· καιρῷ γὰρ πεισθέν-
τες, ἠμύνοντο τοὺς σὺν καιρῷ βλά-
31 ψαντας. Ἔνιοι δὲ τῶν ἀκρίτως τὰ
τοιαῦτα θεωρουμένων, τάχ' ἂν φή-
σαιεν ἡμᾶς, οὐκ ἀναγκαίως ἐπὶ
πλεῖον ἐξακριβοῦν τοὺς ὑπὲρ τῶν
τοιούτων λόγους. ἐγὼ δ' εἰ μέν τις
ὑπείληφε πρὸς πᾶσαν περίστασιν
αὐτάρκης ὑπάρχειν, καλὴν μὲν,
οὐκ ἀναγκαίαν δ' ἴσως φήσαιμ'
ἂν εἶναι τὴν τῶν προγεγονότων ἐπι-
στήμην. εἰ δὲ μηδεὶς ἂν, μήτε πε-
ρὶ τῶν κατ' ἰδίαν, μήτε περὶ τῶν κοι-
νῶν τολμήσαι τοῦτ' εἰπεῖν ἄνθρωπος
ὤν, διὰ τὸ, κἂν κατὰ τὸ παρὸν
εὐτυχῇ, τήν γε περὶ τοῦ μέλλον-
τος ἐλπίδα, μηδένα τῶν νοῦν
ἐχόντων ἂν εὐλόγως βεβαιώ-
σασθαι· οὐ μόνον καλὴν, ἔτι δὲ μᾶλ-
λον ἀναγκαίαν εἶναί φημι διὰ ταῦτα
ra; iccirco præteritarum rerum

ſtimonio: quod exorta Saguнti ſe-
ditione inter cives, arbitrium diſcor-
diarum ſuarum non permiſere Car-
thaginienſibus; qui tamen & vicini
erant,& res in Hiſpania jam tum ge-
rebant; ſed Romanis: quorum opera
uſi ſunt in componendo civitatis ſuæ
ſtatu. Quare ſi quis belli hujus cauſ-
ſam Sagunti exſcidium ſtatuat, con-
cedendum neceſſario, Carthaginien-
ſes injuſte bellum iſtud ſuſcepiſſe:
ſive pacem Lutatio Cos. factam ſpe-
ctes, per quam utriuſque populi ſo-
cios ab utriſque tutos eſſe oportuit:
ſive pacta cum Aſdrubale inita, per
quæ non licuit Carthaginienſibus
belli cauſſa amnem Iberum tranſire.
Sin belli cauſſam ſtatuas ademptam
Sardiniam, & pecuniam ſimul ex-
tortam: fatendum omnino, juſtam
Carthaginienſes habuiſſe cauſſam
ejus belli gerendi, quod duce Hanni-
bale fuit geſtum: occaſione enim in-
vitati, eos ultum juerunt, qui per oc-
caſionem temporum ipſis nocue-
rant. Sed dicet fortaſſe aliquis ex
eorum numero, qui in lectione hi-
ſtoriarum nullo judicio verſari ſo-
lent; nihil fuiſſe cauſſæ, cur in hoc
ſermone diutius immoraremur.
Enimvero, ſi quis putaverit ſatis ſibi
in ſe uno eſſe præſidii adverſus
omnes caſus; huic ego notitiam re-
rum ante geſtarum honeſtam qui-
dem; at non fortaſſe neceſſariam fo-
re duxerim. Sed quando homo na-
tus nemo [illegible] ere auſit, neque de
privata ſua, neq; de publica re: quo-
niam, licet præſenti fruatur felicita-
te; de futuro tamen ſanæ mentis ne-
mo certam ſpem ſibi ſit ſponſu-
ſeriam cognitionem, non modo ho-
neſtam,

neſtam; verùm etiam neceſſariam pronuntiare equidem non verear. Nam ſive ipſe aut patria ipſius injuriam à quoquam acceperint, qua ratione adjutores & ſocios ſibi conciliaverit; ſive ante partis aliquid adjicere & alios laceſſere ipſe cogitet; qui alios incitaverit, ut ſua incepta velint ire adjutum: quomodo denique ſi rebus præſentibus acquieſcat, alios impulerit, ut quam ipſe formam Reip. probat, eam adfirmare velint, neque ſollicitari ſtatum civitatis patiantur; ſi nihil habuerit ex ante geſtis, quod ſingulis in memoriam revocet? Fere enim mortales rebus præſentibus ſeſe accommodant, & mimum unâ cum aliis agunt; ut ex factis dictiſve ſingulorum quæ ſint illorum voluntates quove inclinent animi, adprime ſit difficile cognoſcere: adeo occurrunt multa, quæ veritatem tenebris contegant. at majorum geſta, exitu ipſo ſeſe produnt, & voluntates ac cogitationes cujuſque vere palàm faciunt: eademque nobis oſtendunt, à quibus gratiam, beneficium, auxilium ſperare: à quibus contraria metuere debeamus. Ex quo ſæpe in multis eſt intelligere, quis tuos caſus ſit miſeraturus; cui iram facta tibi injuria ſit expreſſura; quis denique in auctorem injuriæ ſit animadverſurus. quæ omnia ad communem hominum vitam quà privatim, quà publice magno cum primis ſubſidio eſſe queant. Quamobrem, nec qui ſcribunt, nec qui legunt hiſtorias, tantopere ad ea quæ ſunt geſta par eſt attendere; atque ad ea quæ ante acciderant, quæque ſimul evenere, aut res tranſactas ſunt conſecuta.

τὴν τῶν παρεληλυθότων ἐπίγνωσιν. πῶς γὰρ ἂν εἴτε αὐτός τις ἀδικούμενός τις, ἢ τῆς πατρίδος ἀδικουμένης, εὕροι βοηθοὺς ἢ συμμάχους· εἴτε κτήσασθαί τι καὶ προκατάρξασθαι σπουδάζων, τοὺς συνεργήσοντας αὐτῷ παρορμήσαι πρὸς τὰς ἐπιβολάς; πῶς δ᾽ ἂν εὐδοκούμενος τοῖς ὑποκειμένοις, τοὺς βεβαιώσοντας τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν καὶ διαφυλάξοντας τὴν κατάστασιν παρορμήσαι δικαίως, εἰ μηδὲν εἰδείη τῆς τῶν προγεγονότων περὶ ἑκάστους ὑπομνήσεως; πρὸς μὲν γὰρ τὸ παρὸν ἀεί πως ἁρμοζόμενοι καὶ συνυποκρινόμενοι τοιαῦτα καὶ λέγουσι καὶ πράττουσι πάντες· ὥστε δυσθεώρητον εἶναι τὴν ἑκάστου προαίρεσιν, καὶ λίαν ἐν πολλοῖς ἐπισκοτεῖσθαι τὴν ἀλήθειαν. τὰ δὲ παρεληλυθότα τῶν ἔργων, ἐξ αὐτῶν τῶν πραγμάτων λαμβάνοντα τὴν δοκιμασίαν, ἀληθινῶς ἐμφαίνει τὰς ἑκάστων αἱρέσεις καὶ διαλήψεις, καὶ δηλοῖ παρ᾽ οἷς μὲν χάριν, εὐεργεσίαν, βοήθειαν ἡμῖν ὑπάρχουσιν· παρ᾽ οἷς δὲ τἀναντία τούτων. ἐξ ὧν καὶ τὸν ἐλεήσοντα καὶ τὸν συνοργιούμενον, ἔτι δὲ τὸν δικαιώσοντα πολλάκις καὶ ἐπὶ πολλῶν εὑρεῖν ἐστιν. ἅπερ ἔχει μεγίστας ἐπικουρίας καὶ κοινῇ καὶ ἰδίᾳ πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον. Διόπερ οὐχ οὕτως ἐστὶ φροντιστέον τῆς αὐτῶν τῶν πράξεων ἐξηγήσεως, οὔτε τοῖς γράφουσιν, οὔτε τοῖς ἀναγινώσκουσι τὰς ἱστορίας, ὡς τῆς προτέρας, καὶ τῆς ἅμα, καὶ τῶν ἐπιγινομένων τοῖς ἔργοις. ἱστορίας γὰρ ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸ διὰ τί, καὶ πῶς,

καὶ τίνος χάριν ἐπράχθη, καὶ τὸ πραχθὲν πότερα εὔλογον ἔσχε τὸ τέλος, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς, ἀγώνισμα μὲν, μάθημα δ' οὐ γίγνεται. καὶ παραυτίκα μὲν τέρπει, πρὸς δὲ τὸ μέλλον οὐδὲν ὠφελεῖ τὸ παράπαν.
32 ᾗ καὶ τοὺς ὑπολαμβάνοντας δύσκτητον εἶναι καὶ δύσγνωστον τὴν ἡμετέραν πραγματείαν διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὸ μέγεθος τῶν βίβλων, ἀγνοεῖν νομιστέον, πόσῳ γε ῥᾷόν ἐστι κτήσασθαι καὶ διαγνῶναι βίβλους τετταράκοντα, καθαπερανεὶ κατὰ μίτον ἐξυφασμένας, καὶ παρακολουθῆσαι σαφῶς ταῖς μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Σικελίαν καὶ Λιβύην πράξεσιν, ἀπὸ τῶν κατὰ Πύῤῥον ὑπὸ Τιμαίου συγγραφέντων καιρῶν ἐξηγήσεως εἰς τὴν Καρχηδόνος ἅλωσιν· ταῖς δὲ κατὰ τὴν ἄλλην οἰκουμένην ἀπὸ τῆς Κλεομένους τοῦ Σπαρτιάτου φυγῆς κατὰ τὸ συνεχὲς, μέχρι τῆς Ἀχαιῶν καὶ Ῥωμαίων περὶ τὸν ἰσθμὸν παρατάξεως· ἢ τὰς τῶν κατὰ μέρος γραφέντων συντάξεις ἀναγινώσκειν ἢ κτᾶσθαι. χωρὶς γὰρ τοῦ πολλαπλασίους αὐτὰς ὑπάρχειν τῶν ἡμετέρων ὑπομνημάτων, οὐδὲ καταλαβεῖν ἐξ αὐτῶν βεβαίως οὐδὲν οἷόν τε τοὺς ἀναγινώσκοντας. πρῶτον μὲν διὰ τὸ τοὺς πλείστους μὴ ταὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν γράφειν· εἶτα, διὰ τὸ τὰς καταλλήλους τῶν πράξεων παραλιπεῖν, ὧν ἐκ παραθέσεως συνθεωρουμένων καὶ συγκρινομένων ἀλλοιοτέρας ἕκαστα τυγχάνει δοκιμασίας τῆς κατὰ μέρος διαλήψεως· τῶν δὲ κυριωτάτων μηδὲ ψαύειν αὐτοὺς δύνασθαι τὸ παράπαν. ἀκμὴν γὰρ φα-

Quippe ſi tollas ex hiſtoria, quare, quomodo, quo fine, quidque fuerit actum: & quàm convenientem exitum res geſta habuerit: quod ſupereſt illius commiſſio mera eſt, non autem opus ad erudiendum lectórem comparatum: & in pręſens quidem oblectationem; in poſterum vero utilitatem nullam omnino affert. Ideo qui putant opus noſtrum propter numerum & amplitudinem librorum ægre emptores aut lectóres fore reperturum: hi videlicet ignorant, quanto ſit facilius parare ſibi & legere libros XL continuo filo detextos, ex quibus recta ſerie percipias ac probe cognoſcas, res in Italia quidem, Sicilia & Africa geſtas, inde à temporibus in quibus deſinunt Timæi de Pyrrho hiſtoriæ, uſque ad captam Carthaginem: in cæteris vero orbis partibus, quæ deinceps poſt fugam Cleomenis Spartani Regis acciderunt, ad pugnam uſque Achæorum & Romanorum ad Peloponneſi jugum pugnatam: quàm libros illorum vel legere, vel ſibi comparare, qui ſeparatim res eaſdem ſunt perſecuti. Nam ut taceam, quod multis partibus noſtri Commentarii mole illorum ſcriptorũ ſuperantur: ne capere quidem certi quicquam lectores ex illis poſſunt: primùm, quia plerique eorum de rebus iiſdem non eadem ſcribunt: deinde quia res tempore eodem geſtas prætermittunt: quas ſi invicem compares, & contendas, aliud de ſingulis judicium feras, quàm ſeparatim illa intuens cogitaveras. accidit, quod ne poſſunt quidem omnino ſcriptores illi vel attingere quæ maximi ſunt momenti. Siquidem, ut modo dicebamus,

tmus, partes ſunt hiſtoriæ cum primis neceſſariæ, quæ poſt res geſtas ſunt ſecuta, aut eaſdem dum gererentur comitata: maximè autem cauſſæ. Sic intelligimus bello Antiochico Philippicum præbuiſſe occaſionem: Philippico Hannibalicum: huic, præcedens Siculum. Porrò quæ inter hæc bella contigerunt, & multa & diverſi generis illa quidem fuerunt: quæ tamen ad eundem finem cuncta tendebant. Hæc inquam omnia ex univerſali hiſtoria recte capias diſcaſque: ex iis vero qui ſingula bella ſeparatim deſcripſerunt, Macedonicum puta, cum Perſeo aut Philippo, nequaquam. Niſi forte quis putet, ubi apud iſtos nudas pugnarum deſcriptiones legerit, totius belli adminiſtrationem rationemque penitus exploratam ſe habere. quod quum nullo modo fieri poſſit; equidem hiſtoriam noſtram tantum præſtare rerum ſingularum narrationibus exiſtimo, quanto præſtantius eſt ſcire, quàm duntaxat audiſſe. Romani legati, redeo enim illuc unde ſum digreſſus, auditis quæ afferebant Carthaginienſes, aliud quidem nihil dixerunt: verùm maximus natu inter illos, ſinum iis qui concilio intererant, oſtendens, Hic, ait, & bellum vobis & pacem portamus: utrum placuerit ſumere, promam. excipit Rex Carthaginienſium, Vtrum viſum illis foret, promerent. quum dixiſſet Romanus, bellum ſe prompturum: à pluribus ſimul è Senatorum numero, Accipere ſe, ſuclamatum eſt. His peractis Legati & Senatus in diverſa abierunt. Han-

μὲν ἀναγκαιότατα μέρη τῆς ἱστορίας εἶναι, τά τ' ἐπιγινόμενα τοῖς ἔργοις καὶ τὰ παρεπόμενα. καὶ μάλιστα τὰ περὶ τὰς αἰτίας. θεωροῦμεν δὲ τὸν μὲν Ἀντιοχικὸν πόλεμον, ἐκ τοῦ Φιλιππικοῦ τὰς ἀφορμὰς εἰληφότα· τὸν δὲ Φιλιππικὸν ἐκ τοῦ κατ' Ἀννίβαν· τὸν δὲ Ἀννιβιακὸν ἐκ τοῦ περὶ Σικελίαν· τὰ δὲ μεταξὺ τούτων πολλὰς καὶ ποικίλας ἐσχηκότα διαθέσεις, πάσας δὲ συννευούσας πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν· ταῦτα δὴ πάντα διὰ μὲν τῶν γραφόντων καθόλου, δυνατὸν ἐπιγνῶναι καὶ μαθεῖν· διὰ δὲ τῶν τοὺς πολέμους αὐτοὺς οἷον Περσικὸν, ἢ τὸν Φιλιππικὸν, ἀδύνατον. εἰ μὴ καὶ τὰς παρατάξεις τις ἀναγινώσκων αὐτὰς, ἐξ ὧν ἐκεῖνοι συγγράφουσιν, ὑπολαμβάνοι σαφῶς ἐπεγνωκέναι καὶ τὴν τοῦ πολέμου τοῦ σύμπαντος οἰκονομίαν καὶ διάθεσιν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων οὐδὲν· ἀλλ' ὅσῳ διαφέρει τὸ μαθεῖν τοῦ μόνον ἀκοῦσαι, τοσούτῳ καὶ τὴν ἡμετέραν ἱστορίαν ὑπολαμβάνω διαφέρειν τῶν ἐπὶ μέρους συντάξεων. Οἱ δὲ παρὰ τῶν Ῥωμαίων 33
πρέσβεις (τὴν γὰρ παρέκβασιν ἐντεῦθεν ἐποιησάμεθα) διακούσαντες τὰ παρὰ τῶν Καρχηδονίων, ἄλλο μὲν οὐδὲν εἶπον· ὁ δὲ πρεσβύτατος αὐτῶν δείξας τοῖς ἐν τῷ συνεδρίῳ τὸν κόλπον, ἐνταῦθεν καὶ τὸν πόλεμον αὐτοῖς ἔφη, καὶ τὴν εἰρήνην φέρειν. ἐκβαλεῖν οὖν ὁπότερον ἂν κελεύσωσιν * ἀπολήψειν. ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν Καρχηδονίων, ὁπότερον αὐτοῖς φαίνεται, καὶ τὸν ἐκβαλεῖν ἐκέλευσε. τοῦ δὲ Ῥωμαίου φήσαντος τὸν πόλεμον ἐκβαλεῖν, ἀνεφώνησαν ἅμα καὶ πλείους τῶν ἐκ τοῦ συνεδρίου, δέχεσθαι φάσκοντες. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις καὶ τὸ συνέδριον ἐπὶ

τούτοις ἐχειρίσθησαν. Ἀννίβας δὲ παραχειμάζων ἐν Καινῇ πόλει, πρῶτον μὲν διαφῆκε τοὺς Ἴβηρας ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν πόλεις, βουλόμενος ἑτοίμους καὶ προθύμους παρασκευάζειν πρὸς τὸ μέλλον. δεύτερον Ἀσδρούβᾳ τἀδελφῷ διέταξε· πῶς δεήσει τῇ τῶν Ἰβήρων ἀρχῇ καὶ δυναστείᾳ χρῆσθαι, τοῖς τε πρὸς Ῥωμαίους παρασκευαῖς, ἐὰν αὐτὸς χωρίζηταί ποι. τρίτον ὑπὲρ τῆς ἀσφαλείας τῶν ἐν Λιβύῃ προὐνοεῖτο πραγμάτων. πάνυ δ' ἐμπείρως καὶ φρονίμως ἐκλογιζόμενος, ἐκ μὲν Λιβύης εἰς Ἰβηρίαν, ἐκ δ' Ἰβηρίας εἰς Λιβύην διεβίβαζε στρατιώτας, ἐκδεσμεύων τὴν ἑκατέρων πίστιν εἰς ἀλλήλους διὰ τῆς τοιαύτης οἰκονομίας. ἦσαν δ' οἱ διαβάντες εἰς τὴν Λιβύην Θερσῖται, Μαστιανοί, πρὸς δὲ τούτοις, ὀρῆται Ἴβηρες, Ὀλκάδες. οἱ δὲ σύμπαντες ἀπὸ τούτων τῶν ἐθνῶν, ἱππεῖς μὲν χίλιοι διακόσιοι, πεζοὶ δὲ μύριοι τρισχίλιοι ὀκτακόσιοι πεντήκοντα. πρὸς δὲ τούτοις, Βαλιαρεῖς· οὓς κυρίως μὲν καλοῦσι σφενδονήτας ἀπὸ δὲ τῆς χρείας ταύτης, συνωνύμως καὶ τὸ ἔθνος αὐτῶν προσαγορεύουσι, καὶ τὴν νῆσον. τῶν δὲ προειρημένων τοὺς μὲν πλείους εἰς τὰ Μεταγώνια τῆς Λιβύης, τινὰς δ' εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα κατέταξεν. ἀπὸ δὲ τῶν πόλεων τῶν Μεταγωνιτῶν καλουμένων, ἀπέστειλεν ἄλλους εἰς Καρχηδόνα πεζοὺς τετρακισχιλίους, ὁμηρείας ἔχοντας καὶ βοηθείας ἅμα τάξιν. ἐπὶ δὲ τῆς Ἰβηρίας ἀπέλιπεν Ἀσδρούβᾳ τἀδελφῷ, πεντήρεις μὲν πεντήκοντα, τετρήρεις δὲ δύο, καὶ τριήρεις πέντε. τούτων ἐχούσας πληρώματα πεντήρεις μὲν τριάκοντα δύο, τριήρεις δὲ πέντε. καὶ μὴν ἱππεῖς Λιβυφοινίκων μὲν καὶ Λιβύων τετρακοσίους πεντήκοντα.

nibal interim Carthagine nova hibernans, Hiſpanos ante omnia domos dimiſit: cupiens illos ad futuram expeditionem promptos atque alacres reddere. præcepta deinde Aſdrubali fratri dedit, quomodo Hiſpanis recte imperaturus dominaturuſque eſſet: quove modo adverſus Romanos, ſi forte ipſe ab eo ſepararetur, ſe comparare deberet. Tertia Hannibalis cura erat, ut ſecuritati Africæ proſpiceret. Quam ad rem cauto ac prudente conſilio uſus, ex Africa in Hiſpaniam, ex Hiſpania vero in Africam milites trajecit: hac ratione fidem populorum utrorumque mutuo inter ipſos vinculo alligans. qui in Africam tranſierunt, ſunt; Therſitæ, Maſtiani, item montani quidam Hiſpani, Olcades. Fuere omnino ex his gentibus collecti equites mille ducenti: pedites vero octingenti quinquaginta, ſupra tredecim millia. erant & Baliares inſuper; genus quoddam funditorum militum quod Græca appellatio teſtatur: nam à fundæ uſu tum ipſe tum eorum inſula nomen invenit. Horum parti majori in Metagonia Africæ ſtatio eſt aſſignata: nonnullis in ipſa urbe Carthagine. ab oppidis autem Metagonitarum, ut vulgo dicuntur, pedites alios CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ Carthaginem juſſit proficiſci, ſimul ut obſidum & præſidii loco eſſent. In Hiſpania vero fratri Aſdrubali reliquit quinqueremes quinquaginta: quadriremes duas, triremes quinque. ex quibus navigiis, remigio inſtructæ erant, quinqueremes triginta duæ, triremes quinque. Reliquit etiam illi equites

equites Libyphœnices (miſtum Punicum Afris genus,) & Afros, quadringentos quinquaginta: Lorgitas trecentos: Numidas, Maſſylos, Maſſæſylos, Macios, Mauritanos accolas Oceani CIↃ IↃCCC. pedites Afros undecies mille, octingentos & quinquaginta. Ligures trecentos; Baleares quingentos; elephantos unum & viginti. Nemo autem admiretur quod rerum in Hiſpania tum ab Hannibale geſtarum deſcriptionem adeo exactam afferimus; qualem vix aliquis poſſit, qui ſingula ipſe adminiſtraſſet: neque propterea ſecius de nobis exiſtimet; quaſi illos imitati fuerimus, qui mendacia ſua ita concinnant ut fidem mereantur. Nos enim quum Lacinii ęneam tabulam inveniſſemus, ab Hannibale eo tempore deſcriptam, quando erat in Italia: omnino illi tabulæ fidem, certè quidem in talibus, habendam duximus. itaque eam ſequi non dubitavimus. Poſtquam Hannibal ſecuritati tum Africę tum Hiſpanię proſpexiſſet, de cætero intentus occaſiones rerum captabat; & nuntios à Gallis ad ſe mittendos præſtolabatur. nam & fertilitatem Subalpinarum Circumpadanarumque regionum, magna diligentia exploraverat; numerum hominum qui illos tractus incolunt; audaciam illorum in bellis; & quod caput erat, quam hoſtili odio eſſent in Romanos, ex eo tempore quo bellum unà geſſerant. de quo in priore libro de induſtria diximus, ut quæ jam narraturi ſumus, capi à lectoribus poſſent. In eam itaque ſpem incumbebat, prolixeque omnia pollicebatur, ad

Λοργιτῶν δὲ τριακοσίους· Νομάδων δὲ, Μασυλίων, καὶ Μασαισυλίων, καὶ Μακίων, καὶ Μαυρουσίων, τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανὸν, χιλίους ὀκτακοσίους· πεζοὺς δὲ Λιβύων μυρίους χιλίους ὀκτακοσίους πεντήκοντα, Λιγυστίνους τριακοσίους, Βαλιαρεῖς πεντακοσίους, ἐλέφαντας εἴκοσι καὶ ἕνα. οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν τὴν ἀκρίβειαν τῆς ἀναγραφῆς, εἰ τοιαύτῃ κεχρήμεθα περὶ τῶν ὑπ' Ἀννίβου κατ' Ἰβηρίαν πεπραγμένων, οἵᾳ μόλις ἂν χρήσαιτό τις αὐτὸς κεχειρικὼς τὰς κατὰ μέρος πράξεις· οὐδὲ προσκαταγινώσκειν, εἰ πεποιήκαμεν παραπλήσιον τοῖς ἀξιοπίστως ψευδομένοις τῶν συγγραφέων. ἡμεῖς γὰρ εὑρόντες ἐπὶ Λακινίῳ τὴν γραφὴν ταύτην ἐν χαλκώματι κατατεταγμένην ὑπ' Ἀννίβου, καθ' οὓς καιροὺς ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν τόποις ἀνεστρέφετο, πάντως ἐνομίσαμεν αὐτὴν περί γε τῶν τοιούτων ἀξιόπιστον εἶναι· διὸ καὶ κατακολουθεῖν εἱλόμεθα τῇ γραφῇ ταύτῃ.

34 Ἀννίβας δὲ πάντα προνοηθεὶς περὶ τῆς ἀσφαλείας τῶν τε κατὰ Λιβύην πραγμάτων καὶ τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ, λοιπὸν ἐκαραδόκει καὶ προσεδέχετο τοὺς παρὰ τῶν Κελτῶν πρὸς αὐτὸν ἀποστελλομένους. σαφῶς γὰρ ἐξητάκει καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς ὑπὸ τὰς Ἄλπεις καὶ τὸν Πάδον πεδιάδος χώρας· καὶ τὸ πλῆθος τῶν κατοικούντων αὐτήν. ἔτι δὲ τὴν πρὸς τοὺς πολέμους τῶν ἀνδρῶν τόλμαν· καὶ τὸ μέγιστον, τὴν ὑπάρχουσαν δυσμένειαν αὐτοῖς ἐκ τοῦ προγεγονότος πολέμου πρὸς Ῥωμαίους. ὑπὲρ οὗ διειλήφαμεν ἡμεῖς ἐν τῇ πρὸ ταύτης βίβλῳ, χάριν τοῦ συμπεριφέρεσθαι τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς νῦν μέλλουσι λέγεσθαι. διόπερ εἴχετο ταύτης τῆς ἐλπίδος, καὶ πᾶν ὑπισχνεῖτο

διαπεμπόμενος ἐπιμελῶς πρὸς
τοὺς δυνάστας τῶν Κελτῶν, καὶ
τοὺς ἐπὶ τάδε, καὶ τοὺς ἐν αὐταῖς
ταῖς Ἄλπεσιν ἐνοικοῦντας· μόνως
ἂν οὕτως ὑπολαμβάνων ἐν Ἰταλίᾳ
συστήσασθαι τὸν πρὸς Ῥωμαίους
πόλεμον, εἰ δυνηθείη διαπεράσας
τὰς πρὸ τοῦ δυσχωρίας, εἰς τοὺς
προειρημένους ἀφικέσθαι τόπους·
καὶ συνεργοῖς καὶ συμμάχοις χρή-
σασθαι Κελτοῖς εἰς τὴν προκειμένην
ἐπιβολήν. ἀφικομένων δὲ τῶν ἀγγέ-
λων, καὶ τήν τε Κελτῶν βούλησιν
καὶ προσδοκίαν ἀπαγγειλάντων, τήν
τε τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν ὑπερβολὴν, ἐπί-
πονον μὲν καὶ δυσχερῆ λίαν, οὐ μὴν ἀδύ-
νατον εἶναι φασκόντων· συνῆγε τὰς
δυνάμεις ἐκ τῆς παραχειμασίας ὑπὸ
τὴν ἐαρινὴν ὥραν. προσπεπτωκότων
δὲ προσφάτως αὐτῷ καὶ τῶν ἐκ τῆς Καρ-
χηδόνος, ἐπαρθεὶς τῷ θυμῷ, καὶ πι-
στεύων τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ, παρε-
κάλει τὰς δυνάμεις φανερῶς ἤδη
πρὸς τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον· ἐμ-
φανίζων μὲν, ὃν τρόπον ἐκδοτὸν αὐ-
τὸν ἐγχειρήσαιεν αἰτεῖσθαι Ῥωμαῖοι,
καὶ πάντας τοὺς τοῦ στρατοπέδου προεστῶ-
τας· ὑποδεικνύων δὲ τὴν τῆς χώρας ἀρε-
τὴν εἰς ἣν ἀφίξονται, καὶ τὴν τῶν Κελτῶν
εὔνοιαν καὶ συμμαχίαν. εὐθύμως δὲ
τῶν ὄχλων αὐτῷ συνεξισταμένων, ἐπ-
αινέσας καὶ παραγγείλας τακτὴν
ἡμέραν ἐν ᾗ τὴν ἔξοδον ποιήσεται, τότε
34 μὲν διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν· ἐπι-
τελέσας δὲ τὰ προειρημένα κατὰ τὴν
παραχειμασίαν, καὶ παρασκευάσας
ἱκανὴν ἀσφάλειαν, τοῖς τε κατὰ τὴν
Λιβύην καὶ τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ πράγμα-
σι, παραγενομένης τῆς ταχθείσης ἡ-
μέρας, προῆγε· πεζῶν μὲν ἔχων εἰς
ἐννέα μυριάδας, ἱππεῖς δὲ περὶ μυ-
ρίους καὶ δισχιλίους. καὶ διαβὰς τὸν

Gallorum regulos quique cis Alpes & qui in ipſis Alpibus degunt, nuntios crebro miſſitans. unicam hanc belli adverſus Romanos gerendi rationem eſſe ratus, ſi difficultatibus quæ in itinere ſe prius offerebant, ſuperatis, in eas quas diximus regiones poſſet pervenire: & adjutores ſocioſque belli quod moliebatur Gallos ſibi adjungere. Venere tandem nuntii; qui poſtquam Gallorum voluntatem egregiam, atque exſpectationem retuliſſent; Alpiumque juga magno illa quidem labore & multis cum difficultatibus ſuperatum iri, non tamen inexſuperabilia eſſe diſſerviſſent: tum Hannibal, principio veris copias ex hibernis contrahit. Quum autem non multo ante certior factus eſſet de iis quæ Carthagine geſta erant, elatus animo, & civium benevolentia fretus, aperte jam exercitum ad bellum contra Romanos cepit hortari. Narrabat illis auſos eſſe Romanos, & ſe & omnes ductores exercitus ad deditionem poſcere. commemorabat etiam regionis bonitatem in quam eſſent venturi: benevolentiam item Gallorum, & initam cum iis ſocietatem. ubi paratam ſe proficiſci cum ipſo quò vellet cumque Hannibal, multitudo ſignificaſſet: laudata eorum voluntate, & die qua expeditionem auſpicari vellet, ſignificata, concionem dimittit. His igitur inter hibernandum peractis, rebus Africæ atque Hiſpaniæ in tuto locatis, ubi dicta dies advenit, copias educit: in quibus erant peditum nonaginta millia, equites ad CCIↃↃ CIↃ CIↃ. Trajecto

amne

amne Ibero Ilergetes, Barguſios, item Ærenoſios, & Andoſinos (ſive Auſetanos) qui populi ad Pyrenæos uſque pertinent, ſubegit. Omnibus autem in poteſtatem redactis, oppidis etiam nonnullis per vim captis, breviſſimo illis quidem tempore, & præter ſuam ipſius quoque ſpem; ſed poſt multa magnaque certamina, multis etiam ſuorum amiſſis: univerſo cis Iberum tractui Hannonem præſidere; Barguſiorum vero, quibus potiſſimum diffidebat, ut Romanorum amicis, etiam dominari juſſit. Ex omni autem numero copiarum quas habebat decem millia peditum Hannoni dedit, & mille equites: eorumque ſarcinas, qui ulterius perrecturi cum ipſo erant, huic commiſit. totidem alios domum quemque ſuam dimiſit; ut & iſtos bene erga ſe animatos diſcedens relinqueret: & cæteris quoque ſpem reditus in patriam oſtenderet; tum iis qui jam ſub ſignis erant; tum aliis Hiſpanis qui domi ſuæ remanebant: ſi forte aliquando res poſtularet, ut ſupplementum eos rogare opus haberet. reliquum deinde exercitum ſuis impedimentis allevatum, in quo peditum erant quinquaginta millia, equitum ad IↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ, per Pyrenæos quos vocant montes, ad Rhodani fluminis tranſitum ducit. copiis non adeo magnis inſtructus, at validis & ex continuis bellis quæ in Hiſpania geſſerant exercitatis. Verùm quoniam, ſi loca fuerint incognita, obſcura penitus narratio noſtra eſt futura: exponendum heic nobis eſt, unde profectus Hannibal,

Ἴβηρα ποταμόν, κατεστρέφετο τό, τε τῶν Ἰλουργητῶν ἔθνος καὶ Βαργουσίων, ἔτι δὲ τοὺς Αἰρηνοσίους, καὶ τοὺς Ἀνδοσίνους, μέχρι τῆς προσαγορευομένης Πυρήνης. ποιησάμενος δὲ πάντας ὑφ' ἑαυτόν, καί τινας πόλεις κατὰ κράτος ἑλών, ταχέως μὲν καὶ παρ' ἐλπίδα, μετὰ πολλῶν δὲ καὶ μεγάλων ἀγώνων, ἔτι δὲ πολλῆς καταφθορᾶς ἀνδρῶν· ἡγεμόνα μὲν ἐπὶ πάσης κατέλιπε τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ ποταμοῦ χώρας Ἄννωνα, τῶν δὲ Βαργουσίων καὶ δεσπότην. μάλιστα γὰρ τούτοις ἠπίστει διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους εὔνοιαν. ἀπεμέρισε δὲ καὶ τῆς δυνάμεως ἧς εἶχε, τῷ μὲν Ἄννωνι πεζοὺς μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους· καὶ τὰς ἀποσκευὰς ἀπέλιπε τούτῳ τῶν αὐτῷ συνεξορμώντων. εἰς δὲ τὴν οἰκείαν ἀπέλυσε τοὺς ἴσους τοῖς προειρημένοις· βουλόμενος αὐτούς τε τούτους εὔνους ἀπολιπεῖν· τοῖς δὲ λοιποῖς ὑποδεικνύειν ἐλπίδα τῆς εἰς οἶκον ἐπανόδου, καὶ τοῖς μεθ' ἑαυτοῦ μὲν στρατευομένοις, οὐχ ἧττον δὲ καὶ τοῖς ἐν οἴκῳ μένουσι τῶν Ἰβήρων. ἵνα προθύμως ἐξορμῶσι πάντες, ἄν ποτέ τις ἐπικουρίας χρεία γένηται παρ' αὐτῶν. Τὴν δὲ λοιπὴν στρατιὰν ἀναλαβὼν εὔζωνον, πεζοὺς μὲν πεντακισμυρίους, ἱππεῖς δὲ πρὸς ἐννακισχιλίους, ἦγε διὰ τῶν Πυρηναίων λεγομένων ὀρῶν, ἐπὶ τὴν τοῦ Ῥοδανοῦ καλουμένου ποταμοῦ διάβασιν· ἔχων οὐχ οὕτω πολλὴν δύναμιν, ὡς χρησίμην καὶ γεγυμνασμένην διαφερόντως ἐκ τῆς συνεχείας τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀγώνων.
Ἵνα δὲ μὴ τῶν τόπων ἀγνοουμένων 36
παντάπασιν ἀσαφῆ γίνεσθαι συμβαίνῃ τὴν διήγησιν, ῥητέον ἂν εἴη πόθεν ὁρμήσας Ἀννίβας, καὶ τίνας καὶ

πόσους διελθὼν τόπους, εἰς ποῖα μέρη κατῆρε τῆς Ἰταλίας. Ῥητέον δ' οὐκ αὐτὰς τὰς ὀνομασίας τῶν τόπων καὶ ποταμῶν καὶ πόλεων· ὅπερ ἔνιοι ποιοῦσι τῶν συγγραφέων, ὑπολαμβάνοντες πρὸς γνῶσιν ἐν παντὶ καὶ σαφήνειαν αὐτοτελὲς εἶναι τοῦτο τὸ μέρος. οἶμαι δ' ἐπὶ μὲν τῶν γνωριζομένων τόπων, οὐ μικρὰ, μεγάλα δὲ συμβάλλεσθαι πέφυκε πρὸς ἀνάμνησιν, ἡ τῶν ὀνομάτων παράθεσις. ἐπὶ δὲ τῶν ἀγνοουμένων εἰς τέλος, ὁμοίαν ἔχει τὴν δύναμιν ἡ τῶν ὀνομάτων ἐξήγησις, ταῖς ἀδιανοήτοις καὶ κρουσματικαῖς λέξεσι. τῆς γὰρ διανοίας ἐπ' οὐδὲν ἀπερειδομένης, οὐδὲ δυναμένης ἐφαρμόττειν τὸ λεγόμενον ἐπ' οὐδὲν γνώριμον, ἀνυπότακτος καὶ κωφὴ γίνεται ἡ διήγησις. διόπερ ὑποδεικτέον ἂν εἴη τρόπος, δι' οὗ δυνατὸν ἔσται περὶ τῶν ἀγνοουμένων λέγοντας κατὰ ποσὸν εἰς ἀληθινὰς καὶ γνωρίμους ἐννοίας ἄγειν τοὺς ἀκούοντας. Πρώτη μὲν οὖν καὶ μεγίστη γνῶσις, ἔτι δὲ κοινὴ πᾶσιν ἀνθρώποις ἐστὶν, ἡ τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς διαίρεσις καὶ τάξις· καθ' ἣν πάντες, ὧν καὶ μικρὸν ὄφελος, ἀνατολὰς, δύσεις, μεσημβρίαν, ἄρκτον, γνωρίζομεν. δευτέρα δὲ, καθ' ἣν ἑκάστῃ διαφορᾷ τῶν προειρημένων, τοὺς ἐπὶ γῆς τόπους ὑποτάττοντες ἀεὶ, καὶ φέροντες τῇ διανοίᾳ τὸ λεγόμενον ἐπὶ τῶν προειρημένων, εἰς γνωρίμους καὶ συνήθεις ἐννοίας ἐμπίπτομεν ὑπὲρ τῶν ἀγνώστων καὶ ἀοράτων
37 τόπων. τούτων δὲ περὶ τῆς ὅλης γῆς ὑποκειμένων, ἀκόλουθον ἂν εἴη περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς οἰκουμένης, ἀμφ τ αὐτὴν

per quæ & quot loca tranſierit, in quam Italiæ partem pervenerit. Et quidem non appellationes nudæ locorum, fluviorum, & urbium ſunt afferendæ, ſicut à nonnullis ſcriptoribus eſt factum: qui ad rei omnis notitiam & declarationem, ſi nomina duntaxat apponerentur, amplius nihil deſiderari putarent. Ego vero exiſtimo, in notis quidem locis, quò in memoriam illa revocentur, uſurpationem nominum non dicam aliquantum, ſed vel plurimum conferre. ubi vero nulla penitus locorum notitia præcedit, nuda nomina appoſita, eandem vim habere cum vocibus nihil ſignificantibus, & ſonis percuſſione organorum editis. quia enim mens, nihil habet cui innitatur, neque poteſt ulli rei ſibi notæ aptare id quod dicitur, confuſa & vaga evadit narratio, ut ſi fabulam ſurdo narres. Itaque modus aliquis indicandus eſt à nobis, per quem de rebus incognitis quædam narrantes, ad veras & ſibi familiares notiones lectorem perducamus. Prima maximaq; notitia & omnibus mortalibus communis eſt, quando cœlum & omne hoc, quo ſumus circundati, partimur, & ſuam cuiq; parti ſedem aſſignamus: qua ratione omnes, qui tamen ingenio plane hebeti non ſint, Ortum, Occaſum, Meridiem, Septentrionem dignoſcimus. Altera eſt. per quam ſingulas terræ partes ſingulis partitionibus modo poſitis ſubjicientes, & quicquid de terra nominatum fuerit, cogitatione ad unam aliquam ex illis referentes, incognita neque unquam viſa loca ad notas & familiares notiones revocamus. His de

univerſa

univerſa terrra ſic poſitis, proximum fuerit, ut de ea parte quæ nobis eſt nota, ſervantes eandem partiendi viam, lectores commoneamus. Hæc quum in tres partes dividatur, totidem appellationibus diſtinctas, partem unam Aſiam, alteram Africam, tertiam Europam nominant. Iſtas autem partes terminant Tanais fluvius, Nilus, & oſtium ad columnas Herculis. inter Nilum & Tanaim jacet Aſia; cœlo ſubjecta, quà patet ſpatium ab ortu æſtivo verſus meridiem. Africa intra Nilum & columnas Herculis ſita eſt; cœli regioni ſubjacens meridionali, ac deinceps occaſui hiberno, æquinoctiali tenus occaſu, qui incidit in columnas Herculeas. Et hæ quidem terræ univerſi reſpectu, plagam obtinent ad meridiem maris mediterranei ſitam, ab oriente verſus occidentem. Europa vero utrique harum ad ſeptentrionem eſt oppoſita, continuo tractu ab oriente verſus occidentem ſe porrigens. Pars ejus potiſſima atq; ampliſſima ſubjacet ſeptentrionibus, inter fluvios Tanaim, & Narbonem Martiū: qui in occaſu non longe abeſt à Maſſilia & Rhodani oſtiis, quibus in Sardoū pelagus ille amnis influit. Narboni vicina Celtę habitant, & inde ad montes, quos Pyrenęos dicunt; à noſtro mari ad externum porrectos. Reliqua pars Europę quę ab illis mōtibus ad occaſum & columnas Herculeas pertinet, partim à noſtro partim ab externo mari ambitur. Quæ porrigitur ſecundum mare noſtrum portio, ad columnas uſque Herculis,

λόγον διελομένους, ἧς ἐπίστασιν ἀναμνεῖν τοὺς ἀκούοντας. ταύτης διῃρημένης εἰς τρία μέρη, καὶ τρεῖς ὀνομασίας, τὸ μὲν ἓν μέρος αὐτῆς Ἀσίαν, τὸ δὲ ἕτερον Λιβύην, τὸ δὲ τρίτον Εὐρώπην προσαγορεύουσι. τὰς δὲ διαφορὰς ταύτας ὁρίζουσιν, ὅ, τε Τάναϊς ποταμὸς, καὶ Νεῖλος, καὶ τὸ καθ' Ἡρακλέους στήλας στόμα. Νείλου μὲν οὖν καὶ Τανάϊδος μεταξὺ τὴν Ἀσίαν κεῖσθαι συμβέβηκε· πίπτειν δὲ τοῦ περιέχοντος ὑπὸ τὸ μεταξὺ διάστημα θερινῶν ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας. ἡ δὲ Λιβύη κεῖται μὲν μεταξὺ Νείλου καὶ στηλῶν Ἡρακλείων. τοῦ δὲ περιέχοντος πέπτωκεν ὑπό τε τὴν μεσημβρίαν, καὶ κατὰ τὸ συνεχὲς ὑπὸ τὰς χειμερινὰς δύσεις, ἕως τῆς ἰσημερινῆς καταφορᾶς, ἣ πίπτει καθ' Ἡρακλείους στήλας. αὗται μὲν οὖν αἱ χῶραι καθολικώτερον θεωρούμεναι, τὸν πρὸς τὴν μεσημβρίαν τόπον ἐπέχουσι, τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν, ὡς πρὸς τὰς δύσεις. ἡ δ' Εὐρώπη ταύταις ἀμφοτέραις ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους ἀντιπαράκειται κατὰ τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν παρήκουσα μέχρι πρὸς τὰς δύσεις. κεῖται δ' αὐτῆς τὸ μὲν ὁλοσχερέστερον καὶ βαθύτερον μέρος, ὑπ' αὐτὰς τὰς ἄρκτους, μεταξὺ τοῦ τε Τανάϊδος ποταμοῦ καὶ τοῦ Νάρβωνος, ὃς οὐ πολὺν ἀπέχει τόπον ὡς πρὸς δύσεις ἀπὸ Μασσαλίας καὶ τῶν τοῦ Ῥοδανοῦ στομάτων, δι' ὧν εἰς τὸ Σαρδόνιον πέλαγος ἐξίησιν ὁ προειρημένος ποταμός. ἀπὸ δὲ τοῦ Νάρβωνος καὶ τὰ περὶ τοῦτον Κελτοὶ νέμονται, μέχρι τῶν προσαγορευομένων Πυρηναίων ὀρῶν. ἃ διατείνει κατὰ τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῆς καθ' ἡμᾶς θαλάττης, ἕως εἰς τὴν ἐκτός. τὸ δὲ λοιπὸν μέρος τῆς Εὐρώπης ἀπὸ τῶν προειρημένων ὀρῶν τὸ συνάπτον, πρός τε τὰς δύσεις καὶ πρὸς Ἡρακλείους στήλας περιέχεται μὲν ὑπό τε τῆς καθ' ἡμᾶς καὶ τῆς ἔξω θαλάττης, καλεῖται δὲ τὸ μὲν παρὰ τὴν καθ' ἡμᾶς παρῆκον ἕως Ἡρακλείων στηλῶν.

Ἰβηρία. τὸ δὲ παρὰ τὴν ἔξω καὶ μεγάλην
προσαγορευομένην, κοινὴν μὲν ὀνο-
μασίαν οὐκ ἔχει. διὰ τὸ προσφάτως
κατωπτεῦσθαι. κατοικεῖται δὲ πᾶν ὑπὸ
Βαρβάρων ἐθνῶν καὶ πολυανθρώπων,
ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μετὰ ταῦτα τὸν κατὰ μέ-
38 ρος λόγον ἀποδώσομεν. καθάπερ δὲ
καὶ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης, καθὸ συν-
άπτουσιν ἀλλήλαις περὶ τὴν Αἰθιοπί-
αν, οὐδεὶς ἔχει λέγειν ἀτρεκῶς ἕως τῶν
καθ' ἡμᾶς καιρῶν, πότερον ἤπειρός
ἐστι κατὰ τὸ συνεχὲς τὰ πρὸς τὴν με-
σημβρίαν, ἢ θαλάττῃ περιέχεται· τὸν
αὐτὸν τρόπον τὸ μεταξὺ Τανάϊδος
καὶ Νάρβωνος εἰς τὰς ἄρκτους ἀνῆ-
κον, ἄγνωστον ἡμῖν ἕως τοῦ νῦν ἐστιν.
ἐὰν μή τι μετὰ ταῦτα πολυπραγμο-
νοῦντες ἱστορήσωμεν. τοὺς δὲ λέγοντάς
τι περὶ τούτων ἢ γράφοντας, ἀγνοεῖν,
καὶ μύθους διατιθέναι νομιστέον. Ταῦτα
μὲν οὖν εἰρήσθω μοι, χάριν τοῦ μὴ τε-
λέως ἀνυπότακτον εἶναι τοῖς ἀπεί-
ροις τῶν τόπων τὴν διήγησιν· ἀλλὰ κα-
τά γε τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς, συν-
επιβάλλειν καὶ φέρειν ἐπὶ τῇ διανοίᾳ
τὸ λεγόμενον, τεκμαιρομένους ἐκ τοῦ
περιέχοντος. καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῆς
ὁράσεως εἰθίσμεθα συνεπιστρέφειν
ἀεὶ τὰ πρόσωπα πρὸς τὸ κατὰ τὴν ἔν-
δειξιν ὑποδεικνύμενον, οὕτω καὶ τῇ δι-
ανοίᾳ χρὴ συνδιανεύειν καὶ συρρέπειν
ἐπὶ τοὺς τόπους ἀεὶ τοὺς διὰ τοῦ λό-
39 γου συνεπιδεικνυμένους. ἀφέμε-
νοι δὲ τούτων, τρεψόμεθα πρὸς τὸ
συνεχὲς τῆς προκειμένης ἡμῖν διη-
γήσεως. Καρχηδόνιοι γὰρ ἐν τούτοις
τοῖς καιροῖς τῆς μὲν Λιβύης ἐκυρί-
ευον πάντων τῶν ἐπὶ τὴν ἔσω θά-
λατταν νευόντων μερῶν, ἀπὸ τῶν
Φιλαίνου βωμῶν, οἳ κεῖνται κατὰ
τὴν μεγάλην Σύρτιν ἕως ἐφ' Ἡρα-

Iberia nominatur: quæ ſecundum mare externum, quod & magnum indigetant, communem appellationem nondum invenit; quia non diu eſt, cum fuit explorata: tota autem à nationibus Barbaris iiſque frequentiſſimis, incolitur: de quibus poſtea ſingillatim ſumus dicturi. Porrò quemadmodum de Æthiopia in qua Aſia & Africa ſe contingunt, nemo ad hæc uſque tempora affirmare habet, ſitne continens terra quæ inde verſus meridiem ſe porrigit, an mari ambiatur: ita plane, quicquid inter Tanaim & Narbonem ad Septentriones vergit, hactenus nobis eſt ignotum: niſi quid poſthac curioſa inveſtigatione de eo tractu didicerimus. qui de his locis aliter loquuntur aut ſcribunt, pro imperitis & fabularum concinnatoribus ſunt habendi. Atque hæc mihi dicta ſunto, ne apud locorum rudes confuſa & vaga ſit noſtra narratio: ſed ſingula quæ hic nominantur jam notis adjiciant, & cogitatione ad convenientem partem, (ſaltem quod ad univerſales partitiones attinet,) referant, ex cœli poſitu conjecturam facientes. Nam ſicut in aſpectu ſolemus faciem ſubinde convertere ad illud quod digiti indicio fuerit demonſtratum: ſic, ut quæque loca oratione fuerint ſubindicata, ad illa cogitationem ſtatim noſtram circumagere, ac dirigere debemus. His expeditis, ad ſeriem propoſitæ hiſtoriæ nunc convertamur. Erant tunc temporis Carthaginienſium imperio ſubjectæ omnes Africę provinciæ ad mare noſtrum ſitæ, à Philænorum ara, quæ eſt è regione majoris Syr-

joris Syrtis ad columnas uſque Herculis. quod ſpatium oræ maritimæ ultra ſedecim ſtadiorum millia patet. Iidem freto ad columnas trajecto, omnem oram Hiſpaniæ pariter ſubegerant, uſque ad illos ſcopulos, in quibus deſinunt ad mare noſtrum Pyrenæi montes, quibus Hiſpani & Galli invicem ſeparantur. diſtant ii ſcopuli à columnis, ſtadia circiter ↀ CIↃ CIↃ CIↃ. Nam à columnis ad Carthaginem novam unde proficiſcebatur Hannibal cum Italiam petebat, ſtadia numerantur CIↃ CIↃ CIↃ. Carthaginem novam cum nonnullis appellamus, quam alii Kænopolin, ſive Novam urbem. inde ad Iberum amnem ſtadia ſunt ſexcenta ſupra bis mille. ab Ibero ad Emporium ſtadia ſunt mille & ſexcenta. quo ex loco ad Rhodani tranſitum totidem numero ſtadia reperiuntur. hæc enim jam omnia intervalla per octona ſtadia ſive milliaria dimenſi ſunt & diſtinxerunt Romani. à tranſitu Rhodani propter ipſum fluvium ad ejus fontes tendentibus, uſque ad principium Alpium, quà iter in Italiam, ſtadia numerantur mille & quadringenta. Superſunt inde ipſæ Alpes; in quibus ſuperandis iter conficitur ſtadiorum mille ducentorum. deinde in Italiam & campos Circumpadanos erat venturus. Loca igitur per quæ Hannibali à Carthagine nova profecto erat transeundum, ſummam efficiunt ſtadiorum ad novies mille. cujus ſpatii ſi longitudinem ſpectes, dimidium ferme jam peregerat: ſin difficultates reſpicias, maxima pars illius adhuc reſtabat. Jam itaque

κλείους στήλας. τοῦτο δὲ τὸ μῆκος ἐστὶ τῆς παραλίου, ὑπὲρ τοὺς ἑξακισχιλίους καὶ μυρίους σταδίους. διαβάντες δὲ τὸν καθ' Ἡρακλείους στήλας πόρον, ὁμοίως ἐκεκρατήκεισαν καὶ τῆς Ἰβηρίας ἁπάσης ἕως τῆς ῥαχίας· ὃ πέρας ἐστὶ πρὸς τῇ καθ' ἡμᾶς θαλάττῃ τῶν Πυρηναίων ὀρῶν, ἃ διορίζει τοὺς Ἴβηρας καὶ Κελτούς. ἀπέχει δὲ τοῦ καθ' Ἡρακλείους στήλας στόματος αὐτὸς ὁ τόπος, περὶ ὀκτακισχιλίους σταδίους. ἐπὶ μὲν γὰρ Καινὴν πόλιν ἀπὸ στηλῶν εἶναι συμβαίνει τρισχιλίους, ὅθεν ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν Ἀννίβας τὴν εἰς Ἰταλίαν. τὴν δὲ Καινὴν πόλιν ἔνιοι νέαν Καρχηδόνα καλοῦσιν. ἀπὸ δὲ ταύτης εἰσὶν ἐπὶ μὲν τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, ἑξακόσιοι στάδιοι πρὸς δισχιλίους. ἀπὸ δὲ τούτου πάλιν εἰς Ἐμπορεῖον, χίλιοι σὺν ἑξακοσίοις. καὶ μὴν ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν τοῦ Ῥοδανοῦ διάβασιν περὶ χιλίους ἑξακοσίους. ταῦτα γὰρ νῦν βεβημάτισται καὶ σεσημείωται κατὰ σταδίους ὀκτὼ διὰ Ῥωμαίων ἐπιμελῶς. ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσεως τοῦ Ῥοδανοῦ πορευομένοις παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ὡς ἐπὶ τὰς πηγὰς, ἕως πρὸς τὴν ἀναβολὴν τῶν Ἄλπεων τὴν εἰς Ἰταλίαν, χίλιοι τετρακόσιοι. λοιπαὶ δὲ αἱ τῶν Ἄλπεων ὑπερβολαὶ περὶ χιλίους διακοσίους. ἃς ὑπερβάλλων ἔμελλεν ἥξειν εἰς τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία τῆς Ἰταλίας. ὥστ' εἶναι τοὺς πάντας ἐκ Καινῆς πόλεως σταδίους περὶ ἐννακισχιλίους, οὓς ἔδει διελθεῖν αὐτόν. τούτων δὴ τῶν τόπων κατὰ μὲν τὸ μῆκος ἤδη σχεδὸν τοὺς ἡμίσεις διεληλύθει· κατὰ δὲ τὴν δυσχέρειαν, τὸ πλέον αὐτῷ μέρος ἀπελείπετο τῆς πορείας.

40 Ἀννίβας μὲν οὖν ἐνεχείρει ταῖς δυσχωρίαις τῶν

Πυρηναίων

Πυρηναίων ὀρῶν, καταφοβούμενος ὢν τοὺς Κελτοὺς διὰ τὰς ὀχυρότητας τῶν τόπων. Ῥωμαῖοι δὲ κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς διακηκοότες μὲν τῶν ἐξαποσταλέντων εἰς Καρχηδόνα πρεσβευτῶν τὰ δεδογμένα καὶ τοὺς ῥηθέντας λόγους· προσπεσόντος δὲ θᾶττον ἢ προσεδόκων, Ἀννίβαν διαβεβηκέναι τὸν Ἴβηρα ποταμὸν μετὰ τῆς δυνάμεως, προεχειρίσαντο πέμπειν μετὰ στρατοπέδων, Πόπλιον μὲν Κορνήλιον εἰς Ἰβηρίαν, Τιβέριον δὲ Σεμπρώνιον εἰς Λιβύην. ἐν ὅσῳ δ᾽ ἔτι περὶ τὰς καταγραφὰς ἐγίγνοντο τῶν στρατοπέδων καὶ τὴν ἄλλην παρασκευήν, ἔσπευδον ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν τὰ κατὰ τὰς ἀποικίας· ἃς δὴ πρότερον ἦσαν εἰς Γαλατίαν ἀποστέλλειν προκεχειρισμένοι· τὰς μὲν οὖν πόλεις ἐνεργῶς ἐτείχιζον, τοὺς δ᾽ οἰκήτορας ἐν ἡμέραις τριάκοντα παρήγγειλαν ἐπὶ τοὺς τόπους παραγίγνεσθαι, τὸν ἀριθμὸν ὄντας εἰς ἑκατέραν τὴν πόλιν εἰς ἑξακισχιλίους. ὧν τὴν μὲν μίαν ἔκτιζον ἐπὶ τάδε τοῦ Πάδου ποταμοῦ, προσαγορεύσαντες Πλακεντίαν· τὴν δ᾽ ἄλλην ἐπὶ θάτερα, καλονομάσαντες Κρεμώνην. Ἤδη δὲ τούτων συνῳκισμένων, οἱ Βοῖοι καλούμενοι Γαλάται, πάλαι μὲν οἷον λοχῶντες τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, οὐκ ἔχοντες δὲ τότε καιρόν, μετεωριζόμενοι καὶ πιστεύοντες ἐκ τῶν διαπεμπομένων τῇ παρουσίᾳ τῶν Καρχηδονίων, ἀπέστησαν ἀπὸ Ῥωμαίων, ἐγκαταλιπόντες τοὺς ὁμήρους, οὓς ἔδοσαν ἐκβαίνοντες ἐκ τοῦ πολέμου τοῦ προγεγονότος, ὑπὲρ οὗ τὴν ἐξήγησιν ἡμεῖς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ ταύτης ἐποιησάμεθα. παρακαλέσαντες δὲ τοὺς Ἰσόμβρας, καὶ συμφρονήσαντες κατὰ τὴν προ-γεγενημένην ὀργήν, κατέσπειραν τὴν κα-

Hannibal per Pyrenæi ſaltus anguſtias exercitum trajicere inſtituebat, non mediocrirer à Gallis ſibi metuens, propter egregie munitam locorum naturam: cum Romani, ubi à legatis, quos Carthaginem miſerant, quæ ibi dicta decretaque erant, intellexiſſent; eſſetque illis opinione ipſorum citius nuntiatum, amnem jam Iberum tranſiiſſe Hannibalem, Publium Cornelium in Hiſpaniam, Tiberium vero Sempronium in Africam mittendos ſtatuunt. qui dum dilectus habent, & cætera expediunt bello neceſſaria, inſtitutum prius negotium de coloniis in Galliam Ciſalpinam deducendis, perficere Romani conantur. Igitur oppida ſummo ſtudio mœnibus cingere: futuros incolas, (erant autem ſena colonorum millia utrique urbi aſſignata) intra dies XXX ad ſuas colonias ſiſtere ſe jubere. harum alteram cis Padum condebant, cui nomen fecerunt Placentiæ: alteram trans Padum, quæ dicta eſt Cremona. Vix erant coloniæ iſtæ deductæ, cum Boij Galli, pridem amicitiæ Romanorum inſidiantes, ſed hactenus occaſione deſtituti; tum vero elati animis, quod ex crebrorum nuntiorum relatione adventare Pœnos ſibi perſuaſiſſent, proditis obſidibus, quos in exitu belli, de quo ſuperiore libro diximus, Romanis dederant, ab illis deficiunt. Inſubribus dein ſollicitatis, qui ob veteres in populum Romanum iras, facile cum ipſis conſpirarunt, agros

recens

recens diviſos populari aggrediuntur; quumque Mutinam Romanorum coloniam ſe recepiſſent quos expulerant, eos perſequuntur, atque ibi obſident. Triumviros etiam ad metationem agrorum miſſos, viros inſignes, eodem concludunt. Horum unus, C. Lutatius, conſularis erat, duo prætorii. quibus colloquium poſtulantibus annuunt Boji: dein egreſſos, violata fide quam dederant, comprehendunt; nihil dubitantes quin obſides ſuos eſſent per iſtos recepturi. quum hæc nuntiata eſſent, L. Manlius Prætor, qui illis locis cum exercitu præſidebat, ad ferendam opem magno ſtudio contendit. Boji adventu Manlii intellecto, paratis in quodam ſaltu inſidiis, ſimulac Romani ſylvas intraverant, undique facto impetu pleroſque eorum occiderunt. cæteri in fugam principio ſe converterunt: deinde celſiora loca nacti, in tantum hoſti, etſi ægre id quidem, reſtiterunt, ut repreſſa fuga honeſtius ad ſuos ſe reciperent. Boji hos quoque perſecuti, in Tanetis vicum (alii Canetum dicunt,) eos concluſerunt. Poſtquam eſt Romam allatum, legionem quartam magna vi obſeſſam à Bojis teneri; extemplo Romana legio, quæ Publio ante fuerat tradita, ad ferendam his opem proficiſci juſſa, duce L. Atilio Prætore; cui etiam mandatum, ut è ſociis alias copias cogat, conſcribatque. Hæc in Gallia à principio belli ad Hannibalis uſque adventum ſunt acta, eratque hic rerum ſtatus in ea provincia, qualem partim antea,

τὴν κατακεκληρουχημένην χώραν ὑπὸ Ῥωμαίων· καὶ τοὺς φεύγοντας συνδιώξαντες εἰς Μοτίνην ἀποικίαν ὑπάρχουσαν Ῥωμαίων, ἐπολιόρκουν. ἐν οἷς καὶ τρεῖς ἄνδρας τῶν ἐπιφανῶν συνέκλεισαν τοὺς ἐπὶ τὴν διαίρεσιν τῆς χώρας ἀπεσταλμένους· ὧν εἷς μὲν ἦν Γάϊος Λουτάτιος, ὁ τὴν ὕπατον ἀρχὴν εἰληφώς, οἱ δὲ δύο τὴν ἑξαπέλεκυν. οἰομένων δὲ δεῖν τούτων εἰς λόγους σφίσι συνελθεῖν, ὑπήκουσαν οἱ Βοιοί· τῶν δ' ἀνδρῶν ἐξελθόντων παρασπονδήσαντες, συνέλαβον αὐτούς, ἐλπίσαντες διὰ τούτων κομιεῖσθαι τοὺς αὐτῶν ὁμήρους. Λεύκιος δὲ Μάλλιος ἑξαπέλεκυς ὑπάρχων, καὶ προκαθήμενος ἐπὶ τῶν τόπων μετὰ δυνάμεως, ἀκούσας τὸ γεγονός, ἐβοήθει κατὰ σπουδήν. οἱ δὲ Βοιοὶ συνέντες αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, ἔν τισι δρυμοῖς ἑτοιμάσαντες ἐνέδρας, ἅμα τῷ παρελθεῖν αὐτοὺς εἰς τοὺς ὑλώδεις τόπους, πανταχόθεν ἅμα προσπεσόντες, πολλοὺς ἀπέκτειναν τῶν Ῥωμαίων, οἱ δὲ λοιποὶ τὰς μὲν ἀρχὰς ὥρμησαν πρὸς φυγήν· ἐπεὶ δὲ τῶν ὑψηλῶν ἥψαντο χωρίων, ἐπὶ ποσὸν συνέστησαν οὕτως, ὥστε μόλις εὐσχήμονα ποιήσασθαι τὴν ἀναχώρησιν. οἱ δὲ Βοιοὶ κατακολουθήσαντες συνέκλεισαν καὶ τούτους εἰς τὴν Τάνητος καλουμένην κώμην. Τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ προσπεσόντος ὅτι τὸ τέταρτον στρατόπεδον περιειλημμένον ὑπὸ τῶν Βοιῶν πολιορκεῖται κατὰ κράτος, τὸ μὲν τῷ Ποπλίῳ προκεχειρισμένον στρατόπεδον κατὰ σπουδὴν ἐξαπέστελλον ἐπὶ τὴν τούτων βοήθειαν, ἡγεμόνα συστήσαντες ἑξαπέλεκυν· ἄλλο δὲ συνάγειν καὶ καταγράφειν ἐκ τῶν συμμάχων αὐτῷ παρήγγειλαν. τὰ 41
μὲν οὖν κατὰ τοὺς Κελτοὺς ἀπὸ τῆς ἀρχῆς, ἕως εἰς τὴν Ἀννίβου παρουσίαν, ἐν τούτοις ἦν, καὶ τοιαύτην εἰλήφει διέξοδον,

οἵαν ἐν

οἷαν ἔν τε τοῖς περὶ τοῦ καὶ νῦν διεληλύθειμεν. Οἱ δὲ στρατηγοὶ τῶν Ῥωμαίων ἑτοιμασάμενοι τὰ πρὸς τὰς ἰδίας ἐπιβολὰς, ἐξέπλεον ἐπὶ τὴν ὡραίαν ἐπὶ τὰς προκειμένας πράξεις. Πόπλιος μὲν οὖν εἰς Ἰβηρίαν ἑξήκοντα ναυσὶ, Τιβέριος δὲ Σεμπρώνιος εἰς Λιβύην ἑκατὸν ἑξήκοντα σκάφεσι πεντηρικοῖς· ὃς οὕτω καταπληκτικῶς ἐπεβάλετο πολεμεῖν, καὶ τοιαύτας ἐποιεῖτο παρασκευὰς ἐν τῷ Λιλυβαίῳ, πάντας καὶ πανταχόθεν ἀθροίζων, ὡς εὐθέως ἐκ κατάπλου πολιορκήσων αὐτὴν τὴν Καρχηδόνα. Πόπλιος δὲ κομισθεὶς παρὰ τὴν Λιγυστικὴν, ἧκε πεμπταῖος ἀπὸ Πισῶν εἰς τοὺς κατὰ Μασσαλίαν τόπους· καὶ καθορμισθεὶς πρὸς τὸ πρῶτον στόμα τοῦ Ῥοδανοῦ τὸ Μασσαλιωτικὸν προσαγορευόμενον, ἀπεβίβαζε τὰς δυνάμεις· ἀκούων μὲν ὑπερβάλλειν ἤδη τὰ Πυρηναῖα τὸν Ἀννίβαν ὄρη, πεπεισμένος δ' ἔτι μακρὰν ἀπέχειν αὐτὸν, διά τε τὰς δυσχωρίας τῶν τόπων, καὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν μεταξὺ κειμένων Κελτῶν. Ἀννίβας δὲ παραδόξως τοὺς μὲν χρήμασι πείσας τῶν Κελτῶν, τοὺς δὲ βιασάμενος, ἧκε μετὰ τῶν δυνάμεων, δεξιὸν ἔχων τὸ Σαρδόνιον πέλαγος, ἐπὶ τὴν τοῦ Ῥοδανοῦ διάβασιν. ὁ δὲ Πόπλιος διασαφηθέντος αὐτῷ παρεῖναι τοὺς ὑπεναντίους, τὰ μὲν ἀπιστῶν διὰ τὸ τάχος τῆς παρουσίας, τὰ δὲ βουλόμενος εἰδέναι τὴν ἀκρίβειαν, αὐτὸς μὲν ἀνελάμβανε τὰς δυνάμεις ἐκ τοῦ πλοῦ. καὶ διενοεῖτο μετὰ τῶν χιλιάρχων, ποίοις χρηστέον τῶν τόπων, καὶ ποῦ συμμικτέον τοῖς ὑπεναντίοις. τριακοσίους δὲ τῶν ἱππέων ἀπέστελλε τοὺς ἀνδρωδεστάτους συστήσας μετ' αὐτῶν καθηγεμόνας ἅμα καὶ συναγωνιστὰς Κελτοὺς, οἳ παρὰ τοῖς Μασσα-

partim modo expoſuimus. Ineunte vere Romani Coss. omnibus jam ſatis comparatis ad perficiendum quæ moliebantur, in ſuas provincias claſſe proficiſcuntur. ac Publius quidem cum ſexaginta navibus in Hiſpaniam curſum dirigebat: at Tib. Sempronius cum centum ſexaginta navibus longis quinqueremibus, tam atrox bellum in Africam cogitabat inferre, tantoſque Lilybæi fecerat apparatus, omnibus præſidiis undique congregatis, quaſi primo appulſu ipſam Carthaginem eſſet obſeſſurus. Publius præter Liguriæ oram navigans, quinto die Piſis Maſſiliam pervenit: quumque ad proximum Rhodani oſtium, quod Maſſilienſe vocant, appuliſſet, copias in terram exponere cepit. qui licet Hannibalem Pyrenęos jam ſuperare acceperat, longe tamen inde abeſſe illum exiſtimabat: cum propter locorum difficultates, tum quia multæ in medio ſitæ Gallorum gentes. Hannibal Gallorum aliis pretio pacatis, aliis vi ſubactis, cum omnibus copiis, ad dextram Sardoum mare habens, ad Rhodani tranſitum pervenit. Publius allato nuntio hoſtes adventare, partim quia non crederet, ob celeritatem ejus adventus: partim, quò rem certius exploraret; dum ipſe milites à jactatione maritima reficiebat, & cum tribunis deliberabat, quæ loca inſiſtenda, & ubi eſſet adverſariis occurrendum: trecentos interim eximiæ virtutis equites mittit, ducibus viæ pariter & auxiliaribus adjectis Gallis, qui

apud Maſſilienſes ſtipendia merebant. Hannibal ſimul acceſſit ad fluvium, quum quatuor dierum iter abeſſent ejus caſtra à mari, eſſetque eo loci ſimplex amnis alveus, trajicere ſtatim copias conabatur. omni itaque ratione fluvii accolis ſibi conciliatis, lintres univerſas ipſorum è ſingulis arboribus cavatas, & lembos, qnorum ſatis magnum numerum habebant, quia plerique Rhodani accolæ negotiationem maritimam exercent, redimit. materiam præterea aptam ad excavandum lintres, ab iis accepit, ex qua bidui ſpatio pontonum innumerabilis multitudo eſt fabricata: militum unoquoque ſummo ſtudio enitente, ne alterius ope in digeret, ſed trajiciendi ſpes in ſe ipſo repoſitas haberet. Inter hæc magna Barbarorum multitudo, ad Carthaginienſium trajectionem impediendam ex adverſo eſt coacta, quos ut conſpexit Hannibal, judicans ex iis quæ oculis cernebat, neque vi tranſire ſe poſſe, quum tantus hoſtium numerus immineret: neque commorari eò loci diutius, ne ceſſantem inimici undique invaderent: prima tertiæ noctis vigilia partem exercitus, datis Gallis indigenis, qui viam præirent; & præpoſito univerſæ illi manui Hannone Bomilcaris filio; proficiſci jubet. Hi adverſo flumine euntes propter ipſum amnem, millia quinque & viginti ferme progreſſi ad locum quendam accedunt, ubi diviſus fluvius, parvam inſulam efficit, ibique commorantur, cæſam deinde materiam è proxima ſylva, quà compingentes,

λιώταις ἐτύγχανον μισθοφοροῦντες.
Αννίβας δὲ προσμίξας τοῖς περὶ τὸν
ποταμὸν τόποις, εὐθέως ἐνεχείρει 42
ποιεῖσθαι τὴν διάβασιν κατὰ τὴν ἁπλῆν ῥύ-
σιν, σχεδὸν ἡμερῶν τεττάρων ὁδὸν ἀπ-
έχων στρατοπέδῳ τῆς θαλάττης. καὶ
φιλοποιησάμενος παντὶ τρόπῳ τοὺς
κατοικοῦντας τὸν ποταμὸν, ἐξηγόρασε
παρ' αὐτῶν τά τε μονόξυλα πλοῖα
πάντα, καὶ τοὺς λέμβους, ὄντας ἱκανοὺς
τῷ πλήθει, διὰ τὸ τῆς ἐκ τῆς θα-
λάττης ἐμπορείας πολλοὺς χρῆσθαι τῶν
παροικούντων τὸν Ροδανόν. ἔτι δὲ τῆς ἁρ-
μοζούσης ξυλείας ἐξέλαβε πρὸς τὴν
κατασκευὴν τῶν μονοξύλων· ἐξ ὧν ἐν
δυσὶν ἡμέραις πλῆθος ἀναρίθμητον
ἐγένετο πορθμείων· ἑκάστου σπεύ-
δοντος μὴ προσδεῖσθαι τοῦ πέλας, ἐν
αὑτῷ δ' ἔχειν τὰς τῆς διαβάσεως ἐλ-
πίδας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ἐν
τῷ πέραν πλῆθος ἠθροίσθη Βαρβά-
ρων, χάριν τοῦ κωλύειν τὴν τῶν Καρχη-
δονίων διάβασιν· εἰς οὓς ἀποβλέπων
Αννίβας, καὶ συλλογιζόμενος ἐκ τῶν
παρόντων, ὡς οὔτε διαβαίνειν μετὰ
βίας δυνατὸν εἴη, τοσούτων πολε-
μίων ἐφεστώτων· οὔτ' ἐπιμένειν, μὴ
πανταχόθεν προσδέξηται τοὺς ὑπεναν-
τίους· ἐπιγινομένης δὲ τῆς τρίτης
νυκτὸς ἐξαποστέλλει μέρος τι τῆς δυ-
νάμεως, συστήσας καθηγεμόνας ἐγ-
χωρίους· ἐπὶ δὲ πάντων Αννωνα τὸν
Βοαμίλκου τοῦ βασιλέως. οἱ ποιησά-
μενοι τὴν πορείαν ἐναντίοι τῷ ῥεύμα-
τι παρὰ τὸν ποταμὸν ἐπὶ διακόσια
στάδια, καὶ παραγενόμενοι πρός τινα
τόπον ἐν ᾧ συνέβαινε περί τι χω-
ρίον νησίζον περισχίζεσθαι τὸν ποτα-
μὸν, ἐνταῦθα κατέμειναν. ἐκ δὲ τῆς
παρακειμένης ὕλης τὰ μὲν συμπη-
γνύντες τῶν ξύλων, τὰ δὲ συνδε-

σμεύοντες,

συμβάλλοντες, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πολλὰς ἠργάσαντο σχεδίας, ἀρκούσας τῇ χρείᾳ πρὸς τὸ παρόν, ἐφ' αἷς διεκομίσθησαν ἀσφαλῶς, μηδενὸς κωλύοντος. καταλαβόμενοι δὲ τόπον ὀχυρόν, ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν διέμειναν, ἀναπαύοντες σφᾶς ἐκ τῆς προγεγενημένης κακοπαθείας, ἅμα δὲ παρασκευαζόμενοι πρὸς τὴν ἐπιοῦσαν χρείαν καὶ τὸ συντεταγμένον. ὁ μὴν Ἀννίβας τὸ παραπλήσιον ἐποίει περὶ τὰς μεθ' ἑαυτοῦ καταλειφθείσας δυνάμεις· μάλιστα δ' αὐτῷ παρῆγε δυσχρηστίαν ἡ τῶν ἐλεφάντων διάβασις. οὗτοι δ' ἦσαν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιγινομένης
43 τῆς πέμπτης νυκτός, οἱ μὲν προδιαβάντες ἐκ τοῦ πέραν ὑπὸ τὴν ἑωθινήν, προῆγον παρ' αὐτὸν τὸν ποταμόν, ἐπὶ τοὺς ἀντιπέραν βαρβάρους. ὁ δ' Ἀννίβας ἑτοίμους ἔχων τοὺς στρατιώτας, ἐπεῖχε τῇ διαβάσει, τοὺς μὲν λέμβους πεπληρωκὼς τῶν πελτοφόρων ἱππέων, τὰ δὲ μονόξυλα τῶν εὐκινητοτάτων πεζῶν. εἶχον δὲ τὴν μὲν ἐξ ὑπερδεξίου καὶ παρὰ τὸ ῥεῦμα τάξιν, οἱ λέμβοι. τὴν δ' ὑπὸ τούτους, τὰ λεπτὰ τῶν πορθμείων, ἵνα τὸ πολὺ τῆς τοῦ ῥεύματος βίας ὑποδεχομένων τῶν λέμβων, ἀσφαλεστέρα γίνοιτο τοῖς μονοξύλοις ἡ παρακομιδὴ διὰ τοῦ πόρου. καὶ δὲ τῶν λέμβων τὰς πρύμνας ἐφέλκειν διενοοῦντο τοὺς ἵππους νέοντας· τρεῖς ἅμα καὶ τέτταρας τοῖς ἀγωγεῦσιν ἑνὸς ἀνδρὸς ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῆς πρύμνης οἰακίζοντος· ὥστε πλῆθος ἱκανὸν ἵππων συνδιακομίζεσθαι κατὰ τὴν πρώτην εὐθέως διάβασιν. Οἱ δὲ βάρβαροι θεωροῦντες τὴν ἐπιβολὴν τῶν ὑπεναντίων, ἀτάκτως ἐκ τοῦ χάρακος ἐξεχέοντο καὶ σποράδην,

quà invicem colligantes, multas brevi tempore rates concinnarunt, ad præſentem uſum ſatis idoneas; quibus vecti, nemine obſiſtente, Rhodanum tuto tranſmiſerunt. Locum autem nacti munitum, diem illum ibi agunt: non ſolum ut præcedentibus laboribus feſſi, brevi quiete reficerentur: verùm etiam, ut ad exſequendum ſe pararent, quod mandatum ipſis fuerat. quod etiam Hannibal in iis copiis, quæ cum ipſo remanſerant, præſtabat: nulla re æquè impeditus, ac circa trajectionem elephantorum, quos habebat numero ſeptem & triginta. Ut quinta nox uenit, copiæ quæ in ulteriorem jam circa vigiliam quartam trajecerant ripam, ſecundum ipſum amnem in oppoſitos Hannibali Barbaros ire pergunt. Hannibal milites paratos habens, quum lembos cetratis equitibus compleſſet, lintres expeditiſſimis quibuſque peditum, ad trajiciendum amnem ſe accingit. In ſuperiore parte ad ipſum amnis curſum lembi ſunt collocati: pone hos ſequebantur leves pontones ſive lintres: ut majore ex parte excipientibus lembis adverſi impetum fluminis, major lintribus præberetur ad trajiciendum ſecuritas. Excogitatum & illud eſt, ut equos nantes è puppibus lemborum traherent. qua ratione quum ex utroque latere cujuſque puppis ternos quaternos unus homo ductaret, primo ſtatim commeatu ingens equorum numerus eſt tranſmiſſus. Barbari, ut conata adverſariorum ſunt conſpicati, confuſe & paſſim extra vallum ruere; facile ſe impedituros rati, quominus

Pœni

Pœni trajicerent. Hannibal ſimulac ex adverſo appropinquantes jam ſuos vidit, fumo ipſis adventum ſuum ſignificantibus, ſicut fuerat eis præceptum; omnes jubet conſcendere, & ut illi quibus lembi aſſignati fuerant, contra adverſum flumen niterentur. quod quum citò factum eſſet; militibus qui in navibus erant mutuis ſe hortatibus cum clamore provocantibus, & vim fluminis perrumpere contendentibus; ambobus exercitibus ad latus utrumque fluvii adſiſtentibus quum & ſuos Pœni adclamationibus fauſtis adjuvarent, voceque alta adhortarentur: & Barbari qui ex adverſo pugnabant, prælium depoſcentes ululatus tollerent; terribilis facies rerum erat, & quæ ſpectantium animos magna anxietate afficeret. Deſerverant eo tempore Galli tabernacula ſua; in quæ ſubito atque inopinato irruunt Carthaginienſes, qui in ulteriorem ripam ante pervenerant. quorum alii caſtra incendere: plures in eos qui tranſitum cuſtodiebant vadere. Barbari inopinato caſu deprehenſi, pars ad tabernacula defendenda accurrere; pars urgenti hoſti reſiſtere, & pugnam cum eo committere. Hannibal, rebus ex animi ſententia ſuccedentibus, ut quiſque ſuorum in terram evaſerat, in aciem omnes dirigebat, & ſtatim ſuos adhortatus, manum cum Barbaris conſerebat. Galli & quia inordinati præliabantur, & quia novitate rei perculſi erant, terga vertere protinus coacti, in pedes ſe conjiciunt. Pœnus uno tempore tranſitu & victoria potitus, extemplo eos, qui in

πεπεισμένοι κωλύειν εὐχερῶς τὴν ἀπόβασιν τῶν Καρχηδονίων. Ἀννίβας δ' ἅμα τῷ συνιδεῖν ἐν τῷ πέραν ἐγγίζοντας ἤδη τοὺς παρ' αὐτοῦ στρατιώτας σημηνάντων ἐκείνων τὴν παρουσίαν τῷ καπνῷ κατὰ τὸ συντεταγμένον, ἐμβαίνειν ἅπασιν ἅμα παρήγγελλε, καὶ βιάζεσθαι πρὸς τὸ ῥεῦμα τοῖς ἐπὶ τῶν πορθμείων τεταγμένοις. ταχὺ δὲ τούτου γενομένου καὶ τῶν ἐν τοῖς πλοίοις ἁμιλλωμένων μὲν πρὸς ἀλλήλους μετὰ κραυγῆς, διαγωνιζομένων δὲ πρὸς τὴν τοῦ ποταμοῦ βίαν, τῶν δὲ στρατοπέδων ἀμφοτέρων ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρὰ τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ παρεστώτων, καὶ τῶν μὲν ἰδίων συναγωνιώντων καὶ παρακαλούντων μετὰ κραυγῆς· τῶν δὲ κατὰ πρόσωπον Βαρβάρων παιανιζόντων, καὶ προκαλουμένων τὸν κίνδυνον, ἦν τὸ γινόμενον ἐκπληκτικὸν καὶ παραστατικὸν ἀγωνίας· ἐν ᾧ καιρῷ τῶν Βαρβάρων ἀπολελοιπότων τὰς σκηνὰς πεσόντες ἄφνω καὶ παραδόξως οἱ πέραν Καρχηδόνιοι, τινὲς μὲν αὐτῶν ἐνεπίμπρασαν τὴν στρατοπεδείαν, οἱ δὲ πλείους ὥρμησαν ἐπὶ τοὺς τὴν διάβασιν τηροῦντας. οἱ δὲ Βάρβαροι παραλόγου τοῦ πράγματος φανέντος αὐτοῖς, οἱ μὲν ἐπὶ τὰς σκηνὰς ἐφέροντο βοηθήσοντες, οἱ δ' ἠμύνοντο καὶ διεμάχοντο πρὸς τοὺς ἐπιτιθεμένους. Ἀννίβας δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν αὐτῷ συντρεχόντων τῶν πραγμάτων, εὐθέως τοὺς πρώτους ἀποβαίνοντας συνίστα καὶ παρεκάλει, καὶ συνεπλέκετο τοῖς Βαρβάροις. οἱ δὲ Κελτοὶ καὶ διὰ τὴν ἀταξίαν καὶ διὰ τὸ παράδοξον τοῦ συμβαίνοντος ταχέως τραπέντες, ὥρμησαν πρὸς φυγήν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν 44
Καρχηδονίων ἅμα τῆς τε διαβάσεως καὶ τῶν ὑπεναντίων κεκρατηκώς, παραυτίκα μὲν ἐγίνετο πρὸς τῇ παρα-

κομιδῆς τῶν πέραν ἀπολειπομένων ἀνδρῶν. πάσας δ᾽ ἐν βραχεῖ χρόνῳ διαπεραιώσας τὰς δυνάμεις, ἐκείνην μὲν τὴν νύκτα παρ᾽ αὐτὸν τὸν ποταμὸν κατεστρατοπέδευσε. τῇ δ᾽ ἐπαύριον ἀκούων τὸν τῶν Ῥωμαίων στόλον περὶ τὰ στόματα τοῦ ποταμοῦ καθωρμίσθαι, προχειρισάμενος πεντακοσίους τῶν Νομαδικῶν ἱππέων ἐξαπέστειλε, κατασκεψομένους ποῦ καὶ πόσοι τυγχάνουσιν ὄντες, καὶ τί πράττουσιν οἱ πολέμιοι. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, καὶ πρὸς τὴν τῶν ἐλεφάντων διάβασιν προεχειρίσατο τοὺς ἐπιτηδείους. αὐτὸς δὲ συναγαγὼν τὰς δυνάμεις, εἰσήγαγε τοὺς βασιλίσκους τοὺς περὶ Μάγιλον. οὗτοι γὰρ ἧκον πρὸς αὐτὸν ἐκ τῶν περὶ τὸν Πάδον πεδίων. καὶ δι᾽ ἑρμηνέως τὰ δεδογμένα παρ᾽ αὐτῶν διεσάφει τοῖς ὄχλοις. ὧν δὲ τῶν λεγομένων ἰσχυρότατα πρὸς θάρσος τῶν πολλῶν· πρῶτον μέν, ἡ τῆς παρουσίας ἐνέργεια τῶν ἐπισπωμένων, καὶ κοινωνήσειν ἐπαγγελλομένων τοῦ πρὸς Ῥωμαίους πολέμου· δεύτερον δὲ, τὸ τῆς ἐπαγγελίας αὐτῶν ἀξιόπιστον, ὅτι καθηγήσονται διὰ τόπων τοιούτων, δι᾽ ὧν οὐδενὸς ἐπιδεόμενοι τῶν ἀναγκαίων, συντόμως ἅμα καὶ μετ᾽ ἀσφαλείας ποιήσονται τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν· πρὸς δὲ τούτοις ἡ τῆς χώρας γονιμότης εἰς ἣν ἀφίξονται καὶ τὸ μέγεθος, ἔτι δὲ τῶν ἀνδρῶν ἡ προθυμία, μεθ᾽ ὧν μέλλουσι ποιεῖσθαι τοὺς ἀγῶνας πρὸς τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις. οἱ μὲν οὖν Κελτοὶ τοιαῦτα διαλεχθέντες, ἀνεχώρησαν. Μετὰ δὲ τούτους εἰσελθὼν αὐτὸς, πρῶτον μὲν τῶν προγεγενημένων πράξεων ἀνέμνησε τοὺς ὄχλους· ἐν αἷς ἔφη πολλοῖς αὐτοὺς καὶ παραβόλοις ἔργοις καὶ κινδύνοις ἐπικεχειρηκότας, ἐν οὐδενὶ διεσφάλθαι, κατακολουθήσαντας τῇ ἐκείνου γνώμῃ καὶ

altera ripa erant relicti, curat trajiciendos: ac mox omnibus tramiſſis copiis, nocte illa, ad Rhodanum ipſum caſtra locat. Die ſequenti ut accepit Hannibal, Romanam claſſem fluminis oſtia appuliſſe; ſelectos Numidas equites quingentos miſit ſpeculatum, ubi & quantæ copiæ eſſent, & quid pararent. ſimul trajiciendi elephantos provinciam idoneis hominibus mandat. Ipſe interim advocata concione regulum Magilum producit, qui è Circumpadanis campis ad eum acceſſerat. & per interpretem, quæ decreta fuerant à Gallis, multitudini declarat. Ex omnibus quæ dicta ſunt plurimum ad firmandos vulgi animos momenti habebant iſta. Jam primum efficax præſentia erat eorum qui ipſos accibant, & belli contra Romanos participes ſe fore promittebant. deinde quod quum ſponderet Magilus ſe per ea loca ipſos ducturum, per quæ citò ac tutò neceſſaria re nulla deficiente in Italiam eſſent venturi; nequaquam levis auctor hujus promiſſionis eſſe videbatur. movebat inſuper eos tum bonitas atque amplitudo regionis quam petebant; tum alacritas ipſa & propenſa eorum voluntas, quibuſcum adverſus Romanos exercitus erant pugnaturi. His expoſitis concione excedunt Galli. poſt quos ingreſſus ipſe, primò res ante geſtas militi in memoriam revocare: quàm multa auctore ſe & conſultore præcipitis audaciæ facinora ſuſcepiſſent, quanta pericula adiiſſent, quorum nullius unquam ipſos

pœnitue-

pœnituerit. hortari igitur, bono eſſent animo; quum præſertim peractum eſſe quod difficillimum fuit viderent. nam & trajiciendi amnis conſilium exitum jam habuiſſe, qualem optabant: & benevolentiæ atque egregiæ voluntatis ſociorum oculatos ipſos eſſe teſtes: poſtulare denique, ut de ſingulis, quæ gerenda forent, ſolliciti ne eſſent; gnari illa ſibi eſſe curæ: ſed juſſis ſuis obedientes, viros fortes & gloria rerum ante geſtarum dignos ſe præberent. quum multitudo voce manuque ſignificationem aſſenſus dediſſet, magnamque alacritatem & cupiditatem pugnandi oſtendiſſet, laudavit eos Hannibal; votaque pro ſalute omnium diis nuncupavit: monitos deinde ut corpora curarent,& ad iter omnia diligenter pararent, quia movere poſtridie caſtra conſtituiſſet, eos dimiſit. Soluta concione advenerunt Numidæ, qui ſpeculatum ante fuerant miſſi, quorum major pars ceciderat, reliqui effuſa fuga evaſerant. Nam quum haut longe à ſuorum caſtris obvios Romanos equites habuiſſent, ſimili de cauſſa à Publio miſſos, tanta animorum contentione utrique pugnam inierunt, ut Romanorum quidem ac Gallorum centum & quadraginta deſiderati ſint: è Numidis vero amplius ducenti. Romani dum à conflictu hoſtem inſequuntur, propius vallum progreſſi, omniaque ſpeculati, magna feſtinatione redire ad ſuos properabant, quò poſſent de adventu hoſtium certiorem facere Conſulem. quod & mox in caſtra reverſi fecerunt. extemplo Cos. impedimentis in naves

συμβουλίᾳ. τούτοις δ' ἑξῆς εὐθαρσεῖς εἶναι παρεκάλει, θαρρούντως. διότι τὸ μέγιστον ἤνυσται τῶν ἔργων. ἐπειδὴ τοῦ τε τοῦ ποταμοῦ διαβάσεως κεκρατήκασι, τῆς τε τῶν συμμάχων εὐνοίας καὶ προθυμίας αὐτόπται γεγόνασι. διόπερ ᾤετο δεῖν, περὶ μὲν τῶν κατὰ μέρος ῥᾳθυμεῖν, ὡς αὐτῷ μελόντων· πειθαρχοῦντας δὲ τοῖς παραγγέλμασιν, ἄνδρας ἀγαθοὺς γίγνεσθαι, καὶ τῶν προγεγονότων ἔργων ἀξίους. τοῦ δὲ πλήθους ἐπισημαινομένου, καὶ μεγάλην ὁρμὴν καὶ προθυμίαν ἐμφαίνοντος, ἐπαινέσας αὐτοὺς, καὶ τοῖς θεοῖς ὑπὲρ ἁπάντων εὐξάμενος, διαφῆκε, παραγγείλας θεραπεύειν σφᾶς, καὶ παρασκευάζεσθαι μετὰ σπουδῆς, ὡς εἰς τὴν αὔριον ἀναζυγῆς ἐσομένης. λυθείσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἧκον τῶν Νομάδων οἱ προαποσταλέντες ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν, τοὺς μὲν πλείστους αὐτῶν ἀπολωλεκότες, οἱ δὲ λοιποὶ προτροπάδην πεφευγότες. συμπεσόντες γὰρ οὐ μακρὰν ἀπὸ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἱππεῦσι, τοῖς ἐπὶ τὴν αὐτὴν χρείαν ἐξαπεσταλμένοις ὑπὸ τοῦ Ποπλίου, τοιαύτην ἐποιήσαντο φιλοτιμίαν ἀμφότεροι κατὰ τὴν συμπλοκὴν, ὥστε τῶν Ῥωμαίων καὶ Κελτῶν εἰς ἑκατὸν ἱππεῖς καὶ τετταράκοντα διαφθαρῆναι· τῶν δὲ Νομάδων ὑπὲρ τοὺς διακοσίους. γενομένων δὲ τούτων, οἱ Ῥωμαῖοι συνεγγίσαντες κατὰ τὸ δίωγμα τῷ τῶν Καρχηδονίων χάρακι, καὶ κατοπτεύσαντες, αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς ἠπείγοντο, διασαφήσοντες τῷ στρατηγῷ τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων. ἀφικόμενοι δ' εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀνήγγειλαν. Πόπλιος δὲ παραυ-

45

τίκῳ τὴν ἀποσκευὴν ἀναθέμενος ἐπὶ
τὰς ναῦς, ἀνέζευξε παντὶ τῷ στρα-
τεύματι, καὶ προῆγε παρὰ τὸν ποτα-
μὸν, σπεύδων συμμῖξαι τοῖς ὑπεναν-
τίοις. Ἀννίβας δὲ τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ
τῆς ἐκκλησίας, ἅμα τῷ φωτὶ τοὺς μὲν
ἱππεῖς προέθετο πάντας ὡς πρὸς
θάλατταν, ἐφεδρείας ἔχοντας τάξιν·
τὴν δὲ πεζῶν ἐκίνει δύναμιν ἐκ τοῦ
χάρακος εἰς πορείαν. αὐτὸς δὲ τοὺς
ἐλέφαντας ἐξεδέχετο, καὶ τοὺς ἅμα
τούτοις ἀπολελειμμένους ἄνδρας. ἐ-
46 γίνετο δὲ ἡ διακομιδὴ τῶν θηρίων, τοι-
αύτη τις. Πήξαντες σχεδίας καὶ πλεί-
ους, τούτων ἁρμοζόντως δύο πρὸς ἀλ-
λήλαις ζεύξαντες, βιαίως ἤρειδον
ἀμφοτέρας εἰς τὴν γῆν κατὰ τὴν ἔμβασιν
τοῦ ποταμοῦ, πλάτος ἐχούσας τὸ συν-
αμφότερον, ὡς πεντήκοντα πόδας.
ταύταις δὲ συζευγνύντες ἄλλας ἐκ
τοῦ ἐκτὸς προσήρμοζον· προτείνοντες
δὲ τὴν κατασκευὴν τοῦ ζεύγματος εἰς
τὸν πόρον, τὴν δ᾽ ἀπὸ τοῦ ῥεύματος
πλευρὰν ἠσφαλίζοντο τοῖς ἐκ τῆς
γῆς ἐπιγύοις εἰς τὰ περὶ τὸ χεῖλος
πεφυκότα τῶν δένδρων ἐνάπτοντες,
πρὸς τὸ συμμένειν, καὶ μὴ παρωθεῖσθαι
τὸ ὅλον ἔργον κατὰ τοῦ ποταμοῦ. ποι-
ήσαντες δὲ πρὸς δύο πλέθρα τῷ μή-
κει τὸ πᾶν ζεῦγμα τῆς προβολῆς, μετὰ
ταῦτα δύο πεπηγυίας σχεδίας δια-
φερόντως τὰς μεγίστας προσέβαλον
ταῖς ἐσχάταις, πρὸς αὑτὰς μὲν βιαί-
ως δεδεμένας, πρὸς δὲ τὰς ἄλλας
οὕτως, ὥστ᾽ εὐδιακόπους αὐτῶν εἶναι
τοὺς δεσμούς. ῥύματα δὲ καὶ πλείω
ταύταις ἐνῆψαν, οἷς ἔμελλον οἱ λέμ-
βοι ῥυμουλκοῦντες, οὐκ ἐάσειν φέρεσθαι
κατὰ τοῦ ποταμοῦ, βίᾳ δὲ πρὸς τὸν ῥοῦν
κατέχοντες παρακομιεῖν καὶ περαι-
ώσειν ἐπὶ τούτων τὰ θηρία. μετὰ δὲ
ταῦτα χοῦν ἔφερον ἐπιπάσαντες

impoſitis, caſtra movit, & cupidus
dimicandi cum hoſte, copias omnes
ſecundum flumen pergit ducere.
Hannibal poſtridie quam habita
erat concio, prima luce equitatum
omnem regione maris, velut in ſub-
ſidium exercitus diſponit: deinde
pedites movere caſtra atque iter fa-
cere jubet: ipſe elephantos & cum
his relictos viros præſtolatur. Porrò
beſtiarum trajectio, hoc modo fa-
cta. Quum plures rates compegiſ-
ſent, duas harum invicem probe ac
firmiter junctas, quæ latitudinem
ambæ quinquaginta pedum habe-
bant, magna vi terræ affigunt, qua
parte in amnem ibatur. hiſce alias
ab exteriore parte copulant con-
nectuntque: & quum hujus quaſi
pontis fabricam in trajiciendum
amnem porrigerent: latus quod
impetum fluminis excipiebat ru-
dentibus è terra firmant, ad arbo-
res alligatis, quibus ſuperior flu-
minis ripa erat conſita: ut ſtaret
opus totum immotum, neque ſe-
cunda aqua deferretur. ubi por-
recta fuiſſet pontis longitudo ad
jugera duo, ratibus poſtremis duas
maximas, ſingularique arte com-
pactas adjiciunt, ipſas quidem in-
ter ſe firmiſſimè alligatas; ad cæ-
teras vero ſic, ut præcidi vincula
facile poſſent. his funes ductarios
plures alligaverunt, quorum ope
lembi remulco trahentes impedituri
erant, quominus ſecundus fluvius
eas deferret, ac contra fluminis im-
petum vi ſua rates ſuſtinendo, ad ri-
pam ipſas perducturi, & beſtias ſu-
per his erant trajecturi. terram dein
multam afferunt, inſperguntque,
donec

donec ejus injectu ſimilem, pariter planam, & coloris ejuſdem ſuperficiem redderent viæ, quæ per ripam ferebat ad amnis tranſitum. Conſueverant elephanti magiſtris ſuis morigeros ſe præbere, donec aliqua occurreret aqua: intrare vero aquas non audebant. propterea in hunc aggerem illos duxere duabus præpoſitis fœminis; atque ita reliqui ſunt obſecuti. qui poſtquam in ultimas rates ſunt perducti, inciſis vinculis, quibus cæteris erant iſtæ adnexæ, lembis ductarios funes attrahentibus, extemplo & beſtias & rates quæ illas ſuſtinebant, à reliquis divellerunt. tum vero trepidantes belluæ initio quidem convertere ſe & in omnes partes impetum dare: ſed quod aqua undique cingerentur, ſubeunte pavore, quietæ manere cogebantur. atque hoc modo binas ſubinde rates ad cæteras admovendo, plerique omnes elephanti ſuper illis ſunt tranſmiſſi. quidam præ metu in medio trajectu ſe dedere præcipites in flumen: quorum Indi periere omnes, ipſi ſervati ſunt. nam quia prævalidas magnaſque habent proboſcides, his ſupra aquam ſublatis, ſimul reſpirabant, & quicquid inciderat efflabant: atque ita perdiu aquæ reſiſtentes, recto itinere in ulteriora progrediebantur. His ita peractis, Hannibal aſſumptis elephantis atque equitibus, iiſque in extremo agmine collocatis, regione maris, pergit ire Orientem verſus, quaſi Europæ mediterranea peteret. Rhodanus fontes habet ſupra ſinum Hadriaticum in Occaſum verſos, in

πλωτῇ, ἕως ἐπιβάλλοντες ἐξωμοίωσαν, ὁμαλὴν καὶ σύγχρουν ποιοῦντες τῇ διὰ τῆς χέρσου φερούσῃ πρὸς τὴν διάβασιν ὁδῷ. τῶν δὲ θηρίων εἰθισμένων τοῖς Ἰνδοῖς μέχρι μὲν πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀεὶ πειθαρχεῖν, εἰς δὲ τὸ ὕδωρ ἐμβαίνειν οὐδαμῶς ἔτι τολμώντων, ἦγον διὰ τοῦ χώματος δύο προθέμενοι θηλείας· πειθαρχούντων αὐτοῖς τῶν θηρίων. ἐπεὶ δὲ ἐπὶ τὰς τελευταίας ἐπέστησαν σχεδίας, διακόψαντες τοὺς δεσμοὺς, οἳ προσήρτων ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας, καὶ τοῖς λέμβοις ἐπισπασάμενοι τὰ ῥύματα, ταχέως ἀπέσπασαν ἀπὸ τοῦ χώματος, τά τε θηρία καὶ τὰς ὑπ' αὐτοῖς σχεδίας. οὗ γινομένου διαταραχθέντα τὰ ζῷα, κατὰ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐστρέφετο, καὶ κατὰ πάντα τόπον ὥρμα· περιεχόμενα δὲ πανταχόθεν ὑπὸ τοῦ ῥεύματος ἀπεδειλία, καὶ μένειν ἠναγκάζετο κατὰ χώραν. καὶ τοιούτῳ δὴ τρόπῳ προσαρμοζομένων ἀεὶ σχεδιῶν δυοῖν, τὰ πλεῖστα τῶν θηρίων ἐπὶ τούτων διεκομίσθη. τινὰ δὲ κατὰ μέσον τὸν πόρον ἀπέρριψεν εἰς τὸν ποταμὸν αὑτὰ διὰ τὸν φόβον· ὧν τοὺς μὲν Ἰνδοὺς ἀπολέσθαι συνέβη πάντας, τοὺς δ' ἐλέφαντας διασωθῆναι. διὰ γὰρ τὴν δύναμιν καὶ τὸ μέγεθος τῶν προβοσκίδων ἐξαίροντες ταύτας ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν καὶ διαπνέοντες, ἅμα δ' ἐκφυσῶντες πᾶν τὸ παρεμπῖπτον ἀντέχοντο, πολὺ καθ' ὕδατος ὀρθὸν ποιούμενοι τὴν πορείαν. περαιωθέντων δὲ τῶν θηρίων, 47
ἀναλαβὼν Ἀννίβας τοὺς ἐλέφαντας καὶ ἱππεῖς, προῆγε τούτοις ἀπουραγῶν παρὰ τὸν ποταμὸν, ἀπὸ θαλάττης ὡς ἐπὶ τὴν ἕω ποιούμενος τὴν πορείαν, ὡς εἰς τὴν μεσόγαιον τῆς Εὐρώπης. ὁ δὲ Ῥοδανὸς ἔχει μὲν τὰς πηγὰς ὑπὲρ τὸν Ἀδριατικὸν μυχὸν πρὸς τὴν ἑσπέραν

νεύουσας, ἐν τοῖς ἀποκλίνουσι μέρεσι τῶν Ἄλπεων, ὡς πρὸς τὰς ἄρκτους. ῥεῖ δὲ πρὸς τὰς χειμερινὰς δύσεις, ἐκβάλλει δ' εἰς τὸ Σαρδῷον πέλαγος· φέρεται δ' ἐπὶ πολὺ δι' αὐλῶνος· οὗ τὰ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους, Ἄρδυες Κελτοὶ κατοικοῦσι. τὴν δ' ἀπὸ μεσημβρίας αὐτοῦ πλευρὰν ὁρίζουσι πᾶσαι, πρὸς ἄρκτον κεκλιμέναι τῶν Ἄλπεων παρώρειαι. τὰ δὲ πεδία τὰ περὶ τὸν Πάδον, ὑπὲρ ὧν ἡμῖν εἴρηται διὰ πλειόνων, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ροδανὸν αὐλῶνος διαζευγνύουσι αἱ τῶν προειρημένων ὀρῶν ἀκρώρειαι, λαμβάνουσαι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ Μασσαλίας, ὡς ἐπὶ τὸν τοῦ παντὸς Ἀδρία μυχόν. ἃς τότε ὑπερβαλὼν Ἀννίβας, ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν Ροδανὸν τόπων, ἐνέβαλεν εἰς Ἰταλίαν. Ἔνιοι δὲ τῶν γεγραφότων περὶ τῆς ὑπερβολῆς ταύτης, βουλόμενοι τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐκπλήττειν τῇ περὶ τῶν προειρημένων τόπων παραδοξολογίᾳ, λανθάνουσιν ἐμπίπτοντες εἰς δύο τὰ πάσης ἱστορίας ἀλλοτριώτατα. καὶ γὰρ ψευδολογεῖν, καὶ μαχόμενα γράφειν αὑτοῖς ἀναγκάζονται. ἅμα μὲν γὰρ τὸν Ἀννίβαν ἀμίμητόν τινα παρεισάγοντες στρατηγὸν καὶ τόλμῃ καὶ προνοίᾳ, τοῦτον ὁμολογουμένως ἀποδεικνύουσιν ἡμῖν ἀλογιστότατον· ἅμα δὲ καταστροφὴν οὐ δυνάμενοι λαμβάνειν, οὐδ' ἔξοδον τοῦ ψεύδους, θεοὺς καὶ θεῶν παῖδας εἰς πραγματικὴν ἱστορίαν παρεισάγουσιν. ὑποθέμενοι γὰρ τὰς ἐρυμνότητας καὶ τραχύτητας τῶν Ἀλπεινῶν ὀρῶν τοιαύτας, ὥστε μὴ οἷον ἵππους καὶ στρατόπεδα, σὺν δὲ τούτοις ἐλέφαντας, ἀλλὰ μηδὲ πεζοὺς εὐζώνους εὐχερῶς ἂν διελθεῖν· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἔρημον τοιαύτην τινὰ περὶ τοὺς τόπους ὑπογράψαντες ἡμῖν, ὥστ' εἰ

partibus Alpium, quæ Septentrionem ſpectant fertur ad occaſum hibernum: exonerat ſe in mare Sardoum. plurimus ejus curſus eſt intra convallem, cujus Septentrionale latus Ardyes Galli colunt. meridianum omne latus terminant radices Alpium, quæ in Septentriones vergunt. Circumpadanos campos de quibus multa in ſuperioribus ſunt nobis dicta, ab ea convalle quam permeat Rhodanus ſeparant radices Alpium, quæ à Maſſilia ad ultimum Hadriæ receſſum porriguntur. hos montes Hannibal ea parte transgreſſus, quà oritur Rhodanus, Italiam intravit. Nonnulli quum de ſuperatis ab Hannibale Alpibus ſcriberent, dum miraculo rerum novarum quas de locis illis narrant, ſtupefacere lectores cupiunt; imprudentes in duo vitia incidunt, ab omni hiſtoria alieniſſima. nam & mentiri, & ſibi ipſi repugnare in ſuis ſcriptis coguntur. Qui enim Hannibalem prodant fuiſſe inimitabilis cujuſdam audaciæ & prudentiæ imperatorem; ſimul tamen eundem faciunt ſine controverſia imprudentiſſimum. deinde ubi exitum rei non inveniunt, nec quomodo mendacium deponant, deos & deorum filios in hiſtoriam rerum geſtarum, veram & ſeriam narrationem profeſſam, inducunt. Alpium ſiquidem juga adeo inacceſſa atque aſpera eſſe fingunt, ut vix ab expeditis peditibus, nedum equis, exercitibus, elephantis ſuperari queant. ad hæc loca ita deſerta nobis deſcribunt, ut niſi deus aut heros aliquis Hannibali occurriſſet,

qui viam

qui viam indicaret, omnes incerti quò ſe verterent, fuerint perituri. quæ dum ita ſcribunt, nemini dubium eſt, quin utriuſque peccati de quo diximus, ſe obligent. Jam primum quis imperator Hannibale imprudentior, aut dux ſiniſterior reperiatur, qui tantas copias trahens, in quibus ſpes maximas habuit repoſitas de proſpero ſummæ rerum eventu, neque itinera, neque loca, ut quidem iſti ajunt, neque quò vel ad quos iret, notum haberet? quodque omnem inſaniam ſuperat, non illa aggrederetur, quæ ratio ſuaderet poſſe perfici: ſed è contrario illa quæ fieri nequirent? & quod ne ii quidem facere ſuſtinent, qui univerſo bello victi ad ultimam conſilii inopiam fuerint redacti; ut in ignota ſibi loca copias deducant; id præclari iſti ſcriptores Hannibali adſcribunt, qui ſpes univerſas de ſuis rebus, eaſque maximas tunc temporis habebat integras atque illibatas. Sed & quod ajunt, fuiſſe illa loca deſerta, adeoque munita, ut adiri nequirent, palàm facit ipſorum mendacia. Non enim didicerant iſti, Gallos Rhodani accolas, non ſemel aut iterum ante Hannibalis adventum, neque jam olim, ſed paullo ante cum magnis exercitibus Alpes ſuperaſſe, & Circumpadanis Gallis opem ferentes, cum Romanis arma contuliſſe; quod in ſuperioribus eſt à nobis oſtenſum. Neſciebant præterea multas eſſe gentes quæ Alpes ipſas inhabitent. Verùm ignari horum omnium, heroem quendam ajunt Pœnis appa-

μὴ θεός ἤ τις ἥρως ἀπαντήσας τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν ὑπέδειξε τὰς ὁδούς, ἐξαπορήσαντας ἂν καταφθαρῆναι πάντας· ὁμολογουμένως ἐκ τούτων εἰς ἑκάτερον τῶν προειρημένων ἁμαρτημάτων ἐμπίπτουσι. πρῶτον μὲν γὰρ 48
τίς ἂν φανείη στρατηγὸς ἀλογιστότερος Ἀννίβου καὶ σκαιότερος ἡγεμών, ὃς τοσούτων ἡγούμενος δυνάμεων καὶ τὰς μεγίστας ἐλπίδας ἔχων ἐν τούτοις τοῦ κατορθώσειν τοῖς ὅλοις, οὔτε τὰς ὁδούς, οὔτε τοὺς τόπους, ὡς οὗτοι φασίν, οὔτε πῇ πορεύεται τὸ παράπαν, οὔτε πρὸς τίνας, ἐγίνωσκε; τὸ δὲ πέρας, οὐ τοῖς κατὰ λόγον, τοὐναντίον δ᾽ ἀδυνάτοις ἐπιβάλλεται πράγμασιν. ἀλλ᾽ ὅπερ οἱ τοῖς ὅλοις ἐπταικότες, καὶ κατὰ πάντα τρόπον ἐξαποροῦντες οὐχ ὑπομένουσιν, ὥστ᾽ εἰς ἀπρονοήτους καθεῖναι τόπους μετὰ δυνάμεως· τοῦτο περιτιθέασιν οἱ συγγραφεῖς Ἀννίβᾳ, τῷ τὰς μεγίστας ἐλπίδας ἀκεραίους ἔχοντι, περὶ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν πραγμάτων. ὁμοίως δὲ καὶ τὰ περὶ τῆς ἐρημίας, ἔτι δ᾽ ἐρυμνότητος καὶ δυσχωρίας τῶν τόπων, ἔκδηλον ποιεῖ τὸ ψεῦδος αὐτῶν. οὐχ ἱστορήσαντες γὰρ ὅτι συμβαίνει τοὺς Κελτοὺς, τοὺς παρὰ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν οἰκοῦντας, οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς πρὸ τῆς Ἀννίβου παρουσίας, οὐδὲ μὴν πάλαι, προσφάτως δὲ μεγάλοις στρατοπέδοις ὑπερβάντας τὰς Ἄλπεις, παρατετάχθαι μὲν Ῥωμαίοις, συνηγωνίσθαι δὲ Κελτοῖς τοῖς τὰ περὶ τὸν Πάδον πεδία κατοικοῦσι, καθάπερ ἡμεῖς ἐν τοῖς πρὸ τούτου ἐδηλώσαμεν. πρὸς δὲ τούτοις οὐκ εἰδότες, ὅτι πλεῖστον ἀνθρώπων φῦλον κατ᾽ αὐτὰς οἰκεῖν συμβαίνει τὰς Ἄλπεις, ἀλλ᾽ ἀγνοοῦντες ἕκαστα τῶν εἰρημένων ἥρωα τινὰ φασὶν ἐπιφανέντα, συνυ-

ὑποδεῖξαι τὰς ὁδοὺς αὐτοῖς. ἐξ ὧν εἰκότως ἐμπίπτουσιν εἰς τὸ παραπλήσιον τοῖς τραγῳδιογράφοις. καὶ γὰρ ἐκείνοις πᾶσιν αἱ καταστροφαὶ τῶν δραμάτων προσδέονται θεοῦ καὶ μηχανῆς, διὰ τὸ τὰς πρώτας ὑποθέσεις ψευδεῖς καὶ παραλόγους λαμβάνειν. τούς τε συγγραφέας ἀνάγκη τὸ παραπλήσιον πάσχειν, καὶ ποιεῖν ἥρωάς τε καὶ θεοὺς ἐπιφαινομένους, ἐπειδὰν τὰς ἀρχὰς ἀπιθάνους καὶ ψευδεῖς ὑποστήσωνται. πῶς γὰρ οἷόν τε, παραλόγοις ἀρχαῖς εὔλογον ἐπιθεῖναι τέλος; Ἀννίβας γε μὴν οὐχ ὡς οὗτοι γράφουσι, λίαν δὲ περὶ ταῦτα πραγματικῶς ἐχρῆτο ταῖς ἐπιβολαῖς. καὶ γὰρ τὴν τῆς χώρας ἀρετήν, εἰς ἣν ἐπεβάλετο καθιέναι, καὶ τὴν τῶν ὄχλων ἀλλοτριότητα πρὸς Ῥωμαίους ἐξητάκει σαφῶς, καὶ ταῖς μεταξὺ δυσχωρίαις ὁδηγοῖς καὶ καθηγεμόσιν ἐγχωρίοις ἐχρῆτο, τοῖς τῶν αὐτῶν ἐλπίδων μέλλουσι κοινωνεῖν. Ἡμεῖς δὲ περὶ τούτων εὐθαρσῶς ἀποφαινόμεθα, διὰ τὸ περὶ τῶν πράξεων παρ' αὐτῶν ἱστορηκέναι τῶν παρατετευχότων τοῖς καιροῖς, τοὺς δὲ τόπους κατωπτευκέναι, καὶ τῇ διὰ τῶν Ἄλπεων αὐτὸς κεχρῆσθαι πορείᾳ, γνώσεως ἕνεκα καὶ θέας.

49 Οὐ μὴν ἀλλὰ Πόπλιος μὲν ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγός, ἡμέραις ὕστερον τρισὶ τῆς ἀναζυγῆς τῆς τῶν Καρχηδονίων παραγενόμενος ἐπὶ τὴν τοῦ ποταμοῦ διάβασιν, καὶ καταλαβὼν ὡρμηκότας τοὺς ὑπεναντίους, ἐξενίσθη μὲν ὡς ἐνδέχεται μάλιστα, πεπεισμένος, οὐδέποτ' ἂν αὐτοὺς τολμῆσαι τῇδε ποιήσασθαι τὴν εἰς Ἰταλίαν πορείαν, διὰ τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἀθεσίαν τῶν κατοικούντων τοὺς τόπους βαρβάρων. θεωρῶν δὲ τετολμηκότας, αὖθις ἐπὶ τὰς ναῦς ἠπείγετο,

ruiſſe, & viam ipſis indicaſſe. in quo ſimile illis uſuvenit ac poëtis, qui tragœdias componunt: nam quoniam hi poëtæ argumenta falſa & abſurda initio ſibi proponunt, ſemper in fabularum exitu deo indigent & machina. his quoque ſcriptoribus ut idem eveniat neceſſum plane eſt, utque heroas aut deos fingant viſos: poſtquam ſemel principia à veri ſimilitudine aliena & falſa poſuerunt. abſurdis enim principiis, qui poteſt colophon imponi non abſurdus? Enimvero Hannibal in hoc incepto, non quomodo iſti ſcribunt, ſed adprime ſollerter ſe geſſit. qui & præſtantiam regionis quam erat aditurus, atque alienatos populorum animos à Romanis certò exploraverat: & ad itinerum difficultates ducibus utebatur indigenis, qui eandem ſecum belli fortunam erant experturi. Nos autem de hiſce rebus eo majore fiducia ſcribimus, quia ab illis hominibus eas didicimus, qui temporibus illis vivebant: & quod loca ipſi luſtravimus, qui viſendi ſtudio ac veritatis noſcendæ Alpes adiimus. Cæterum Publius Romanorum imperator, triduo poſtquam inde Pœni caſtra moverant, ad tranſitum fluminis acceſſit: unde quum profectos hoſtes cognoviſſet, mirari ille, ſicuti par erat: qui præſertim perſuaſum haberet, nunquam Pœnos hac via Italiam petere auſuros. tot populis Barbaris tam fluxæ fidei in medio poſitis. ſed ut auſos cognovit, ad naves retro cepit conten-

dere.

dere. ad quas ſimul pervenit, copias jubet conſcendere. ac fratrem quidem in Hiſpaniam ad bellum ibi gerendum mittit. ipſi vero Italiam navibus repetere ſententia ſtetit; quò hoſtes anteverteret, ac per Hetruriam ad juga Alpium maturius perveniret. Hannibal quarto die poſtquam à Rhodano erat profectus, ad Inſulam quam vocant pervenit: regionem, & cultoribus frequentem, & frumenti feracem; è re ipſa ita nominatam. ſiquidem hinc Rhodanus inde Arar latera duo illius præterfluentes, quà in unum confluunt, faſtigiatam ejus figuram reddunt. Eſt autem ſimilis regio iſta, tum magnitudine tum figura, illi quod in Ægypto Delta nuncupant. eo differunt; quod hujus quidem latus unum mare & fluviorum oſtia claudunt: illius vero montes, difficilis acceſſus introituſque; imo vero ad quos nullus ferme aditus patet. Ibi quum duos fratres inveniſſet regni certamine ambigentes, & caſtra caſtris oppoſita habentes; accitus à majore rogatuſque ut in aſſerendo regno ſe vellet adjuvare; petitioni annuit: quod prope manifeſta eſſet utilitas, quam ea res in præſens ipſi erat allatura. itaque ſocietate belli cum ipſo inita, & fratre altero ejecto, multis rebus à victore eſt adjutus. non enim commeatum ſolummodo aliaque neceſſaria exercitui ſubminiſtravit: verùm etiam arma vetuſta & quaſſata confractaque aliis mutans, univerſas copias opportune renovavit. hoc amplius, pleroſque

ante habuerant, eundem in æſtimanda fortuna ſua haberent. nam ut in illis victoris & mortui ſortem pariter omnes laudabant, vivos miſerabantur: ita de ſuis quoque rebus ſtatuere debere: atque eo animo in certamina deſcendere; primò quidem, ut vincant: deinde ſi illud nequeant, ut moriantur. nam ſi vincerentur, ne cogitandum quidem ipſis eſſe de vita. hoc ſi bene fixum omnibus deſtinatumque in animo fuerit, nullum eſſe dubium, quin & vincerent & viverent. nunquam enim factum eſſe, ut qui vel ultro, vel neceſſitate coacti hunc animum in prælia afferrent, victoriam de hoſtibus non reportarent. quando autem cum hoſte animato aliter res eſſet, ut nunc cum Romanis; quorum pleriſque certa ſpes ſalutis in patriam fugientibus; palam eſſe, adverſarios impetum ex deſperatione dimicantium non toleraturos. Quum & exemplum & orationem hanc laudaret multitudo, & jam eos ſpiritus conciperet, eamque indueret mentem, quam dux optabat; laudatos, indictaque in poſterum diem primo diluculo profectione, dimiſit. P. Cornelius circa eoſdem dies ultra Padum jam proceſſerat, & qui progredi ulterius vellet, Ticinum ponte jungi ab hominibus idoneis juſſit. deinde ubi reliquas copias in unum coëgiſſet, ita ſuos adhortari cepit. Multa ibi de dignitate patriæ & rebus geſtis majorum diſſeruit: ſed quæ ad rem præſentem facerent, hæc propemodum fuerunt. Etiamſi nullum præſentis

των, ἵν' ὥσπερ ὀρθῶς ἐπινοοῦντο περὶ τῶν ἀλλοτρίων συμπτωμάτων. καθάπερ γὰρ ἐπ' ἐκείνων τὸν μὲν νικήσαντα καὶ τεθνεῶτα πάντες ἐμακάριζον, τοὺς δὲ ζῶντας ἠλέουν· οὕτως ᾤετο δεῖν καὶ περὶ τῶν κατ' αὐτοὺς διαλαμβάνειν, καὶ πάντας ἰέναι πρὸς τοὺς ἀγῶνας, μάλιστα μὲν νικήσοντας· ἂν δὲ μὴ τοῦτο εἴη δυνατὸν, ἀποθανουμένους. τὴν δὲ τοῦ ζῆν ἡττημένους ἐλπίδα, κατὰ μηδένα τρόπον ἠξίου λαμβάνειν ἐν νῷ. τούτῳ γὰρ χρησαμένους αὐτοὺς τῷ λογισμῷ, καὶ τῇ προθέσει ταύτῃ, καὶ τὸ νικᾶν ἅμα καὶ τὸ σώζεσθαι προδήλως σφίσι συνεξακολουθήσειν. πάντας γὰρ τοὺς ἢ κατὰ προαίρεσιν ἢ κατ' ἀνάγκην τοιαύτῃ προθέσει κεχρημένους, οὐδέποτε διεψεῦσθαι τοῦ κρατεῖν τῶν ἀντιταξαμένων. ὅταν δὲ δὴ καὶ τοῖς πολεμίοις συμβαίνῃ τὴν ἐναντίαν ἐλπίδα ταύτης ὑπάρχειν, ὃ νῦν ἐστι περὶ Ῥωμαίους, ὥστε φεύγουσι πρόδηλον εἶναι τοῖς πλείστοις τὴν σωτηρίαν, παρακειμένης αὐτοῖς τῆς οἰκείας, δῆλον, ὡς ἀνυπόστατος γένοιτ' ἂν ἡ τῶν ἀπηλπικότων τόλμα. τῶν δὲ πολλῶν ἀποδεχομένων τό, τε παράδειγμα καὶ τοὺς λόγους, καὶ λαμβανόντων ὁρμὴν καὶ παράστασιν οἵαν ὁ παρακαλῶν ἐσπούδαζε· τότε μὲν ἐπαινέσας αὐτοὺς διαφῆκε· τῇ δ' ἐπαύριον ἅμα τῷ φωτὶ παρήγγελλε. 64

Πόπλιος δὲ περὶ τὰς αὐτὰς ἡμέρας πρὸς τὸν Πάδον ποταμὸν ἤδη περαιούμενος, τὸν δὲ Τίκινον κρίνων εἰς τοὔμπροσθεν διαβαίνειν, τοῖς μὲν ἐπιτηδείοις γεφυροποιεῖν παρήγγελλε, τὰς δὲ λοιπὰς δυνάμεις συναγαγὼν παρεκάλει· τὰ μὲν οὖν πολλὰ τῶν λεγομένων ἦν, περί τε τοῦ τῆς πατρίδος ἀξιώματος, καὶ τῶν προγονικῶν πράξεων· τὰ δὲ τοῦ παρεστῶτος καιροῦ τοιάδε·

ἔφη γὰρ

ἔφη γὰρ δεῖν καὶ μηδεμίαν μὲν εἰληφότας πεῖραν ἐπὶ τοῦ παρόντος τῶν ὑπεναντίων, αὐτὸ δὲ τοῦτο γινώσκοντας, ὅτι μέλλουσι πρὸς Καρχηδονίους κινδυνεύειν, ἀναμφισβήτητον ἔχειν τὴν τοῦ νικᾶν ἐλπίδα. καὶ καθόλου δεινὸν ἡγεῖσθαι καὶ παράλογον, εἰ τολμῶσι Καρχηδόνιοι Ῥωμαίοις ἀντοφθαλμεῖν, πολλάκις μὲν ὑπ' αὐτῶν ἡττημένοι, πολλοὺς δ' ἐξενηνοχότες φόρους, μόνον οὐχὶ δουλεύοντες αὐτοῖς ἤδη τοσούτους χρόνους. ὅταν δὲ χωρὶς τῶν προειρημένων, καὶ τῶν νῦν παρόντων ἀνδρῶν ἔχωμεν ἐπὶ ποσὸν πεῖραν, ὅτι μόνον οὐ τολμῶσι κατὰ πρόσωπον ἰδεῖν ἡμᾶς, τίνα χρὴ διάληψιν ποιεῖσθαι περὶ τοῦ μέλλοντος τοὺς ὀρθῶς λογιζομένους; καὶ μὴν οὔτε τοὺς ἱππεῖς συμπεσόντας τοῖς παρ' αὐτῶν ἱππεῦσι περὶ τὸν Ῥοδανὸν ποταμὸν ἀπαλλάξαι καλῶς· ἀλλὰ πολλοὺς ἀποβαλόντας αὐτῶν φυγεῖν αἰσχρῶς μέχρι τῆς ἰδίας παρεμβολῆς. τόν τε στρατηγὸν αὐτῶν καὶ τὴν σύμπασαν δύναμιν ἐπιγνόντας τὴν παρουσίαν τῶν ἡμετέρων στρατιωτῶν, φυγῇ παραπλησίαν ποιήσασθαι τὴν ἀποχώρησιν, καὶ παρὰ τὴν αὐτῶν προαίρεσιν διὰ τὸν φόβον κεχρῆσθαι τῇ διὰ τῶν Ἄλπεων πορείᾳ. παρεῖναι δὲ καὶ νῦν ἔφη τὸν Ἀννίβαν, κατεφθαρκότα μὲν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς δυνάμεως. τὸ δὲ περιλειπόμενον, ἀδύνατον καὶ δύσχρηστον ἔχοντα διὰ τὴν κακουχίαν· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἵππων τοὺς μὲν πλείστους ἀπολωλεκότα, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠχρειωκότα, διὰ τὸ μῆκος καὶ τὴν δυσχέρειαν τῆς ὁδοῦ. δι' ὧν ἐπιδεικνύειν ἐπειρᾶτο, διότι μόνον ἐπιφανῆναι δεῖ τοῖς πολεμίοις. Μάλιστα δ' ἠξίου θαῤῥεῖν αὐτοὺς βλέποντας εἰς τὴν αὐτοῦ παρουσίαν. οὐδέποτε γὰρ ἂν ἀπολιπὼν τὸν στόλον, καὶ τὰς

hoſtis periculum feciſſent; tamen vel eo ſolo nomine, quod cum Carthaginienſibus res ipſis futura ſit, certam oportuiſſe illos dixit atque exploratam victoriæ ſpem habere. quin rem indignam atque intolerabilem videri debere, quod contra Romanos Pœni attollere oculos audeant: toties ab illis victi, tot jam annos ſtipendiarii, & tantum non ſervire ipſis longo tempore aſſueti. ſed quum hoc amplius experimento aliquo cognoverimus, præſentem hoſtem ferre conſpectum noſtrum non poſſe, quid in poſterum, ſi rectè judicemus, ſperandum nobis? atqui neque equitibus illorum pugnam ad Rhodanum cum Romanis equitibus bene ceſſiſſe; verùm poſt cædem multorum reliquos turpi fuga in ſua caſtra compulſos: & ducem ipſum, omnemque exercitum, ubi adveniſſe legiones noſtras ſenſerunt, fugientibus ſimiles abiiſſe, & contra voluntatem ſuam metu noſtri per Alpium juga iter feciſſe. Nunc quoque veniſſe Hannibalem ajebat, maxima parte exercitus ſui amiſſa. ſi quos haberet reliquos, eos propter magnitudinem malorum quæ perpeſſi erant, exhauſtis viribus, ad belli uſum inutiles factos eſſe. ſimiliter & equorum plurimos periiſſe; reliquos propter longitudinem & difficultates confecti itineris, inutiles futuros. his rationibus perſuadere ipſis contendebat, ſatis ad victoriam fore, ſi duntaxat ſe oſtenderent. Sed & ſua ipſius præſentia confirmari vel maxime animos eorum debere. nunquam enim, ajebat, claſſe omiſſa,

& Hiſpa-

& Hiſpania provincia, ad quam miſſus eram, tanto ſtudio huc contendiſſem, niſi ratione certa ductus, ita judicarem; expeditionem hanc tum ad patriæ ſalutem eſſe neceſſariam; tum manifeſta cum victoriæ ſpe conjunctam. Omnibus deinde partim propter dicentis auctoritatem, partim quod vera omnia locutus erat, prælium magna contentione depoſcentibus; laudata eorum alacritate, hortatus etiam, ut ad excipienda mandata parati atque intenti eſſent, concionem dimiſit. Poſtero die progrediuntur duces ambo ſecundum amnem, in ea quæ verſus Alpes eſt ripa, quum haberent ipſum fluvium, Romani quidem ad lævam, Carthaginienſes vero ad dextram. Altero dein die, quum uterque à pabulatoribus edoctus fuiſſet, parum invicem diſtare exercitus, tum quidem, communitis caſtris ibi morati ſunt. poſtridie vero ejus diei cum omni equitatu duces ambo, Scipio etiam cum peditibus jaculatoribus, per campos agmen ſuorum præcedebant; cupiens uterque alterius copias ſpeculari. Simulac oriens pulvis propinquantium hoſtium ſignum ambobus dedit, acies utrinque ad prælium inſtrui ceperunt. Scipio jaculatoribus, & Gallis equitibus qui una cum his erant, præmiſſis, ac reliquis in frontem directis, lentis inceſſibus procedebat. Hannibal frænatos equos & quod roboris fuit ac ſtabilis in ejus equitatu, in prima acie locat, & occurrere hoſti pergit. idem Numidas equites ab utroque cornu ad cingendum hoſtem

ἐν Ἰβηρίᾳ πράξεις, ἐφ' ἃς ἀπεστάλην, δεῦρο μετὰ τοιαύτης ἐλθεῖν σπουδῆς, εἰ μὴ καὶ λίαν ἐκ τῶν κατὰ λόγον ἑώρων, τὴν πρᾶξιν ταύτην ἀναγκαίαν μὲν οὖσαν τῇ πατρίδι, πρόδηλον δ' ἐν αὐτῇ τὴν νίκην ὑπάρχουσαν. πάντων δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ λέγοντος πίστιν, καὶ διὰ τὴν τῶν λεγομένων ἀλήθειαν ἐκθύμως ἐχόντων πρὸς τὸ κινδυνεύειν, ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν ὁρμὴν διαφῆκε, παρακαλέσας ἑτοίμους εἶναι πρὸς τὸ παραγγελλόμενον. Τῇ δὲ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ 65 προῆγον ἀμφότεροι κατὰ τὸν ποταμὸν, ἐκ τοῦ πρὸς τὰς Ἄλπεις μέρους, ἔχοντες εὐώνυμον μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, δεξιὸν δὲ τὸν ῥοῦν οἱ Καρχηδόνιοι. γνόντες δὲ τῇ δευτέρᾳ διὰ τῶν προνομευόντων, ὅτι σύνεγγύς εἰσιν ἀλλήλων, τότε μὲν αὐτοῦ καταστρατοπεδεύσαντες, ἔμειναν· τῇ δ' ἐπαύριον πᾶσαν τὴν ἵππον ἀναλαβόντες ἀμφότεροι, Πόπλιος δὲ καὶ τῶν πεζῶν τοὺς ἀκοντιστὰς, προῆγον διὰ τοῦ πεδίου, σπεύδοντες κατοπτεῦσαι τὰς ἀλλήλων δυνάμεις. ἅμα δὲ τῷ πλησιάζειν αὐτοὺς, καὶ συνιδεῖν τὸν κονιορτὸν ἐξαιρόμενον, εὐθέως συνετάττοντο πρὸς μάχην. ὁ μὲν οὖν Πόπλιος προθέμενος τοὺς ἀκοντιστὰς, καὶ τοὺς ἅμα τούτοις Γαλατικοὺς ἱππεῖς, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐν μετώπῳ καταστήσας, προῄει βάδην. ὁ δ' Ἀννίβας τὴν μὲν κεχαλινωμένην ἵππον καὶ πᾶν τὸ στάσιμον αὐτῆς κατὰ πρόσωπον τάξας, ἀπήντα τοῖς πολεμίοις. τοὺς δὲ Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἀφ' ἑκατέρου τοῦ κέρατος ἡτοίμαζε πρὸς κύκλωσιν. ἀμφοτέρων δὲ καὶ τῶν

ἡγε-

ἡγεμόνων καὶ τῶν ἱππέων φιλοτίμως διακειμένων πρὸς τὸν κίνδυνον· τοιαύτην συνέβη γενέσθαι τὴν πρώτην σύμπτωσιν, ὥστε τοὺς ἀκοντιστὰς μὴ φθάσαι τὸ πρῶτον ἐκβαλόντας βέλος, φεύγειν δ᾽ ἐγκλίναντας εὐθέως διὰ τῶν διαστημάτων ὑπὸ τὰς παρ᾽ αὐτῶν ἴλας, καταπλαγέντας τὴν ἐπιφοράν, καὶ περιδεεῖς γενομένους μὴ συμπατηθῶσιν ὑπὸ τῶν ἐπιφερομένων ἱππέων. οἱ μὲν οὖν κατὰ πρόσωπον ἀλλήλοις συμπεσόντες, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐποίουν ἰσόρροπον τὸν κίνδυνον. ὁμοῦ γὰρ ἦν ἱππομαχία καὶ πεζομαχία, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρακαταβαινόντων ἀνδρῶν ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ. τῶν δὲ Νομάδων κυκλωσάντων, καὶ κατόπιν ἐπιπεσόντων, οἱ μὲν πεζακοντισταὶ τὸ πρῶτον διαφυγόντες τὴν σύμπτωσιν τῶν ἱππέων, τότε συνεπατήθησαν ὑπὸ τοῦ πλήθους καὶ τῆς ἐπιφορᾶς τῶν Νομάδων. οἱ δὲ κατὰ πρόσωπον ἐξ ἀρχῆς διαμαχόμενοι πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπολωλεκότες, ἔτι δὲ πλείους τῶν Καρχηδονίων διεφθαρκότες, συνεπιθεμένων ἀπ᾽ οὐρᾶς τῶν Νομάδων, ἐτράπησαν, οἱ μὲν πολλοὶ σποράδην, τινὲς δὲ περὶ τὸν
56 ἡγεμόνα συστραφέντες. Πόπλιος μὲν οὖν ἀναζεύξας προῆγε διὰ τῶν πεδίων, ἐπὶ τὴν τοῦ Πάδου γέφυραν, σπεύδων φθάσαι διαβιβάσας τὰ στρατόπεδα· θεωρῶν γὰρ τοὺς μὲν τόπους ἐπιπέδους ὄντας, τοὺς δ᾽ ὑπεναντίους ἱπποκρατοῦντας, αὐτὸν δὲ βαρυνόμενον ἐκ τοῦ τραύματος, εἰς ἀσφαλὲς ἔκρινε δεῖν ἀποκαταστῆσαι τὰς δυνάμεις. Ἀννίβας δὲ μέχρι μέν τινος ὑπέλαβε τοῖς πεζικοῖς στρατοπέδοις αὐτοὺς διακινδυνεύσειν· συνιδὼν δὲ κεκινηκότας ἐκ τῆς παρεμβολῆς, ἕως μὲν τοῦ πρώτου ποταμοῦ καὶ τῆς ἐπὶ τούτῳ γεφύρας ἐπηκολούθει. καὶ τα-

præparaverat. quum utrinque & duces & equites pugnæ eſſent avidi, prima commiſſio ejuſmodi fuit, ut jaculatores necdum primis jaculis miſſis, ruentis in ſe hoſtis impetu territi, metu ne ab imminente equitatu conculcarentur, fuga ſe reciperent per aciei intervalla intra equitum ſuorum turmas. Qui à fronte invicem concurrerunt, æquo Marte perdiu dimicarunt. ſimul enim equites pediteſque pugnabant, quum in ipſo prælio multi ad pedes deſilirent. ubi vero Numidæ equites circumventi hoſtis terga cædere ceperunt, pedites jaculatores quos jam oſtendimus ingruentibus equitibus fuga ſibi conſuluiſſe, ab ingenti Numidarum manu quæ tunc eos invaſit, ſunt proculcati. etiam illi qui initio prælii in prima acie confligebant cum Carthaginienſibus, multis ſuorum amiſſis, pluribus Pœnorum occiſis, poſtquam Numidæ eos à tergo adoriebantur, dare ſe in fugam ſunt coacti. Multi paſſim huc illuc fugere: quidam ad Conſulem cojere. Itaque Scipio caſtris ab Ticino motis, per plana exercitum ad pontem Padi eo conſilio duxit; ut amnem confeſtim trajiceret. quia enim patentes campi erant, & melior equitatu Pœnus, ipſe vulnere gravatus; legiones in tuto collocandas duxit. Hannibal aliquandiu exſpectata peditum legionariorum pugna, ubi caſtris exceſſiſſe Romanos cognovit, uſque ad proximum fluvium, & impoſitum ei pontem eos inſecutus:

poſtquam

poſtquam aſſeres pleroſque avulſos invenit, præſidium tamen ibi relictum eſſe ad cuſtodiam pontis: iſtud quidem, quod erat ſexcentorum fere hominum, in poteſtatem redigit: ſed qui reliquos longe jam proceſſiſſe intelligeret, fronte converſa, itinere contrario ſecus fluvium ire perrexit; locum in Pado ſummo ſtudio quærens, ubi facile fluvius ponte jungi poſſet. bidui iter dein progreſſus, quum pontem in amne è fluvialibus navigiis confeciſſet, Aſdrubalem copias tranſmittere jubet: ipſe extemplo trajicit, & legatis, qui è vicinis locis ad eum venerant, audiendis dat operam. Simul namque victoriam adeptus eſt Hannibal, omnes circumjacentium regionum Galli ad Carthaginienſes inclinare animos, ſicut ab initio conſtituerant: eorum amicitiam expetere, rebus omnibus adjuvare, & ſocia arma cum iis velle jungere. Hannibal comiter qui advenerant exceptis, ubi omnes ipſius copiæ trajeciſſent, propter amnem ducit: & qui contrarium priori iter haberet, ſecunda Padi ripa pergens, hoſtes conſequi properabat. Pub. Scipio amnem tranſgreſſus, ad Placentiam Romanorum coloniam caſtra communiverat: ibique ſeſe & reliquos vulneratos curans, exercitu in tuto, uti exiſtimabat, locato, nihil movebat. Hannibal binis caſtris à tranſitu fluminis eò pervenit. tertio die in conſpectu hoſtium aciem ſuorum inſtruit. nemine adverſus ipſum prodeunte, ſex millia ab hoſte caſtris locum

λαβὼν δὲ τὰς μὲν πλείστας τῶν σανίδων ἀνεσπασμένας, τοὺς δὲ φυλάττοντας τὴν γέφυραν ἔτι περὶ τὸν ποταμὸν ὑπολειπομένους, τούτων μὲν ἐγκρατὴς ἐγένετο, σχεδὸν ἑξακοσίων ὄντων τὸν ἀριθμόν· τοὺς δὲ λοιποὺς ἀκούων ἤδη πολὺ προειληφέναι, μεταβαλόμενος αὖθις, εἰς τἀναντία παρὰ τὸν ποταμὸν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, σπεύδων ἐπὶ τόπον εὐγεφύρωτον ἀφικέσθαι τοῦ Πάδου. καταλύσας δὲ δευτεραῖος καὶ γεφυρώσας τοῖς ποταμίοις πλοίοις τὴν διάβασιν, Ἀσδρούβᾳ μὲν ἐπέταξε διακομίζειν τὸ πλῆθος· αὐτὸς δὲ διαβὰς εὐθέως, ἐχρημάτιζε τοῖς παραγεγονόσι πρεσβευταῖς ἀπὸ τῶν συνεγγὺς τόπων. ἅμα γὰρ τῷ γενέσθαι τὸ προτέρημα, πάντες ἔσπευδον οἱ παρακείμενοι Κελτοὶ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, καὶ φίλοι γίνεσθαι καὶ χορηγεῖν καὶ συστρατεύειν τοῖς Καρχηδονίοις· ἀποδεξάμενος δὲ τοὺς παρόντας φιλανθρώπως, καὶ κομισάμενος τὰς δυνάμεις ἐκ τοῦ πέραν, προῆγε παρὰ τὸν ποταμὸν, τὴν ἐναντίαν ποιούμενος τῇ πρόσθεν παρόδῳ. κατὰ ῥοῦν γὰρ ἐποιεῖτο τὴν πορείαν, σπεύδων συνάψαι τοῖς ὑπεναντίοις. ὁ δὲ Πόπλιος περαιωθεὶς τὸν Πάδον καὶ στρατοπεδεύσας περὶ πόλιν Πλακεντίαν, ἥ τις ἦν ἀποικία Ῥωμαίων· ἅμα μὲν αὑτὸν ἐθεράπευε καὶ τοὺς ἄλλους τραυματίας, ἅμα δὲ τὰς δυνάμεις εἰς ἀσφαλὲς ἀπηρεῖσθαι νομίζων, ἦγε τὴν ἡσυχίαν. Ἀννίβας δὲ παραγενόμενος δευτεραῖος ἀπὸ τῆς διαβάσεως ἐγγὺς τῶν πολεμίων, τῇ τρίτῃ παρέταξε τὴν δύναμιν ἐν συνόψει τοῖς ὑπεναντίοις. οὐδενὸς δὲ σφίσιν ἀντεξάγοντος, κατεστρατοπέδευσε λαβὼν περὶ πεντήκοντα στάδια τὸ μεταξὺ διάστημα τῶν στρατοπέδων.

67 στρατοπέδων. οἱ δὲ συστρατευόμενοι Κελτοὶ τοῖς Ῥωμαίοις, θεωροῦντες ἐπικυδεστέρας τὰς τῶν Καρχηδονίων ἐλπίδας, συνταξάμενοι πρὸς ἀλλήλους, καιρὸν ἐπετήρουν πρὸς ἐπίθεσιν, μένοντες ἐν ταῖς ἑαυτῶν ἕκαστοι σκηναῖς. δειπνοποιησαμένων δὲ, καὶ κατακοιμηθέντων τῶν ἐν τῷ χάρακι, παρελθεῖν ἐάσαντες τὸ πλεῖον μέρος τῆς νυκτὸς, καθοπλισάμενοι περὶ τὴν ἑωθινὴν φυλακὴν, ἐπιτίθενται τοῖς συνεγγὺς τῶν Ῥωμαίων παραστρατοπεδεύουσι. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτειναν, οὐκ ὀλίγους δὲ κατετραυμάτισαν· τέλος δὲ τὰς κεφαλὰς ἀποτεμόντες τῶν τεθνεώτων, ἀπεχώρουν πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, ὄντες πεζοὶ μὲν εἰς δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ μικρῷ λείποντες διακοσίων. Ἀννίβας δὲ φιλοφρόνως ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν παρουσίαν, τούτους μὲν εὐθέως παρακαλέσας, καὶ δωρεὰς ἑκάστοις τὰς ἁρμοζούσας ἐπαγγειλάμενος, ἐξέπεμψεν εἰς τὰς ἑαυτῶν πόλεις. δηλώσοντας μὲν τὰ πεπραγμένα τοῖς πολίταις, παρακαλέσοντας δὲ πρὸς τὴν αὑτοῦ συμμαχίαν. ἤδει γὰρ ὅτι πάντες κατ᾽ ἀνάγκην αὐτῷ κοινωνήσουσι τῶν πραγμάτων, ἐπιγνόντες τὸ γεγονὸς ἐκ τῶν σφετέρων πολιτῶν παρασπόνδημα κατὰ τῶν Ῥωμαίων. ἅμα δὲ τούτοις καὶ τῶν Βοιῶν παραγεγονότων, καὶ τοὺς τρεῖς ἄνδρας ἐγχειριζόντων αὐτῷ, τοὺς ἐπὶ τὴν διάδοσιν τῆς χώρας ὑπὸ Ῥωμαίων ἐξαπεσταλμένους, ὧν κατ᾽ ἀρχὰς ἐκυρίευσαν τοῦ πολέμου παρασπονδήσαντες, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. ἀποδεξάμενος Ἀννίβας τὴν εὔνοιαν αὐτῶν, ὑπὲρ μὲν τῆς φιλίας καὶ συμμαχίας ἔθετο πρὸς τοὺς παρόντας πίστεις· τούς γε μὴν ἄνδρας αὐτοῖς ἀπέδωκε, παραγγείλας τηρεῖν ἵνα διὰ τούτων κομίσωνται τοὺς αὑτῶν ὁμήρους κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν.

capit. Qui Romanis militabant Galli, ut ſecundioris fortunæ ſpem Carthaginienſibus affulgere vident, communi conſilio tempus ad inſidias circumſpectabant, in ſuis quiſque tentoriis ſe continentes. Igitur quum à cœna ad quietem ſe recepiſſent qui intra vallum erant, diſſimulato per reliquam noctem dolo, circa vigiliam quartam ſumptis armis Romanos qui proxime caſtrametabantur, invadunt. multis occiſis, nec paucis vulneratis, tandem capitibus mortuorum præciſis, ad Carthaginienſes tranſeunt, pedites ad bis mille, equites paullominus ducenti. Hannibal per quam gratos ſibi illos advenire teſtatus, protinus & verbis multum hortatus, & dona cuique convenientia pollicitus, in civitates quemque ſuas ad ſignificanda quæ geſta fuerant, & ſollicitandos popularium animos dimiſit. norat enim ſecum omnes, vellent nollent, conſenſuros, cognita perfidia ſuorum in Romanos. Simul cum his & Boji venerunt, tres viros dividundis agris miſſos illi tradentes, quos belli principio, ea fraude quam ſupra commemoravimus, interceperant. Hannibal laudata eorum voluntate, amicitiam quidem & ſocietatem cum præſentibus firmavit: tres viros tamen ipſis reddidit; monuitque ut eos ſervarent, quo poſſent, ſicut initio decreverant, per iſtos ſuos recipere obſides. Pub. Scipio cædem fraude perem-

ptorum

prorſum lamentans, neque dubitans Gallorum animo pridem à Romanis alienato, pleroſque ex omnibus circumcirca regionibus, ad partes Carthaginienſium poſt iſtud facinus inclinaturos, cavendum ſibi in poſterum judicavit. Itaque ſilentio noctis ſub quartam vigiliam ad Trebiam fluvium & tumulos ei vicinos caſtra movet: tum natura locorum fretus; tum ſociis populi Romani eum tractum incolentibus confiſus. Senſit Hannibal horum profectionem, ac ſtatim Numidas equites, deinde etiam reliquos veſtigia eorum ſequi juſſit. mox ipſe quoque cum omnibus copiis pone iſtos inſequitur. Numidæ vacua nacti caſtra, illa incenderunt: quæ res adprime Romanos juvit. nam ſi nulla facta mora conſecuti impedimenta fuiſſent, multi Romanorum in campis patentibus ab equitibus cæſi, erant perituri. nunc pleriſque omnibus Trebiam tranſgreſſis, partem dumtaxat aliquam extremi agminis, quà occiderunt Pœni, quà ceperunt. Scipio igitur trajecto Trebia circa proximos tumulos locum ſtativis deligit; ibique foſſa ac vallo caſtris munitis, Tiberium & ejus legiones opperiens, vulnus diligenter curabat, quò poſſet futuro mox prælio intereſſe. Hannibal quinque millium intervallo ab hoſte caſtra ponit. Galli ad ſpem Carthaginienſium ſublatis animis, commeatus & neceſſaria omnia largiter ſubminiſtrabant; parati in omni-

Πόπλιος δὲ σχετλιάζων ἐπὶ τῷ γεγονότι παρασπονδήματι, καὶ συλλογισάμενος ὅτι πάλαι τῶν Κελτῶν πρὸς αὐτοὺς ἀλλοτρίως διακειμένων, τούτων ἐπιγεγονότων, πάντας τοὺς πέριξ Γαλάτας συμβήσεται πρὸς τοὺς Καρχηδονίους ἀπονεύειν, ἔγνω δεῖν εὐλαβηθῆναι τὸ μέλλον. Διόπερ ἐπιγενομένης τῆς νυκτὸς ὑπὸ τὴν ἑωθινήν, ἀναζεύξας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὸν Τρεβίαν ποταμόν, καὶ τοὺς τούτῳ συνάπτοντας γεωλόφους, πιστεύων τῇ τε τῶν τόπων ὀχυρότητι, καὶ τοῖς παροικοῦσι τῶν συμμάχων. 68 Ἀννίβας δὲ τὴν ἀναζυγὴν αὐτῶν ἐπιγνούς, παραυτίκα μὲν τοὺς Νομαδικοὺς ἱππεῖς ἐξαπέστελλε· μετ' οὐ πολὺ δὲ τοὺς ἄλλους. τούτοις δ' ἐκ ποδὸς τὴν δύναμιν ἔχων αὐτὸς εἵπετο κατόπιν. οἱ μὲν οὖν Νομάδες εἰς ἔρημον τὴν στρατοπεδείαν ἐμπεσόντες, ταύτην ἐνεπίμπρασαν. ὃ δὴ καὶ σφόδρα συνήνεγκε τοῖς Ῥωμαίοις. ὡς εἴπερ οὗτοι κατὰ πόδας ἀκολουθήσαντες συνῆψαν ταῖς ἀποσκευαῖς, πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ τῶν ἱππέων ἐν τοῖς ἐπιπέδοις συνέβη διαφθαρῆναι. νῦν δὲ οἱ πλείους ἔφθασαν διαβάντες τὸν Τρεβίαν ποταμόν. τῶν δὲ καταλειφθέντων ἐπὶ τῆς οὐραγίας, οἱ μὲν διεφθάρησαν, οἱ δὲ ζῶντες ἑάλωσαν ὑπὸ τῶν Καρχηδονίων. Πόπλιος μὲν οὖν διαβὰς τὸν προειρημένον ποταμόν, ἐστρατοπέδευσε περὶ τοὺς πρώτους λόφους. καὶ περιβαλὼν τάφρῳ καὶ χάρακι τὴν παρεμβολήν, ἀνεδέχετο μὲν τὸν Τιβέριον καὶ τὰς μετ' ἐκείνου δυνάμεις. ἐθεράπευε δ' αὑτὸν ἐπιμελῶς, σπουδάζων εἰ δύναιτο κοινωνῆσαι τοῦ μέλλοντος κινδύνου. Ἀννίβας δὲ περὶ τετταράκοντα σταδίους ἀπέχων τῶν πολεμίων, αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε. τὸ δὲ τῶν Κελτῶν πλῆθος τὸ τὰ πεδία κατοικοῦν, συνεξηρτηκὸς ταῖς τῶν Καρχηδονίων ἐλπίσι, δαψιλῶς μὲν

ἐχορήγει τὸ στρατόπεδον τοῖς ἐπιτηδείοις· ἕτοιμον δ' ἦν πάντως κοινωνεῖν ἔργων καὶ κινδύνων τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ προσπεπτωκότων τῶν κατὰ τὴν ἱππομαχίαν, ἐξενίζοντο μὲν, τῷ τὸ συμβεβηκὸς εἶναι παρὰ τὴν προσδοκίαν· οὐ μὴν ἠπόρουν γε σκέψεων, πρὸς τὸ μὴ δοκεῖν αὐτοῖς ἧτταν εἶναι τὸ γεγονός· ἀλλ' οἱ μὲν ᾐτιῶντο τὴν τοῦ στρατηγοῦ προπέτειαν, οἱ δὲ τὴν τῶν Κελτῶν ἐθελοκάκησιν, στοχαζόμενοι διὰ τῆς τελευταίας ἀποστάσεως. καθόλου δὲ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων ἀκεραίων ὄντων, ἀκεραίους εἶναι διελάμβανον τὰς ὑπὲρ τῶν ὅλων ἐλπίδας. ὅθεν καὶ συνάψαντος τοῦ Τιβερίου, καὶ τῶν μετ' ἐκείνου στρατοπέδων, καὶ διαπορευομένων διὰ τῆς Ῥώμης, ἐξ ἐπιφανείας ἐδόξαζον κριθήσεσθαι τὴν μάχην. ἁθροισθέντων δὲ τῶν στρατιωτῶν κατὰ τὸν ὅρκον εἰς Ἀρίμινον, ἀναλαβὼν αὐτοὺς ὁ στρατηγὸς, προῆγε σπουδῇ συνάψαι τοῖς περὶ τὸν Πόπλιον. συμμίξας δὲ καὶ παραστρατοπεδεύσας ταῖς οἰκείαις δυνάμεσι, τὸ μὲν πλῆθος ἀνελάμβανε τῶν ἀνδρῶν· ὡς ἂν ἐκ Λιλυβαίου τετταράκοντα συνεχῶς ἡμέρας πεζοπορηκότων εἰς Ἀρίμινον· τὰς δὲ παρασκευὰς ἐποιεῖτο πάσας ὡς πρὸς μάχην. αὐτὸς δ' ἐπιμελῶς συνήδρευε τῷ Ποπλίῳ· τὰ μὲν ἤδη γεγονότα πυνθανόμενος, περὶ δὲ τῶν παρόντων συνδιανοούμενος.

69 Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀννίβας πραξικοπήσας πόλιν Κλαστίδιον, ἐνδόντος αὐτῷ τοῦ πεπιστευμένου παρὰ Ῥωμαίων ἀνδρὸς Βρεντεσίνου, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς τε φρουρᾶς, καὶ τῆς τοῦ σίτου παραθέσεως, τούτῳ μὲν πρὸς τὸ παρὸν ἐχρήσατο· τοὺς δὲ παραληφθέντας ἄνδρας ἀβλαβεῖς μεθ' ἑαυτοῦ προῆγε

bus conſiliis & periculis Hannibali eſſe participes. Romani vero in Urbe, ubi allatus nuntius eſt de ſuperiore equitum pugna, mirari illi quidem quod acciderat, ut pote longe contra ipſorum opinionem: ſed non deerant cauſſę cur victos eo prælio ſe negarent fuiſſe: aliis temeritatem ducis accuſantibus, aliis Gallorum fidem, qui de induſtria male pugnaſſent: quod noviſſima defectione ſatis oſtendiſſent. denique legionum peditibus ſalvis atque integris, ſpes quoque ſuas de ſumma rerum ſupereſſe credebant integras. Quamobrem ut venit Tiberius Sempronius, & una cum ipſo legiones quas habebat, dum illas per Urbem tranſeuntes cernerent; ſi vel tantum hic exercitus ſe oſtendiſſet, debellatum iri uno prælio ſibi perſuadebant. Poſtquam omnes Ariminum, ſicut juſſi fuerant & juſiurandum adacti, convenêre, Conſul iis aſſumptis ad Scipionem properavit. ad quem ut pervenit, prope ejus caſtra conſedit. ibi ſuos milites longo itinere dierum continuorum quadraginta, quibus à Lilybæo Ariminum venerant, defatigatos, refecit. ipſe interim dum neceſſaria ad pugnam comparantur, Publio aſſiduus adeſſe, preterita ab eo ſciſcitari, de iis quæ inſtabant cum eo deliberare. Eodem fere tempore Hannibal Claſtidium oppidum proditione cepit: tradente P. Brundiſino, quem ei loco Romani præfecerant. Pœnus præſidio & frumento ibi condito potitus, hoc quidem ab ſublevandam præſentem inopiam eſt uſus: captivos vero incolumes ſecum abduxit: id ſpectans,

id ſpectans, ut hoc edito animi ſui ſpecimine, eos qui temporibus deprehenſi à Romanis ſtetiſſent, admoneret, poſito metu clementiæ ſuæ non diffidere. Proditorem magnifice donavit: omnes qui munere aliquo fungerentur ad partes Carthaginienſium cupiens allicere. Secundum hæc, intelligens Gallos, qui quod inter Padum & Trebiam eſt incolebant, poſt initam ſecum amicitiam cum Romanis communicare, ratos ſe per hunc ambiguum favorem tutos ab utroque futuros hoſte: peditum duo millia, equites Gallos & Numidas adverſus eos miſit, juſſos fines incurſare. quibus imperata facientibus, multamque prædam abigentibus; extemplo ad Romanorum munitiones Galli adveniunt, opem illos poſcentes. Sempronius, qui manus conferendi occaſionem jamdudum quærebat, tunc temporis illam adeptus, equitum partem maximam, & ſimul pedites jaculatores ad mille emiſit. qui hoſtem Trebia trajecto aggreſſi, ac pro præda acriter cum illo dimicantes, Gallos Numidaſque in ſua caſtra compellunt. eo ſtatim animadverſo qui pro munitionibus Carthaginienſium in ſtatione erant, ut quoſque ſuorum viderant laborare, ſubſidium à ſe ſubmittentes, terga vertere Romanos & caſtra repetere coegerunt. Tum vero Tiberius re cognita equites jaculatoreſque omnes immiſit: atque ita Carthaginienſes viciſſim cedentes loco intra munitiones ſuas ſe recipiunt.

δεῖγμα βουλόμενος ἐκφέρειν τῆς σφετέρας προαιρέσεως, πρὸς τὸ μὴ δεδιότας ἀπελπίζειν τὴν παρ' αὐτοῦ σωτηρίαν, τοὺς ἀπὸ τῶν καιρῶν καταλαμβανομένους. τὸν δὲ προδότην ἐτίμησε μεγαλείως, ἐκκαλέσασθαι σπουδάζων τοὺς ἐπὶ πραγμάτων ταττομένους πρὸς τὰς Καρχηδονίων ἐλπίδας. μετὰ δὲ ταῦτα συνθεωρήσας τινὰς τῶν Κελτῶν, οἳ κατῴκουν μεταξὺ τοῦ Πάδου καὶ τοῦ Τρεβία ποταμοῦ, πεποιημένους μὲν καὶ πρὸς αὐτὸν φιλίαν, διαπεμπομένους δὲ καὶ πρὸς Ῥωμαίους, καὶ πεπεισμένους τῷ τοιούτῳ τρόπῳ τὴν παρ' ἀμφοῖν ἀσφάλειαν αὐτοῖς ὑπάρξειν, ἐξαποστέλλει πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ Κελτοὺς καὶ Νομάδας εἰς χιλίους, προστάξας ἐπιδραμεῖν αὐτῶν τὴν χώραν. τῶν δὲ πραξάντων τὸ προσταχθὲν, καὶ πολλὴν περιελασαμένων λείαν, εὐθέως οἱ Κελτοὶ παρῆσαν ἐπὶ τὸν χάρακα τῶν Ῥωμαίων, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν. Τιβέριος δὲ πάλαι ζητῶν ἀφορμὴν τοῦ πράττειν, τότε λαβὼν πρόφασιν, ἐξαπέστειλε τῶν μὲν ἱππέων τὸ πλεῖστον μέρος, πεζοὺς δὲ σὺν τούτοις ἀκοντιστὰς εἰς χιλίους. σπουδῇ δὲ τούτων προσμιξάντων πέραν τοῦ Τρεβία, καὶ διαμαχομένων τοῖς πολεμίοις ὑπὲρ τῆς λείας, ἐτράπησαν οἱ Κελτοὶ σὺν τοῖς Νομάσι, καὶ τὴν ἀποχώρησιν ἐπὶ τὸν ἑαυτῶν ἐποιοῦντο χάρακα. ταχὺ δὲ συννοήσαντες τὸ γινόμενον οἱ προκαθήμενοι τῆς τῶν Καρχηδονίων παρεμβολῆς, ἐντεῦθεν ταῖς ἐφεδρείαις ἐβοήθουν τοῖς πιεζομένοις. οὗ γενομένου, τραπέντες οἱ Ῥωμαῖοι, πάλιν ἐποιοῦντο τὴν ἀπόλυσιν, εἰς τὴν ἑαυτῶν παρεμβολήν. Τιβέριος δὲ συνορῶν τὸ γινόμενον, πάντας ἐφῆκε τοὺς ἱππεῖς, καὶ τοὺς ἀκοντιστάς. τούτου δὲ συμπεσόντος, αὖθις ἐγκλίναντες

οἱ Κελτοί, περὶ τῆς ἑαυτῶν ἀσφάλειαν ὑπεχώρουν. ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων, ἀπαράσκευος ὢν πρὸς τὸ κρίνειν τὰ ὅλα, καὶ νομίζων δεῖν μηδέποτε χωρὶς προθέσεως, μηδ' ἐκ πάσης ἀφορμῆς ποιεῖσθαι τοὺς ὁλοσχερεῖς κινδύνους· ὅπερ εἶναι φατέον ἡγεμόνος ἔργον ἀγαθοῦ· τότε μὲν ἐπέσχε τοὺς παρ' αὐτοῦ συνεγγίσαντας τῷ χάρακι, καὶ στῆναι μὲν ἐκ μεταβολῆς ἠνάγκασε, διώκειν δὲ καὶ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις ἐκώλυσε, διὰ τῶν ὑπηρετῶν καὶ σαλπικτῶν ἀνακαλούμενος· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι βραχὺν ἐπιχόντες χρόνον, ἀνέλυσαν, ὀλίγους μὲν αὐτῶν ἀποβαλόντες, πλείους δὲ τῶν Καρχηδονίων

70 διεφθαρκότες. Ὁ δὲ Τιβέριος μετεωρισθεὶς καὶ περιχαρὴς γενόμενος ἐπὶ τῷ προτερήματι, φιλοτίμως εἶχε πρὸς τὸ τὴν ταχίστην κρῖναι τὰ ὅλα. προέκειτο μὲν οὖν αὐτῷ κατὰ τὴν ἰδίαν γνώμην χρῆσθαι τοῖς παροῦσι, διὰ τὸ τὸν Πόπλιον ἀρρωστεῖν. ὅμως δὲ βουλόμενος προσλαβέσθαι καὶ τὴν τοῦ συνάρχοντος γνώμην, ἐποιεῖτο λόγους περὶ τούτων πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ Πόπλιος τὴν ἐναντίαν εἶχε διάληψιν περὶ τῶν ἐνεστώτων. τὰ γὰρ στρατόπεδα χειμασκήσαντα, βελτίω τὰ παρ' αὐτῶν ὑπελάμβανε γενήσεσθαι. τήν τε τῶν Κελτῶν ἀθεσίαν οὐκ ἐμμενεῖν ἐν τῇ πίστει, τῶν Καρχηδονίων ἀπραγούντων, καὶ τὴν ἡσυχίαν ἀναγκαζομένων ἄγειν, ἀλλὰ καινοτομήσειν τι πάλιν κατ' ἐκείνων. πρὸς δὲ τούτοις αὐτὸς ὑγιασθεὶς ἐκ τοῦ τραύματος, ἀληθινὴν παρέξεσθαι χρείαν ἤλπιζε τοῖς κοινοῖς πράγμασι. διὸ καὶ τοιούτοις χρώμενος λογισμοῖς, μένειν ἠξίου τὸν Τιβέριον ἐπὶ τῶν προκειμένων. ὁ δὲ προειρημένος, ᾔδει μὲν ἕκαστα

Hannibal, qui ad univerſæ rei dimicationem adhuc erat imparatus; exiſtimans non ex quavis occaſione, neque ſine certa animi deſtinatione periculum ſummæ rerum eſſe faciendum; magni ducis, quod omnes fateantur, officio fungens, contentus in præſentia recipientis ſe in caſtra militis fugam ſiſtere, & ut inimicis frontem obverteret cogere; perſequi Romanos, aut cum iis confligere, ſuis per miniſtros & buccinatores revocatis, nequaquam eſt paſſus. Romani, breve tempus morati, paucis ſuorum deſideratis, ac longe pluribus hoſtium occiſis, è pugna receſſerunt. Tiberius ferox jam gaudioque ob victoriam exultans, univerſi belli fortunam quamprimum dijudicare geſtiebat. Etſi autem ſtabat illi ſententia, quia Scipio ægrotabat, arbitrio ſuo omnia adminiſtrare: quia tamen magni faciebat ut idem & collega ſentiret, conſilium hoc ſuum cum illo communicat. at P. Cornelio alia longe mens erat: nam & ſuos exercitus, ſi per hiemem tiro miles exerceretur, valentiores futuros: & Gallos pro inſita levitate, ſi ceſſarent Carthaginienſes & quieſcere cogerentur, novi aliquid molituros, ac rurſus ab illis defecturos: ad hæc ſperabat ſeſe, ubi ex vulnere convaluiſſet, utilem patriæ operam rem ſtrenue gerendo eſſe præſtiturum. his igitur rationibus adductus, ne quid tentaret, auctor Sempronio erat: qui etſi non ignorabat vere hæc

& prudenter monere Scipionem: ambitione tamen & nimia confidentia excæcatus, id omni ſtudio agebat, ut per ſe ipſe ſummam rerum cerneret; priuſquam aut Publius prælio poſſet intereſſe, aut novi conſules iniiſſent: jam enim comitiorum tempus appetebat. Igitur, qui ſua conſilia non rerum temporibus accommodaret, ſed ſuis; nihil bene ſe conſulturum nemini dubium relinquebat. Hannibal de rebus præſentibus idem ex adverſo pari ratione cum Scipione judicans, acie dimicare quam primum cupiebat. nam & Gallorum primo impetu, dum adhuc recens erat, uti volebat: tum autem cum inexercitato tirone & recens conſcripto manum conſerere optabat. tertio illud ſpectabat, ut dum adhuc æger eſſet è vulnere Publius, decertaret: poſtremò, quod ſua plurimum putaret intereſſe, ne fruſtra tempus tereret, ſed faceret aliquid. Nam qui in alienos fines cum exercitu venit, & res magnas præter hominum opinionem molitur; huic ad ſalutem unica patet via; ſi ſpes ſociorum aliis atque aliis ſubinde bellicis facinoribus editis, continenter renovet. & Hannibal quidem, gnarus Sempronium mox ad prælium ruiturum, in his erat. Quum autem locum idem obſervaſſet inter utraque caſtra planum quidem & nudum, ſed aptum tamen inſidiis, propter rivum altam habentem ripam, eamque vepribus ac virgultis continuis veſtitam, dolo hoſtem decipere parabat. quem eo facilius erat occultaturus; quia Romani ſilvas omnes ſuſpectantes, eo

τούτων ἀληθινῶς λεγόμενα καὶ δεόντως· ὑπὸ δὲ τῆς φιλοδοξίας ἐλαυνόμενος, καὶ καταπιστεύων τοῖς πράγμασι, παραλόγως ἔσπευδε κρῖναι δι' αὑτοῦ τὰ ὅλα· καὶ μήτε τὸν Πόπλιον δύνασθαι παρατυχεῖν τῇ μάχῃ, μήτε τοὺς ἐπικαθισταμένους στρατηγοὺς φθάσαι παραλαβόντας τὴν ἀρχήν· οὗτος γὰρ ἦν ὁ χρόνος. διόπερ οὐ τὸν τῶν πραγμάτων καιρὸν ἐκλεγόμενος, ἀλλὰ τὸν ἴδιον, ἔμελλε τοῦ δέοντος σφαλήσεσθαι προφανῶς. ὁ δ' Αννίβας παραπλησίους ἔχων ὑπονοίας Ποπλίῳ περὶ τῶν ἐνεστώτων κατὰ τοὐναντίον, ἔσπευδε συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις. θέλων μὲν πρῶτον ἀκεραίοις ἀποχρήσασθαι ταῖς τῶν Κελτῶν ὁρμαῖς· δεύτερον, ἀνασκήτοις καὶ νεοσυλλόγοις συμβαλεῖν τοῖς τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδοις· τρίτον, ἀδυνατοῦντος ἔτι τοῦ Ποπλίου ποιήσασθαι τὸν κίνδυνον. τὸ δὲ μέγιστον, πράττειν τι καὶ μὴ προΐεσθαι διὰ κενῆς τὸν χρόνον. τῷ γὰρ εἰς ἀλλοτρίαν καθέντι χώραν στρατόπεδα, καὶ παραδόξοις ἐγχειροῦντι πράγμασιν, εἷς τρόπος ἐστὶν οὗτος σωτηρίας, τὸ συνεχῶς καινοποιεῖν ἀεὶ τὰς τῶν συμμάχων ἐλπίδας. Αννίβας μὲν οὖν εἰδὼς τὴν ἐσομένην ὁρμὴν Τιβερίου, πρὸς τούτοις ἦν. πάλαι 71
δὲ συνεωρακὼς μεταξὺ τῶν στρατοπέδων τόπον, ἐπίπεδον μὲν καὶ ψιλὸν, εὐφυῆ δὲ πρὸς ἐνέδραν, διά τι ῥεῖθρον ἔχον ὀφρυῶ, ἐπὶ δὲ ταύτης ἀκάνθας καὶ βάτους συνεχεῖς ἐπιπεφυκότας. ἐγίνετο πρὸς τὸ καταστρατηγεῖν τοὺς ὑπεναντίους. ἔμελλε δ' εὐχερῶς λήσειν· οἱ γὰρ Ῥωμαῖοι πρὸς μὲν τοὺς ὑλώδεις

τόπους ὑπόπτως εἶχον, διὰ τὸ τοὺς Κελτοὺς ἀεὶ τιθέναι τὰς ἐνέδρας ἐν τοῖς τοιούτοις χωρίοις· τοῖς δ' ἐπιπέδοις καὶ ψιλοῖς ἀπεπίστευον. οὐκ εἰδότες, ὅτι καὶ πρὸς τὸ λαθεῖν καὶ πρὸς τὸ μηδὲν παθεῖν τοὺς ἐνεδρεύοντας εὐφυέστεροι τυγχάνουσιν ὄντες τῶν ὑλωδῶν, διὰ τὸ δύνασθαι μὲν ἐκ πολλοῦ προορᾶν πάντας τοὺς ἐνεδρεύοντας· εἶναι δ' ἐπιπροσθήσεις ἱκανὰς ἐν τοῖς πλείστοις τόποις. τὸ γὰρ τυχὸν ῥεῖθρον μετὰ βραχείας ὀφρύος, ποτὲ δὲ καὶ καλάμους καὶ πτέρεις καί τι γένος ἀκανθῶν, οὐ μόνον πεζοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐνίοτε δύναται κρύπτειν, ἐὰν βραχέα τις προνοηθῇ, τοῦ τὰ μὲν ἐπίσημα τῶν ὅπλων ὕπτια τιθέναι πρὸς τὴν γῆν, τὰς δὲ περικεφαλαίας ὑποτιθέναι τοῖς ὅπλοις. πλὴν ὅ γε τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς κοινολογηθεὶς Μάγωνι τῷ ἀδελφῷ καὶ τοῖς συνέδροις περὶ τοῦ μέλλοντος ἀγῶνος, συγκατατιθεμένων αὐτῷ πάντων ταῖς ἐπιβολαῖς· ἅμα τῷ δεῖπνον πεποιῆσθαι τὸ στρατόπεδον ἀνακαλεσάμενος Μάγωνα τὸν ἀδελφὸν, ὄντα νέον μὲν, ὁρμῆς δὲ πλήρη καὶ παιδομαθῆ περὶ τὰ πολεμικὰ, συνέστησε τῶν ἱππέων ἄνδρας ἑκατὸν, καὶ πεζοὺς τοὺς ἴσους. ἔτι δὲ τῆς ἡμέρας οὔσης, ἐξ ὅλου τοῦ στρατοπέδου σημηνάμενον τοὺς εὐρωστοτάτους παρήγγελλε δειπνοποιησαμένους ἥκειν ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σκηνήν. παρακαλέσας δὲ καὶ παραστήσας τούτοις τὴν πρέπουσαν ὁρμὴν τῷ καιρῷ, παρήγγελλε καὶ τοὺς ἀνδρωδεστάτους ἕκαστον ἐπιλεξάμενον ἐκ τῶν ἰδίων τάξεων, ἥκειν εἴς τινα τόπον ἤδη τῆς στρατοπεδείας. τῶν δὲ πραξάντων τὸ συνταχθὲν, τούτους μὲν ὄντας ἱππεῖς χιλίους, καὶ πεζοὺς ἄλλους τοσούτους,

quod Galli ad inſidiandum loca ſemper deligunt arboribus impedita; campis patentibus plane fidebant. neſciebant nimirum, & occultius & periculo etiam minore, in planitie collocari inſidias, quam in ſylvoſis ſaltibus. quoniam facile omnia proſpiciant inſidiatores, neque tamen, ut plurimum, deſint eminentiæ quædam ad eos tegendos idoneæ. quamlibet parvus enim rivus, cui modicum ſit ſupercilium, interdum arundines vel filices, aut quodcunque ſentis genus, ſatis magnas ad occultandos equites, nedum pedites latebras habet: ſi quis modo vel mediocrem adhibeat prudentiam, ut quæ ſunt è longinquo conſpicua arma, humi ſupina deponat, & galeas iiſdem ſubjiciat. Pœnus enimvero deliberatione cum fratre Magone ac cæteris, qui concilio intererant, habita ſuper edendo mox certamine; quum ejus conſilium omnes laudarent; ſimul ac cœnam exercitus ſumpſiſſet, fratrem Magonem, militaris ſpiritus juvenem & à teneris belli artes edoctum, ad ſe vocatum, centum equitibus, totidem peditibus præficit. jubet deinde ut ante primas noctis tenebras validiſſimos quoſque ex univerſo exercitu ſeligat; utque omnes cœnati ad ſuum tabernaculum ſe ſiſtant. hos cohortatus, poſtquam ita affectos videt uti res poſtulabat, mandat ſingulis, ut fortiſſimum quemque è ſuis ordinibus ſibi adjungant, & in certam caſtrorum partem ſeſe conferant. qui ut fecere quod fuerant juſſi, eos Hannibal (erant autem equites mille; pedites totidem)

totidem) noctu ad inſidiarum locum proficiſci, ducibus itineris additis, jubet; mandatis etiam de tempore, quo ad pugnam cooriri eos vellet, fratri datis. ipſe prima luce Numidas, durum genus cum primis, in unum advocat: eoſque adhortatus, propoſitis etiam virtutis præmiis, prope hoſtium caſtra accedere imperat, & ſtatim amnem Trebiam iterum tranſire, ubi jaculando adverſarios ad pugnam elicuiſſent: impranſos enim & ad prælium imparatos cupiebat deprehendere. mox & cæteros duces cogit, & ſimiliter cohortatus ad pugnam, prandere omnibus & arma atque equos parare præcipit. Tiberius ut videt appropinquare Numidas equites, extemplo equitatum ſuum, manus cum eo juſſum conſerere, emittit. deinde & pedites jaculatores ad ſex mille ſequi jubet. ſimul reliquas omnes copias caſtris educit: adeo multitudine ſuorum, & equeſtri victoria pridiana fretus, ut vel conſpectum ſui exercitus ſatis futurum ad devincendum Pœnum exiſtimaret. Quum autem brumæ tempus eſſet, dies nivalis & ſupra modum frigidus; omneſque ferme & viri & equi non curatis ante corporibus educti: multitudo quæ magnam initio alacritatem præ ſe tulerat, mox ubi amnem Trebiam trajicere oportuit, qui ob nocturnum imbrem in partibus ſupra caſtra adeo vehementer intumuerat, ut pectoribus tenus qui tranſibant mer-

ἐξαπέστελλε νυκτὸς εἰς τὴν ἐνέδραν, συστήσας ὁδηγούς, καὶ τὸν ἀδελφὸν διαταξάμενος περὶ τοῦ καιροῦ τῆς ἐπιθέσεως. αὐτὸς δ' ἅμα τῷ φωτὶ τοὺς Νομαδικοὺς ἱππεῖς συναγαγών, ὄντας φερεκάκους διαφερόντως, παρεκάλεσε, καί τινας δωρεὰς ἐπαγγειλάμενος τοῖς ἀνδραγαθήσασι, προσέταξε πελάσαντας τῇ τῶν ἐναντίων χάρακι κατὰ σπουδὴν ἐπιδιαβαίνειν τὸν ποταμόν· καὶ προσακροβολιζομένους, κινεῖν τοὺς πολεμίους· βουλόμενος ἀναρίστους καὶ πρὸς τὸ μέλλον ἀπαρασκεύους λαβεῖν τοὺς ὑπεναντίους. τοὺς δὲ λοιποὺς ἡγεμόνας ἀθροίσας, ὁμοίως παρεκάλεσε πρὸς τὸν κίνδυνον, καὶ πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγελλε, καὶ περὶ τὴν τῶν ὅπλων καὶ τῶν ἵππων γίνεσθαι θεραπείαν. ὁ δὲ Τιβέριος ἅμα τῷ συνιδεῖν 72
ἐγγίζοντας τοὺς Νομαδικοὺς ἱππεῖς, παραυτίκα μὲν αὐτὴν τὴν ἵππον ἐξαπέστελλε, προστάξας ἔχεσθαι καὶ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. ἑξῆς δὲ τούτοις, ἐξέπεμπε τοὺς πεζακοντιστὰς εἰς ἑξακισχιλίους· ἐκίνει δὲ καὶ τὴν λοιπὴν δύναμιν ἐκ τοῦ χάρακος· ὡς ἐξ ἐπιφανείας κεκριμένων τῶν ὅλων, ἐπαιρόμενος τῷ τε πλήθει τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῷ προγεγονότι τῇ προτεραίᾳ περὶ τοὺς ἱππεῖς εὐημερήματι. οὔσης δὲ τῆς ὥρας περὶ χειμερινὰς τροπάς, καὶ τῆς ἡμέρας νιφετώδους καὶ ψυχρᾶς διαφερόντως, τῶν δ' ἀνδρῶν καὶ τῶν ἵππων, σχεδὸν ὡς εἰπεῖν, ἁπάντων ἀναρίστων ἐκπεπορευμένων, τὸ μὲν πρῶτον ὁρμὴ καὶ προθυμία περὶ τὸ πλῆθος ἦν. ἐπιγενομένης δὲ τῆς τοῦ Τρεβία ποταμοῦ διαβάσεως, καὶ προσαναβεβηκότος τοῦ ῥεύματος, διὰ τὸν ἐν τῇ νυκτὶ γενόμενον ἐν τοῖς ὑπὲρ τὰ στρατόπεδα τόποις ὄμβρον, μόλις ἕως τῶν

μαστῶν οἱ πεζοὶ βαπτιζόμενοι διέβαινον. ἐξ ὧν ἐκακοπάθει τὸ στρατόπεδον ὑπό τε τοῦ ψύχους καὶ τῆς ἐνδείας, ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡμέρας προβαινούσης. οἱ δὲ Καρχηδόνιοι κατὰ σκηνὰς βεβρωκότες καὶ πεπωκότες, καὶ τοὺς ἵππους ἐτοιμακότες, ἠλείφοντο καὶ καθωπλίζοντο περὶ τὰ πυρὰ πάντες. Ἀννίβας δὲ τὸν καιρὸν ἐπιτηρῶν, ἅμα τῷ συνιδεῖν τοὺς Ῥωμαίους διαβεβηκότας τὸν ποταμὸν, προβαλόμενος ἐφεδρείαν τοὺς λογχοφόρους καὶ Βαλιαρεῖς, ὄντας εἰς ὀκτακισχιλίους, ἐξῆγε τὴν δύναμιν. καὶ προαγαγὼν ὡς ὀκτὼ στάδια πρὸ τῆς στρατοπεδείας, τοὺς μὲν πεζοὺς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν παρενέβαλε, περὶ δισμυρίους ὄντας τὸν ἀριθμὸν, Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς καὶ Λίβυας· τοὺς δ' ἱππεῖς διελὼν ἐφ' ἑκάτερον παρέστησε τὸ κέρας, πλείους ὄντας μυρίων σὺν τοῖς παρὰ τῶν Κελτῶν συμμάχοις. τὰ δὲ θηρία μερίσας πρὸ τῶν κεράτων, δι' ἀμφοτέρων προεβάλετο. Τιβέριος δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀνεκαλεῖτο, θεωρῶν οὐκ ἔχοντας ὅ, τι χρήσωνται τοῖς ὑπεναντίοις, διὰ τὸ τοὺς Νομάδας ἀποχωρεῖν μὲν εὐχερῶς καὶ σποράδην, ἐπικεῖσθαι δὲ πάλιν ἐκ μεταβολῆς τολμηρῶς καὶ θρασέως. τὸ γὰρ τῆς Νομαδικῆς μάχης ἴδιόν ἐστι τοῦτο. τοὺς δὲ πεζοὺς παρενέβαλε κατὰ τὰς εἰθισμένας παρ' αὐτοῖς τάξεις, ὄντας τοὺς μὲν Ῥωμαίους εἰς μυρίους ἑξακισχιλίους, τοὺς δὲ συμμάχους εἰς δισμυρίους. τὸ γὰρ τέλειον στρατόπεδον παρ' αὐτοῖς πρὸς τὰς ὁλοσχερεῖς ἐπιβολὰς, ἐκ τοσούτων ἀνδρῶν ἐστιν, ὅταν ὁμοῦ τοὺς ὑπάτους ἑκατέρους οἱ καιροὶ συνάγωσι. μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς ἐφ' ἑκάτερον θεὶς τὸ κέρας, ὄντας εἰς τετρακισχιλίους, ἐπῄει τοῖς ὑπεναντίοις

gerentur; malis tum victa partim frigore, partim fame, (jam enim dies proceſſerat;) deficere cepit. at Carthaginienſes in ſuis tabernaculis eſu potuque jam refecti, tam ipſi, quàm eorum equi, omnes interea loci unguebant ſeſe atque arma induebant. Hannibal, tempus opportunum pridem exſpectans, ubi tranſgreſſos amnem videt hoſtes, præire juſſis ut præſidio eſſent aliis, Balearium & cæteræ levis armaturæ ad octo millibus, copias educit. mille dein paſſus à caſtris progreſſus, pedites, quorum habuit ad viginti millia, Hiſpanos, Gallos, Afros, in unam ſeriem omnes dirigit: equites numero plures decem millibus, cum iis quos Galli ſocii miſerant, in cornu utrumque circumfundit: pro cornibus in utramque partem diviſos elephantos ſtatuit. dum hæc à Pœno gerebantur, Sempronius equites ſuos dato ſigno revocat, planè quid conſilii caperent adverſus hoſtem oppoſitum ignaros. quippe illis res erat cum Numidis, facile & paſſim terga vertere, ac deinde fronte iterum converſa hoſtem acriter atque audacter petere, aſſuetis. hæc enim propria eſt Numidarum dimicandi ratio. pedites vero pro more Romanæ militiæ ordinavit. Erant autem Romani pedites ad ſedecim millia: ſocii ad millia viginti. Nam quoties ſumma rerum agitur, & neceſſitate aliqua urgente ambo Conſules copias conjungunt, plenus exercitus populi Romani ex tot numero hominibus conſtat. exin equites, qui ad quatuor millia ei aderant, ab utroque cornu peditibus circumdat: & in

hoſtem ſuperbo inceſſu pergit, ordinate ac lente ad illum aggrediendum procedens. Poſtquam invicem appropinquaverant exercitus, à leuibus armaturis ante ſigna locatis pugna committitur. ibi tum ſtatim Romanam rem longe deteriorem eſſe apparuit: quum contra Pœnis omnia faverent. Nam Romanorum jaculatores pedites, à mane defatigati erant, & in conflictu cum Numidis maximam jaculorum partem emiſerant: quæ ſuperabant, continuo humore madida, evaſerant inutilia nec melius cum equitibus ac reliquo exercitu univerſo agebatur. contraria his apud Carthaginienſes omnia. qui quum viribus integris in aciem deſcendiſſent, recentes & alacres quo res cunque poſtulabat, veniebant. Itaque ſimulac recepti ſunt in ſua ſpatia vacua qui pro ſignis pugnabant; ad primum ſtatim gravioris armaturæ concurſum, in utroque protinus cornu Carthaginienſes equites, qui & numero ſuperabant, & ſua equorumque corpora, ut ante oſtendimus, ſub exitum è caſtris probe curaverant, vix ac ne vix quidem à Romanis ſuſtinebantur. igitur impulſo Romanorum equitatu, nudataque ab utroque cornu acie, haſtati Carthaginienſium, & Numidarum turba, ſuos quorum à tergo locati fuerant, præterlati, Romanorum cornua adoriuntur, adeoque vehementer premunt, ut dimicare cum ex adverſo pugnantibus non ſinerentur. gravis armatura quæ in primis mediiſque ordinibus

σοβαρῶς, ἐν τάξει καὶ βάδην ποιούμενος τὴν ἔφοδον. ἤδη δὲ σύνεγγυς ὄντων ἀλλήλοις, συνεπλάκησαν οἱ προκείμενοι τῶν δυνάμεων εὔζωνοι. 73 τούτου δὲ συμβαίνοντος, οἱ μὲν Ῥωμαῖοι κατὰ πολλοὺς τρόπους ἠλαττοῦντο· τοῖς δὲ Καρχηδονίοις ὑπερδέξιον γίνεσθαι συνέβαινε τὴν χρείαν. ἅτε δὴ τῶν μὲν Ῥωμαίων πεζακοντιστῶν κακοπαθούντων ἐξ ὄρθρου, καὶ προειμένων τὰ πλεῖστα βέλη, κατὰ τὴν πρὸς τοὺς Νομάδας συμπλοκήν· τῶν δὲ καταλειπομένων βελῶν, ἠχρειωμένων αὐτοῖς, διὰ τὴν συνέχειαν τῆς νοτίδος. παραπλήσια δὲ τούτοις συνέβαινε καὶ περὶ τοὺς ἱππεῖς γίνεσθαι, καὶ περὶ τὸ σύμπαν αὐτοῖς στρατόπεδον. περί γε μὴν τοὺς Καρχηδονίους ὑπῆρχε τἀναντία τούτων. ἀκμαῖοι γὰρ παρατεταγμένοι καὶ νεαλεῖς, ἀεὶ πρὸς τὸ δέον, εὐχρήστως καὶ προθύμως εἶχον. Διόπερ ἅμα τῷ δέξασθαι διὰ τῶν διαστημάτων τοὺς προκινδυνεύοντας, καὶ συμπεσεῖν τὰ βαρέα τῶν ὅπλων ἀλλήλοις· οἱ μὲν ἱππεῖς οἱ τῶν Καρχηδονίων, εὐθέως ἀπ' ἀμφοῖν τοῖν κεράτοιν ἐπίεζον τοὺς ὑπεναντίους, ὡς ἂν τῷ πλήθει πολὺ διαφέροντες, καὶ τῇ ἀκμῇ αὐτῶν τε καὶ τῶν ἵππων διὰ τὴν προειρημένην ἀκεραιότητα περὶ τὴν ἔξοδον. τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τῶν ἱππέων ὑποχωρησάντων, καὶ ψιλωθέντων τῶν τῆς φάλαγγος κεράτων, οἵ τε λογχοφόροι τῶν Καρχηδονίων, καὶ τὸ τῶν Νομάδων πλῆθος ὑπεραίροντες τοὺς προτεταγμένους τῶν ἰδίων, καὶ πρὸς τὰ κέρατα προσπίπτοντες τοῖς Ῥωμαίοις, πολλὰ καὶ κακὰ διειργάζοντο, καὶ μάχεσθαι τοῖς κατὰ πρόσωπον οὐκ εἴων. οἱ δ' ἐν τοῖς βαρέσιν ὅπλοις, παρ' ἀμφοῖν τὰς πρώτας

ἔχοντες καὶ μέσας τῆς ὅλης παρεμβο-
λῆς τάξεις, ἐπὶ πολὺν χρόνον ἐμμέ-
νοντος συστάδην, ἐφάμιλλον ποιούμενοι
τὸν κίνδυνον. ἐν ᾧ καιρῷ διαναστάντων
74 τῶν ἐκ τῆς ἐνέδρας Νομάδων, καὶ προσ-
πεσόντων ἄφνω κατὰ νώτου τοῖς ἀγω-
νιζομένοις περὶ τὰ μέσα, μεγάλην
ταραχὴν καὶ δυσχρηστίαν συνέβαινε γί-
νεσθαι περὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις.
τέλος δ᾽ ἀμφότερα τὰ κέρατα τῶν
περὶ τὸν Τιβέριον πιεζόμενα, κατὰ πρόσ-
ωπον μὲν ὑπὸ τῶν θηρίων, πέριξ δὲ καὶ
κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας
ὑπὸ τῶν εὐζώνων, ἀνετράπησαν, καὶ
συνωθοῦντο κατὰ τὸν διωγμὸν πρὸς τὸν
ὑποκείμενον ποταμόν. τούτου δὲ συμ-
βάντος, οἱ κατὰ μέσον τὸν κίνδυνον τα-
χθέντες τῶν Ῥωμαίων, οἱ μὲν κατόπιν
ἐφεστῶτες ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ἐνέδρας προσ-
πεσόντων ἀπώλοντο καὶ κακῶς ἔπα-
σχον· οἱ δὲ περὶ τὰς πρώτας χώρας
ἐπαναγκασθέντες, ἐκράτησαν τῶν
Κελτῶν, καὶ μέρους τινὸς τῶν Λιβύων· καὶ
πολλοὺς αὐτῶν ἀποκτείναντες, διέκο-
ψαν τὴν τῶν Καρχηδονίων τάξιν. θεω-
ροῦντες δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν ἰδίων κεράτων
ἐκπεπιεσμένους, τὸ μὲν ἐπιβοηθεῖν
τούτοις, ἢ πάλιν εἰς τὴν ἑαυτῶν ἀπιέ-
ναι παρεμβολήν, ἀπέγνωσαν· ὑφο-
ρώμενοι μὲν τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων,
κωλυόμενοι δὲ διὰ τὸν ποταμὸν καὶ τὴν ἐ-
πιφορὰν καὶ συστροφὴν τοῦ κατὰ κεφαλὴν
ὄμβρου· τηροῦντες δὲ τὰς τάξεις, ἀ-
θρόοι μετ᾽ ἀσφαλείας ἀπεχώρησαν
εἰς Πλακεντίαν, ὄντες οὐκ ἐλάττους
μυρίων. τῶν δὲ λοιπῶν οἱ μὲν πλεῖστοι
περὶ τὸν ποταμὸν ἐφθάρησαν ὑπό τε
τῶν θηρίων καὶ τῶν ἱππέων. οἱ δὲ δι-
αφυγόντες τῶν πεζῶν καὶ τὸ πλεῖστον
μέρος τῶν ἱππέων πρὸς τὸ προειρη-
μένον σύστημα ποιούμενοι τὴν ἀποχώ-
ρησιν, ἀνεκομίσθησαν ἅμα τούτοις

utrinque ſtabat, comminus aliquandiu paribus animis decertavit. Interim Numidæ ex inſidiis coorti, atque à tergo eos qui circa mediam aciem dimicabant ex improviſo cædentes, tumultum ingentem atque perturbationem Romanorum exercitui injecere. tandem qui in utroque cornu à Sempronio ſtabant, prementibus à fronte elephantis, ad latera vero hinc inde levibus armaturis, vertuntur in fugam, eoſque Pœnus inſequens, in ſubjectum amnem compellit. Secundum hæc, mediæ Romanorum aciei poſtremos ordines Numidæ ex inſidiis invadunt, cædunt, impellunt: at primi ordines, ipſa ſtimulati neceſſitate, Gallos & partem etiam Afrorum devincunt, magnaque eorum ſtrage edita, Carthaginienſium aciem perrumpunt. atque hi ut vident cornu jam utrumque impulſum profligatumque eſſe, deſperantes, poſſe illis à ſe opem ferri, aut caſtra ſua repeti; quod & Punici equitatus multitudo ipſos terrebat; & flumen, atque imber, quo magna vi compluebantur, conata ipſorum impediebat; ſervatis ordinibus, conferto agmine, ſine periculo Placentiam ſe receperunt, non pauciores decem millibus. reliquorum pleroſque circa Trebiam partim belluæ, partim equites contrucidaverunt. pedites qui evaſerunt, cum magna parte equitum, prioris illius manus de qua diximus veſtigia ſequendo, una cum his Placentiam

incolu-

incolumes pervenerunt. Carthaginienſium exercitus adverſarios ad flumen uſque inſecutus, quum præ hieme pergere ulterius non poſſet, in caſtra eſt reverſus. atque omnes quidem quod bene rem geſſiſſent, gaudio exultabant: pauci enim ex occiſis Hiſpani aut Afri erant; ſed Galli plerique: verùm imbribus ac permiſta nive adeo vexati fuerant, ut univerſi elephanti, uno excepto, abſumerentur: viri atque equi multi, frigore enecarentur. Tiberius non quod acceptæ cladis magnitudinem ignoraret; verùm ut quantum poſſet ſenatum populumque Romanum rem celaret, miſit qui nuntiarent, conflictu habito, hiemem ſibi victoriam de manibus eripuiſſe. Ei nuntio fidem initio habuerunt Romani. at mox ut audierunt, etiam ſuorum caſtra à Pœnis teneri, & Gallos univerſos illorum partes eſſe amplexos; ſuos autem milites deſertis caſtris è prælio in proximas urbes ſe recepiſſe, & eos ſolùm habere commeatus, quos è mari naves Pado ſubveherent: tum verò quiſnam exſtitiſſet prælii eventus, probe intellexerunt. Ac quum præter opinionem res cecidiſſet, in conquirendis reliquis apparatibus, & conſervandis locis præjacentibus diligentiam ſummam ponunt: exercitus in Sardiniam & Siciliam deſtinant: præſidia item Tarentum, & in alia opportuna omnia loca mittunt: naves præterea quinqueremes ſexaginta parant. Cn.

εἰς Πλακεντίαν. τὸ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατόπεδον, ἕως τοῦ ποταμοῦ καταδιώξαν τοὺς πολεμίους· ὑπὸ δὲ τοῦ χειμῶνος οὐκ ἔτι δυνάμενον πορρωτέρω προβαίνειν, ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὴν παρεμβολήν. καὶ πάντες ἐπὶ μὲν τῇ μάχῃ περιχαρεῖς ἦσαν ὡς κατωρθωκότες· συνέβαινε γὰρ ὀλίγους μὲν τῶν Ἰβήρων καὶ Λιβύων, τοὺς δὲ πλείους ἀπολωλέναι τῶν Κελτῶν· ὑπὸ δὲ τῶν ὄμβρων καὶ τῆς ἐπιγινομένης χιόνος, οὕτω διεπιέζοντο δεινῶς, ὥστε τὰ μὲν θηρία διαφθαρῆναι, πλὴν ἑνός· πολλοὺς δὲ τῶν ἀνδρῶν ἀπόλλυσθαι καὶ τῶν ἵππων διὰ τὸ ψύχος. ὁ δὲ Τιβέριος 75
εἰδὼς μὲν τὰ συμβεβηκότα, βουλόμενος δὲ κατὰ δύναμιν ἐπικρύπτεσθαι τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ τὸ γεγονός, ἔπεμψε τοὺς ἀπαγγελοῦντας, ὅτι μάχης γενομένης τὴν νίκην αὐτῶν ὁ χειμὼν ἀφείλετο. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι παραυτίκα μὲν ἐπίστευον τοῖς προσπίπτουσι. μετ' οὐ πολὺ δὲ πυνθανόμενοι τοὺς μὲν Καρχηδονίους, καὶ τὴν παρεμβολὴν τὴν αὐτοῦ τηρεῖν, καὶ τοὺς Κελτοὺς πάντας ἀπονενευκέναι πρὸς τὴν ἐκείνων φιλίαν, τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν ἀπολελοιπότας τὴν παρεμβολὴν ἐκ τῆς μάχης ἀνακεχωρηκέναι, καὶ συνηθροῖσθαι πάντας εἰς τὰς πόλεις, καὶ χορηγεῖσθαι δὲ τοῖς ἀναγκαίοις ἐκ θαλάττης ἀνὰ τὸν Πάδον ποταμόν· καὶ λίαν σαφῶς ἔγνωσαν τὰ γεγονότα περὶ τὸν κίνδυνον. διὸ καὶ παραδόξου φανέντος αὐτοῖς τοῦ πράγματος, περὶ τὰς λοιπὰς παρασκευὰς διαφερόντως ἐγίνοντο, καὶ περὶ φυλακὴν τῶν προκειμένων τόπων πέμποντες εἰς Σαρδίνα καὶ Σικελίαν στρατόπεδα· πρὸς δὲ τούτοις εἰς Τάραντα πρὸς φυλακάς, καὶ τῶν ἄλλων τόπων εἰς τοὺς εὐκαίρους· παρεσκεύασαν δὲ καὶ ναῦς ἑξήκοντα πεντήρεις. Γναῖος δὲ Σερουίλιος καὶ Γάιος Φλαμίνιος,

μίνιος,

μένιος, εἰ παρ' ἔτυχεν ὕπατοι τότε καθεσταμένοι, συνῆγον τοὺς συμμάχους, καὶ κατέγραφον τὰ παρ' αὑτοῖς στρατόπεδα. παρῆγον δὲ καὶ τὰς ἀγορὰς, τὰς μὲν εἰς Ἀρίμινον, τὰς δ' εἰς Τυῤῥηνίαν, ὡς ἐπὶ τούτοις ποιησόμενοι τοῖς τόποις τὴν ἔξοδον. ἔπεμψαν δὲ καὶ πρὸς Ἱέρωνα περὶ βοηθείας· ὃς καὶ πεντακοσίους αὐτοῖς ἐξαπέστειλε Κρῆτας, καὶ χιλίους πελτοφόρους· πάντα δὲ καὶ πανταχόθεν ἐνεργῶς ἡτοίμαζον. τότε γάρ εἰσι φοβερώτατοι Ῥωμαῖοι, καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν, ὅταν αὐτοὺς περιστῇ φόβος
76 ἀληθινός. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, Γνάϊος Κορνήλιος, ὁ καταλειφθεὶς ὑπὸ τἀδελφοῦ Ποπλίου στρατηγὸς ἐπὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, ἀναχθεὶς ἀπὸ τῶν τοῦ Ροδανοῦ στομάτων παντὶ τῷ στόλῳ, προσέσχε τῆς Ἰβηρίας πρὸς τοὺς κατὰ τὸ καλούμενον Ἐμπόριον τόπους. ἀρξάμενος δ' ἐντεῦθεν, ἀποβάσεις ἐποιεῖτο. καὶ τοὺς μὲν ἀπειθοῦντας ἐπολιόρκει τῶν τὴν παραλίαν κατοικούντων ἕως Ἴβηρος ποταμοῦ· τοὺς δὲ προσδεχομένους ἐφιλανθρώπει τὴν ἐνδεχομένην ποιούμενος περὶ αὐτῶν προμήθειαν· ἀσφαλισάμενος δὲ τοὺς προσκεχωρηκότας τῶν παραθαλαττίων, προῆγε παντὶ τῷ στρατεύματι ποιούμενος τὴν πορείαν εἰς τὸ μεσόγαιον. πολὺ γὰρ ἤδη καὶ τὸ συμμαχικὸν ἠθροίκει τῶν Ἰβήρων. ἅμα δὲ προϊὼν ἃς μὲν προσηγάγετο, τὰς δὲ κατεστρέφετο τῶν πόλεων. τῶν δὲ Καρχηδονίων, οὓς ἔχων ἐπὶ τούτων ἀπελείφθη τῶν τόπων Ἄννων, ἀντιπαραστρατοπεδευσάντων αὐτοῖς περὶ πόλιν προσαγορευομένην Κίσσαν, συμβαλὼν ὁ Γνάϊος ἐκ παρατάξεως, καὶ νικήσας τῇ μάχῃ, πολλῶν

quoque Servilius & C. Flaminius creati tum Conſules, auxilia ſociorum conſcribunt: commeatus partim Ariminum, partim in Etruriam convehunt; tanquam in illa loca belli gerendi cauſſa recta ab Urbe exercitus ducturi. ad hoc, auxiliares copias ab Hierone petunt: qui Cretenſes quingentos & cetratos mille iis miſit; poſtremò omnia undique belli ſubſidia ſummo ſtudio ſibi comparant. Quippe Romani, quà publice quà privatim, tum maxime ſunt terribiles, quando præſentis alicujus periculi metu acri terrentur. Dum hæc in Italia geruntur, Cn. Cornelius Scipio claſſi à fratre præfectus, ut ante oſtendimus, ab Rhodani oſtiis cum univerſis navibus profectus, in illa Hiſpaniæ parte ubi Emporiæ ſunt, portum tenuit. inde orſus exercitum exponere, quum per omnem oram uſque ad Iberum flumen ſubinde idem feciſſet, partim reſiſtentes, vi expugnavit; partim dedentes ſe, ſingulari humanitate eſt complexus; ne quid detrimenti caperent, pro ſua virili ſtudens. deinde ubi præſidiis firmavit quicquid in ea ora Romanæ ditionis fecerat, cum omnibus copiis in mediterranea proceſſit. jam enim ex ipſis Hiſpanis non paucas auxiliorum cohortes conſcripſerat. ea expeditione omnia oppida quę progredienti occurrebant, aut in amicitiam recepit, aut vi ſubegit. quum Carthaginienſes, quibus dux Hanno fuerat relictus, circa oppidum Ciſſam ex adverſo illius caſtra poſuiſſent; Cn. Scipio collatis ſignis pugnam cum his conſervit, eoque prælio victor, opima

opima potitus eſt præda: quoniam penes iſtos omnia ſua impedimenta ab iis erant relicta, qui in Italiam cum Hannibale proficiſcebantur, omnes item cis Iberum populos amicitia & ſocietate armorum ſibi junxit: vivos etiam cepit Hannonem Carthaginienſium ducem, & Hiſpanorum Indibilem; qui inter mediterraneos regium dominatum uſurpans, præcipua ſemper benevolentia Carthaginienſes erat proſecutus. Aſdrubal re ſtatim cognita, Iberum amnem ſuppetias laturus trajicit. hic ut accepit, claſſicum militem navaleſque ſocios ſoluta diſciplina negligenter agere, confidentiæ plenos ob ſecundam pedeſtrium copiarum pugnam: cum ſelectis è ſuo exercitu octo millibus peditum, & equitibus mille, palantes per agros nactus eos qui in navibus fuerant relicti, magna ex parte trucidavit, reliquos ad naves compulit. & hic quidem quum inde ſe protinus recepiſſet, trajecto iterum Ibero, dum Carthagine nova eſt in hibernis, neceſſaria ad bellum gerendum, & locorum trans Iberum tuitionem, ſtudioſe proſpiciebat. Cn. vero Scipio ad claſſem reverſus, in acceptæ cladis auctores pro more diſciplinæ Romanæ animadvertit, & congregatis in unum pedeſtribus maritimiſque copiis, Tarracone hiemabat. idemque præda ex æquo inter milites diviſa, & benevolentiam illorum ſibi conciliavit ingentem; & ad ea quæ reſtabant certamina promptos atque alacres reddidit. Status igitur rerum in

μὲν ἐγένετο χρημάτων ἐγκρατής, ὡς ἂν ἁπάσης τῆς ἀποσκευῆς τῶν εἰς Ἰταλίαν ὁρμησάντων παρὰ τούτοις ἀπολελειμμένης. πάντας δὲ τοὺς ἐκτὸς Ἴβηρος ποταμοῦ συμμάχους ἐποιήσατο καὶ φίλους· ζωγρείᾳ δὲ τόν τε Καρχηδονίων στρατηγὸν Ἄννωνα, καὶ τὸν τῶν Ἰβήρων Ἀνδοβάλλην ἔλαβε. οὗτον δὲ συνέβαινε τύραννον μὲν εἶναι τῶν κατὰ τὴν μεσόγαιαν τόπων, εὔνουν δὲ διαφερόντως ἀεί ποτε τοῖς Καρχηδονίοις. ταχὺ δὲ συνεὶς τὸ γεγονὸς Ἀσδρούβας, ἧκε παραβοηθῶν διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν. καὶ καταμαθὼν ἀπολελειμμένους τοὺς ἀπὸ τοῦ στόλου τῶν Ῥωμαίων, ῥαθύμως καὶ καταπεπαῤῥηκότας ἀναστρεφομένους διὰ τὸ προτέρημα τῶν πεζικῶν στρατοπέδων, παραλαβὼν ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ δυνάμεως πεζοὺς μὲν εἰς ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους, καὶ καταλαβὼν ἐσκεδασμένους κατὰ τὰς χώρας τοὺς ἀπὸ τῶν πλοίων, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἠνάγκασε φυγεῖν ἐπὶ τὰς ναῦς. οὗτος μὲν οὖν ἀναχωρήσας, καὶ διαβὰς αὖθις εἰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν, ἐγένετο περὶ παρασκευὴν καὶ φυλακὴν τῶν ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ τόπων, ποιούμενος τὴν παραχειμασίαν ἐν Καινῇ πόλει. ὁ δὲ Γνάϊος συνάψας τῷ στόλῳ, καὶ τοὺς αἰτίους τῶν συμβεβηκότων κατὰ τοὺς παρ᾽ αὐτοῖς ἐθισμοὺς κολάσας, τὸ λοιπὸν ἤδη συναγαγὼν ἐπὶ ταυτὸ, τήν τε πεζὴν καὶ τὴν ναυτικὴν στρατιὰν, ἐν Ταῤῥάκωνι τὴν παραχειμασίαν ἐποιεῖτο. διαδοὺς δὲ τὴν λείαν ἴσως τοῖς στρατιώταις, μεγάλην εὔνοιαν καὶ προθυμίαν ἐνειργάσατο πρὸς τὸ μέλλον. καὶ τὰ μὲν

κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἐν τούτοις ἦν. Ἐνισταμένης δὲ τῆς ἐαρινῆς ὥρας, Γάϊος μὲν Φλαμίνιος ἀναλαβὼν τὰς αὑτοῦ δυνάμεις, προῆγε διὰ τῆς Τυρρηνίας, καὶ κατεστρατοπέδευσε διὰ τῆς τῶν Ἀρρητίνων πόλεως. Γνάϊος δὲ Σερουίλιος, τοὔμπαλιν ὡς ἐπ᾽ Ἀριμίνου, ταύτῃ παρατηρήσων τὴν εἰσβολὴν τῶν ὑπεναντίων. Ἀννίβας δὲ παραχειμάζων ἐν τῇ Κελτικῇ, τοὺς μὲν Ῥωμαίους τοὺς ἐκ τῆς μάχης αἰχμαλώτων ἐν φυλακῇ συνεῖχε, τὰ μέτρια τῶν ἐπιτηδείων διδούς. τοὺς δὲ συμμάχους αὐτῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇ πάσῃ φιλανθρωπίᾳ διεξῆγε. μετὰ δὲ ταῦτα συναγαγὼν, παρεκάλει φάσκων, οὐκ ἐκείνοις ἥκειν πολεμήσων, ἀλλὰ Ῥωμαίοις ὑπὲρ ἐκείνων. διόπερ ἔφη δεῖν αὐτοὺς, ἐὰν ὀρθῶς φρονῶσιν, ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν φιλίας. παρεῖναι γὰρ, πρῶτον μὲν τὴν ἐλευθερίαν ἀνακτησόμενος Ἰταλιώταις· ὁμοίως δὲ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν, ἣν ὑπὸ Ῥωμαίων ἀπολωλεκότες ἕκαστοι τυγχάνουσι, συνανασώσων. ταῦτα δ᾽ εἰπὼν ἀφῆκε πάντας χωρὶς λύτρων εἰς τὴν οἰκείαν. βουλόμενος, ἅμα μὲν προκαλεῖσθαι διὰ τοιούτου τρόπου πρὸς αὐτὸν, τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἰταλίαν· ἅμα δ᾽ ἀπαλλοτριοῦν τῆς πρὸς Ῥωμαίους εὐνοίας. ἐρεθίζειν δὲ τοὺς δοκοῦντας πόλεσιν ἢ λιμέσιν ἠλαττῶσθαί τι διὰ τῆς
78 Ῥωμαίων ἀρχῆς. Ἐχρήσατο δέ τινι καὶ Φοινικικῷ στρατηγήματι τοιούτῳ κατὰ τὴν παραχειμασίαν. ἀγωνιῶν γὰρ τὴν ἀθεσίαν τῶν Κελτῶν, καὶ τὰς ἐπιβουλὰς τὰς περὶ τὸ σῶμα, διὰ τὸ πρόσφατον τῆς πρὸς αὐτοὺς συστάσεως· κατεσκευάσατο περιθετὰς τρίχας, ἁρμοζούσας ταῖς κατὰ τὰς ὁλοσχερεῖς

Hiſpania tunc temporis hic erat. Jam ver appetebat, cum C. Flaminius, legionibus ſuis aſſumptis, per Etruriam itinere facto, Arretium pervenit, ibique conſedit. Cn. Servilius contra, Ariminum, ut illo aditu hoſtem prohiberet, contendit. Hannibal in Ciſalpina Gallia hibernans, Romanos in prælis nuper captos in vinculis habebat, modiceque illis neceſſaria ſubminiſtrabat: ſociis vero illorum, qui in eadem cauſſa erant, poſtquam omnem humanitatem exhibuiſſet; mox in unum coactos allocutus eſt. dixit tum eis, in Italiam ſe veniſſe, non ut cum ipſis, ſed ut pro ipſis contra Romanos bellum gereret. debere igitur illos, ſi modo ſaperent, amicitiam ſuam ſequi. id enim ſe in hac expeditione ſpectare, primum ut Italicis hominibus libertatem reſtitueret: deinde ut ſingulos eorum in reciperandis urbibus atque agris quos Romani ipſis eripuiſſent, adjuvaret. hæc fatus, ſine pretio cunctos domum quemque ſuam dimiſit. ut hoc pacto Italiæ populos ſibi adjungeret; ſimul & à Romanorum partibus eorum animos abalienaret: ad hoc, illos quoque ſollicitaret, quibus aut urbs aliqua, aut portus à populo Romano eſſet interceptus. In iiſdem hibernis hanc præterea Punicam verſutiam eſt commentus. Quum levitatem Gallorum reformidaret, metueretque ne vitæ ſuæ inſidiarentur; ut pote recens contracto inter ipſos amicitiæ uſu; capillamenta concinnavit omnium ætatum formis convenientia, quæ notabilem

tabilem differentiam homini afferunt: his ſic utebatur, ut alia aliis ſubinde mutaret. cum capillamentis autem & veſtes congruas cuique eorum capiebat. ut non ii ſolum à quibus repente eſſet viſus, eum ignorarent: ſed ipſi quoque familiares ægre agnoſcerent. Porrò animadvertens Hannibal moleſte Gallos ferre, quod in ipſorum regione bellum traheretur; eoſdemque paratos eſſe, jamque adeo exſpectatione illius diei ſuſpenſos, quo hoſtium fines eſſent invaſuri: cui cupiditati ſuæ Romanorum odium prætexebant; quum re vera prædæ ſpe maxime impellerentur: faciendum duxit, ut ſtativis quàm primum educeret, ac militum ſuorum aviditatem expleret. Igitur, ſtatim ut anni tempus mutatum eſt, quum viarum rationem percontando à peritiſſimis quibuſque cognoviſſet; cæteros in ditionem hoſtium aditus, longos & adverſariis notos judicavit: eum vero, qui per paludes in Etruriam ducebat, difficilem illum quidem, ſed brevem, & qui Flaminium ipſa novitate incepti percelleret. Ac quum naturali quadam inclinatione pronus eſſet ad ejuſmodi conſilia, hac iter facere conſtituit. poſtea vero quam didita eſt per exercitum fama, inibi eſſe imperatorem, ut per paluſtria copias ducat; omnes ab eo itinere ſibi metuere, quod paludum aut lacuum voragines profundas formidarent. Hannibal ut diligenter inquirendo didicit, loca per quæ tranſeundum erat, paluſtria quidem, cæterùm ſolida eſſe, caſtra movet. Hiſpanos & Afros primos ire juſſit, &

διαφορὰς τῶν ἡλικιῶν ἐπιπρεπίας· καὶ ταύταις ἐχρῆτο συνεχῶς μετατιθέμενος. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐσθῆτας μετελάμβανε τὰς καθηκούσας ἀεὶ ταῖς περιθέταις. δι' ὧν οὐ μόνον τοῖς αἰφνιδίως ἰδοῦσι δύσγνωστος ἦν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐν συνηθείᾳ γεγονόσι. Θεωρῶν δὲ τοὺς Κελτοὺς δυσχεραίνοντας, ἐπὶ τῷ τὸν πόλεμον ἐν τῇ παρ' αὐτῶν χώρᾳ λαμβάνειν τὴν τριβήν· σπεύδοντας δὲ καὶ μετεώρους ὄντας εἰς τὴν πολεμίαν, προφάσει μὲν διὰ τὴν πρὸς Ῥωμαίους ὀργήν, τὸ δὲ πλεῖον διὰ τὰς ὠφελείας· ἔκρινε τὴν ταχίστην ἀναζευγνύειν, καὶ συνεκπληροῦν τὰς τῶν δυνάμεων ὁρμάς. Διόπερ ἅμα τῷ τὴν ὥραν μεταβάλλειν, πυνθανόμενος τῶν μάλιστα τῆς χώρας δοκούντων ἐμπειρεῖν, τὰς μὲν ἄλλας ἐμβολὰς τὰς εἰς τὴν πολεμίαν μακρὰς εὕρισκε καὶ προδήλους τοῖς ὑπεναντίοις. τὴν δὲ διὰ τῶν ἑλῶν εἰς Τυρρηνίαν φέρουσαν, δυσχερῆ μέν, σύντομον δὲ καὶ παράδοξον φανησομένην τοῖς περὶ τὸν Φλαμίνιον. ἀεὶ δέ πως οἰκεῖος ὢν τῇ φύσει τούτου τὸ μέρος, ταύτῃ προέθετο ποιεῖσθαι τὴν πορείαν. Διαδοθείσης δὲ τῆς φήμης ἐν τῷ στρατοπέδῳ, διότι μέλλει διά τινων ἑλῶν ἄγειν αὐτοὺς ὁ στρατηγός, πᾶς τις εὐλαβῶς εἶχε πρὸς τὴν πορείαν, ὑφορώμενος βάραθρα, καὶ τοὺς λιμνώδεις τῶν τόπων.
Ἀννίβας δ' ἐξητακὼς ἐπιμελῶς 79
τεναγώδεις καὶ στερεοὺς ὑπάρχοντας τοὺς κατὰ τὴν δίοδον τόπους, ἀναζεύξας, εἰς μὲν τὴν πρωτοπορείαν ἔθηκε τοὺς Λίβυας καὶ Ἴβηρας, καὶ πᾶν τὸ χρησιμώτερον

μέρος

μέρος τῆς σφετέρας δυνάμεως, συγκαταμίξας αὐτοῖς τὴν ἀποσκευήν· ἵνα πρὸς τὸ παρὸν εὐπορῶσι τῶν ἐπιτηδείων. πρὸς γὰρ τὸ μέλλον εἰς τέλος ἀφροντίστως εἶχε περὶ παντὸς τοῦ σκευοφόρου· λογιζόμενος, ὡς ἐὰν ἅψηται τῆς πολεμίας, ἡττηθεὶς μὲν οὐ προσδεήσεται τῶν ἀναγκαίων· κρατῶν δὲ τῶν ὑπαίθρων, οὐκ ἀπορήσει τῶν ἐπιτηδείων. ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις, ἐπέβαλε τοὺς Κελτούς· ἐπὶ δὲ πᾶσι, τοὺς ἱππεῖς. ἐπιμελητὴν δὲ τῆς οὐραγίας, τὸν ἀδελφὸν ἀπέλιπε Μάγωνα· τῶν τε λοιπῶν χάριν, καὶ μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας, ἵν' ἐὰν κακοπαθοῦντες τρέπωνται πάλιν εἰς τοὔπισω, κωλύῃ διὰ τῶν ἱππέων καὶ προσφέρῃ τὰς χεῖρας αὐτοῖς. οἱ μὲν οὖν Ἴβηρες καὶ Λίβυες δι' ἀκεραίων τῶν ἑλῶν ποιούμενοι τὴν πορείαν, μετρίως κακοπαθοῦντες ἤνυον· ὡς ἂν καὶ φερέκακοι πάντες ὄντες, καὶ συνήθεις ταῖς τοιαύταις ταλαιπωρίαις. οἱ δὲ Κελτοί, δυσχερῶς μὲν εἰς τοὔμπροσθεν προύβαινον, διατεταραγμένων καὶ διαπεπατημένων εἰς βάθος τῶν ἑλῶν· ἐπιπόνως δὲ καὶ ταλαιπώρως ὑπέμενον τὴν κακοπάθειαν, ἄπειροι πάσης τῆς τοιαύτης ὄντες κακουχίας. ἐκωλύοντο δὲ πάλιν ἀπονεύειν εἰς τοὔπισω, διὰ τοὺς ἐφεστῶτας αὐτοῖς ἱππεῖς. πάντες μὲν οὖν ἐκακοπάθουν, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀγρυπνίαν, ὡς ἂν ἑξῆς ἡμέρας τέτταρας, καὶ τρεῖς νύκτας συνεχῶς δι' ὕδατος ποιούμενοι τὴν πορείαν. διαφερόντως γε μὴν ἐπόνουν καὶ κατεφθείροντο
62 ὑπὲρ τοὺς ἄλλους οἱ Κελτοί. τῶν δὲ ὑποζυγίων αὐτοῦ τὰ πλεῖστα πίπτοντα διὰ τοὺς πηλοὺς ἀπώλλυντο, μίαν παρεχόμενα χρείαν ἐν τῷ πεσεῖν

quod erat robur exercitus, admiſtis ipſorum impedimentis; necubi conſiſtere coactis neceſſaria ad præſentem uſum deeſſent. nam in poſterum quidem, nullam plane de ſupellectile militum curam habebat. quippe ſimulac in hoſtico verſari cepiſſet, aut victo nulla re fore opus: aut ſi campos obtineret, nihil quicquam ſibi defuturum. poſt iſtos collocavit Gallos; & noviſſimos omnium equites. cogendi agminis cura Magoni fratri relicta; tum reliquorum cauſſa, tum Gallorum maxime, quorum mollitiem & laboris impatientiam norat: ut ſi tædio tam moleſtæ viæ pedem referrent, per equites eos cohiberet, & vim afferret. Hiſpani & Afri per intactam adhuc paludem ingredientes, laborem qui mediocris erat ſufferentes, pergebant: utpote genus hominum durum, & ejuſmodi mala perpeti longo uſu aſſuetum. Galli & procedebant ægrè, palude jam conturbata, atque ad magnam altitudinem conculcata; & hanc ærumnam graviter atque impatienter tolerabant: ut ſimilium vexationum penitus inexperti. quominus autem retrocedendo dilaberentur, equites impediebant. Sanè quidem tantorum malorum ſenſu omnes vehementer afficiebantur: inſomnia potiſſimum confecti, quum tres quatuorve dies continuos per aquam iter facerent: ſed omnium maxime laborabant & abſumebantur Galli. Jumenta quum inibi pleraque procumbentia in luto morerentur, ſuo caſu miſerias hominum una ſaltem re levabant: his enim proſtratis, & cumu-

cumulatis in aquas ſarcinis, inſuper incumbentes aquis extabant: atque ita brevem aliquam noctis partem dormiebant. Equorum multis ob longum per paludes iter ungulæ exciderunt. Ipſe Hannibal elephanto, qui unus ſuperfuerat vectus, ægrè multaque paſſus evaſit: dolore ille quidem magno conflictatus, propter ægritudinem oculorum: quæ tanta tunc illum invaſit, ut altero tandem oculo ſit captus: quum medendi moram neque tempus, neque rerum neceſſitas ineluctabilis admitteret. Superatis tandem præter opinionem omnium paluſtribus illis locis, cognito Flaminium cum exercitu circa Arretii mœnia conſediſſe; ubi primum in ſicco potuit, caſtra locat: ut & ſuum reficeret exercitum & conſilia hoſtium atque animos & ſitum regionum exploraret. Poſtquam inquirendo didicit, regionem illam præda refertam; Flaminium oratorem quidem eſſe turbæ rudi vendibilem, & qui ad populum dicendo ſupra modum valeret; cæterùm ad rem bellicam adminiſtrandam & vera certamina ineptum; ad hoc, præ magna ſuarum virium fiducia ferocem: ita apud ſe ſtatuit, ſi caſtra ejus prætervectus, ulteriora peteret; ipſum vulgi convitia & ſannas haut ferentem, ad populationem agrorum prohibendam ſeſe comparaturum: deinde ubi acrior pupugerit dolor, repente hoſtem eſſe aggreſſurum, & quo ille cunque duceret, ſecuturum, dum per ſe victoriam parare cupiet, neque adventum collegæ opperiri. ex quibus rebus, multas ſibi opportunitates

τοῖς ἀνθρώποις· καθεζόμενοι γὰρ ἐπ' αὐτῶν καὶ τῶν σκευῶν σωρηδὸν, ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερεῖχον· καὶ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βραχύ μέρος τῆς νυκτὸς ἀπεκοιμῶντο. οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰς ὁπλὰς ἀπέβαλον διὰ τὴν συνέχειαν τῆς διὰ τῶν ἑλῶν πορείας. Ἀννίβας δὲ μόλις ἐπὶ τοῦ περιλειφθέντος θηρίου διεσώθη μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας, περιαλγὴς ὢν, διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης ὀφθαλμίας αὐτῷ· δι' ἣν καὶ τέλος ἐστερήθη τῆς μιᾶς ὄψεως, οὐκ ἐπιδεχομένου τοῦ καιροῦ καταμονὴν ἢ θεραπείαν, διὰ τὸ τῆς περιστάσεως ἀδύνατον. Διαπεράσας δὲ παραδόξως τοὺς 80
ἑλώδεις τόπους, καὶ καταλαβὼν ἐν Τυρρηνίᾳ τὸν Φλαμίνιον στρατοπεδεύοντα πρὸ τῆς τῶν Ἀρρητίνων πόλεως, τότε μὲν αὐτοῦ πρὸς τοῖς ἕλεσι κατεστρατοπέδευσε· βουλόμενος τήν τε δύναμιν ἀναλαβεῖν καὶ πολυπραγμονῆσαι τὰ περὶ τοὺς ὑπεναντίους, καὶ τοὺς προκειμένους τῶν τόπων. πυνθανόμενος δὲ τὴν μὲν χώραν τὴν πρόσθεν πολλῆς γέμειν ὠφελείας· τὸν δὲ Φλαμίνιον ὀχλοκόπον μὲν καὶ δημαγωγὸν εἶναι τέλειον· πρὸς ἀληθινῶν δὲ καὶ πολεμικῶν πραγμάτων χειρισμὸν οὐκ εὐφυῆ· πρὸς δὲ τούτοις καταπεπιστευκέναι τοῖς σφετέροις πράγμασι· συνελογίζετο διότι παραλλάξαντος αὐτοῦ τὴν ἐκείνων στρατοπεδείαν, καὶ καθέντος εἰς τοὺς ἔμπροσθεν τόπους, τὰ μὲν ἀγανακτῶν τὸν ἐπιτωθασμὸν τῶν ὄχλων, οὐ δυνήσεται περιορᾶν δῃουμένην τὴν χώραν· τὰ δὲ κατηλγηκὼς, παρέσται προχείρως, εἰς πάντα τόπον ἑπόμενος σπουδάζων δι' αὑτοῦ ποιήσασθαι τὸ προτέρημα, καὶ μὴ προσδέξασθαι τὴν παρουσίαν τοῦ τὴν ἴσην ἀρχὴν ἔχοντος. ἐξ ὧν πολλοὺς αὐτοῦ

ὑπελάμβανε παραδώσειν καιροὺς πρὸς ἐπίθεσιν. πάνυ δ' ἐμφρόνως ἐλογίζετο ταῦτα, καὶ πραγματικῶς·
81 οὐ γὰρ εἰκὸς ἄλλως εἰπεῖν. ὡς εἴ τις οἴεται κυριώτερόν τι μέρος εἶναι στρατηγίας, τοῦ γνῶναι τὴν προαίρεσιν καὶ φύσιν τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος, ἀγνοεῖ καὶ τετύφωται. Καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν κατ' ἄνδρα καὶ ζυγὸν ἀγωνισμάτων, δεῖ τὸν μέλλοντα νικᾶν συνθεωρεῖν, πῶς δυνατὸν ἐφικέσθαι τοῦ σκοποῦ, καὶ τί γυμνὸν ἢ ποῖον ἔξοπλον μέρος φαίνεται τῶν ἀνταγωνιστῶν· οὕτω χρὴ καὶ τοὺς ὑπὲρ τῶν ὅλων προεστῶτας σκοπεῖν, οὐχ ὅπου τι τοῦ σώματος γυμνὸν, ἀλλὰ ποῦ τῆς ψυχῆς εὐχείρωτόν τι παραφαίνεται τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος. ἐπειδὴ πολλοὶ μὲν διὰ ῥαθυμίαν καὶ τὴν σύμπασαν ἀργίαν, οὐ μόνον τὰς κοινὰς πράξεις, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἰδίους καταπροΐενται βίους ἄρδην. πολλοὶ δὲ διὰ τὴν πρὸς τὸν οἶνον ἐπιθυμίαν, οὐδ' ὑπνῶσαι δύνανται χωρὶς ἀλλοιώσεως καὶ μέθης. ἔνιοι δὲ διὰ τὴν πρὸς τὰς τῶν Ἀφροδισίων ὁρμὰς καὶ τὴν ἐν τούτοις ἔκπληξιν, οὐ μόνον πόλεις καὶ βίους ἀναστάτους πεποιήκασιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῆν αὐτῶν ἀφήρηνται μετ' αἰσχύνης. καὶ μὴν δειλία καὶ βλακεία κατ' ἰδίαν μὲν αὐτοῖς ὄνειδος ἐπιφέρει τοῖς ἔχουσι· περὶ δὲ τὸν τῶν ὅλων ἡγεμόνα γινομένη, κοινόν ἐστι καὶ μέγιστον συμπτωμάτων. οὐ γὰρ μόνον ἀπράκτους ποιεῖ τοὺς ὑποταττομένους, πολλάκις δὲ καὶ κινδύνους ἐπιφέρει τοὺς μεγίστους τοῖς πεπι-

aggrediendi hominem per inſidias, præbitum iri ab eo intelligebat. Hęc omnia ſic apud animum ſuum Hannibal reputabat, ſane quam prudenter & pro eo quem habebat rerum uſu. nemo dixerit ſecus. Errat namque & cæca mentis caligine laborat, ſi quis inter imperatorias virtutes ullam potiorem ducit, cura explorandi ingenium ac naturam ducis adverſariorum. Quemadmodum enim ubi vir cum viro, aut ordo cum ordine decertant, eum qui victoriam reportare cogitet, diligenter attendere opus eſt, qua ratione voti compos fieri poterit; ſive quid nudum, ſive quid intectum ab armis in adverſario deprehendi queat: ſic eos oportet, qui ſummę belli præſunt obſervare; non quidem ecquid in corpore pareat; ſed qua parte animi dux hoſtium facilius capi queat. Multi ſiquidem per ignaviam, & ſocordiam, quę totius vitæ rationes illis conturbat, non publicarum dumtaxat rerum curam negligunt; ſed familiarem quoque ſuam peſſum ire ſinunt. Quidam adeo vini ſunt avidi, ut ne ſomnum quidem capere, niſi alienata ebrietate mente, queant. Nonnulli dum rebus Venereis indulgent, atq; amore ſtupent, non urbes ſolùm ac domos ſuas everterunt: ſed propriæ etiam vitæ jacturam cum dedecore fecerunt. Timor vero atque inertia tum privatam iis ignominiam, quibus inſunt, ſolent conciliare: tum ſi in imperatore fuerint, publicam eamque maximam calamitatem afferunt: quippe quę non ſolum torpere otio nihil tentantem ejus exercitum efficiant: ſed & in pericula perſæpe maxima eos conjiciant qui tali duce fidebant. Temeritas, ferocia, & præ-

ceps

ceps iracundia, necnon inanis gloriæ ſtudium, & faſtus, hoſtibus facilem victoriam præbent; amicis, ut plurimum perniciem: quum iis moribus præditi homines omnium machinationi, inſidiis ac fraudi ſint expoſiti. Quamobrem ſi quis aliorum peccata poſſet cognoſcere, & ea hoſtes aggredi, quà & per quæ facillime dux illorum eſt expugnabilis: hic breviſſimo tempore omnium dominaretur. Ut enim ſublato gubernatore navis univerſa cum ipſis vectoribus in poteſtatem hoſtium venit: ſic, ubi in bello hoſtilium copiarum ducem aſtu & conſilio circumveneris, eadem non raro etiam univerſum exercitum in tuam redegeris poteſtatem. Quæ tunc Hannibal quum de Flaminio multo ante vidiſſet, atque ita ratiocinatus eſſet, nequaquam ejus incepum fruſtra fuit. Simulac namque ex agro Fæſulano ſigna moviſſet, ac Romana ultra caſtra aliquantum progreſſus, in proximos fines impreſſionem feciſſet; extemplo efferre animos Conſul, graviterque indignari, quod ſe ab hoſte ſpretum crederet. deinde ut regionem populari Hannibal cepit, & maximam undique vaſtitatem fumo ei oſtendit, rei indignitatem lamentis etiam eſt proſecutus. Igitur monentibus nonnullis, non temere inſequi hoſtem oportere, neque manus cum illo conſerere, ſed cautione magna opus eſſe, ob multitudinem præſertim equitatus; ante omnia Conſulem alterum eſſe aſſumendum, nec niſi omnibus ſimul junctis copiis dimicandum: tantum afuit, ut horum conſilio

σευκόσι. περιπέτειά γε μὴν καὶ θρασύτης καὶ θυμὸς ἄλογος, ἔτι δὲ κενοδοξία καὶ τῦφος, εὐχείρωτα μὲν τοῖς ἐχθροῖς, ἐπισφαλέστατα δὲ τοῖς φίλοις. πρὸς γὰρ πᾶσαν ἐπιβουλὴν, ἐνέδραν, ἀπάτην ἕτοιμος ὅ γε τοιοῦτος. Διόπερ εἴ τις δύναιτο συννοεῖν τὰ περὶ τοὺς πέλας ἁμαρτήματα, καὶ τῇ δὲ τοῦ προσιέναι τοῖς ὑπεναντίοις, ᾗ μάλιστα καὶ δι' ὧν εὐχείρωτός ἐστιν ὁ προεστὼς τῶν πολεμίων, τάχιστ' ἂν τῶν ὅλων καθάπερ ἐγκρατοίη. Καθάπερ γὰρ νεὼς ἐὰν ἀφέλῃ τις τὸν κυβερνήτην, τὸ ὅλον αὐτανδρὶ σκάφος ὑποχείριον γίνεται τοῖς ἐχθροῖς· τὸν αὐτὸν τρόπον ἐὰν τὸν προεστῶτα ἐν πολέμῳ δυνάμεως χειρώσηταί τις κατὰ τὰς ἐπιβολὰς καὶ συλλογισμοὺς, αὐτανδρὶ γίνεται πολλάκις κρατεῖν τῶν ἀντιταττομένων. Ἃ δὴ καὶ τότε προϊδόμενος καὶ συλλογισάμενος Ἀννίβας περὶ τοῦ τῶν ἐναντίων ἡγεμόνος, οὐ διεσφάλη τῆς ἐπιβολῆς. ὡς γὰρ θᾶττον ποιησάμενος ἀναζυγὴν ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Φαισόλαν 2
τόπων, καὶ μικρὸν ὑπεράρας τὴν τῶν Ῥωμαίων στρατοπεδείαν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν προκειμένην χώραν· εὐθέως μετέωρος ἦν ὁ Φλαμίνιος καὶ θυμοῦ πλήρης, δοξάζων ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν ἐναντίων καταφρονεῖσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα πορθουμένης τῆς χώρας, καὶ πανταχόθεν τοῦ καπνοῦ σημαίνοντος τὴν καταφθορὰν αὐτῆς, ἐσχετλίαζε δεινὸν ἡγούμενος τὸ γινόμενον. διὸ καί τινων οἰομένων δεῖν μὴ προχείρως ἐπακολουθεῖν, μηδὲ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις, φυλάττεσθαι δὲ καὶ προσέχειν τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων, μάλιστα δὲ καὶ τὸν ἕτερον ὕπατον προσλαβεῖν, καὶ πᾶσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ τοῖς στρατοπέδοις ὁμοῦ ποιήσασθαι τὸν κίνδυνον· οὐχ οἷον προσεῖχε

τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' οὐδ' ἀνείχετο τῶν ἀποφαινομένων τοῦτο. παρεκάλει δ' αὐτοὺς ἐν νῷ λαμβάνειν, τί λέγειν εἰκὸς τοὺς ἐν τῇ πατρίδι, τῆς μὲν χώρας καταφθειρομένης σχεδὸν ἕως πρὸς αὐτὴν τὴν Ῥώμην, αὐτῶν δὲ κατόπιν τῶν πολεμίων ἐν Τυρρηνίᾳ στρατοπεδευόντων. τέλος ταῦτ' εἰπὼν, ἀναζεύξας προῆγε μετὰ τῆς δυνάμεως, οὐ καιρὸν, οὐ τόπον προορώμενος· μόνον δὲ σπεύδων συμπεσεῖν τοῖς πολεμίοις, ὡς προδήλου τῆς νίκης αὐτοῖς ὑπαρχούσης. τηλικοῦτον γὰρ προενεβεβλήκει κατελπισμὸν τοῖς ὄχλοις· ὥστε πλείους εἶναι τῶν τὰ ὅπλα φερόντων, τοὺς ἐκτὸς παρεπομένους τῆς ὠφελείας χάριν, κομίζοντας ἁλύσεις καὶ πέδας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην παρασκευήν. ὅ γε μὴν Αννίβας ἅμα μὲν εἰς τοὔμπροσθεν ὡς πρὸς τὴν Ῥώμην προῄει διὰ τῆς Τυρρηνίας· εὐώνυμον μὲν πόλιν ἔχων τὴν προσαγορευομένην Κυρτώνιον, καὶ τὰ ταύτης ὄρη· δεξιὰ δὲ τὴν Θρασιμένην καλουμένην λίμνην. ἅμα δὲ προάγων, ἐπυρπόλει καὶ κατέφθειρε τὴν χώραν, βουλόμενος ἐκκαλέσασθαι τὸν θυμὸν τῶν ὑπεναντίων. Ἐπεὶ δὲ τὸν Φλαμίνιον ἤδη συνάπτοντα καθεώρα, τόπους δ' εὐφυεῖς συνεθεώρησε πρὸς τὴν χρείαν,

83 ἐγίνετο πρὸς τὸ διακινδυνεύειν. Ὄντος δὲ κατὰ τὴν δίοδον αὐλῶνος ἐπιπέδου, τούτου δὲ παρὰ μὲν τὰς εἰς μῆκος πλευρὰς ἑκατέρας βουνοὺς ἔχοντος ὑψηλοὺς καὶ συνεχεῖς· παρὰ δὲ τὰς εἰς πλάτος, κατὰ μὲν τὴν ἀντικρὺ, λόφον ἐπικείμενον ἐρυμνὸν καὶ δύσβατον· κατὰ δὲ τὴν ἀπ' οὐρᾶς, λίμνην, τελείως στενὴν ἀπολείπουσαν πάροδον, ὡς εἰς τὸν αὐλῶνα

uteretur, ut ne ferre quidem ita diſſentientium vocem potuerit. quin ipſis potius cogitandum eſſe ait, ecquid vulgo omnes in patria dicere par eſſet, poſtquam Pœnus vaſtandoque & urendo omnia, ad ipſa prope jam mœnia Urbis Romæ pervenerit: ipſis interim à tergo hoſtium in Etruria conſidentibus. Tandem hæc locutus, caſtra movet, cumque omnibus copiis nulla neque temporis neque loci ratione habita, pergit ire: hoc unum ſtudens, ut quamprimum cum hoſte concurreret, ceu parata certaque eſſet victoria. atque adeo tanta ſpe vulgi animos complerat Conſul, ut armatos numero ſuperarent lixæ & alii, qui prædæ avidi extra agmen ſequebantur, catenis, vinculis, & id genus rerum apparatibus onuſti. Hannibal interea Romam verſus per Etruriam ſuos ducere, habens ad lævam urbem Cortonam, & adjacentes illi montes: ad dextram Thraſymenum lacum. ſimul, quò magis iram hoſtis acueret, qua qua iter faceret, agros urere, omníque belli clade pervaſtare. Iam appropinquabat Flaminius, cum Hannibal idoneo loco ad ea quę parabat explorato, in cogitationem prelii totus cepit incumbere. Erat in ipſo tranſitu plana convallis, cujus utrumque latus, quà porrigitur ejus longitudo, tumuli præalti & continui claudunt. quà autem patet latitudo, habet à fronte collem impoſitum natura munitum & inacceſſum: à tergo vero lacum, inter quem & montium radices, via intereſt peranguſta, per quam aditur

convallis.

convallis. hanc igitur convallem Hannibal ingreſſus via ſecundum lacum, emenſuſque, collem qui ex adverſo occurrebat ipſe inſidet, ibique Afros atque Hiſpanos locat. Baleares & cæteram levem armaturam è primo agmine circumducit, & ad tumulos, qui dextrum convallis latus continent, longa admodum ſerie applicat: equites deinde ac Gallos ſimiliter circunductos, juxta lateris ſiniſtri tumulos, continua ſerie porrectos ita diſponit, ut eorum noviſſimi ad illam viam pertinerent, quæ inter lacum & radices montium in demonſtratum locum ducebat. His ita noctu præparatis, Hannibal occupata hinc inde per inſidias convalle, ſilentio ſe continebat. Pone hunc ſequebatur Flaminius magno ſtudio hoſtem conſequi cupiens. & quum priore die ad lacum ipſum, (erat enim plane ſerum diei) caſtris locum delegiſſet: ubi dies ſequens advenit, primo ſtatim diluculo propter lacum in ſubjectam convallem primum agmen duxit, inimicos laceſſere atque adoriri in animo habens. Erat forte admodum nebuloſus dies, cum Hannibal, ubi partem majorem agminis Romani intra ſaltum ſentit perveniſſe, & jam primam aciem non longe à ſe abeſſe; ſigno dato invadendi, & iis etiam miſſo qui in inſidiis latebant, undique in hoſtem cooritur. Ita autem ex inopinato apparente Pœno, Flaminius & reliqui ſunt turbati: quum præſertim denſa caligine oculorum uſum eripiente, & hoſte de ſuperiore loco variis ex partibus ingruente atque ipſos inva

παρὰ τὴν παρώρειαν· διελθὼν δὲ τὸν αὐλῶνα παρὰ τὴν λίμνην, τὸν μὲν κατὰ πρόσωπον τῆς πορείας λόφον αὐτὸς κατελάβετο, καὶ τοὺς Λίβυας καὶ τοὺς Ἴβηρας ἔχων ἐπ' αὐτοῦ κατεστρατοπέδευσε· τοὺς δὲ Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφόρους κατὰ τὴν πρωτοπορείαν ἐκπεριάγων ὑπὸ τοὺς ἐν δεξιᾷ βουνοὺς τῶν παρὰ τὸν αὐλῶνα κειμένων, ἐπὶ πολὺ παρατείνας ὑπέστειλε· τοὺς δ' ἱππεῖς καὶ τοὺς Κελτοὺς ὁμοίως τῶν εὐωνύμων βουνῶν κύκλῳ περιαγαγὼν, παρεξέτεινε συνεχεῖς, ὥστε τοὺς ἐσχάτους εἶναι κατ' αὐτὴν τὴν εἴσοδον, τὴν παρά τε τὴν λίμνην καὶ τὰς παρωρείας φέρουσαν εἰς τὸν προειρημένον τόπον. Ὁ μὲν οὖν Ἀννίβας, ταῦτα προκατασκευασάμενος τῆς νυκτὸς, καὶ περιειληφὼς τὸν αὐλῶνα ταῖς ἐνέδραις, τὴν ἡσυχίαν ἦγεν. Ὁ δὲ Φλαμίνιος εἵπετο κατόπιν, σπεύδων γε συνάψαι τοῖς πολεμίοις. κατεστρατοπεδευκὼς δὲ τῇ προτεραίᾳ πρὸς αὐτῇ τῇ λίμνῃ, τελέως ὀψὲ τῆς ὥρας, μετὰ ταῦτα τῆς ἡμέρας ἐπιγενομένης, εὐθέως ἐπὶ τὸν ἑωθινὸν ἦγε τὴν πρωτοπορείαν παρὰ τὴν λίμνην, εἰς τὸν ὑποκείμενον αὐλῶνα, βουλόμενος
ἐξάπτεσθαι τῶν πολεμίων. Οὔσης δὲ τῆς 84
ἡμέρας ὁμιχλώδους διαφερόντως, Ἀννίβας ἅμα τῷ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς πορείας εἰς τὸν αὐλῶνα προσδέξασθαι καὶ συνάπτειν πρὸς αὐτὸν ἤδη τὴν τῶν ἐναντίων πρωτοπορείαν, ἀποδοὺς τὰ συνθήματα, καὶ διαπεμψάμενος πρὸς τοὺς ἐν ταῖς ἐνέδραις, συνεπεχείρει πανταχόθεν ἅμα τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν Φλαμίνιον, παραδόξου γενομένης αὐτοῖς τῆς ἐπιφανείας, ἔτι δὲ δυσσυνόπτου τῆς κατὰ τὸν ἀέρα περιστάσεως ὑπαρχούσης, καὶ τῶν πολεμίων κατὰ πολλοὺς τόπους ἐξ ὑπερδεξίου κατα-

φερομένων καὶ προσπιπτόντων, οὐχ οἷον παραβοηθεῖν ἐδύναντο πρός τι τῶν δεομένων οἱ ταξίαρχοι καὶ χιλίαρχοι τῶν Ῥωμαίων, ἀλλ᾽ οὐδὲ συννοῆσαι τὸ γενόμενον. ἅμα γὰρ οἱ μὲν κατὰ πρόσωπον, οἱ δ᾽ ἀπ᾽ οὐρᾶς, οἱ δ᾽ ἐκ τῶν πλαγίων αὐτοῖς προσέπιπτον. διὸ καὶ συνέβη τοὺς πλείστους τοὺς ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πορείας σχήματι καταλειφθῆναι, μὴ δυναμένους αὐτοῖς βοηθεῖν, ἀλλ᾽ ὡσανεὶ προδεδομένους ὑπὸ τῆς τοῦ προεστῶτος ἀκρισίας. ἔτι γὰρ διαβουλευόμενοι τί δεῖ πράττειν, ἀπώλοντο παραδόξως. ἐν ᾧ καιρῷ καὶ τὸν Φλαμίνιον αὐτὸν δυσχρηστούμενον καὶ περικακοῦντα τοῖς ὅλοις προσπεσόντες τινὲς τῶν Κελτῶν ἀπέκτειναν. ἔπεσον οὖν τῶν Ῥωμαίων κατὰ τὸν αὐλῶνα σχεδὸν εἰς μυρίους καὶ πεντακισχιλίους, οὔτ᾽ εἴκειν τοῖς παροῦσιν, οὔτε πράττειν οὐδὲν δυνάμενοι. τοῦτο δ᾽ ἐκ τῶν ἐθισμῶν αὐτὸ περὶ πλείστου ποιούμενοι· τὸ μὴ φεύγειν, μηδὲ λείπειν τὰς τάξεις. οἱ δὲ κατὰ πορείαν μεταξὺ τῆς λίμνης καὶ τῆς παρωρείας ἐν τοῖς στενοῖς συγκλεισθέντες αἰσχρῶς, ἔτι δὲ μᾶλλον ταλαιπώρως διεφθείροντο. συνωθούμενοι μὲν γὰρ εἰς τὴν λίμνην, οἱ μὲν διὰ τὴν παράστασιν τῆς διανοίας ὁρμῶντες ἐπὶ τὸ νήχεσθαι ἐν τοῖς ὅπλοις ἀπεπνίγοντο. τὸ δὲ πολὺ πλῆθος μέχρι μὲν τοῦ δυνατοῦ προβαῖνον εἰς τὴν λίμνην, ἔμενε τὰς κεφαλὰς αὐτὰς ὑπὲρ τὸ ὑγρὸν ὑπερέχον· ἐπιγινομένων δὲ τῶν ἱππέων, καὶ προδήλου γινομένης ἀπωλείας, ἐξαίροντες τὰς χεῖρας, καὶ δεόμενοι ζωγρεῖν, καὶ πᾶσαν προϊέμενοι φωνὴν, τὸ τελευταῖον οἱ μὲν ὑπὸ τῶν πολεμίων, τινὲς

dente, ductores ordinum tribunique Romanorum, adeo laborantibus ſuppetias ferre non poſſent, ut ne quid ageretur quidem, ſatis intelligere valerent. ſimul enim, alii à fronte, alii à tergo, alii abs lateribus in ipſos pugnabant. ex quo factum, ut plerique Romanorum non in acie, verùm ita ut in agmine fuerant deprehenſi, obtruncarentur, prius quam defendere ſe poſſent, ab imperatoris ſui ſtoliditate, ut ſic dicam, proditi. dum enim adhuc quid opus facto deliberant, improviſò cædebantur. quo tempore, ipſum quoque Flaminium hiſce difficultatibus circunventum, & jam de ſumma rerum anxie ſollicitum ac deſpondentem animum, Galli quidam adorti interemerunt. Cecidere intra convallem è Romanis, qui neque præſenti fortunæ cedere, neque pugnare poterant, ad millia quindecim. Eſt enim hoc unum ex inſtitutis diſciplinæ illorum militaris, quod diligentiſſime obſervant: Non fugere, neque ordines deſerere. At qui procedentes in agmine inter lacum & montes, in ipſis faucibus ſunt intercepti, fœde, vel potius miſerè perierunt. compulſi enim in lacum, partim repentino caſu turbata mente, inſilientes in aquam, ut cum armis natarent, ſuffocabantur: partim, (ii autem plurimi fuere) in lacum progreſſi quantum vires ferebant, capite duntaxat exſtante manebant: deinde equitatu eos invadente, quum certa eſſet pernities, manibus ſublatis, ac vitam poſcentes, omni deprecationum uſi genere, vel ab hoſtibus occidebantur: vel ipſi ſeſe adhortati, manus

manus ſibi inferebant. Sex ferme millia eorum, qui convallem fuerant ingreſſi, hoſte, qui ex adverſo pugnabat, devicto, ſuis illi quidem auxiliari, aut adverſarios avertere obſiſtendo, qui nihil eorum, quæ fiebant, viderent, non quiverunt: idonei alioquin magnum ad ſummam victoriam momentum afferre: ſed tantiſper in ulteriora pergunt ire, dum ſemper hoſtem exſpectant quicum dimicent, donec, prius quam ſatis animadverterent, in ſuperiora loca evaſerunt. exin ut ad ſummos colles perventum, & jam caligo fuit depulſa, clade ſui exercitus intellecta, quum tentare nihil poſſent, quod omnia hoſtis late victor obtineret, conglobati vicum Etruriæ quendam petunt. Sed ut prælio facto, Pœnus Maharbalem cum Hiſpanis & haſtatis adverſus eos miſit, atque ille vicum circumſedit, variis malis urgentibus victi, fidem dante Maharbale, ſalvam ipſis vitam fore, ſe dediderunt. Ac prælium quidem in Etruria inter Romanos & Carthaginienſes commiſſum, ita ſe in univerſum habuit. Hannibal perductis ad ſe Romanis, quibus data fides fuerat, & captivis item aliis, omnes in unum congregat, qui plures erant quindecim millibus. his ante omnia ſignificat, non fuiſſe in Maharbalis poteſtate, ut ſe inconſulto ſecuritatem iis ſponderet, quibus fidem dederat. deinde accuſationem Romanorum inſtituit. Secundum hæc, quotquot è captivis Romani cives erant, inter militum ordines ad cuſtodiendum ipſos dividit. qui Latini no-

δὲ παρακαλέσαντες ἑαυτοὺς διεφθάρησαν. ἑξακισχίλιοι δ' ἴσως τῶν κατὰ τὸν αὐλῶνα τοὺς κατὰ πρόσωπον νικήσαντες, παραβοηθεῖν μὲν τοῖς οἰκείοις καὶ περιΐστασθαι τοὺς ὑπεναντίους ἠδυνάτουν, διὰ τὸ μηδὲν συνορᾶν τῶν γινομένων· καίπερ μεγάλην δυνάμενοι πρὸς τὰ ὅλα παρέχεσθαι χρείαν· ἀεὶ δὲ τοῦ πρόσθεν ὀρεγόμενοι, προῆγον, πεπεισμένοι συμπεσεῖσθαί τισιν, ἕως ἔλαθον ἐκπεσόντες πρὸς τοὺς ὑπερδεξίους τόπους. γενόμενοι δὲ ἐπὶ τῶν ἄκρων, καὶ τῆς ὁμίχλης ἤδη πεπτωκυίας, συνέντες τὸ γεγονὸς ἀτύχημα, καὶ ποιεῖν οὐδὲν ὄντες δυνατοὶ ἔτι, διὰ τὸ τοῖς ὅλοις ἐπικρατεῖν καὶ πάντα προκατέχειν ἤδη τοὺς πολεμίους, συστραφέντες ἀπεχώρησαν εἴς τινα κώμην Τυῤῥηνίδα. μετὰ δὲ τὴν μάχην ἀποσταλέντος ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ μετὰ τῶν Ἰβήρων καὶ λογχοφόρων Μαάρβα, καὶ περιστρατοπεδεύσαντος τὴν κώμην, ποικίλης αὐτοῖς ἀπορίας περιεστώσης, ἀποθέμενοι τὰ ὅπλα, παρέδοσαν αὐτοὺς ὑποσπόνδους, ὡς τευξόμενοι τῆς σωτηρίας. τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν ὅλον κίνδυνον τὸν γενόμενον ἐν Τυῤῥηνίᾳ Ῥωμαίοις καὶ Καρχηδονίοις, τοῦτον ἀπετελέσθη τὸν τρόπον. Ἀννίβας δὲ 85
παρ' αὐτὸν ἐπαναχθέντων τῶν ὑποσπόνδων, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων, συναγαγὼν πάντας, ὄντας πλείους τῶν μυρίων καὶ πεντακισχιλίων· πρῶτον μὲν διεσάφησεν ὅτι Μαάρβας οὐκ εἴη κύριος ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης διδοὺς τὴν ἀσφάλειαν τοῖς ὑποσπόνδοις· μετὰ δὲ ταῦτα κατηγορίαν ἐποιήσατο Ῥωμαίων. λήξας δὲ τούτων, ὅσοι μὲν ἦσαν Ῥωμαῖοι τῶν ἑαλωκότων, ἔδωκεν εἰς φυλακὴν ἐπὶ τὰ τάγματα· τοὺς δὲ συμμάχους

ἀπέλυσε χωρὶς λύτρων ἅπαντας εἰς τὴν οἰκείαν· ἐπιφθεγξάμενος τὸν αὐτὸν ὃν καὶ πρόσθεν λόγον, ὅτι πάρεστι πολεμήσων, οὐκ Ἰταλιώταις, ἀλλὰ Ῥωμαίοις ὑπὲρ τῆς Ἰταλιωτῶν ἐλευθερίας. Τὴν δὲ αὐτοῦ δύναμιν ἀνελάμβανε, καὶ τῶν νεκρῶν τῶν ἐκ τῆς σφετέρας δυνάμεως, τοὺς ἐπιφανεστάτους ἔθαψεν, ὄντας εἰς τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. οἱ μὲν γὰρ πάντες εἰς χιλίους καὶ πεντακοσίους ἔπεσον, ὧν ἦσαν οἱ πλείους Κελτοί. Ταῦτα δὲ πράξας, διενοεῖτο μετὰ ἀδελφοῦ καὶ τῶν φίλων, ποῦ καὶ πῶς δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ὁρμήν, εὐθαρσὴς ὢν ἤδη περὶ τῶν ὅλων. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην προσπεσόντος ἤδη τοῦ γεγονότος ἀτυχήματος, στέλλεσθαι μὲν ἢ ταπεινοῦν τὸ συμβεβηκὸς οἱ προεστῶτες τοῦ πολιτεύματος ἠδυνάτουν, διὰ τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς· λέγειν δὲ τοῖς πολλοῖς ἠναγκάζοντο τὰ γεγονότα, συναθροίσαντες τὸν δῆμον εἰς ἐκκλησίαν. διόπερ ἅμα τῷ τὸν στρατηγὸν εἰπεῖν τοῖς ὄχλοις ἀπὸ τῶν ἐμβόλων, ὅτι λειπόμεθα μάχῃ μεγάλῃ, τηλικαύτην συνέβη γενέσθαι διατροπήν, ὥστε τοῖς παραγενομένοις ἐφ᾽ ἑκατέρων τῶν καιρῶν, πολλῷ μεῖζον τότε φανῆναι τὸ γεγονός, ἢ παρ᾽ αὐτὸν τὸν τῆς μάχης καιρόν. καὶ τοῦτ᾽ εἰκότως συνέβη· πολλῶν γὰρ χρόνων ἄπειροι καὶ τοῦ ῥήματος καὶ τοῦ πράγματος ὑπάρχοντες, τῆς ὁμολογουμένης ἥττης, οὐ μετρίως οὐδὲ κατὰ σχῆμα τὴν περιπέτειαν ἔφερον. οὐ μὴν ἥ γε σύγκλητος, ἀλλ᾽ ἐπὶ τοῦ καθήκοντος ἔμενε λογισμοῦ, καὶ διενοεῖτο περὶ τοῦ μέλλοντος, πῶς καὶ τί πρακτέον ἑκά-
86 στοις εἴη. Κατὰ δὲ τοὺς τῆς μάχης

minis erant ſine pretio omnes, in ſuam quemque patriam dimiſit, eodem prius ſermone allocutus, quo jam ante uſus fuerat: in Italiam ſe veniſſe, non ut adverſus Italos, ſed ut pro Italorum libertate adverſus Romanos pugnaret. Exercitum deinde ſuum refecit: & ex ſuis qui in pugna ceciderant nobiliſſimos quoſque, (ii ad triginta erant,) ſepeliri juſſit. Numerus autem omnium qui deſiderati ſunt ex ipſius exercitu fuit, mille & quingenti, majorem partem Galli. His peractis cum fratre & amicis conſultat, quò & quomodo impreſſionem faceret, de univerſa victoria plenus jam ſpei. At Romæ ut nuntius cladis eſt acceptus, magiſtratus qui propter calamitatis magnitudinem mollire aut minuere tantum caſum non poterant, advocata populi concione, rem geſtam exponere multitudini ſunt coacti. cum primum igitur Prætor è Roſtris ad circumfuſam turbam, Magna, dixit, pugna victi ſumus: tanta repente animorum ſecuta eſt conſternatio, ut iis qui utrique interfuerant, prælio inquam & concioni, multo tunc major clades accepta fuerit viſa, quàm in ipſa pugna. & meritò quidem: nam qui à longo tempore & rem & verbum illud quo ſe plane victos faterentur, ignoraverant; nunc caſum iſtum neque mediocriter neque moderate ferebant. Solus ſenatus in officio conſtanter manſit, de iis quæ inſtabant aſſidue conſultans, quid in commune, quid ſingulis, & quomodo agendum. Dum hęc geruntur, Cn. Servilius al-

ter Cos.

ter Cos. qui Ariminum provinciam tutabatur; (is locus eſt ad Adriam, in confinio Galliæ ac cæteræ Italiæ, non longe à Padi oſtiis, quibus in idem mare ſe exonerat:) ut accepit intraſſe Hannibalem in Etruriam, & Flaminium in ſuis obſidere caſtris; conſilium primo ceperat ſuas cum illius copias conjungendi: ſed quia gravior exercitus ipſius erat, quàm ut hoc poſſet, ex omni ſuo equitatu quatuor millia ſelegit, & C. Centronio dedit, eumque juſſit præcedere: ut ſi forte res poſtularet, ante adventum ſuum Flaminio ſuppetias ferre contenderet. Hannibal, ut ſignificatum ei eſt poſt pugnam, adventare Romanorum ſubſidium; Maharbalem cum haſtatis & parte equitatus, obviam progredi juſſit. hi prælio cum Centronio commiſſo, alteram fere partem Romanorum in ipſo conflictu contruncarunt: reliquos in tumulum quendam compulerunt, ac poſtero die vivos ceperunt. Tertius dies erat ab allato Romam nuntio de pugna ad Thraſymenum, quando luctu hujus cladis cum maxime fervente, ut ita dicam, caſus inſuper Centronii affertur. tum enimvero non jam populi dumtaxat, ſed & Senatus quoque animos ea jactura conſternavit. Itaque anniverſariorum negotiorum cura poſthabita, majorum item magiſtratuum comitiis omiſſis, quæ celebrare quotannis ſolent, de præſenti ſtatu deliberantes, rerum ac temporum conditionem poſcere imperatorem abſolutæ auctoritatis exiſtima-

καιρούς, καὶ Γνάϊος Σερουΐλιος ὁ προκαθήμενος ὕπατος ἐπὶ τῶν κατ' Ἀρίμινον τόπων· οὗτι δ' εἶσιν ἐπὶ τῆς παρὰ τὸν Ἀδρίαν πλευρᾶς, οὗ συνάπτει τὰ Γαλατικὰ πεδία πρὸς τὴν ἄλλην Ἰταλίαν, οὐ μακρὰν τῆς εἰς θάλατταν ἐκβολῆς τῶν τοῦ Πάδου στομάτων· ἀκούσας εἰσβεβληκότα τὸν Ἀννίβαν εἰς Τυῤῥηνίαν ἀντιστρατοπεδεύειν τῷ Φλαμινίῳ, ἐπεβάλετο μὲν πᾶσι τοῖς στρατοπέδοις αὐτὸς συνάπτειν· ἀδυνατῶν δὲ διὰ τὸ τῆς στρατείας βάρος, Γάϊον Κεντήνιον κατὰ σπουδὴν δοὺς τετρακισχιλίους ἱππεῖς, προεξαπέστειλε, βουλόμενος εἰ δέοινθ' οἱ καιροὶ πρὸ τῆς αὑτοῦ παρουσίας τούτους καταταχεῖν. Ἀννίβας δὲ μετὰ τὴν μάχην προσαγγελθείσης αὐτῷ τῆς τῶν ὑπεναντίων βοηθείας, ἐξαποστέλλει Μαάρβαν, ἔχοντα τοὺς λογχοφόρους καὶ τὸ μέρος τῶν ἱππέων. οἳ καὶ συμπεσόντες τοῖς περὶ τὸν Γάϊον, ἐν αὐτῇ μὲν τῇ πρώτῃ συμπλοκῇ, σχεδὸν τοὺς ἡμίσεις αὐτῶν διέφθειραν· τοὺς δὲ λοιποὺς εἴς τινα λόφον συνδιώξαντες, τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ πάντας ἔλαβον ὑποχειρίους. ἐν δὲ τῇ Ῥώμῃ, τριταίας οὔσης τῆς κατὰ τὴν μάχην προσαγγελίας, καὶ μάλιστα τότε τῆς μάχης τοῦ πάθους κατὰ τὴν πόλιν ὡσανεὶ φλεγμαίνοντος, ἐπιγενομένης καὶ ταύτης τῆς περιπετείας, οὐ μόνον τὸ πλῆθος, ἀλλὰ καὶ τὴν σύγκλητον αὐτὴν συνέβη διατραπῆναι. διὸ καὶ παρέντες τὴν κατ' ἐνιαυτὸν ἀγωγὴν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων τῶν μειζόνων, ἐπεβάλοντο βουλεύεσθαι περὶ τῶν ἐνεστώτων, νομίζοντες αὐτοκράτορος δεῖσθαι στρατηγοῦ τὰ πράγματα, καὶ τοὺς περιεστῶτας

καιρούς. Ἀννίβας δὲ καταπεθαῤῥη-
κὼς τοῖς ὅλοις ἤδη, τὸ μὲν συνεγ-
γίζειν τῇ Ῥώμῃ κατὰ τὸ παρὸν ἀπεδο-
κίμασεν· τὴν δὲ χώραν ἐπιπορευ-
όμενος, ἀδεῶς ἐπόρθει, ποιούμενος
τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν. Διανύ-
σας δὲ τὴν τῶν Ἰσόμβρων καλουμέ-
νην χώραν, καὶ τὴν τῶν Πικέντων,
ἧκε δεκαταῖος πρὸς τοὺς κατὰ τὸν
Ἀδρίαν τόπους· πολλῆς μὲν λείας
γεγονὼς ἐγκρατὴς, ὥστε μήτε ἄγειν
μήτε φέρειν δύνασθαι τὸ στρατόπε-
δον τὰς ὠφελείας· πολὺ δὲ πλῆθος
ἀνθρώπων ἀπεκτακὼς κατὰ τὴν δίοδον.
Καθάπερ γὰρ ἐν ταῖς τῶν πόλεων κα-
ταλήψεσι καὶ τότε παράγγελμά τι δε-
δομένον ἦν, φονεύειν τοὺς ὑποπίπτον-
τας τῶν ἐν ταῖς ἡλικίαις. ταῦτα δ' ἐ-
ποίει διὰ τὸ προϋπάρχον αὐτῷ μῖ-
87 σος ἔμφυτον πρὸς Ῥωμαίους. ἐν ᾧ
καιρῷ καταστρατοπεδεύσας παρὰ τὸν
Ἀδρίαν, ἐν χώρᾳ πρὸς πάντα τὰ
γεννήματα διαφερούσῃ, μεγάλην
ἐποιεῖτο σπουδὴν, ὑπὲρ τῆς ἀναλή-
ψεως καὶ θεραπείας τῶν ἀνδρῶν, οὐχ
ἧττον δὲ καὶ τῶν ἵππων. ὡς ἂν γὰρ ὑπ-
αίθρου τῆς παραχειμασίας γεγενη-
μένης ἐν τοῖς κατὰ Γαλατίαν τόποις,
ὑπό τε τοῦ ψύχους καὶ τῆς ἀνηλειψίας,
ἔτι δὲ τῆς ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα διὰ τῶν
ἑλῶν πορείας καὶ ταλαιπωρίας, ἐ-
πεγεγόνει σχεδὸν ἅπασι τοῖς ἵπποις,
ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσιν ὁ λεγό-
μενος λιμόψωρος, καὶ τοιαύτη
καχεξία. διὸ γενόμενος ἐγκρατὴς
χώρας εὐδαίμονος, ἐσωματοποίη-
σε μὲν τοὺς ἵππους, ἀνεκτήσατο δὲ
τά τε σώματα καὶ τὰς ψυχὰς τῶν
ἀνδρῶν. Μετακαθώπλισε δὲ τοὺς
Λίβυας εἰς τὸν Ῥωμαϊκὸν τρόπον, ὡς
ἂν πολλῶν ὅπλων γεγονὼς κύριος,
ἐκ τῶν τοσούτων σκύλων. ἐξαπέστελλε

runt. Hannibal victoriæ jam univerſæ confidens, propius Romam impræſentiarum accedendum ſibi non putavit: ſed agros incurſans, ſine cujuſquam metu omnia populabatur, itinere verſus Adriam inſtituto: quæ in loca, decimis caſtris per fines Inſubrum ac Picentum ducto exercitu, pervenit: tanta potitus præda, ut milites ejus neque ferre neque ducere rapta poſſent: ingenti præterea hominum numero in eo tranſitu occiſo. Quemadmodum enim in capiendis urbibus fieri amat, tunc quoque præceptum fuerat, ut omnes obvios qui ætate militari forent, obtruncarent. adeo erat alte inſitum in animo Hannibalis odium Romanorum. Eo tempore dux Carthaginienſium circa Adriam ſtativa habens, in regione ubi omnia quæ terra naſcuntur bonitate excellunt, in reficiendis curandiſque ſuorum quà virorum quà equorum corporibus, operam omnem poſuit. Quoniam enim ſub dio in Gallia Ciſalpina hibernantes, frigore, illuvie, ac ſquallore conflictati fuerant; deinde per paludes ingrediendo multa perpeſſi mala erant: omnes fere tum equi, tum & viri intemperie illa & genere morbi laborabant, quem Græci limopſoron, quaſi dicas ſcabiem è fame ortam, nominant. Quamobrem locum adeo rebus omnibus opportunum adeptus, corpora quidem equorum pariter & virorum refovebat: horum vero etiam animos inſtaurabat. tum etiam Afros Romano more armis inſtrui juſſit, magnam eorum copiam è tanto ſpoliorum numero conſecu-

conſecutus. Miſit & mari Carthaginem nuntios, qui rerum geſtarum ſeriem illis exponerent. Nam ante illum diem, ex quo Italiam erat ingreſſus, ad mare nunquam acceſſerat. Ea victoria ſupra modum læti Carthaginienſes, omni ſtudio atque contentione enitebantur, neceſſaria omnia exercitibus ſuppeditare, qui in Italia atque in Hiſpania rem gerebant. Romani Dictatorem creant Q. Fabium Maximum, virum & prudentia inſignem, & familia honeſta prognatum. Sanè etiam memoria noſtra qui ejuſdem ſtirpis erant, Maximi propter magnitudinem rerum ab illo feliciter geſtarum nominabantur. Porrò inter Dictatorem & Conſulem hæc eſt differentia; Conſulum utrumque duodenæ ſecures ſequuntur: hunc, quatuor & viginti. & illis quidem, ad multa perficienda quæ propoſuerint, Senatus auctoritate eſt opus: hic ſui plane juris eſt imperator: quo ſemel renuntiato, extemplo omnes reliqui magiſtratus, tribunis exceptis, poteſtate exeunt. Verùm de his alibi accuratius, & magis diſtinctè. Simul cum Fabio Dictatore dictus eſt Magiſter equitum M. Minucius. hæc poteſtas imperio Dictatoris eſt ſubjecta: eoque occupato, in ejus locum aliquo modo ſuccedit. Hannibal modicis intervallis caſtra mutans, in regione ad mare Adriaticum moras trahebat. equos autem veteribus vinis, quorum ibi magna copia, diligenter lavans, intemperie ſcabieque omni eos liberavit. Similiter &

δὲ κατὰ θάλατταν ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ τοὺς διασαφήσοντας εἰς τὴν Καρχηδόνα περὶ τῶν γεγονότων. τότε γὰρ πρῶτον ἥψατο θαλάττης, ἀφ' οὗ τὴν εἰσβολὴν ἐποιήσατο εἰς τὴν Ἰταλίαν. ἐφ' οἷς ἀκούσαντες μεγαλείως ἐχάρησαν οἱ Καρχηδόνιοι· καὶ πολλὴν ἐποιοῦντο σπουδὴν καὶ πρόνοιαν ὑπὲρ τοῦ κατὰ πάντα τρόπον ἐπικουρεῖν τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ πράγμασι. Ῥωμαῖοι δὲ Δικτάτορα μὲν κατέστησαν Κόϊντον Φάβιον, ἄνδρα καὶ φρονήσει διαφέροντα, καὶ πεφυκότα καλῶς. ἔτι γοῦν ἐπεκαλοῦντο καὶ καθ' ἡμᾶς οἱ ταύτης τῆς οἰκίας Μάξιμοι, τοῦτο δ' ἐστὶ μέγιστοι, διὰ τὰς ἐκείνου τἀνδρὸς ἐπιτυχίας καὶ πράξεις. Ὁ δὲ Δικτάτωρ ταύτην ἔχει τὴν διαφορὰν τῶν ὑπάτων. τῶν μὲν γὰρ ὑπάτων ἑκατέρῳ, δώδεκα πελέκεις ἀκολουθοῦσι· τούτῳ δ' εἴκοσι καὶ τέτταρες. κἀκεῖνοι μὲν ἐν πολλοῖς προσδέονται τῆς συγκλήτου πρὸς τὸ συντελεῖν τὰς ἐπιβολάς· οὗτος δ' ἐστὶν αὐτοκράτωρ στρατηγὸς, οὗ κατασταθέντος παραχρῆμα διαλύεσθαι συμβαίνει πάσας τὰς ἀρχὰς ἐν τῇ Ῥώμῃ, πλὴν τῶν δημάρχων. οὐ μὴν ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν ἄλλοις ἀκριβεστέραν ποιησόμεθα τὴν διαστολήν. ἅμα δὲ τῷ Δικτάτορι, κατέστησαν ἱππάρχην Μάρκον Μινούκιον. οὗτος τέτακται μὲν ὑπὸ τὸν αὐτοκράτορα· γίνεται δ' οἱονεὶ διάδοχος τῆς ἀρχῆς ἐν τοῖς ἐκείνου περισπασμοῖς. ὁ δὲ Ἀννίβας 88
κατὰ βραχὺ μεταθεὶς τὴν παρεμβολὴν, ἐνδιέτριβε τῇ παρὰ τὸν Ἀδρίαν χώρᾳ· καὶ τοὺς μὲν ἵππους ἐκλούων τοῖς παλαιοῖς οἴνοις διὰ τὸ πλῆθος, ἐξεθεράπευσε τὴν καχεξίαν αὐτῶν καὶ τὴν ψώραν. παραπλησίως δὲ καὶ

τῶν ἀνδρῶν,

τῶν ἀνδρῶν, τοὺς μὲν τραυματίας ἐξυγίασε, τοὺς δὲ λοιποὺς εὐέκτους παρεσκεύασε καὶ προθύμους, εἰς τὰς ἐπιφερομένας χρείας. διελθὼν δὲ καὶ καταφθείρας τήν τε Πρετετιανὴν καὶ τὴν Ἀδριανὴν, ἔτι δὲ τὴν Μαρρουκίνην καὶ Φρεντανὴν χώραν, ὥρμησε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τῆς Ἰαπυγίας. ἧς διῃρημένης εἰς τρεῖς ὀνομασίας, καὶ τῶν μὲν προσαγορευομένων Δαυνίων, τῶν δὲ Μεσσαπίων, εἰς πρώτην ἐνέβαλε τὴν Δαυνίαν. ἀρξάμενος δὲ ταύτης ἀπὸ Λουκερίας οὔσης ἀποικίας Ῥωμαίων, ἐπόρθει τὴν χώραν. μετὰ δὲ ταῦτα καταστρατοπεδεύσας περὶ τὸ καλούμενον Ἰβώνιον, ἐπέτρεχε τὴν Ἀργυριππανὴν, καὶ πᾶσαν ἀδεῶς ἐλεηλάτει τὴν Δαυνίαν. ἐν ᾧ καιρῷ καὶ Φάβιος μετὰ τὴν κατάστασιν θύσας τοῖς θεοῖς, ἐξώρμησε μετὰ τοῦ συνάρχοντος καὶ τῶν ἐκ τοῦ καιροῦ καταγραφέντων τεττάρων στρατοπέδων. συμμίξας δὲ ταῖς ἀπ᾽ Ἀριμίνου βοηθούσαις δυνάμεσι περὶ τὴν Δαυνίαν, Γνάϊον μὲν τὸν ὑπάρχοντα στρατηγὸν ἀπολύσας τῆς κατὰ γῆν στρατείας, ἐξαπέστειλε μετὰ παραπομπῆς εἰς τὴν Ῥώμην ἐντειλάμενος, ἐάν τι κατὰ θάλατταν κινῶνται Καρχηδόνιοι, βοηθεῖν ἀεὶ τοῖς ὑποπίπτουσι καιροῖς. αὐτὸς δὲ μετὰ τοῦ συνάρχοντος παραλαβὼν τὰς δυνάμεις, ἀντεστρατοπέδευσε τοῖς Καρχηδονίοις περὶ τὰς Αἴγας καλουμένας, ἀπέχων τῶν πολεμίων περὶ πεντήκοντα σταδίους.

89 Ἀννίβας δὲ συνεὶς τὴν παρουσίαν τοῦ Φαβίου, καὶ βουλόμενος ἐξ ἐφόδου καταπλήξασθαι τοὺς ὑπεναντίους, ἐξαγαγὼν τὴν δύναμιν, καὶ συνεγγίσας τῷ τῶν Ῥωμαίων χάρακι παρετάξατο. χρόνον δέ τινα μείνας, οὐδενὸς ἐπεξ-

milites, vulneratos quidem perſanandos curavit; reliquos vero habitiores reddidit, & alacres paratoſque ad ea quæ reſtabant certamina. Ubi deinde pertranſiit devaſtavitque Prætutianum, Adrianumque agrum, necnon Marrucinorum & Ferentanorum, in Apuliam avertit iter. Quæ regio tribus nominibus diſtincta eſt: partemque illius unam habent qui dicuntur cognomine Daunii; alteram Meſſapii. Hannibal primam petit Dauniam. orſuſque in hac à Luceria Romanorum colonia, perpopulatus eſt eorum fines. deinde circa Hipponem caſtra locat; indeque Arpos & univerſam Apuliam agebat, ferebat. Per id tempus & Fabius inito magiſtratu, poſt ſacra diis facta, cum equitum Magiſtro, & quatuor novis legionibus, quæ pro more conſcriptæ fuerant, urbe egreditur. Quum circa Dauniorum fines copiis quæ Arimino ſuppetias venerant ſuas junxiſſet, Cn. Conſulem terreſtri militia ſolutum, Romam cum comitatu dimiſit: dato ei mandato, ut ſi quid mari Carthaginienſes moverent, quo res vocaret, auxiliatum iret. ipſe cum Magiſtro equitum acceptis legionibus, circa Ægas, (id loco nomen eſt,) in conſpectu hoſtium, ſex ferme millium intervallo caſtra ponit. Pœnus poſtquam adveniſſe Fabium ſenſit, ut primo hoſtem impetu perterrefaceret, educit, ac prope Romanorum vallum aciem inſtruit. Ibi aliquandiu moratus, nemine adverſus ſe prodeunte, in caſtra redit.

Fabius

Fabius enim, qui apud ſe conſtituerat, nihil temere audere, neque prælii aleam ſubire, ſed præcipue & ante omnia ſuorum ſecuritati conſulere, in ſuſcepta ſententia conſtanter permanſit. Atque is per initia ſpretus, vulgo omnibus dictitantibus, meticuloſum eum evaſiſſe, & qui pugnam horreret: tandem confeſſionem hanc omnibus, manus dare coactis, expreſſit, non potuiſſe quenquam majori ratione aut prudentia tali tempore bellum gerere. Sed & res ipſæ non multo poſt ejus conſiliis teſtimonium luculentum præbuerunt. & merito id quidem. Nam hoſtium copiæ à prima juventute continuis bellis erant exercitatę: eædemque ducem habebant, qui à teneris annis inter ipſos ſemper vixerat, & jam inde à puero caſtrenſis militiæ omnes artes didicerat. ſæpe etiam in Hiſpania acie dimicans vicerat; jamque de Romanis & eorum ſociis duas conſequenter victorias reportaverat: quodq; omnium maximum eſt, omni ſalutis ſpe alia deſtitutę erant; pręter eam, quam in vincendo ponebant. in Romano exercitu ſecus habebant omnia. propterea Fabius ſummam rerum univerſo periculo committere non audens; certus, victoriam ſe hoſti traditurum, ſi faceret: prudentia uſus ſingulari, ad ea ſe præſidia recepit, quibus nomen Romanum vincebat: intra illa ſe continuit: per illa bellum adminiſtravit. Porrò præſidia quibus vincebant Romani, & quæ abſumi non poterant, hæc erant: ingens commeatuum copia, & numerus hominum ad dilectus. Ergo etiã deinceps

ἰόντος, αὖθις ἀνεχώρησεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ παρεμβολήν. ὁ γὰρ Φάβιος διεγνωκὼς, μήτε παραβάλλεσθαι, μήτε διακινδυνεύειν, στοχάζεσθαι δὲ πρῶτον καὶ μάλιστα τῆς ἀσφαλείας τῶν ὑποταττομένων, ἔμενε βεβαίως ἐπὶ τῆς διαλήψεως ταύτης. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς κατεφρονεῖτο καὶ παρεῖχε λόγον, ὡς ἀποδεδειλιακὼς, καὶ καταπεπληγμένος τὸν κίνδυνον. τῷ δὲ χρόνῳ πάντας ἠνάγκασε παρομολογῆσαι καὶ συγχωρεῖν, ὡς οὔτε νουνεχέστερον, οὔτε φρονιμώτερον οὐδένα δυνατὸν ἦν χρῆσθαι τοῖς τότε περιεστῶσι καιροῖς. ταχὺ δὲ καὶ τὰ πράγματα προσεμαρτύρησε τοῖς λογισμοῖς αὐτοῦ. καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐγίνετο. τὰς μὲν γὰρ τῶν ὑπεναντίων δυνάμεις συνέβαινε, γεγυμνάσθαι μὲν ἐκ τῆς πρώτης ἡλικίας συνεχῶς ἐν τοῖς πολεμικοῖς· ἡγεμόνι δὲ χρῆσθαι συντεθραμμένῳ σφίσι, καὶ παιδομαθεῖ περὶ τὰς ἐν τοῖς ὑπαίθροις χρείας· νενικηκέναι δὲ πολλὰς μὲν ἐν Ἰβηρίᾳ μάχας, δὶς δὲ Ῥωμαίους ἑξῆς καὶ τοὺς συμμάχους αὐτῶν· τὸ δὲ μέγιστον, ἀπεγνωκότας πάντα, μίαν ἐλπίδα ἔχειν τῆς σωτηρίας, τὴν ἐν τῷ νικᾶν. περὶ δὲ τὴν τῶν Ῥωμαίων στρατιὰν, τἀναντία τούτοις ὑπῆρχε. διόπερ εἰς μὲν τὸ ὑπὲρ τῶν ὅλων διακινδυνεύειν οὐχ οἷός τ' ἦν συγκαταβαίνειν, προδήλου τῆς ἐλαττώσεως ὑπαρχούσης· εἰς δὲ τὰ σφέτερα προτερήματα τοῖς λογισμοῖς ἀναχωρήσας, ἐν τούτοις διέτριβε. καὶ διὰ τούτων ἐχείριζε τὸν πόλεμον. ἦν δὲ τὰ προτερήματα Ῥωμαίων ἀκατάτριπτα, ἄφθονος χορηγία, καὶ χειρῶν πλῆθος. διόπερ κατὰ τοὺς ἑξῆς χρόνους, ἀντιπαρεξῆγε τοῖς

πολε-

πολεμίοις ἀεί. καὶ τοὺς εὐκαίρους προκατελάμβανε τόπους διὰ τὴν ἐμπειρίαν. ἔχων δὲ κατὰ νώτου τὰς χορηγίας ἀφθόνους, οὐδέποτε τοὺς στρατιώτας ἠφίει προνομεύειν, οὐδὲ χωρίζεσθαι κἂν ἅπαξ ἐκ τοῦ χάρακος. ἀθρόους δ' ἀεὶ καὶ συνεστραμμένους τηρῶν, ἐφήδρευε τοῖς τόποις καὶ καιροῖς. καὶ πολλοὺς τῶν πολεμίων ἀποσπωμένους ἀπὸ τῆς ἰδίας παρεμβολῆς ἐπὶ τὰς προνομὰς διὰ τὸ καταφρονεῖν, ὑποχειρίους ἐλάμβανε, καὶ κατέφθειρε τῷ τοιούτῳ τρόπῳ. ταῦτα δὲ ἐποίει, βουλόμενος ἅμα μὲν ἀφωρισμένου πλήθους ἐλαττοῦν ἀεὶ τοὺς ὑπεναντίους· ἅμα δὲ τὰς τῶν ἰδίων δυνάμεων ψυχὰς προηττημένας τοῖς ὅλοις, διὰ τῶν κατὰ μέρος προτερημάτων, κατὰ βραχὺ σωματοποιεῖν καὶ προσλαμβάνειν. εἰς ὁλοσχερῆ δὲ κρίσιν ἐξ ὁμολόγου συγκαταβαίνειν οὐδαμῶς οἷός τ' ἦν. οὐ μὴν Μάρκῳ γε τῷ συνάρχοντι τούτων οὐδὲν ἤρεσκε· σύμψηφον δὲ τοῖς ὄχλοις ποιῶν αὐτὸν, τὸν μὲν Φάβιον κατελάλει πρὸς πάντας ὡς ἀγεννῶς χρώμενον τοῖς πράγμασι, καὶ νωθρῶς· αὐτὸς δὲ πρόθυμος ἦν παραβάλλεσθαι καὶ παρακινδυνεύειν. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι καταφθείραντες τοὺς προειρημένους τόπους, ὑπερέβαλον τὸν Ἀπεννῖνον· καὶ κατάραντες εἰς τὴν Σαυνῖτιν χώραν οὖσαν εὐδαίμονα, καὶ πολλῶν χρόνων ἀπολέμητον, ἐν τοιαύτῃ περιουσίᾳ τῶν ἐπιτηδείων ἦσαν, ὥστε μήτε χρωμένους, μήτε καταφθείροντας ἀνύειν δύνασθαι τὰς λείας. κατέδραμον δὲ καὶ τὴν ΟΥεναντανὴν Ῥωμαίων ἀποικίαν ὑπάρχουσαν· εἷλον δὲ καὶ πόλιν ΟΥε-

modico ab hoſte intervallo agmen è regione ſemper ducebat, loca opportuna & probe ſibi nota occupans. & quum à tergo commeatus abunde ſubveheretur, nunquam pabulatum ſuos dimittebat, neque ullam omnino extra vallum pedem efferendi poteſtatem eis faciebat: ſed confertos & conglobatos ſemper ſervans, locorum ac temporum occaſiones circumſpectabat. multoſque ex hoſtibus, qui præ contemptu Romanorum longius à caſtris ſuis pabulandi cauſſa effundebantur, intercipiebat, & eo pacto concidebat. hoc autem eo conſilio faciebat, ut & numerum adverſariorum iis minueret, qui ſubinde ſe ab iis ſeparabant: & ſuorum animos in ſummæ rei certaminibus ante victos, per partes vincendo refoveret ac recrearet: cæterùm ut in caſum univerſæ dimicationis ex compacto veniret, adduci nullo modo poterat. At Minutio equitum Magiſtro longe alia mens erat. is enim ad militaris turbæ judicium ſuam aggregans ſententiam, Fabio apud omnes obtrectabat, tanquam ſegniter atque ignavè bellum adminiſtranti. ipſe contra temere quidvis audere, & aleam prælii paratus eſſe ſubire. Pœni agros, quos diximus, perpopulati, Apenninum montem ſuperant, atque in Samnium tranſeunt: regionem cunctis abundantem rebus & bello jam olim intactam. ubi tantam commeatuum copiam nacti ſunt milites, ut quamvis utendo multa abſumerent, multa item perderent, exhaurire tamen prædam non poſſent. ubi colonia Romanorum, incurſat; agrum præterea Beneventanum

Venuſiam

Venuſiam item, muris probe munitam urbem, & multa omnis generis ſupellectile refertam, capit. Romani poſt Pænos continenter ſequebantur, unius tamen aut alterius diei intervallo diſtantes: propius accedere & pugnam cum inimicis capeſſere nulla ratione volebant. Itaque animadvertens Hannibal Fabium pugnam quidem propalam detrectare; cæterum à militia caſtrenſi plane haut recedere: audaci conſilio campos ad Capuam petere inſtituit, & in his locum cui nomen eſt Falerno: perſuaſus duorum alterum eventurum, vel ut hoſtes ad neceſſitatem prælii adigeret: vel ut manifeſtum faceret omnibus, univerſam penes ſe victoriam eſſe, & Romanos cunctis ſibi locis cedere, quæ extra munimenta eſſent. quo facto arbitrabatur urbes metu perculſas, a Romanis ſtatim defecturas. Nam ad eum diem, etſi duobus præliis victus populus Romanus fuerat, nulla tamen urbium Italiæ ad partes Carthaginienſium ſe applicuerat: ſed in fide omnes manebant, quantumvis premerentur earum nonnullę. Ut facile ex eo aliquis percipiat, quanta admiratione atque reverentia Romanam Rempublicam ſocii colerent. Porrò dux Carthaginienſium id conſilii nequaquam temere ceperat: nam planities circa Capuam, pars eſt Italiæ totius nobiliſſima. regio bonitate atque amœnitate præſtans: ad hoc, mari adjacens, & emporia habens, ad quæ ſolent appellere, qui ex omnibus fere orbis partibus in Italiam navigant. urbes præterea celeberrimas pulcherrimaſque Italiæ continet.

νουσίαν, εὐτείχιστον οὖσαν, καὶ πολλῆς καὶ παντοδαπῆς ἀποσκευῆς γέμουσαν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κατόπιν μὲν εἵποντο συνεχῶς, μιᾶς καὶ δυοῖν ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχοντες, ἐγγίζειν γε μὴν καὶ συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις οὐχ οἷοί τε ἦσαν. Διόπερ Ἀννίβας ὁρῶν τὸν Φάβιον φυγομαχοῦντα μὲν προδήλως, τοῖς δ' ὅλοις οὐκ ἐκχωροῦντα τῶν ὑπαίθρων, ὥρμησε τολμηρῶς εἰς τὰ περὶ Καπύην πεδία, καὶ τούτων, εἰς τὸν προσαγορευόμενον Φάλερνον τόπον· πεπεισμένος δυοῖν θάτερον, ἢ μάχεσθαι τοὺς πολεμίους ἀναγκάσειν, ἢ πᾶσι δῆλον ποιήσειν ὅτι κρατεῖ τῶν ὅλων, καὶ παραχωροῦσι Ῥωμαῖοι τῶν ὑπαίθρων αὐτοῖς. οὗ γινομένου, καταπλαγείσας ἤλπιζε τὰς πόλεις ὁρμήσειν πρὸς τὴν ἀπὸ Ῥωμαίων ἀπόστασιν. ἕως γὰρ τότε δυσὶ μάχαις ἤδη λελειμμένων αὐτῶν, οὐδεμία πόλις ἀπέστη τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν πρὸς Καρχηδονίους, ἀλλὰ διετήρουν τὴν πίστιν, καίπερ ἔνιαι πάσχουσαι κακῶς. Ἐξ ὧν καὶ παρασημήναιτ' ἄν τις τὴν κατάπληξιν καὶ καταξίωσιν παρὰ τοῖς συμμάχοις τοῦ Ῥωμαίων πο- 91
λιτεύματος. οὐ μὴν ἀλλ' ὅ γε Ἀννίβας εἰκότως ἐπὶ τούτους κατήντα τοὺς λογισμούς. τὰ γὰρ πεδία τὰ κατὰ Καπύην ἐπιφανέστατα μέν ἐστι τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ διὰ τὸ κάλλος, καὶ διὰ τὸ πρὸς αὐτῇ κεῖσθαι τῇ θαλάττῃ, καὶ τούτοις τοῖς ἐμπορίοις χρῆσθαι, εἰς ἃ σχεδὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης καταντρέχουσιν οἱ πλέοντες εἰς Ἰταλίαν· περιέχουσι δὲ καὶ τὰς ἐπιφανεστάτας καὶ καλλίστας πό-

λεις τῆς Ἰταλίας ἐν αὐτοῖς. τὴν μὲν γὰρ παραλίαν αὐτῶν Σινυεσσάνοι καὶ Κυμαῖοι καὶ Δικαιαρχῖται νέμονται, πρὸς δὲ τούτοις Νεαπολῖται, τελευταῖον δὲ τὸ τῶν Νουκερινῶν ἔθνος. τῆς δὲ μεσογαίου, τὰ μὲν πρὸς τὰς ἄρκτους Καλήνοι καὶ Τυανῖται κατοικοῦσι· τὰ δὲ πρὸς ἕω καὶ μεσημβρίαν, Δαύνιοι καὶ Νωλαῖοι. κατὰ μέσα δὲ τὰ πεδία κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πασῶν ποτὲ μακαριωτάτην γεγενημένην πόλιν Καπύην. ἐπιεικέστατος δὲ καὶ παρὰ τοῖς μυθογράφοις ὁ περὶ τούτων τῶν πεδίων λέγεται λόγος· προσαγορεύεται δὲ καὶ ταῦτα Φλεγραῖα, καθάπερ καὶ ἕτερα τῶν ἐπιφανῶν πεδίων· θεούς γε μὴν μάλιστα περὶ τούτων εἰκὸς ἐρικέναι, διὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. ἅμα δὲ τοῖς προειρημένοις ὀχυρὰ δοκεῖ καὶ δυσέμβολα τελέως εἶναι τὰ πεδία· τὰ μὲν γὰρ θαλάττῃ, τὸ δὲ πλέον ὄρεσι μεγάλοις πάντῃ καὶ συνεχέσι περιέχεται, δι᾽ ὧν εἰσβολαὶ τρεῖς ὑπάρχουσι μόνον ἐκ τῆς μεσογαίου στεναὶ καὶ δύσβατοι· μία μὲν ἀπὸ τῆς Σαυνίτιδος, δευτέρα δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ Ἐριβανοῦ, ἡ δὲ κατάλοιπος ἀπὸ τῶν κατὰ τοὺς Ἱρπινοὺς τόπων. διόπερ ἔμελλον εἰς ταῦτα καταστρατοπεδεύσαντες ὥσπερ εἰς θέατρον οἱ Καρχηδόνιοι, καταπλήξεσθαι μὲν τῷ παραλόγῳ πάντας· ἐκθεατριεῖν δὲ τοὺς πολεμίους φυγομαχοῦντας· αὐτοὶ δὲ ἐξ ὁμολόγου φανήσεσθαι τῶν ὑπαίθρων κρατοῦντες.

92 Ἀννίβας μὲν οὖν τοιούτοις χρησάμενος λογισμοῖς, καὶ διελθὼν ἐκ τῆς Σαυνίτιδος τὰ στενὰ κατὰ τὸν Ἐριβιανὸν καλούμενον λόφον, κατεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Ἄθυρνον ποταμὸν, ὃς σχεδὸν δίχα διαιρεῖ τὰ

oram enim maritimam Campaniæ Sinueſſani, Cumani, & Puteolani colunt: item Neapolitani & noviſſima omnium gens Nucerina. in mediterraneis ad Septentrionem ſunt Caleni & qui Teanum habent: ad ortum & meridiem Appuli & Nolani. in mediis campis ſita Capua eſt, civitas quæ omnes alias felicitate quondam ſuperabat. eſtque adeo cum primis probabile, quod in fabulis de hiſce campis narratur: nam & hi quoque Phlegræi nominati ſunt, ut & alii præcipua bonitate inſignes. & ſane de his potiſſimum deos inter ſe pugnaſſe ſimile vero eſt, propter eorum amœnitatem ac præſtantiam. Accedit ad ea quæ diximus; quod natura ſua hæc loca ſunt munita, & in hos campos aditus eſt difficillimus; cinguntur enim ex aliqua parte mari, ex majore vero montibus ubique magnis & continuis: per quos venientibus è mediterraneis tres dumtaxat viæ patent, eæque anguſtæ & difficiles. Prima eſt, qua venitur è Samnio; altera ex Eribano; poſtrema è regione Hirpinorum. Quamobrem ſperabant Carthaginienſes, ſi eam partem Italiæ, ceu quoddam theatrum, inſiderent, ipſa inopinati caſus novitate omnes iri perterritum: & quaſi in ſcena ſe hoſtium ignaviam detrectantium pugnam, eſſe publicaturos: quum interim dubitaturus eſſet nemo, quin omnia, quę extra munimenta forent, in poteſtatem ipſi haberent. Hæc igitur cogitans Hannibal, poſtquam è Samnio ejus collis, quem Eribanū vocant, fauces tranſiſſet, propter amnem Athurnum qui me-

qui medios fere campos illos ſecat, ab eo latere quod Italiam ſpectat, caſtra communivit: unde ſine periculo regionem omnem populationibus devaſtabat. Admiratus eſt vehementer & Fabius iſtud conſilium atque audaciam: quo magis in priore ſua ſententia confirmabatur. Minutius contra, & omnes cum eo totius exercitus tribuni ductoreſque ordinum, rati loco opportuno hoſtem eſſe deprehenſum; ſumma contentione feſtinandum in Campaniam cenſebant, neque committendum, ut nobiliſſima Italiæ pars impune devaſtaretur. Fabius quoad in ea loca perveniſſet, feſtinatò agmen ducens, eandem cum cæteris alacritatem & pugnæ aviditatem ſimulatè præ ſe ferebat. ubi vero agro Falerno appropinquavit, ad radices montium exercitum oſtendens, quantum hoſtis progrediebatur, tantum ipſe è regione procedebat: ne ſociis videri poſſent Romani, metu hoſtis concedere intra munimenta eſſe coacti: in æquum copias nunquam deducebat: à juſtis præliis ſe abſtinens, tum ob eas quas commemoravi cauſſas; tum quia ſine controverſia longe melior equitatu Pœnus erat. Hannibal, tot indignitatibus tentato hoſte, univerſam Campaniam perpopulatus, prędaque immenſa coacta, ad movenda caſtra ſe comparabat. Cupiebat enim prædam captam non perdere, ſed alicubi in tuto collocare, ubi etiam poſſet hibernare: ut non in præſens tantum largam genio indulgendi copiam ſuus exercitus haberet: ſed porrò etiam omnibus rebus neceſſariis indeſinenter abundaret. Fabius hinc

περιειρημένα πεδία. καὶ τὴν μὲν παρεμβολὴν ἐκ τοῦ πρὸς τὴν Ῥώμην μέρους εἶχε, τοὺς δὲ προνομεύοντας ἐπιτρέχων ἐπόρθει τὸ πεδίον ἀδεῶς. Φάβιος δὲ καταπεπλήκτο μὲν τὴν ἐπιβολὴν καὶ τόλμαν τῶν ὑπεναντίων, καὶ τόσῳ δὲ μᾶλλον ἐπὶ τῶν κεκριμένων ἔμενεν. ὁ δὲ συνάρχων αὐτοῦ Μάρκος, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὸ στρατόπεδον χιλίαρχοι καὶ ταξίαρχοι, νομίζοντες ἐν καλῷ τοὺς πολεμίους ἀπειληφέναι, σπεύδειν ᾤοντο δεῖν, καὶ συνάπτειν εἰς τὰ πεδία, καὶ μὴ περιορᾶν τὴν ἐπιφανεστάτην χώραν δῃουμένην. Φάβιος δὲ μέχρι μὲν τοῦ συνάψαι τοῖς τόποις, ἔσπευδε καὶ συνυπεκρίνετο τοῖς προθύμως καὶ φιλοκινδύνως διακειμένοις. ἐγγίσας δὲ τῷ Φαλέρνῳ, ταῖς μὲν παρωρείαις ἐπιφαινόμενος, ἀντιπαρῆγε τοῖς πολεμίοις, ὥστε μὴ δοκεῖν τοῖς αὐτῶν συμμάχοις ἐκχωρεῖν τῶν ὑπαίθρων. εἰς δὲ τὸ πεδίον οὐ καθίει τὴν δύναμιν, εὐλαβούμενος τοὺς ὁλοσχερεῖς κινδύνους, διά τε τὰς προειρημένας αἰτίας, καὶ διὰ τὸ προφανῶς ἱπποκρατεῖν παρὰ πολὺ τοὺς ὑπεναντίους. Ἀννίβας δὲ ἐπειδὴ καταπειράσας τῶν πολεμίων, καὶ καταφθείρας πᾶν τὸ πεδίον, ἤθροισε λείας ἄπλετόν τι πλῆθος, ἐγίνετο πρὸς ἀναζυγὴν βουλόμενος μὴ καταφθεῖραι τὴν λείαν, ἀλλ' εἰς τοιοῦτον ἀποθέσθαι τόπον, ἐν ᾧ καὶ τὴν παραχειμασίαν δυνήσεται ποιήσασθαι: ἵνα μὴ μόνον κατὰ τὸ παρὸν εὐωχίαν· ἀλλὰ καὶ συνεχῶς δαψίλειαν ἔχῃ τῶν ἐπιτηδείων τὸ στρατόπεδον. Φάβιος δὲ καὶ κατανοῶν αὐτοῦ τὴν ἐπιβολήν, ὅτι

προχειρίζεται ποιεῖσθαι τὴν ἐπάνοδον, ᾗπερ ἐποιήσατο καὶ τὴν εἴσοδον· καὶ θεωρῶν τοὺς τόπους στενοὺς ὄντας, καὶ καθ' ὑπερβολὴν εὐφυεῖς πρὸς ἐπίθεσιν· ἐπ' αὐτῆς μὲν τῆς διεκβολῆς περὶ τετρακισχιλίους ἐπέστησε, παρακαλέσας χρήσασθαι τῇ προθυμίᾳ σὺν καιρῷ, μετὰ τῆς τῶν τόπων εὐφυΐας. αὐτὸς δὲ τὸ πολὺ μέρος ἔχων τῆς δυνάμεως, ἐπί τινα λόφον ὑπερδέξιον πρὸ τῶν στενῶν κατεστρατοπέδευσε.

93 Παραγινομένων δὲ τῶν Καρχηδονίων, καὶ ποιησαμένων τὴν παρεμβολὴν ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, ὑπ' αὐτὴν τὴν παρώρειαν, τὴν μὲν λείαν αὐτῶν ἤλπισεν ἀδηρίτως περισυρεῖν· ὡς δὲ τὸ πολὺ καὶ τοῖς ὅλοις πέρας ἐπιθήσειν διὰ τὴν τῶν τόπων εὐκαιρίαν. καὶ δὴ περὶ ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἐγίνετο τοῖς διαβουλίοις, διανοούμενος πῇ καὶ πῶς χρήσεται τοῖς τόποις, καὶ τίνες καὶ πόθεν πρῶτον ἐγχειρήσουσι τοῖς ὑπεναντίοις. Ἀννίβας δὲ ταῦτα πρὸς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν παρασκευαζομένων τῶν πολεμίων, συλλογιζόμενος ἐκ τῶν εἰκότων, οὐ δέδωκε χρόνον, οὐδ' ἀναστροφὴν ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτῶν. ἀνακαλεσάμενος δὲ τὸν ἐπὶ τῶν λειτουργικῶν τεταγμένον Ἀσδρούβαν, παρήγγειλε λαμπάδας δεσμεύειν ἐκ τῆς ξηρᾶς καὶ παντοδαπῆς ὕλης κατὰ τάχος ὡς πλείστας· καὶ τῶν ἐργατῶν βοῶν ἐκλέξαντας ἐκ πάσης τῆς λείας τοὺς εὐρωστοτάτους εἰς δισχιλίους, ἀθροίσαι πρὸ τῆς παρεμβολῆς. γενομένου δὲ τούτου συναγαγὼν ὑπέδειξε τοῖς λειτουργοῖς ὑπερβολήν τινα μεταξὺ κειμένην τῆς αὐτοῦ στρατοπεδείας καὶ τῶν στενῶν, δι' ὧν ἔμελλε ποιεῖσθαι τὴν

conſilium Pœni animadvertens, eadem qua intraverat via redire cogitantis: inde anguſtias locorum ad inſidias natorum animo reputans; quatuor ſuorum millia arctum illum tranſitum inſidere jubet; hortatus, ut quam pridem expetebant pugnam, occaſione locorum tam opportunorum probe utentes, ubi commodum foret, capeſſerent. ipſe cum magna exercitus parte, in colle, qui anguſtiis illis imminet, conſedit. Quum adveniſſent Carthaginienſes, & in æquo ſub ipſas montis radices caſtra communiſſent; prædam quidem ſine ullo diſcrimine ſe averſurum Romanus ſperabat: ſed ſi fortuna magis ſecunda aſpiraret, etiam univerſo bello in tanta locorum opportunitate finem impoſiturum. Totus igitur in his rebus atque hujuſmodi conſiliis erat Fabius: quæ loca eligeret, quomodo ad inſidias militem locaret, quos & unde primum in hoſtem cooriri juberet, conſultans. Sed quum in diem ſequentem ſuos apparatus referrent Romani; Hannibal conjectura animi rem aſſecutus, ad exſequenda, quæ cogitaverant, tempus atque otium non dedit. quin accito Aſdrubale operarum militarium præfecto, negotium dat illi, ut faces quam plurimas raptim conficiat ex colligatis faſcibus lignorum ſiccorum cujuſcunq; generis: ſelectoſque ex univerſa præda boves operi aſſuetos ad bis mille quàm robuſtiſſimos pro caſtris cogat. quod ubi factum eſt, operis militaribus medium quoddam jugum oſtendit inter caſtra ſua & anguſtias, per quas tranſiturus erat. eò boves

eò boves naviter ac per vim agi, poſtquam ſignum eſſet datum, jubet, donec ad cacumina foret perventum. poſt hæc verba, cœnare & ad quietem ſe recipere omnibus præcipit. deinde tertia noctis vigilia jam inclinante, ipſe operas educit, & boum cornibus faces alligari imperat. quod quum repente propter multitudinem miniſtrorum eſſet peractum, faces omnes accendendi ſignum dat, & armenta in adverſos concitandi montes. horum à tergo haſtatos ſequi jubet, datque eis mandatum, ut operas quæ boves agebant, aliquandiu adjuvarent: ſed ubi primum ad curſum ſe armenta incitarint, ad latera devertant, & cum ſtrepitu concurrentes loca ſuperiora invadant, ſummaque juga occupent: ut ſicubi in iis hoſtes occurrant, defenſionem parent, & manum cum illis conſerant. Eodem tempore ipſe ad fauces & tranſitum ſaltus ducit. Præcedebat in eo agmine gravis armis pedes; ſequebatur equitatus; deinde præda; noviſſimi omnium Hiſpani & Galli. Romani qui ad tranſitum ſaltus locati erant, ubi ignes ad juga accedentes conſpexerunt, ea tranſire Hannibalem rati, relictis anguſtiis ubi in ſtatione erant, ad ſumma juga accurrunt: deinde armentis appropinquantes, quid rei eſſent iſti ignes neſciebant: majoraque & graviora veris pericula capitibus ſuis imminentia fingebant. mox cum haſtatis qui eodem pervenerant levi prælio habito, bobus in medias acies incurrentibus, diviſi ambo in

πορείαν. πρὸς ἣν ἐκέλευεν προσελαύνειν τοὺς βοῦς ἐνεργῶς καὶ μετὰ βίας, ὅταν δοθῇ τὸ παράγγελμα, μέχρι συνάψωσι ταῖς ἄκραις. μετὰ δὲ τοῦτον δειπνοποιησαμένοις, ἀναπαύεσθαι καθ' ὥραν παρήγγειλε πᾶσιν. ἅμα δὲ τῷ κλῖναι τὸ τρίτον μέρος τῆς νυκτός, εὐθέως ἐξῆγε τοὺς λειτουργούς, καὶ προσδεῖν ἐκέλευσε πρὸς τὰ κέρατα τοῖς βουσὶ λαμπάδας. ταχὺ δὲ τούτου γινομένου διὰ τὸ πλῆθος, ἀνάψαι παρήγγειλε πάσας, καὶ τοὺς μὲν βοῦς ἐλαύνειν καὶ προσβάλλειν παρὰ τὰς ἀκρωρείας ἐπέταξε· τοὺς δὲ λογχοφόρους κατόπιν ἐπιστήσας, τούτοις ἕως μέν τινος συνεργεῖν παρεκελεύετο τοῖς ἐλαύνουσιν. ὅταν δὲ τὴν πρώτην ἅπαξ ὁρμὴν λάβῃ τὰ ζῶα, παρατρέχοντας παρὰ τὰ πλάγια, καὶ συγκρούοντας ἅμα τῶν ὑπερδεξίων ἀντέχεσθαι τόπων, καὶ προκαταλαμβάνειν τὰς ἀκρωρείας ἵνα παραβοηθῶσι καὶ συμπλέκωνται τοῖς πολεμίοις, ἐάν που συναντῶσι πρὸς τὰς ὑπερβολάς. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, αὐτὸς ἀναλαβὼν πρῶτα μὲν τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, ἐπὶ τούτοις τοὺς ἱππεῖς, ἑξῆς δὲ τὴν λείαν, ἐπὶ δὲ πᾶσι τοὺς Ἴβηρας καὶ Κελτούς, ἧκε πρὸς τὰ στενὰ καὶ τὰς διεκβολάς. τῶν δὲ Ῥωμαίων, οἱ μὲν ἐπὶ τοῖς στενοῖς 94
φυλάττοντες, ἅμα τῷ συνιδεῖν τὰ φῶτα προσβάλλοντα πρὸς τὰς ὑπερβολάς, νομίσαντες ταύτῃ ποιεῖσθαι τὴν ὁρμὴν τὸν Ἀννίβαν, ἀπολιπόντες τὰς δυσχωρίας, παρεβοήθουν τοῖς ἄκροις. ἐγγίζοντες δὲ τοῖς βουσίν, ἠπόρουν διὰ τὰ φῶτα, μεῖζόν τι τοῦ συμβαίνοντος καὶ δεινότερον ἀναπλάττοντες καὶ προσδοκῶντες. ἐπιγινομένων δὲ τῶν λογχοφόρων, οὗτοι μὲν βραχέα πρὸς ἀλλήλους ἀκροβολισάμενοι, τῶν βοῶν αὐτοῖς ἐμπιπτόντων, ἔμειναν

διαστάντες ἐπὶ τῶν ἄκρων ἀμφοτέρων, καὶ περιμένειν καραδοκοῦντες τὴν ἐπιφάνειαν τῆς ἡμέρας, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι γνῶναι τὸ γινόμενον. Φάβιος δὲ τὰ μὲν ἀπορούμενος ἐπὶ τῷ συμβαίνοντι, καὶ κατὰ τὸν ποιητήν, ὀισάμενος δόλον εἶναι· τὰ δὲ κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν οὐδαμῶς κρίνων ἐκκυβεύειν, οὐδὲ παραβάλλεσθαι τοῖς ὅλοις; ἦγε τὴν ἡσυχίαν ἐπὶ τῷ χάρακι, καὶ προσεδέχετο τὴν ἡμέραν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Ἀννίβας, προχωρούντων αὐτῷ τῶν πραγμάτων κατὰ τὴν ἐπιβολήν, τήν τε δύναμιν διεκόμισε διὰ τῶν στενῶν, μετ' ἀσφαλείας καὶ τὴν λείαν, λελοιπότων τοὺς τόπους τῶν παραφυλαττόντων τὰς δυσχωρίας· ἅμα δ' ἐπὶ φωτὶ συνιδὼν τοὺς ἐν τοῖς ἄκροις ἀντικαθημένους τοῖς λογχοφόροις, ἐπαπέστειλε τινὰς τῶν Ἰβήρων· οἳ καὶ συμμίξαντες, κατέβαλον μὲν τῶν Ῥωμαίων εἰς χιλίους· ῥᾳδίως δὲ τοὺς παρὰ σφῶν εὐζώνους ἐκδεξάμενοι κατεβίβασαν. Ἀννίβας μὲν οὖν τοιαύτην ἐκ τοῦ Φαλέρνου ποιησάμενος τὴν ἔξοδον, λοιπὸν ἤδη στρατοπεδεύων ἀσφαλῶς, κατεσκέπτετο καὶ προενοεῖτο περὶ τῆς χειμασίας, ποῦ καὶ πῶς ποιήσεται· μέγαν φόβον καὶ πολλὴν ἀπορίαν παρεστακὼς ταῖς πόλεσι, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἀνθρώποις. Φάβιος δὲ κακῶς μὲν ἤκουε παρὰ τοῖς πολλοῖς, ὡς ἀνάνδρως ἐκ τοιούτων τόπων προέμενος τοὺς ὑπεναντίους· οὐ μὴν ἀφίστατό γε τῆς προθέσεως· καὶ ἀναγκασθεὶς δὲ μετ' ὀλίγας ἡμέρας, ἐπί τινας ἀπελθεῖν θυσίας εἰς τὴν Ῥώμην, παρέδωκε τῷ συνάρχοντι τὰ στρατόπεδα, καὶ πολλὰ χωριζόμενος ἐνετείλατο

jugis conſtiterunt, ac lucis ortum cupidis animis præſtolantes, quoniam videre, quæ fierent, non poterant, quieti ſe continuerunt. Fabius, partim anxius quod neſciret quid ſibi iſtud vellet, atque ut ait poëta, eſſe dolum quia credidit hoſtis: partim ſuſceptæ à principio ſententiæ memor, aleam jacere & periculum ſummæ rerum facere nolens, & ipſe diem exſpectans ſuos munimentis tenuit. Interea Hannibal rebus uti propoſuerat ſuccedentibus, quum ſtationes in faucibus locatæ præſidio exceſſiſſent, & exercitum & prædam per ſaltum traduxit. atque ut prima luce animadvertit ſuis haſtatis periculum imminere ab iis Romanis, qui cacumina inſidebant, manum Hiſpanorum adverſus eos miſit: qui certamine cum illis inito, mille circiter Romanorum proſtraverunt: ſuos vero expeditos non difficulter exceptos è montibus deduxerunt. Hoc egreſſus modo Hannibal ex agro Falerno, tuta jam ab hoſte caſtra habens, locum hibernis circumſpectabat, deque ea re conſultabat, ubi & quomodo eſſet illa acturus: tanto terrore urbibus & univerſis Italiæ cultoribus injecto, ut quo ſe verterent neſcirent. Fabium vero multitudo ſermonibus differre; quaſi per ignaviam è locis adeo opportunis Pœnos elabi paſſus eſſet. ille contra nihilo ſecius tenax propoſiti ſibi conſtare. qui poſt paucos dies ſacrorum cauſſa quum Romam revocaretur, legiones Minucio tradens, etiam atque etiam in diſceſſu illi mandavit, ut plus in eo ſtudii po-

dii poneret, quò ne detrimentum ullum ſuus exercitus acciperet, quàm ut hoſtem læderet. quod præceptum Marcus adeo ad animum non revocavit, ut priuſquam Dictator loqui deſiiſſet, totus & mente & animo in eo eſſet, ut temere quidvis auderet ac pugnæ diſcrimen ſubiret. Et in Italia quidem facies rerum hæc erat: in Hiſpania vero quo tempore hæc gerebantur, Aſdrubal qui eam cum exercitu obtinebat, inſtructis per hiemem triginta navibus, quas à fratre acceperat, decemque aliis ad eum numerum adjectis cum remigio, principio æſtatis cum quadraginta armatarum navium claſſe, cui Amilcarem præfecerat, Carthagine nova ſolvit: ſimul copias pedeſtres ex hibernis accivit; atque ita profectus, naves prope terram, exercitum in littore ducebat: habens in animo, utrumque exercitum prope amnem Iberum conjungere. Cnæus conſilio Carthaginienſium cognito, conſtituerat primò ex hibernis obviam hoſti procedere: ſed ut multitudinem hoſtilium copiarum & apparatus magnitudinem fama narrante accepit: improbata priore ſententia de terreſtri occurſu, quinque & triginta navium claſſem remigio inſtruit; & fortiſſimis quibuſque ex omni copiarum pedeſtrium numero in uſum claſſici militis ſelectis, ire obviam hoſti pergit. Altero ab Tarracone die ad proxima oſtiis Iberi amnis loca, & ſtationem decem millia paſſuum ab hoſte diſtantem, pervenit: unde duas ſpeculatorias Maſſi-

μὴ τοιαύτην ποιεῖσθαι σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ βλάψαι τοὺς πολεμίους, ἡλίκην ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αὐτοὺς παθεῖν δεινόν. ὧν οὐδὲ μικρὸν ἐν νῷ τιθέμενος Μάρκος, ἔτι λέγοντος αὐτοῦ ταῦτα, πρὸς τὸ παραβάλλεσθαι καὶ τὸ διακινδυνεύειν ὅλος καὶ πᾶς ἦν. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν 95
Ἰταλίαν, τοιαύτην εἶχε τὴν διάθεσιν. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ταῖς προειρημέναις πράξεσιν Ἀσδρούβας ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς Ἰβηρίας στρατηγὸς, καταρτίσας ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τὰς ὑπὸ τἀδελφοῦ καταλειφθείσας τριάκοντα ναῦς, καὶ δέκα προσπληρώσας ἄλλας ἀρχομένης τῆς θερείας, ἀνήχθη τετταράκοντα ναυσὶ καταφράκτοις ἐκ Καινῆς πόλεως, προχειρισάμενος Ἀμίλκαν τοῦ στόλου ναύαρχον· ἅμα δὲ καὶ τὴν πεζὴν ἐκ τῆς παραχειμασίας ἠθροικὼς δύναμιν, ἀνέζευξε· καὶ ταῖς μὲν ναυσὶ παρὰ τὴν χέρσον ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, τοῖς δὲ πεζοῖς τὴν πορείαν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, σπεύδων ἀμφοτέραις ἅμα ταῖς δυνάμεσι καταζεῦξαι πρὸς τὸν Ἴβηρα ποταμόν. Γνάϊος δὲ τὰς ἐπιβολὰς συλλογιζόμενος τῶν Καρχηδονίων, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλετο κατὰ γῆν ἐκ τῆς παραχειμασίας ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν· ἀκούων δὲ τὸ πλῆθος τῶν δυνάμεων, καὶ τὸ μέγεθος τῆς παρασκευῆς, τὸ μὲν κατὰ γῆν ἀπαντᾶν ἀπεδοκίμασε· συμπληρώσας δὲ πέντε καὶ τριάκοντα ναῦς· καὶ λαβὼν ἐκ τοῦ πεζικοῦ στρατεύματος τοὺς ἐπιτηδειοτάτους ἄνδρας πρὸς τὴν ἐπιβατικὴν χρείαν ἀνήχθη. καὶ κατῆρε δευτεραῖος ἐκ Ταρράκωνος εἰς τοὺς περὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν τόπους· καθορμισθεὶς δὲ τῶν πολεμίων ἐν ἀποστήματι περὶ τοὺς ὀγδοήκοντα σταδίους, προαπέστειλε κατασκεψομένας δύο ναῦς ταχυπλοούσας Μασ-

σαλιωτικάς· καὶ γὰρ προηγούμενοι καὶ προεκινδύνευον οὗτοι, καὶ πάνυ ἀποτόμως σφίσι παρείχοντο τὴν χρείαν. εὐγενῶς γὰρ εἰ καί τινες ἕτεροι κεκοινωνήκασι Ῥωμαίοις πραγμάτων οἱ Μασσαλιῶται, πολλάκις μὲν καὶ μετὰ ταῦτα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸν Ἀννιβαϊκὸν πόλεμον. Διασαφησάντων δὲ τῶν ἐπὶ τὴν κατασκοπὴν ἐκπεμφθέντων, ὅτι περὶ τὸ στόμα τοῦ ποταμοῦ συμβαίνει τὸν τῶν ὑπεναντίων ὁρμεῖν στόλον, ἀνήγετο κατὰ σπουδὴν, βουλόμενος ἄφνω προσπεσεῖν τοῖς

96 πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν σημηνάντων αὐτοῖς τῶν σκοπῶν ἐκ πολλοῦ τὸν ἐπίπλουν τῶν ὑπεναντίων, ἅμα τὰς πεζικὰς ἐξέταττον δυνάμεις παρὰ τὸν αἰγιαλὸν, καὶ τοῖς πληρώμασι παρήγγελλον ἐμβαίνειν εἰς τὰς ναῦς. ἤδη δὲ καὶ τῶν Ῥωμαίων συνεγγὺς ὄντων σημήναντες πολεμικὸν, ἀνήγοντο κρίναντες ναυμαχεῖν. συμβαλόντες δὲ τοῖς πολεμίοις, βραχὺν μέν τινα χρόνον ἀντεποιήσαντο τῆς νίκης. μετ᾽ οὐ πολὺ δὲ πρὸς τὸ κλίνειν ὥρμησαν. ἡ γὰρ ἐφεδρεία τῶν πεζῶν ἡ περὶ τὸν αἰγιαλὸν, οὐχ οὕτως αὐτοὺς ὤνησε θάρσος παριστάνουσα πρὸς τὸν κίνδυνον, ὡς ἔβλαψε, τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας ἑτοίμην παρασκευάζουσα. πλὴν δύο μὲν αὐτάνδρους νῆας ἀποβαλόντες, τεττάρων δὲ τοὺς ταρσοὺς καὶ τοὺς ἐπιβάτας, ἔφυγον ἐγκλίναντες εἰς τὴν γῆν. ἐπικειμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων αὐτοῖς ἐνθύμως, τὰς μὲν ναῦς ἐξέβαλον εἰς τὸν αἰγιαλόν· αὐτοὶ δ᾽ ἀποπηδήσαντες ἐκ τῶν πλοίων, ἐσώζοντο πρὸς τοὺς παρατεταγμένους. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τολμηρῶς συνεγγίσαντες τῇ γῇ, καὶ τὰ δυνάμενα κινεῖσθαι τῶν πλοίων

lienſium præmiſit: qui periculis primi ſe objectantes, claſſem præcedebant, & prærupta quadam utentes audacia, maximo illis ad omnia uſui erant. Conſtanter enim Maſſilienſes, ut ſi qui alii, tum poſtea ſæpe, tum hoc maxime bello adverſus Hannibalem, conſilia cum Romanis conſociarunt. Referentibus qui ſpeculatum miſſi fuerant, claſſem Punicam ſtare in oſtio fluminis: ut improvidos incautoſque opprimeret, ſublatis ancoris ad hoſtem vadit. Aſdrubali multo ante ſignum è ſpeculis datum erat, quo de adventu claſſis hoſtilis monebatur. itaque & terreſtres ſimul in littore copias in aciem inſtruebat; & ut remigium naves conſcenderet, imperabat. poſtquam Romana claſſis haut procul jam à Punicis aberat, tubicinibus claſſicum canentibus parati confligere hoſtem Carthaginienſes petunt. qui prælio commiſſo, ubi aliquandiu pro victoria certaſſent, mox in fugam inclinarunt. Subſidium enim peditum in littore ob oculos illis poſitum, non tantum illos juvit, ut forti animo prælium capeſſerent; quantum eò nocuit, quod ſalutis ſpem paratam illis oſtendebat. Igitur, poſtquam cum ipſis viris naves duas amiſiſſent; quatuor aliarum remi eſſent deterſi, milites occiſi, re inclinata in terram fugerunt. preſſi deinde ab inſtantibus acerrime Romanis, in littus paſſim naves agunt: ipſi in terram ſaltu ſe ejiciunt, & ad ſuorum aciem in littore ſtantem evadunt. Romani intrepide ad littus accedunt. & omnes quæ moveri potuerunt naves religatas puppibus ſe-

bus ſecum abducunt; gaudio incredibili exultantes, quod primo impetu hoſtes viciſſent, toto illius oræ mari potirentur, naves adverſariorum quinque & viginti in poteſtate haberent. Poſt hanc victoriam meliore loco res Romanorum in Hiſpania eſſe ceperunt. At Carthaginienſes nuntio de hac clade accepto, aptas extemplo inſtructaſque remigio naves ſeptuaginta emiſerunt: neceſſarium ad omnia ſua incepta rati, ut maris imperium retinerent. Ea claſſis primò in Sardiniam, inde Piſas in Italia appulit: ſperantibus qui vehebantur, ſe eo loci cnm Hannibale collocuturos. Sed quum Romani ex ipſa urbe centum viginti navium longarum quinqueremium claſſe adverſus eos profecti eſſent: audita eorum profectione Carthaginienſes, in Sardiniam mox, atque inde Carthaginem ſunt reverſi. Cn. Servilius imperator claſſis Romanæ, ſpe dimicandi cum Carthaginienſibus aliquandiu eos inſecutus, poſtquam illi longius erant provecti, incepto deſtitit. Ac primo Lilybæum in Siciliam cum claſſe venit: deinde in Cercinam Africæ inſulam, navigavit. ibi accepta pecunia ab incolis ne agrum popularetur, poſtea curſum repetiit. in tranſitu Coſſyrum inſulam cepit, & in oppidulum illius præſidium impoſuit: atque ita Lilybæum redit: ubi poſtquam naves in portum ejeciſſet, ipſe mox ad terreſtres copias trajecit. Senatus cognita victoria quam Cnæus è navali prælio repor-

ἀναδησάμενοι, μετὰ χαρᾶς ὑπερβαλλούσης ἀπέπλεον, νενικηκότες μὲν ἐξ ἐφόδου τοὺς ὑπεναντίους, κρατοῦντες δὲ τῆς θαλάττης, εἴκοσι δὲ καὶ πέντε ναῦς ἔχοντες τῶν πολεμίων. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀπὸ τούτων, κυδεστέρας εἰλήφει τοῖς Ῥωμαίοις τὰς ἐλπίδας, διὰ τὸ προειρημένον κατόρθωμα. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι προσπεσόντος αὐτοῖς τοῦ γεγονότος ἐλαττώματος, παραχρῆμα πληρώσαντες ἑβδομήκοντα νῆας ἐξαπέστειλαν· κρίναντες ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς πάσας τὰς ἐπιβολὰς, ἀντέχεσθαι τῆς θαλάττης. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, εἰς Σαρδόνα· ἐκεῖθεν δὲ, πρὸς τοὺς περὶ Πίσας τόπους τῆς Ἰταλίας προσέβαλον, πεπεισμένων τῶν ἐπιπλεόντων, συμμίξειν ἐνθάδε τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν. ταχὺ δὲ τῶν Ῥωμαίων ἀναχθέντων ἐπ' αὐτοὺς ἐξ αὐτῆς τῆς Ῥώμης ἑκατὸν εἴκοσι σκάφεσι πεντηρικοῖς, πυθόμενοι τὸν ἀνάπλουν, οὗτοι μὲν αὖθις ἀπέπλευσαν εἰς τὴν Σαρδόνα· μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς Καρχηδόνα. Γνάϊος δὲ Σερουίλιος ἔχων τὸν προειρημένον στόλον, ἕως μέν τινος ἐπηκολούθει τοῖς Καρχηδονίοις συνάψειν πεπεισμένος. πολὺ δὲ καθυστερῶν, ἀπέγνω. καὶ τὸ μὲν πρῶτον τῆς Σικελίας Λιλυβαίῳ προσέσχε. μετὰ δὲ ταῦτα καταπλεύσας τῆς Λιβύης ὡς ἐπὶ τὴν Κερκινητῶν νῆσον, καὶ λαβὼν παρ' αὐτῶν χρήματα τοῦ μὴ πορθῆσαι τὴν χώραν ἀπηλλάγη. κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν γενόμενος κύριος νήσου Κοσσύρου, καὶ φρουρὰν εἰς πολισμάτιον εἰσαγαγὼν, αὖθις εἰς τὸ Λιλύβαιον κατῆρε. καὶ τὸ λοιπὸν, οὗτος μὲν αὐτοῦ συνορμίσας τὸν στόλον, μετ' οὐ πολὺν χρόνον αὐτὸς ἀνεκομίσθη πρὸς τὰς πεζικὰς δυνάμεις. Οἱ δ' ἐκ τῆς συγκλήτου πυθόμενοι 97
τὸ γεγονὸς προτέρημα διὰ τοῦ Γναΐου

περὶ τὴν ναυμαχίαν, καὶ νομίσαντες χρήσιμον εἶναι, μᾶλλον δ' ἀναγκαῖον, τὸ μὴ προΐεσθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἀλλ' ἐνίστασθαι τοῖς Καρχηδονίοις καὶ τὸν πόλεμον αὔξειν, προχειρισάμενοι ναῦς εἴκοσι, καὶ στρατηγὸν ἐπιστήσαντες Πόπλιον Σκιπίωνα κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, ἐξαπέστελλον μετὰ σπουδῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν Γνάιον, κοινῇ πράξοντα μετ' ἐκείνου τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν. Πάνυ γὰρ ἠγωνίων, μὴ κρατήσαντες Καρχηδόνιοι τῶν τόπων ἐκείνων, καὶ περιποιησάμενοι χορηγίας ἀφθόνους καὶ χεῖρας, ἀντιποιήσωνται μὲν τῆς θαλάττης ὁλοσχερέστερον· συνεπιθῶνται δὲ τοῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν, στρατόπεδα πέμποντες καὶ χρήματα τοῖς περὶ τὸν Ἀννίβαν. Διόπερ ἐν μεγάλῳ τιθέμενοι καὶ τοῦτον τὸν πόλεμον, ἐξαπέστελλον τάς τε ναῦς καὶ τὸν Πόπλιον. ὃς καὶ παραγενόμενος εἰς Ἰβηρίαν, καὶ συμμίξας τἀδελφῷ, μεγάλην παρείχετο χρείαν τοῖς κοινοῖς πράγμασιν. οὐδέποτε γὰρ πρότερον θαρρήσαντες διαβῆναι τὸν Ἴβηρα ποταμὸν, ἀλλ' ἀσμενίζοντες τῇ τῶν ἐπὶ τάδε φιλίᾳ καὶ συμμαχίᾳ, τότε διέβησαν, καὶ τότε πρῶτον ἐθάρρησαν ἀντιποιεῖσθαι τῶν πέραν πραγμάτων· μεγάλα καὶ τοῦ αὐτομάτου συνεργήσαντος σφίσι πρὸς τοὺς ἐνεστῶτας καιρούς. ἐπειδὴ γὰρ καταπληξάμενοι τοὺς περὶ τὴν διάβασιν οἰκοῦντας τῶν Ἰβήρων, ἧκον πρὸς τὴν τῶν Ζακανθαίων πόλιν, ἀποσχόντες σταδίους ὡς τετταράκοντα περὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν κατεστρατοπέδευσαν. λαβόντες τόπον εὐφυῶς κείμενον, πρός τε τὴν ἀπὸ τῶν πολεμίων ἀσφάλειαν, καὶ πρὸς τὴν ἐκ τῆς θαλάττης χορηγίαν. ὁμοῦ δὲ αὐτοῖς

taverat, utile rebus ſuis, imò neceſſarium ratus, ne res Hiſpaniæ negligerentur, ſed aucto in ea parte bello, Carthaginienſes premerentur: claſſe viginti navium parata, cui P. Scipionem præfecerunt, quod jam ab initio factum fuerat, ſummo ſtudio ad fratrem eum miſerunt; ut communi cum eo conſilio res Hiſpaniæ adminiſtraret. Non enim mediocriter anxius & ſollicitus erat Senatus, ne Carthaginienſes, ſi in poteſtatem ea loca ſemel redegiſſent, nacti copiam commeatuum rerumque omnium neceſſariarum, & majore conatu ad vindicandum ſibi mare accingerentur: & ſimul Italiam quoque adorirentur, exercitus ac pecuniam Hannibali ſuppeditantes. Iccirco Romani hoc quoque bellum ad profectum rerum ſuarum maximum momentum eſſe allaturum arbitrati, & claſſem & Publium in Hiſpaniam miſerunt. qui ubi eò pervenit, & fratri eſt conjunctus, publicam rem plurimum adjuvit. Nam qui tranſgredi Iberum nunquam auſi erant, & bene agi ſecum putabant, ſi populis cis amnem amicis ac ſociis uterentur; tunc primum ultra Iberum belli gerendi cauſſa proceſſerunt: non mediocriter in hoc incepto conatum ipſorum forte fortuna adjuvante. Ut enim iis perterrefactis, qui ad Iberi tranſitum habitabant, Saguntinorum urbi appropinquarunt, quinque millia ab oppido circa Veneris ædem caſtra faciunt; locum nacti & ab hoſtili incurſione tutum, & ad commeatus mari ſubvehendos percommodum. nam quantum ipſi terra,

terra, tantum & claſſis oram legens, mari progrediebatur. Ibi tum caſus contigit ejuſcemodi. Quo tempore in Italiam Hannibal proficiſcebatur, quotquot fere civitates erant, quarum fidem ſuſpectam haberet, obſides ab his accepit, clariſſimorum virorum filios. quos omnes Sagunti incolis tradidit cuſtodiendos; partim quia locus erat probe munitus, partim etiam fidem eorum ſecutus, quos ad præſidium urbis ibi relinquebat. Erat in his Hiſpanus quidam nomine Abilyx, celebritate nominis, & conditione vitæ nemini ſuorum popularium ſecundus: benevolentia vero & fide in Carthaginienſem populum longe alios omnes creditus ſuperare. Hic præſentem rerum ſtatum cernens, meliore loco ſpes Romanorum eſſe ratus, de obſidum proditione conſilium apud ſe iniit, homine Hiſpano & Barbaro dignum. Perſuaſus enim, magnum ſe apud Romanos eſſe poſſe, ſi opportuno tempore fidem ſuam illis probaſſet, magnumque aliquod emolumentum conciliaſſet, id agebat omni ſtudio, ut proditis Carthaginienſibus obſides Romanis traderet. Miſſus fuerat in hæc loca ab Aſdrubale Boſtar, unus è Carthaginienſibus ducibus, Romanos impediturus, ne flumen tranſgrederentur: quod quum ille tentare non eſſet auſus, ab Ibero recedens, ad Saguntum qua parte ejus agrum mare alluit, caſtra communiverat. Hunc virum norat Abilyx minime malum, natura levem, & qui ſibi fideret. Itaque de obſidibus cum Boſtare agit; & quoniam Iberum jam tranſierint Romani,

συνέβαινε καὶ τὸν στόλον ποιεῖσθαι τὸν παράπλουν· ἔνθα δὴ γίνεταί τις πραγμάτων περιπέτεια τοιάδε.

98 Καθ᾽ οὓς καιροὺς Ἀννίβας ἐποιεῖτο τὴν πορείαν εἰς τὴν Ἰταλίαν, ὅσαις πόλεσιν ἠπίστησε τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἔλαβε παρὰ τούτων ὁμήρους τοὺς υἱεῖς τῶν ἐπιφανεστάτων ἀνδρῶν· οὓς πάντας εἰς τὴν Ζακανθίων ἀπέθετο πόλιν· διά τε τὴν ὀχυρότητα, καὶ διὰ τὴν τῶν ἀπολειπομένων ἐπ᾽ αὐτῆς ἀνδρῶν πίστιν. Ἦν δέ τις ἀνὴρ Ἴβηρ, Ἀβίλυξ ὄνομα, κατὰ μὲν τὴν δόξαν, καὶ τὴν τοῦ βίου προστασίαν, οὐδενὸς δεύτερος Ἰβήρων· κατὰ δὲ τὴν πρὸς Καρχηδονίους εὔνοιαν καὶ πίστιν πολύ τι διαφέρειν δοκῶν τῶν ἄλλων. Οὗτος θεωρῶν τὰ πράγματα, καὶ νομίσας ἐπικυδεστέρας εἶναι τὰς τῶν Ῥωμαίων ἐλπίδας, συνελογίσατο παρ᾽ ἑαυτῷ περὶ τῆς τῶν ὁμήρων προδοσίας, συλλογισμὸν Ἰβηρικὸν καὶ Βαρβαρικόν. Πεισθεὶς γὰρ διότι δύναται μέγας γενέσθαι παρὰ Ῥωμαίοις, προσενεγκάμενος ἐν καιρῷ πίστιν ἅμα καὶ χρείαν, ἐγίνετο πρὸς τὸ παρασπονδήσας τοὺς Καρχηδονίους ἐγχειρίσαι τοὺς ὁμήρους τοῖς Ῥωμαίοις. Θεωρῶν δὲ τὸν Βώστορα τὸν τῶν Καρχηδονίων στρατηγόν, ὃς ἀπεστάλη μὲν ὑπ᾽ Ἀσδρούβα κωλύσων τοὺς Ῥωμαίους διαβαίνειν τὸν ποταμόν· οὐ θαρρήσας δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἀνακεχωρηκὼς ἐστρατοπεδεύκει τῆς Ζακάνθης ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν μέρεσι· τοῦτον μὲν ἄκακον ὄντα τὸν ἄνδρα καὶ πρᾶον τῇ φύσει, πιστῶς δὲ τὰ πρὸς αὐτὸν διακείμενον· ποιεῖται λόγους ὑπὲρ τῶν ὁμήρων πρὸς τὸν Βώστορα· φάσκων ἐπειδὴ διαβεβήκασι Ῥωμαῖοι

τὸν ποταμὸν, οὐκ ἔτι δύνασθαι Καρχηδονίους φόβῳ συνέχειν τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, προσδεῖσθαι δὲ τοὺς καιροὺς τῆς τῶν ὑποταττομένων εὐνοίας. Νῦν οὖν ἠγγικότων Ῥωμαίων, καὶ προσκαθεζομένων τῇ Ζακάνθῃ, καὶ κινδυνευούσης τῆς πόλεως, ἐὰν ἐξαγαγὼν τοὺς ὁμήρους ἀποκαταστήσῃ τοῖς γονεῦσι καὶ ταῖς πόλεσιν, ἐκλύσειν μὲν αὐτὸν τὴν Ῥωμαίων τὴν φιλοτιμίαν. τοῦτο γὰρ αὐτὸ καὶ μάλιστα σπουδάζειν ἐκείνους πρᾶξαι κυριεύσαντας τῶν ὁμήρων· ἐκκαλέσασθαι δὲ τὴν τῶν Ἰβήρων πάντων πρὸς Καρχηδονίους εὔνοιαν, προϊδόμενον τὸ μέλλον, καὶ προνοηθέντα τῆς τῶν ὁμήρων ἀσφαλείας, τήν τε χάριν αὐξήσειν ἔφη πολλαπλασίαν, αὐτὸς γενόμενος χειριστὴς τοῦ πράγματος. ἀποκαθιστάνων γὰρ εἰς τὰς πόλεις τοὺς παῖδας, οὐ μόνον τὴν παρ' αὐτῶν εὔνοιαν ἐπισπάσασθαι τῶν γεννησάντων· ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν πολλῶν, ὑπὸ τὴν ὄψιν τιθεὶς διὰ τοῦ συμβαίνοντος τὴν Καρχηδονίων πρὸς τοὺς συμμάχους αἵρεσιν καὶ μεγαλοψυχίαν. προσδοκᾶν δ' αὐτὸν ἐκέλευσε καὶ δώρων πλῆθος ἴδια παρὰ τῶν τὰ τέκνα κομιζομένων. παραδόξως γὰρ ἑκάστους ἐγκρατεῖς γινομένους τῶν ἀναγκαιοτάτων, ἅμιλλαν ποιήσασθαι τῆς εἰς τὸν κύριον τῶν πραγμάτων εὐεργεσίας. παραπλήσια δὲ τούτοις ἕτερα καὶ πλείω πρὸς τὸν αὐτὸν τρόπον διαλεχθεὶς, ἔπεισε τὸν Βώστορα, συγκατατίθεσθαι τοῖς λεγο-
99 μένοις. καὶ τότε μὲν ἐπανῆλθε ταξάμενος ἡμέραν ἣ παρέσται μετὰ τῶν ἐπιτηδείων πρὸς τὴν ἀνακομιδὴν τῶν παίδων. Παραγενόμενος δὲ νυ-

negat poſſe amplius Carthaginienſes metu Hiſpaniam obtinere: benevolentia populorum in hoc periculoſo rerum ſtatu illis opus eſſe. Nunc igitur, quando Romani Sagunto appropinquaverint, jamque adeo illam obſideant, & ſit urbs in periculo: ſi eductos inde obſides parentibus reſtituat, cum ambitioni Romanorum obſtiturum, qui id vel maxime ſtudeant, ut obſidibus potiti, gratiam parentum demereantur: tum & Hiſpanorum omnium animos in amorem Carthaginienſium pellecturum, quod futuri providus obſidum ſecuritati conſuluerit. Se quoq; beneficii gratiam multis partibus aucturum, ſi ejus negotii adminiſtratio ſibi fuerit demandata. obſides enim in ſuam quemq; urbem reſtituendo, non parentum modo benevolentiam Pœnis conciliaturum; ſed & ipſorum quoque populorum: dum ob oculos cuique poneret ſub tam memorabili exemplo, egregiam Carthaginienſium erga ſocios voluntatem, & munificentiam. ipſi quoque Boſtari magna privatim munera eſſe exſpectanda confirmabat, ab iis mittenda qui liberos receperint ſuos. ſcilicet omnes illos chariſſimis ſibi pignoribus præter ſuam ſpem potitos, de remunerando tanti beneficii auctore, in cujus manu rerum ſint habenæ, cum æmulatione inter ſe certaturos. Multa item alia his ſimilia locutus, tenuit, ut quæ dixerat Boſtari probaret. Poſt hæc die conſtituto, quo rediturus eſſet cum omnibus neceſſariis ad pueros reportandos, domum revertitur. Noctu clam deinde pro-

inde progreſſus ad Romana caſtra, conventis quibuſdam auxiliaribus Hiſpanis; per hos ad Scipiones eſt productus. his ubi pluribus demonſtraſſet, ſi obſides in poteſtate ſua haberent, fore omnino, ut ad eorum partes Hiſpani tranſitum faciant; pueros ipſis ſe traditurum pollicetur. Publio cum incredibili alacritate ſpem oſtenſam accipiente, magnaque ei præmia pollicente, die, tempore ac loco conſtituto, ubi præſtolaturi ipſum eſſent, qui excepturi erant, Saguntum redit. Secundum hæc aſſumptis ſecum amicis quos maxime idoneos putabat, ad Boſtarem venit; traditiſque ſibi pueris, nocte Sagunto egreditur, ut hoſtium cuſtodias falleret: quorum caſtra prætervectus, ad compoſitam horam locumque venit, & omnes obſides Romanis ducibus tradit. Publius magno in honore Abilycem habuit: ejuſque opera eſt uſus, quando obſides in ſuam quemque patriam reſtituit, miſſis cum eo ſuorum nonnullis. Abilyx fingulas urbes obiens, argumento iſtius puerorum reſtitutionis uſus, hinc clementiam & magnanimitatem Romanorum; hinc diffidens & atrox Carthaginienſium ingenium ob oculos omnibus ponens; exemplum ad hoc ſuum, qui ſocios mutaverat, in medium afferens, ad Romanorum amicitiam amplectendam multos Hiſpanorum incitavit. Boſtar qui Abilyci obſides tradiderat, judicatus pro puero ſe geſſiſſe, non pro ea ætate qua erat, magnis poſtea implicitus eſt

κτὰς ἐπὶ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον, καὶ συμμίξας τισὶ τῶν συστρατευομένων ἐκείνοις Ἰβήρων, διὰ τούτων εἰσῆλθε πρὸς τοὺς στρατηγούς. ἐκλογιζόμενος δὲ διὰ πλειόνων τὴν ἐσομένην ὁρμὴν καὶ μετάπτωσιν πρὸς αὐτοὺς τῶν Ἰβήρων, ἐὰν ἐγκρατεῖς γένωνται τῶν ὁμήρων, ἐπηγγείλατο παραδώσειν αὐτοῖς τοὺς παῖδας. τῶν δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ὑπερβολῇ προθυμίας δεξαμένων τὴν ἐλπίδα, καὶ μεγάλας ὑπισχνουμένων δωρεάς, τότε μὲν εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγη, συνθέμενος ἡμέραν καὶ καιρὸν καὶ τόπον, ἐν ᾧ δεήσει τοὺς ἐκδεξομένους αὐτὸν ὑπομένειν. μετὰ δὲ ταῦτα παραλαβὼν τοὺς ἐπιτηδείους τῶν φίλων, ἧκε πρὸς τὸν Βώστρα· καὶ παραδοθέντων αὐτῷ τῶν παίδων ἐκ τῆς Ζακάνθης νυκτὸς ποιησάμενος τὴν ἔξοδον ὡς θέλων λαθεῖν, παραπορευθεὶς τὸν χάρακα τῶν πολεμίων, ἧκε πρὸς τὸν τεταγμένον καιρὸν καὶ τόπον, καὶ πάντας ἐνεχείρισε τοὺς ὁμήρους τοῖς ἡγεμόσι τῶν Ῥωμαίων. οἱ δὲ περὶ τὸν Πόπλιον ἐτίμησάν τε διαφερόντως τὸν Ἀβίλυγα. καὶ πρὸς τὴν ἀποκατάστασιν τῶν ὁμήρων εἰς τὰς πατρίδας ἐχρήσαντο τούτῳ, συμπέμψαντες τοὺς ἐπιτηδείους. ὃς ἐπιπορευόμενος τὰς πόλεις, καὶ διὰ τῆς τῶν παίδων ἀποκαταστάσεως τιθεὶς ὑπὸ τὴν ὄψιν, τὴν τῶν Ῥωμαίων πρᾳότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, παρὰ τὴν Καρχηδονίων ἀπιστίαν καὶ βαρύτητα, καὶ προσπαρατιθεὶς τὴν αὑτοῦ μετάθεσιν, πολλοὺς Ἰβήρων παρώρμησε πρὸς τὴν τῶν Ῥωμαίων φιλίαν. Βώστωρ δὲ παιδικώτερον κατὰ τὴν ἡλικίαν δόξας ἐγκεχειρικέναι τοὺς ὁμήρους τοῖς πολεμίοις, οὐκ εἰς τοὺς τυχόντας ἐπεπτώκει κινδύνους.

κινδύνους. Καὶ τότε μὲν ἤδη τῆς ὥρας κατεπειγούσης, διέλυον εἰς παραχειμασίαν ἀμφότεροι τὰς δυνάμεις· ἱκανοῦ τινος ἐκ τῆς τύχης γεγονότος εὐτυχήματος τοῖς Ῥωμαίοις, οὐ περὶ τοὺς παῖδας πρὸς τὰς ἐπικειμένας ἐπιβολάς. καὶ τὰ μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἐν τούτοις ἦν. Ὁ δὲ
300 στρατηγὸς Ἀννίβας, ὅθεν ἀπελίπομεν, πυνθανόμενος παρὰ τῶν κατασκόπων, πλεῖστον ὑπάρχειν σῖτον ἐν τῇ περὶ τὴν Λουκερίαν, καὶ τὸ καλούμενον Γερούνιον χώρᾳ, πρὸς δὲ τὴν συναγωγὴν εὐφυῶς ἔχειν τὸ Γερούνιον· κρίνας ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν, προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν παρὰ τὸ Λίβυρνον ὄρος, ἐπὶ τοὺς προειρημένους τόπους. ἀφικόμενος δὲ πρὸς τὸ Γερούνιον, ὃ τῆς Λουκερίας ἀπέχει διακόσια στάδια, τὰς μὲν ἀρχὰς διὰ λόγων τοὺς ἐνοικοῦντας εἰς φιλίαν προὐκαλεῖτο, καὶ πίστεις ἐδίδου τῶν ἐπαγγελιῶν. οὐδενὸς δὲ προσέχοντος, πολιορκεῖν ἐπεβάλετο. ταχὺ δὲ γενόμενος κύριος, τοὺς μὲν οἰκήτορας κατέφθειρε, τὰς δὲ πλείστας οἰκίας ἀκεραίους διεφύλαξε καὶ τὰ τείχη, βουλόμενος σιτοβολίοις χρήσασθαι πρὸς τὴν παραχειμασίαν. τὴν δὲ δύναμιν πρὸ τῆς πόλεως παρεμβαλὼν, ὠχυρώσατο τάφρῳ καὶ χάρακι τὴν στρατοπεδείαν. γενόμενος δ' ἐπὶ τούτων, τὰ μὲν δύο μέρη τῆς δυνάμεως, ἐπὶ τὴν σιτολογίαν ἐξέπεμπε· προστάξας καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ῥητὸν ἀναφέρειν μέτρον ἑκάστην τοῖς ἰδίοις * ἐπιβολὴν [illegible], τοῖς προκεχειρισμένοις ἐπὶ τὴν οἰκονομίαν ταύτην. τῷ δὲ τρίτῳ μέρει, τήν τε στρατοπεδείαν ἐτήρει, καὶ τοῖς σιτολογοῦσι παρεφή-

periculis. Quia autem inſtabat hiems, utrique in hiberna ſuos exercitus dimiſerunt: quum Romani ad ea, quæ deinceps parabant, beneficio fortunæ haudquaquam pœnitendo, per illos pueros plurimum eſſent adjuti. Ac in Hiſpania quidem eo loco res erant. Hannibal, inde enim exceſſit oratio, ab exploratoribus admonitus Luceriæ ac Geryone magnam frumenti eſſe copiam: & præterea Geryonem ad uſum horreorum aptum eſſe locum, in eo tractu hibernare ſtatuit: & præter montem Liburnum ad nominatas urbes ducit. Ut ventum ad Geryonem eſt, quod oppidum à Luceria millia paſſuum quinque & viginti abeſt, verbis primo ad ſuam amicitiam incolas conatus eſt pellicere, paratus fidem dare, facturum ſe, quæ pollicitus fuiſſet. quum hac non ſuccederet, obſidionem parat. capta mox urbe, incolas delevit, tecta pleraque ſervavit integra cum mœnibus, ut pro horreis illis uteretur ad hiberna. copias pro mœnibus locat: foſſa & vallo caſtra communit. eo ex loco frumentatum duas exercitus partes mittebat: dato omnibus mandato, ut certam quotidie menſuram, ſuæ legionis quiſque frumentariis ad id miniſterium delectis, adveherent. ipſe cum tertia parte ſimul caſtris præſidio erat, & diſpoſitis paſſim ſtationibus, necunde impetus in frumentatores fieret, circumſpecta-

δρευε κατὰ τόπους. ὄντος δὲ τῆς μὲν χώρας τῆς

bat. quum-

bât. quumque eſſet regio ferme omnis plana & campeſtris, qui convehebant numero prope infiniti; anni præterea tempus ad fruges comportandas opportunum; infinitus propemodum frumenti numerus quotidie convehebatur. Magiſter equitum ut à Fabio exercitus accepit, principio per juga montium è regione hoſtis agmen ductabat: perſuaſus ſemper, fore tandem aliquam ſibi in ipſis jugis poteſtatem dimicandi cum Carthaginienſibus. Ubi vero audivit, Carthaginienſes urbem Geryonem jam occupaſſe, frumentum tota regione metere, & pro oppidi mœnibus caſtra vallo cinxiſſe: ilicet è montium cacuminibus flectit iter, deſcenditque in illud promontorium, unde ad loca plana ibatur. Poſtquam ad collem agri Larinatis venit, qui Calela dicitur, caſtra ibi poſuit, paratum habens quacunque ratione cum hoſte confligere. Hannibal propinquare Romanos cernens, tertiam partem militum frumentari ſinit: ipſe cum duabus partibus propius hoſtem caſtris motis, duo ferme à Geryone millia tumulum quendam obſidet: ut & adverſariis terrori eſſet, & frumentantibus ſuis præſidio. dein quum tumulus eſſet alius inter amborum munimenta hoſtium caſtris ex propinquo imminens, miſſis noctu haſtatorum duobus millibus, eum cepit. hos poſtera die ut vidit Minutius, expeditos & ipſe educit, & tumulum adoritur. Poſt atrocem velitationem obtinent

πλείστης εὐεφόδου καὶ πεδιάδος,
τῶν δὲ συναγόντων, ὡς ἔπος εἰπεῖν,
ἀναριθμήτων, ἔτι δὲ τῆς ὥρας ἀκμαζούσης πρὸς τὴν συγκομιδὴν, ἄπλετον
συνέβαινε καθ' ἑκάστην ἡμέραν 101
ἀθροίζεσθαι τοῦ σίτου τὸ πλῆθος. Μάρκος δὲ παρειληφὼς τὰς δυνάμεις
παρὰ Φαβίου, τὸ μὲν πρῶτον ἀντιπαρῆγε ταῖς ἀκρωρείαις, πεπεισμένος ἀεὶ περὶ τὰς ὑπερβολὰς συμπεσεῖσθαί ποτε τοῖς Καρχηδονίοις.
Ἀκούσας δὲ τὸ μὲν Γερούνιον τοὺς Καρχηδονίους ἤδη κατέχειν, τὴν δὲ χώραν
σιτολογεῖν, πρὸ δὲ τῆς πόλεως χάρακι προβεβλημένους στρατοπεδεύειν· ἐπιστρέψας ἐκ τῶν ἀκρωρειῶν κατέβαινε κατὰ τὴν ἐπὶ τὰ πεδία κατατείνουσαν ῥάχιν. ἀφικόμενος δ' ἐπὶ τὴν ἄκραν ἣ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Λαρινάτιδος χώρας, προσαγορεύεται δὲ Καλήλη, κατεστρατοπέδευσε περὶ ταύτην, πρόχειρος ὢν ἐκ παντὸς τρόπου συμπλέκεσθαι τοῖς πολεμίοις. Ἀννίβας δὲ θεωρῶν ἐγγίζοντας τοὺς πολεμίους, τὸ μὲν τρίτον μέρος τῆς δυνάμεως εἴασε σιτολογεῖν· τὰ δὲ δύο μέρη λαβὼν καὶ προελθὼν ἀπὸ τῆς πόλεως ἑκκαίδεκα σταδίους πρὸς τοὺς πολεμίους ἐπί τινος βουνοῦ κατεστρατοπέδευσε· βουλόμενος ἅμα μὲν καταπλήξασθαι τοὺς ὑπεναντίους, ἅμα δὲ τοῖς σιτολογοῦσι τὴν ἀσφάλειαν παρασκευάζειν. μετὰ δὲ ταῦτα γεωλόφου τινὸς ὑπάρχοντος μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ὃς εὐκαίρως καὶ συνεγγὺς ἐπέκειτο τῇ τῶν πολεμίων παρεμβολῇ, τοῦτον ἐπὶ νυκτὸς ἐξαποστείλας περὶ δισχιλίους τῶν λογχοφόρων κατελάβετο. οὓς ἐπιγενομένης τῆς ἡμέρας συνιδὼν Μάρκος, ἐξῆγε τοὺς εὐζώνους, καὶ προσέβαλε τῷ λόφῳ. Γενομένου δὲ ἀκροβολισμοῦ νεανικοῦ, τέ-

λος ἐπικρα-

ἐπεκράτησαν οἱ Ῥωμαῖοι· καὶ μετὰ ταῦτα τὴν ὅλην στρατοπεδείαν μετεβίβασαν εἰς τοῦτον τὸν τόπον. ὁ δ' Ἀννίβας, ἕως μέν τινος διὰ μὲν τὴν ἀντιστρατοπεδείαν, συνεῖχε τὸ πλεῖστον μέρος τῆς δυνάμεως ἐπ' αὐτόν. πλειόνων δὲ γινομένων ἡμερῶν, ἠναγκάζετο τοὺς μὲν ἐπὶ τὴν νομὴν τῶν θρεμμάτων ἀπομερίζειν, τοὺς δ' ἐπὶ τὴν σιτολογίαν, σπουδάζων κατὰ τὴν ἐν ἀρχῇ πρόθεσιν, μήτε τὴν λείαν καταφθεῖραι, τόν τε σῖτον εἰς πλεῖστον συναγαγεῖν· ἵνα πάντων ᾖ κατὰ τὴν παραχειμασίαν δαψίλεια τοῖς ἀνδράσι, μὴ χεῖρον δὲ τοῖς ὑποζυγίοις καὶ τοῖς ἵπποις. εἶχε γὰρ τὰς πλείστας ἐλπίδας τῆς αὑτοῦ δυνάμεως, ἐν τῷ τῶν ἱππέων συντάγματι. καθ' ὃν δὴ
102 καιρὸν Μάρκος συνθεωρήσας τὸ πολὺ μέρος τῶν ὑπεναντίων ἐπὶ τὰς προειρημένας χρείας κατὰ τὴν χώρας σκεδαννύμενον, λαβὼν τὸν ἀκμαιότατον καιρὸν τῆς ἡμέρας, ἐξῆγε τὴν δύναμιν. καὶ συνεγγίσας τῇ παρεμβολῇ τῶν Καρχηδονίων, τὰ μὲν βαρέα τῶν ὅπλων ἐξέταττε· τοὺς δ' ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους κατὰ μέρη διελών, ἐπαφῆκε τοῖς προνομεύουσι, παραγγείλας μηδένα ζωγρεῖν. Ἀννίβας δὲ τούτου συμβαίνοντος, εἰς ἀπορίαν ἐνεπεπτώκει μεγίστην· οὔτε γὰρ ἀντεξάγειν τοῖς παρατεταγμένοις ἀξιόχρεως ἦν, οὔτε παραβοηθεῖν τοῖς ἐπὶ τῆς χώρας διεσπαρμένοις. τῶν δὲ Ῥωμαίων οἱ μὲν ἐπὶ τοὺς προνομεύοντας ἐξαποσταλέντες, πολλοὺς τῶν ἐσκεδασμένων ἀπέκτεινον. οἱ δὲ παρατεταγμένοι, τέλος εἰς τοῦτο ἦλθον καταφρονήσεως, ὥστε καὶ διασπᾶν τὸν χάρακα, καὶ μονονουχὶ πολιορκεῖν τοὺς Καρχηδονίους. ὁ δ' Ἀννίβας ἦν μὲν ἐν κακοῖς, ὅμως

tandem Romani; & mox omnibus copiis eum locum inſident. Hannibal quia caſtra caſtris erant collata, aliquandiu ſecum maximam militum partem retinuit. ſed creſcente numero dierum, coactus eſt alios ad paſcenda pecora dimittere; alios ad colligendam meſſem: qui, ſicut ab initio propoſuerat, neque prędam ſuis perire cuperet, & frumenti quantum poſſet maximum modum optaret convehere: ut in hibernis commeatuum tam homines quàm jumenta atque equi largam copiam haberent. ſpem enim victoriæ ſuæ plurimam in equitatu ponebat. Interea Marcus cognito majorem Punici exercitus partem, ob eas quas commemoravimus cauſſas palantem per agros, qua parte diei viſum eſt commodiſſimum, copias educit: & ut exiguum ſpatii ab eorum vallo aberat, gravem armaturam in aciem inſtruit: equitatum & leviter armatos in plures manus dividit, & in pabulatores immittit, ac vivum quenquam vetat capere. Turbavit ea res Hannibalem non mediocriter: ut cui neque ad occurrendum adverſæ aciei ſatis virium erat: neque ad opem ſuis paſſim toto agro diſperſis ferendam. Romani qui in pabulatores ire juſſi fuerant, multos huc illuc effuſos trucidaverunt. qui in acie diſpoſiti ſtabant, uſque eo Pœnum contemnere tandem ceperunt: ut & vallum proruere, & tantumnon Carthaginienſes obſidere auderent. Malo interim loco res Hannibalis erant: qui tamen, quantumvis hac quaſi procella

cella agitatus, loco non cedebat, propius accedentes repellens, & caſtra vix tutans: donec Aſdrubal iis aſſumptis, qui ex agris in caſtra pro Geryonis mœnibus poſita confugerant cum quatuor millibus hominum, ſuppetias venit: tum vero nonnihil confirmatus, in Romanos exiit: & non longè à caſtris inſtructa acie præſens periculum ægre quidem, ſed tamen effugit. Magiſter equitum poſtquam multos hoſtium in pugna circa vallum cecidiſſet, plures in agris abſumpſiſſet, magnæ cujuſdam ſpei in poſterum plenus, ſe recepit. poſtero die, ubi Carthaginienſes vallo exceſſiſſent, ſecutus ipſe, caſtra eorum cepit. nam Hannibal, metuens ſibi à Romanis ne forte caſtra ad Geryonem præſidio nudata noctu occuparent, & ſupellectile atque omnibus quos congeſſerat commeatibus potirentur, ſigna eò movere, atque iterum ibi caſtrametari conſtituerat. Ab eo tempore Carthaginienſes parcius & cautius pabulari: Romani contra, audacius atque inconſultius. Rei geſtæ nuntio magnificentius quàm verius Romam perlato, omnes gaudio exultabant. Nam & loco prioris illius conſternationis, mutatio quaſi quædam in melius oſtendi videbatur: & quod perdiu nihil egiſſent exercitus, tantuſque ille pavor legionum, judicatus eſt non à timiditate militum eſſe profectus; verùm ab ingenio ducis omnia timentis. Itaque Fabium omnes accuſare, eique graviter ſuccenſere, ut qui

δὲ χειμαζόμενος ἔμενε, τοὺς πελάζοντας ἀποτριβόμενος. καὶ μόλις διαφυλάττων τὴν παρεμβολήν· ἕως Ἀσδρούβας ἀναλαβὼν τοὺς ἀπὸ τῆς χώρας συμπεφευγότας εἰς τὸν χάρακα τὸν περὶ τὸ Γερούνιον, ὄντας εἰς τετρακισχιλίους ἧκε παραβοηθῶν· τότε δὴ μικρὸν ἀναθαρρήσας ἐπεξῆλθε· καὶ βραχὺ πρὸ τῆς στρατοπεδείας παρεμβαλὼν, μόλις ἀπετρέψατο τὸν ἐνεστῶτα κίνδυνον. Μάρκος δὲ πολλοὺς μὲν ἐν τῇ περὶ τὸν χάρακα συμπλοκῇ τῶν πολεμίων ἀποκτείνας, ἔτι δὲ πλείους ἐπὶ τῆς χώρας διεφθαρκὼς, τότε μὲν ἐπανῆλθε, μεγάλας ἐλπίδας ἔχων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. τῇ δ' ἐπαύριον ἐκλιπόντων τὸν χάρακα τῶν Καρχηδονίων, ἐπέβη καὶ κατελάβετο τὴν ἐκείνων παρεμβολήν. ὁ γὰρ Ἀννίβας ἀγωνιάσας τοὺς Ῥωμαίους, μὴ καταλαβόμενοι νυκτὸς, ἔρημον ὄντα τὸν ἐν τῷ Γερουνίῳ χάρακα, κύριοι γένωνται τῆς ἀποσκευῆς καὶ τῶν παραθέσεων, ἔκρινεν αὐτὸς ἀναχωρεῖν, καὶ πάλιν ἐκεῖ ποιεῖσθαι τὴν στρατοπεδείαν. Ἀπὸ δὲ τούτων τῶν καιρῶν οἱ μὲν Καρχηδόνιοι ταῖς προνομαῖς εὐλαβέστερον ἐχρῶντο καὶ φυλακτικώτερον· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τἀναντία, θαρραλεώτερον καὶ προπετέστερον. Οἱ δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ, 103
προσπεσόντος σφίσι τοῦ γεγονότος μειζόνως ἢ κατὰ τὴν ἀλήθειαν, περιχαρεῖς ἦσαν· διὰ τὸ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς προϋπαρχούσης ὑπὲρ τῶν ὅλων δυσελπιστίας, οἱονεὶ μεταβολήν τινα πρὸς τὸ βέλτιον αὐτοῖς προφαίνεσθαι· δεύτερον δὲ, καὶ διὰ τὸ δοκεῖν τὴν πρὸ τούτου χρόνον, τὴν ἀπραγίαν καὶ κατάπληξιν τῶν στρατοπέδων, μὴ παρὰ τὴν τῶν δυνάμεων ἀποδειλίασιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν τοῦ προεστῶτος εὐλάβειαν γεγενέναι. διὸ

καὶ τὸν

καὶ τὸν μὲν Φάβιον ᾐτιῶντο καὶ κατεμέμφοντο πάντες, ὡς ἀτόλμως χρώμενον τοῖς καιροῖς· τὸν δὲ Μάρκον ἐπὶ τοσοῦτον ηὖξον διὰ τὸ συμβεβηκὸς, ὥστε τότε γενέσθαι τὸ μηδέποτε γεγονός. αὐτοκράτορα γὰρ κἀκεῖνον κατέστησαν, πεπεισμένοι ταχέως αὐτὸν τέλος ἐπιθήσειν τοῖς πράγμασι, καὶ δὴ δύο Δικτάτορες ἐγεγόνεισαν ἐπὶ τὰς αὐτὰς πράξεις, ὃ πρότερον οὐδέποτε συνεβεβήκει παρὰ Ῥωμαίοις. τῷ γὰρ Μάρκῳ διασαφηθείσης τῆς τε τοῦ πλήθους εὐνοίας, καὶ τῆς παρὰ τοῦ δήμου δεδομένης ἀρχῆς αὐτῷ, διπλασίως παρωρμήθη πρὸς τὸ παραβάλλεσθαι καὶ κατατολμᾶν τῶν πολεμίων. ἧκε δὲ καὶ Φάβιος ἐπὶ τὰς δυνάμεις, οὐδὲν ἠλλοιωμένος ὑπὸ τῶν συμβεβηκότων, ἔτι δὲ βεβαιότερον μένων ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς διαλήψεως. θεωρῶν δὲ τὸν Μάρκον ἐκπεφυσημένον, καὶ πρὸς πάντα ἀντιφιλονεικοῦντα, καὶ καθόλου πληθύνοντα πρὸς τὸ διακινδυνεύειν, αἵρεσιν αὐτῷ προὔτεινε τοιαύτην· ἢ κατὰ μέρος ἄρχειν, ἢ διελόμενον τὰς δυνάμεις, χρῆσθαι τοῖς σφετέροις στρατοπέδοις, κατὰ τὴν αὑτοῦ προαίρεσιν. τοῦ δὲ καὶ λίαν ἀσμένως δεξαμένου τὸν μερισμὸν, διελόμενοι τὸ πλῆθος χωρὶς ἐστρατοπέδευσαν, ἀλλήλων ἀπέχοντες ὡς δώ-

104 δεκα σταδίους. Ἀννίβας δὲ τὰ μὲν ἀκούων τῶν ἁλισκομένων αἰχμαλώτων, τὰ δὲ θεωρῶν ἐκ τῶν πραττομένων ᾔδει τήν τε τῶν ἡγεμόνων πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίαν, καὶ τὴν ὁρμὴν καὶ τὴν φιλοδοξίαν τοῦ Μάρκου. διόπερ οὐ κατ' αὐτοῦ, πρὸς αὐτοῦ δὲ νομίσας εἶναι τὰ συμβαίνοντα περὶ τοὺς ὑπεναντίους, ἐγίνετο περὶ τὸν Μάρκον, σπεύ-

parum audendo occaſiones rei gerendæ prætermitteret. Magiſtri vero equitum ob ea quę fecerat, laudes adeo exaggerabant, ut novum exemplum nunquā antea viſum in Remp. introducerent. Nam & illi abſolutæ poteſtatis jus detulerunt; perſuaſi, brevi finem bello ab eo impoſitum iri. Itaque duo Dictatores idem bellum adminiſtrabant, quod ad eam diem apud Romanos nemo unquam viderat. Hanc multitudinis erga ſe benevolentiam ut cognovit Marcus, & delatum ſibi à populo honorem; duplo factus eſt animoſior ad pericula omnia ſperuenda, & adverſus hoſtem quidvis audendum. Redit & Fabius ad exercitum, propter illa quę acciderant nihil quicquam immutatus: ſed tanto confirmatior in eo, quod ſemel deſtinatum animo illi fuerat. Et quoniam Marcum videbat ſecundis rebus inflatum, in omnibus ſibi prę ęmulatione repugnantem, & omnino caſum univerſæ dimicationis in animo atque ore plurimum habentem; optionem ei dedit, ut vel partitis temporibus imperarent, vel diviſo exercitu, ſuis legionibus prout vellet uteretur. Quum adprime ſibi placere Minutius oſtendiſſet, ut dividerentur legiones; facta diviſione caſtra ſeparatim poſuerunt, mille & quingentorum fere paſſuum intervallo. Hannibal partim ex captivorum ſermonibus, partim iis ipſis quę jam fiebant, ducum Romanorum æmulationem, & Marci temeritatem atque ambitionem notam habebat. Itaque præſentem rerum apud hoſtes ſtatum non damno ſibi, verum ipſis incommodo potius ceſſurum ratus,

Marcum

Marcum obſervabat; ut audaciam illius comprimeret, & conatus præveniret. Quum igitur tumulus eſſet inter Pœnorum & Marci caſtra, qui alterutris incommodare poterat; hunc occupare decrevit: ac quoniam ex proſpere paullo ante re geſta è veſtigio Minutium occurſurum ad obſiſtendum non dubitabat; adverſus hoſtis conſilium hanc fraudem excogitavit. Nam quia circa eum collem nuda quidem loca erant; ſed multos varioſque amfractus & cavitates habebant: equites quingentos, levis vero armaturæ & reliquorum peditum quinque millia eò miſit, in ducenorum & trecenorum manus diviſos; prout quæque rupes aptiſſima ad eos capiendos erat: & ne mane ab iis conſpicerentur, qui pabulatum exibant, ſimul illuxit, per expeditos ſuos collem occupat. Id cernens Marcus, occaſionem rei gerendæ ſibi datam præſentis lucri loco ducens, velites confeſtim dimiſit, & de illo tumulo certamen ſerere ac dimicare jubet: deinde etiam equites mittit: quorum à tergo ſequebatur ipſe, conferto agmine legiones ducens; omnia ſimili modo atque antea fecerat adminiſtrans. Luce orta, quum eſſent mentes atque oculi omnium circa eos occupati, qui in tumulo pugnabant; ſubſidia ab iis ſubmitti, qui in inſidiis latebant, ne cogitabant quidem Romani. Quum Hannibal confligentibus in colle alia atque alia mitteret auxilia, atque ipſe horum à tergo cum equitibus ac reliquis copiis ſequeretur, cito equites inter ſe concurrerunt. quod ut accidit,

δάζων τὴν τόλμαν ἀφελέσθαι, καὶ προκαταλαβεῖν αὐτοῦ τὴν ὁρμήν. οὔσης δέ τινος ὑπεροχῆς μεταξὺ τῆς αὑτοῦ καὶ τῆς τοῦ Μάρκου στρατοπεδείας δυναμένης ἑκατέρους βλάπτειν, ἐπεβάλετο καταλαβεῖν ταύτην. σαφῶς δὲ γινώσκων ἐκ τοῦ προγεγονότος κατορθώματος, ὅτι παρέσται βοηθῶν ἐκ χειρὸς, πρὸς ταύτην τὴν ἐπιβολὴν ἐπινοεῖ τι τοιοῦτον. Τῶν γὰρ τόπων τῶν περὶ τὸν λόφον ὑπαρχόντων ψιλῶν μὲν, πολλὰς δὲ καὶ παντοδαπὰς ἐχόντων περικλάσεις καὶ κοιλότητας, ἐξέπεμψε τῆς νυκτὸς εἰς τὰς ἐπιτηδειοτάτας ὑποβολὰς, ἀνὰ διακοσίους καὶ τριακοσίους, καὶ πεντακοσίους μὲν ἱππεῖς, ψιλοὺς δὲ καὶ πεζοὺς τοὺς πάντας εἰς πεντακισχιλίους. ἵνα δὲ μὴ πρωῒ κατοπτευθῶσιν ὑπὸ τῶν εἰς τὰς προνομὰς ἐκπορευομένων, ἅμα τῷ διαυγάζειν κατελάμβανε τοῖς εὐζώνοις τὸν λόφον. ὁ δὲ Μάρκος θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ νομίσας ἕρμαιον εἶναι, παραυτίκα μὲν ἐξαπέστελλε τοὺς ψιλοὺς, κελεύσας ἀγωνίζεσθαι καὶ διαμάχεσθαι περὶ τοῦ τόπου. μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἱππεῖς. ἑξῆς δὲ τούτοις, κατόπιν αὐτὸς ἦγε συνεχῆ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, καθάπερ καὶ πρότερον, ἑκάστων ποιούμενος παραπλήσιον τὸν χειρισμόν. ἄρτι δὲ 105
τῆς ἡμέρας διαφαινούσης, καὶ πάντων ταῖς τε διανοίαις καὶ τοῖς ὄμμασι περισπωμένων περὶ τοὺς ἐν τῷ γεωλόφῳ κινδυνεύοντας, ἀνύποπτος ἦν ἡ τῶν ἐνεδρευόντων ὑποβολή. τοῦ δ' Ἀννίβου συνεχῶς μὲν ἐπαποστέλλοντος τοῖς ἐν τῷ λόφῳ τοὺς βοηθήσοντας, ἑπομένου δὲ κατὰ πόδας αὐτῶν μετὰ τῶν ἱππέων αὐτοῦ καὶ τῆς δυνάμεως, ταχέως συνέβη καὶ τοὺς ἱππεῖς συμπεσεῖν ἀλλήλοις. οὗ γινομένου καὶ πιε-

ζομένων τῶν Ῥωμαίων εὐζώνων ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱππέων, ἅμα μὲν οὗτοι καταφεύγοντες εἰς τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, θόρυβον ἐποίουν· ἅμα δὲ τοῦ συνθήματος ἀποδοθέντος τοῖς ἐν ταῖς ἐνέδραις, πανταχόθεν ἐπιφαινομένων καὶ προσπιπτόντων τούτων, οὐκ ἔτι περὶ τοὺς εὐζώνους μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ πᾶν τὸ στράτευμα, μέγας κίνδυνος συνειστήκει τοῖς Ῥωμαίοις. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Φάβιος θεωρῶν τὸ γινόμενον, καὶ διαγωνιάσας, μὴ σφαλῶσι τοῖς ὅλοις, ἐξῆγε τὰς δυνάμεις, καὶ κατὰ σπουδὴν ἐβοήθει τοῖς κινδυνεύουσι. ταχὺ δὲ συνεγγίζοντος αὐτοῦ, πάλιν ἀναθαρρήσαντες οἱ Ῥωμαῖοι, καίπερ λελυκότες ἤδη τὴν ὅλην τάξιν, αὖθις ἀθροιζόμενοι περὶ τὰς σημαίας ἀνεχώρουν, καὶ κατέφευγον ὑπὸ τὴν τούτων ἀσφάλειαν· πολλοὺς μὲν ἀπολωλεκότες τῶν εὐζώνων, ἔτι δὲ πλείους ἐκ τῶν ταγμάτων καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀννίβαν καταπλαγέντες τὴν ἀκεραιότητα καὶ σύνταξιν τῶν παραβεβοηθηκότων στρατοπέδων, ἀπέστησαν τοῦ διωγμοῦ καὶ τῆς μάχης. Τοῖς μὲν οὖν παρ' αὐτὸν γινομένοις τὸν κίνδυνον ἦν ἐναργὲς, ὅτι διὰ μὲν τὴν Μάρκου τόλμαν ἀπόλωλε τὰ ὅλα· διὰ δὲ τὴν εὐλάβειαν τοῦ Φαβίου, σέσωσται καὶ πρότερον καὶ νῦν. τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ τότε ἐγένετο φανερὸν ὁμολογουμένως, τί διαφέρει στρατιωτικῆς προπετείας καὶ κενοδοξίας, στρατηγικὴ πρόνοια, καὶ λογισμὸς ἑστὼς καὶ νουνεχής. οὐ μὴν ἀλλ' οἱ μὲν Ῥωμαῖοι διδαχθέντες ὑπὸ τῶν πραγμάτων, καὶ βαλόμενοι χάρακα, πάλιν ἅπαντες ἐστρατοπέδευσαν ὁμόσε· καὶ λοιπὸν ἤδη Φαβίῳ προσεῖχον τὸν νοῦν, καὶ τοῖς ὑπὸ τούτου πα-

expeditis Romanorum vim Punici equitatus non ſuſtinentibus, ſimul iſti dum ad gravem armaturam ſuam ſe recipiunt, aciem turbant: ſimul dato iis ſigno qui in inſidiis ſedebant; his omni ex parte ſe oſtendentibus atque irruentibus, non jam circa expeditos, ſed circa univerſam aciem Romanam, certamen atrox eſt accenſum. Hoc eſt tempus, quando Fabius, animadverſo quid ageretur, veritus ne univerſæ Minutii copiæ delerentur, ipſe ſuas educit, & periculoſe laborantibus ſtudio ſummo ſuppetias venit. eoque mox appropinquante Romani, quorum univerſa jam ſolutis ordinibus diſſipata acies erat, ad ſigna quiſque ſua denuo coeunt, ſenſimque recedentes ad horum præſidium fuga ſe recipiunt; multis expeditorum, pluribus legionariorum amiſſis, iiſque viris fortiſſimis. Hannibal adventu legionum auxiliantium; quæ & recentes erant & ad prælium ſcitè diſpoſitæ, perterritus, perſequi hoſtem & pugnare deſtitit. Qui periculo interfuerant, iis liquido conſtabat, per Marci audaciam profligatum penitus Romanorum exercitum fuiſſe: cunctatione vero cauta Fabii & antea & nunc rem eſſe reſtitutam. Sed & iis, qui Romæ erant, manifeſtò tunc claruit, imperatoria prudentia & judicium firmum ac ſapiens militari temeritati gloriæque inani quid præſtent. Cæterum Romani experientia docti, vallum jecere, atque iiſdem omnes caſtris conſedere: Fabioque deinceps dicto obtemperantes, imperiis illius parvere.

parvere. Carthaginienſes foſſa ducta inter illum tumulum & caſtra ſua, ſummum collem quem occupaverant vallo cinxerunt, ibique poſito præſidio, nullo amplius periculo imminente, ad hiberna ſe comparabant. Appetebat jam comitiorum conſularium dies. creati ſunt à Romanis Conſules L. Æmilius & C. Terentius. deinde magiſtratu Dictatores abierunt. Proximi vero Conſules Cn. Servilius, & Marcus Regulus, (qui in locum defuncti Cos. Flaminii fuerat ſuffectus,) proconſulari imperio ab Æmilio ornati, acceptaque exercituum qui in caſtris erant poteſtate, copias pro arbitrio regebant. Æmilius re cum Patribus communicata, quod deerat legionibus ad ſummam propoſitam, novis delectibus protinus ſupplevit, & ad exercitum miſit. Scriptum & ad Servilium eſt, totis quidem viribus dimicare ut abſtineret: minuta vero prælia per partes quàm acerrime poſſet ac frequentiſſime conſereret: quò tirones exercerentur & ad juſta certamina audenda præpararentur. Priorum enim cladium eam vel præcipuam cauſſam fuiſſe cenſebant, quod recens conſcripto, atque uſus militaris penitus rudi milite uterentur. Lucium quoque Poſtumium Prætorem in Galliam Patres eo conſilio miſerunt, ut Gallos, qui Hannibali militabant, in ſuam retraherent patriam. Curæ etiam fuit Senatui, ut exercitus, qui Lilybæi hiemaverant, in Italiam repor-

παραγγελλομένοις. Οἱ δὲ Καρχηδόνιοι τὸν μὲν μεταξὺ τόπον τοῦ βουνοῦ, καὶ τῆς σφετέρας παρεμβολῆς διετάφρευσαν· περὶ δὲ τὴν κορυφὴν τοῦ καταλειφθέντος λόφου, χάρακα περιβαλόντες, καὶ φυλακὴν ἐπιστήσαντες, λοιπὸν ἤδη πρὸς τὴν χειμασίαν ἀσφαλῶς ἡτοιμάζοντο. Τῆς δὲ τῶν ἀρ- 106
χαιρεσίων ὥρας συνεγγιζούσης, εἵλοντο στρατηγοὺς οἱ Ῥωμαῖοι, Λεύκιον Αἰμίλιον καὶ Γάϊον Τερέντιον. ὧν κατασταθέντων, οἱ μὲν Δικτάτορες ἀπέθεντο τὴν ἀρχήν. οἱ δὲ προϋπάρχοντες ὕπατοι, Γνάϊος Σερουΐλιος, καὶ Μάρκος Ῥηγοῦλος, ὁ μετὰ τὴν Φλαμινίου τελευτὴν ἐπικατασταθεὶς, τότε προχειρισθέντες ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Αἰμίλιον ἀντιστράτηγοι, καὶ παραλαβόντες τὴν ἐν τοῖς ὑπαίθροις ἐξουσίαν, ἐχείριζον κατὰ τὴν ἑαυτῶν γνώμην τὰ κατὰ τὰς δυνάμεις. οἱ δὲ περὶ τὸν Αἰμίλιον βουλευσάμενοι μετὰ τῆς συγκλήτου, τὸ μὲν ἐλλεῖπον πλῆθος ἔτι τῶν στρατιωτῶν πρὸς τὴν ὅλην ἐπιβολὴν, παραχρῆμα καταγράψαντες ἐξαπέστειλαν. τοῖς δὲ περὶ τὸν Γνάϊον διεσάφησαν, ὁλοσχερῆ μὲν κίνδυνον, κατὰ μηδένα τρόπον συνίστασθαι· τοὺς δὲ κατὰ μέρος ἀκροβολισμοὺς, ὡς ἐνεργεστάτους ποιεῖσθαι καὶ συνεχεστάτους· χάριν τοῦ γυμνάζειν καὶ παρασκευάζειν εὐθαρσεῖς τοὺς νέους πρὸς τοὺς ὁλοσχερεῖς ἀγῶνας· τῷ καὶ τὰ πρότερον αὐτοῖς συμπτώματα δοκεῖν, οὐχ ἥκιστα γεγονέναι, διὰ τὸ νεοσυλλόγοις καὶ τελέως ἀνασκήτοις κεχρῆσθαι τοῖς στρατοπέδοις. αὐτοὶ δὲ Λεύκιον μὲν Ποστούμιον ἑξαπέλεκυν ὄντα στρατηγὸν, στρατόπεδον δόντες, εἰς Γαλατίαν ἐξαπέστειλαν, βουλόμενοι ποιεῖν ἀντιπερίσπασμα τοῖς Κελ-
τοῖς τοῖς μετ᾽ Ἀννίβου στρατευομένοις.
πρόνοιαν δὲ ἐποιήσαντο καὶ τῆς ἀνακο-

μηδενὸς τοῦ παραχειμάζοντος ἐν τῷ Λιλυβαίῳ στόλου. διεπέμψαντο δὲ καὶ τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ στρατηγοῖς, πάνθ᾽ ὅσα κατήπειγεν αὐτοὺς πρὸς τὴν χρείαν. οὗτοι μὲν οὖν περὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς λοιπὰς ἐγίνοντο παρασκευὰς ἐπιμελῶς. οἱ δὲ περὶ τὸν Γνάϊον, κομισάμενοι παρὰ τῶν ὑπάτων ἐντολὰς, πάντα τὰ κατὰ μέρος ἐχείριζον κατὰ τὴν ἐκείνων γνώμην. διὸ καὶ τὰ πλείω γράφειν ὑπὲρ αὐτῶν παρήσομεν. ὁλοσχερὲς μὲν γὰρ ἢ μνήμης ἄξιον ἁπλῶς οὐδὲν ἐπράχθη διὰ τὴν ἐντολὴν, καὶ διὰ τὴν τῶν καιρῶν περίστασιν. ἀκροβολισμοὶ δὲ μόνον καὶ συμπλοκαὶ κατὰ μέρος ἐγίνοντο πλείους, ἐν αἷς εὐδοκίμουν οἱ προεστῶτες τῶν Ῥωμαίων. καὶ γὰρ ἀνδρωδῶς καὶ νουνεχῶς ἐδόκουν ἕκαστα

107 χειρίζειν. Τὸν μὲν οὖν χειμῶνα καὶ τὴν ἐαρινὴν ὥραν διέμειναν ἀντιστρατοπεδεύσαντες ἀλλήλοις. ἤδη δὲ παραδιδόντος τοῦ καιροῦ τὴν ἐκ τῶν ἐπετείων καρπῶν χορηγίαν, ἐκίνει τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ περὶ τὸ Γερούνιον χάρακος Ἀννίβας. κρίνων δὲ συμφέρειν τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀναγκάσαι μάχεσθαι τοὺς πολεμίους, καταλαμβάνει τὴν τῆς Κάννης προσαγορευομένης πόλεως ἄκραν. εἰς γὰρ ταύτην συνέβαινε τόν τε σῖτον καὶ τὰς λοιπὰς χορηγίας ἀθροίζεσθαι τοῖς Ῥωμαίοις, ἐκ τῶν περὶ Κανύσιον τόπων· ἐκ δὲ ταύτης ἀεὶ πρὸς τὴν χρείαν ἐπὶ τὸ στρατόπεδον παρακομίζεσθαι. τὴν μὲν οὖν πόλιν ἔτει πρότερον ἐνὶ συνέβαινε κατεσκάφθαι. τῆς παρασκευῆς δὲ καὶ τῆς ἄκρας τότε καταληφθείσης, οὐ μικρὰν συνέπεσε ταραχὴν γενέσθαι περὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων δυνάμεις. οὐ γὰρ μόνον διὰ τὰς χορηγίας ἐδυσχρηστοῦντο, ἐπὶ τῷ κατειλῆφθαι τὸν προειρημένον τόπον· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ

tarentur. Ad hoc Scipionibus qui in Hiſpania bellum gerebant, omnia quæ poſtulabat uſus miſerunt. Ita Coss. & Senatus cum hæc, tum reliquos omnes belli apparatus enixe curabant. Cn. Servilius, ut accepit Conſulum mandata, ex eorum ſententia omnia quæ ad curam ſuam pertinerent gerebat. Quamobrem plura de iis rebus ſcribere ſuperſedebimus: prorſus enim in ſummam belli nihil profectum, neque geſtum quicquam dignum memoria; ſive propter illa ipſa mandata; ſive quod ita tulerit temporum ratio. Leviter dumtaxat, & per partes ſæpius eſt pugnatum: unde non mediocrem Romani duces laudem reportarunt; quod ſingulari virtute ac prudentia cuncta adminiſtrarent. Ac per hiemem quidem & ver totum caſtra caſtris oppoſita habentes manſerunt. Sed ubi novarum frugum tempus advenit, caſtra quæ ante Geryonem habebat movit Hannibal. qui expedire ſuis rebus judicans, ut omnibus artibus hoſtem pugnare cogeret, arcem Cannarum occupat. eò enim Romani & frumentum & reliquos commeatus è Canuſio convexerant: atque inde neceſſaria ad uſum exercitibus deferebant. Urbs quidem ipſa anno prius ſolo æquata fuerat: tunc vero belli apparatibus ſimul cum arce amiſſis, non mediocriter Romanus exercitus ea re eſt perturbatus. Non ſolum enim propter commeatus magnis ex eo difficultatibus afficiebantur, quod is locus in poteſtatem hoſtis veniſſet; verùm

eo etiam

eo etiam nomine, quod vicino tra-
ctui arx illa opportune imminebat.
Romam igitur crebro miſſitantes,
quid opus eſſet facto ſciſcitabantur:
ſibi namque, ſi hoſti ſemel proxi-
maſſent, detrectandi certaminis
facultatem nullam futuram: perva-
ſtato omni agro, & erectis omnium
ſociorum animis, atque eventus
exſpectatione ſuſpenſis. Cenſuere
tum Patres dimicandum eſſe. ſed
Cnæo quidem per literas ſignifica-
tum, ut pugna adhuc abſtineret. i-
pſos vero Conſules ab Urbe Senatus
mittit. cum quidem omnium ani-
mi in Æmilium erant converſi, ſuaſ-
que ſpes cuncti in hoc innixas habe-
bant; tum propter reliquam vitæ il-
lius probitatem: tum quia paucis an-
te annis bellum adverſus Illyrios for-
titer atq; ex utilitate Reip. credeba-
tur adminiſtraſſe. Placuit octo legio-
nibus rem gerere, quod nunquam
antea populus Romanus fecerat: at-
tributis cuique legioni quinis homi-
num millibus, præter ſociorum au-
xilia. Nam Romani, quod & ante
diximus, quatuor quotannis legio-
nes conſcribunt. Legio autem, pe-
ditum quatuor millia, equites du-
centos capit. At quoties major ali-
qua neceſſitas exiſtit, unicuique le-
gioni aſſignantur quina millia, e-
quites treceni. in nominis Latini
auxiliis peditum numerum æquant
legionibus Romanis; equitum tri-
plo majorum, ut plurimum, con-
ſtituunt. Horum auxiliorum dimi-
dia pars cum duabus legionibus dari
ſolent utrique Conſulum, quando
ad res gerendas mittuntur. porrò ad
pleraque bella alter tantum Cos.

καὶ τῆς πέριξ εὐφυῶς κεῖσθαι χώρας.
πέμποντες οὖν εἰς τὴν Ῥώμην συνεχῶς,
ἐπυνθάνοντο τί δεῖ ποιεῖν· ὡς ἐὰν
ἐγγίσωσι τοῖς πολεμίοις, οὐ δυνησό-
μενοι φυγομαχεῖν, τῆς μὲν χώρας κα-
ταφθειρομένης, τῶν δὲ συμμάχων πάν-
των μετεώρων ὄντων ταῖς διανοίαις.
οἱ δὲ ἐβουλεύσαντο μάχεσθαι καὶ συμ-
βάλλειν τοῖς πολεμίοις. τοῖς μὲν οὖν
περὶ τὸν Γνάϊον, ἐπισχεῖν ἔτι διεσάφη-
σαν. αὐτοὶ δὲ τοὺς ὑπάτους ἐξαπέ-
στελλον. συνέβαινε δὲ πάντας εἰς τὸν
Αἰμίλιον ἀποβλέπειν, καὶ πρὸς τοῦτον
ἀπερείδεσθαι τὰς πλείστας ἐλπίδας,
διά τε τὴν ἐκ τοῦ λοιποῦ βίου καλοκα-
γαθίαν, καὶ διὰ τὸ μικροῖς πρότερον
χρόνοις ἀνδρωδῶς ἅμα καὶ συμφε-
ρόντως δοκεῖν κεχειρικέναι τὸν πρὸς
Ἰλλυριοὺς πόλεμον. Προύθεντο δὲ
στρατοπέδοις ὀκτὼ διακινδυνεύειν,
ὃ πρότερον οὐδέποτ' ἐγεγόνει παρὰ
Ῥωμαίοις· ἑκάστου τῶν στρατοπέδων
ἔχοντος ἄνδρας εἰς πεντακισχιλίους
χωρὶς τῶν συμμάχων. Ῥωμαῖοι γάρ,
καθάπερ καὶ πρότερον εἰρήκαμεν, ἀεί
ποτε τέτταρα στρατόπεδα προχει-
ροῦσι. τὸ δὲ στρατόπεδον, πεζοὺς μὲν
λαμβάνει περὶ τετρακισχιλίους, ἱπ-
πεῖς δὲ διακοσίους. ἐπὰν δέ τις ὁλοσ-
χερεστέρα προφαίνηται χρεία, τοὺς
μὲν πεζοὺς ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ ποι-
οῦσι περὶ πεντακισχιλίους, τοὺς δ'
ἱππεῖς τριακοσίους. τῶν δὲ συμ-
μάχων, τὸ μὲν πεζῶν πλῆθος, πά-
ρισον ποιοῦσι τοῖς Ῥωμαίοις στρατο-
πέδοις· τὸ δὲ τῶν ἱππέων ὡς ἐπίπαν
τριπλάσιον. τούτων δὲ τοὺς ἡμίσεις
συμμάχους καὶ τὰ δύο στρατόπεδα
δόντες ἑκατέρῳ τῶν ὑπάτων, ἐξαπο-
στέλλουσιν ἐπὶ τὰς πράξεις· καὶ τοὺς
μὲν πλείστους ἀγῶνας δι' ἑνὸς ὑπάτου

καὶ δύο στρατοπέδων, καὶ τοῦ προειρημένου πλήθους τῶν συμμάχων κρίνουσι. σπανίως δὲ πᾶσι πρὸς ἕνα καιρὸν καὶ πρὸς ἕνα χρῶνται κίνδυνον. τότε μὲν οὕτως ἐκπλαγεῖς ἦσαν καὶ κατάφοβοι τὸ μέλλον, ὡς οὐ μόνον τέτταρσιν, ἀλλ' ὀκτὼ στρατοπέδοις Ῥωμαϊκοῖς ὁμοῦ
108 προῄρηντο διακινδυνεύειν. διὸ καὶ παρακαλέσαντες τοὺς περὶ τὸν Αἰμίλιον, καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν θέντες τὸ μέγεθος τῶν εἰς ἑκάτερον τὸ μέρος ἀποβησομένων ἐκ τῆς μάχης, ἐξαπέστελλον· ἐντειλάμενοι σὺν καιρῷ κρίνειν τὰ ὅλα γενναίως, καὶ τῆς πατρίδος ἀξίως. οἱ καὶ παραγενόμενοι πρὸς τὰς δυνάμεις, καὶ συναθροίσαντες τὰ πλήθη, τήν τε τῆς συγκλήτου γνώμην διεσάφησαν τοῖς πολλοῖς, καὶ παρεκάλουν τὰ πρέποντα τοῖς παροῦσι καιροῖς· ἐξ αὐτοπαθείας τοῦ Λευκίου διατιθεμένου τοὺς λόγους. ἦν δὲ τὰ πλεῖστα τῶν λεγομένων, πρὸς τοῦτον τείνοντα τὸν νοῦν, τὸν ὑπὲρ τῶν νεωστὶ γεγονότων συμπτωμάτων. ὧδε γὰρ καὶ τῇδέ που συνέβαινε διατετράφθαι, καὶ προσδεῖσθαι παραινέσεως τοὺς πολλούς. διόπερ ἐπειρᾶτο συνιστάνειν, ὅτι τῶν μὲν ἐν ταῖς προγεγενημέναις μάχαις αὐτῶν ἐλαττωμάτων οὐχ ἕν, οὐδὲ δεύτερον, πλείω δ' ἂν εὕροι τις αἴτια· διὸ τοιοῦτον αὐτῶν ἐξέβη τὸ τέλος. Ἐπὶ δὲ τῶν νῦν καιρῶν, οὐδεμία λείπεται πρόφασις ἐὰν ἄνδρες ὦσι, τοῦ μὴ νικᾶν τοὺς ἐχθρούς. τότε μὲν γὰρ οὔτε τοὺς ἡγεμόνας ἀμφοτέρους οὐδέποτε συνηγωνίσθαι τοῖς στρατοπέδοις· οὔτε ταῖς δυνάμεσι κεχρῆσθαι γεγυμνασμέναις, ἀλλὰ νεοσυλλόγοις καὶ ἀοράτοις παντὸς δεινοῦ. τό, τε μέγιστον, ἐπὶ τοσοῦτον ἀγνοεῖσθαι παρ' αὐτοῖς πρότερον τὰ κατὰ τοὺς ὑπεναντίους, ὥστε σχεδὸν μηδ' ἑωρα-

cum duabus legionibus & ea quam diximus copia ſociorum adhibetur. raro omnibus viribus ſimul & ad unum bellum utuntur. at tempore hoc uſque adeo perculſi perterritique erant metu impendentis mali, ut non ſolum quatuor, ſed etiam octo legionibus ſimul rem gerere conſtituerint. Igitur Æmilium cohortati, ubi ob oculos illi poſuiſſent, quanti in utramvis partem momenti hæc pugna eſſet futura, profectum ab Urbe, fortiter & pro majeſtate Romani nominis rem cernere jubent. Coss. ut ad exercitū venerunt concione advocata, Senatus voluntatem multitudini exponunt, & prout res poſtulabat eos adhortantur: L. Æmilio mandata patrum ita referente, ut vere ſentire ipſum quæ loqueretur ſcires. Ejus pleraque oratio eo tendebat, ut acceptas nuper clades excuſaret. harum quippe memoria territus miles, adhortatione ejuſmodi opus habebat. Probare igitur nitebatur; quod ſuperioribus præliis victi fuerant, non unam neque alteram, ſed vero plures rationes afferri poſſe, cur ita acciderit. Jam vero, ſi viri fuerint, nihil cauſſæ dici poſſe, cur de hoſte victoriam non ſint reportaturi. ad id enim temporis neque ambos Coss. legionibus junctis decertaſſe; neque militem habuiſſe exercitatum, ſed tironem, & omnium quæ militiæ occurrunt dura & terribilia, inexpertum: quodque maximum erat, in tantum priores illos naturam hoſtis ſui ignoraſſe, ut prius ferme quàm eos unquam vidiſſent quibuſcum pugnandum erat, in aciem

aciem contra illos prodirent, & ad certandum cum ipſis de ſumma rerum deſcenderent. Nam qui ad Trebiam cæſi ſunt, quum ex Sicilia pridie veniſſent, ubi illuxit, poſtridie ejus diei in acie ſteterunt. Qui in Etruria dimicarunt, non dicam ante, ſed ne in ipſa quidem pugna hoſtem viderunt: adeo tum erat cœlum turbidum. Jam vero omnia contrario ſe modo habent. Ac primum, ecce nos Conſules ambos, qui non ſolum ipſi ejuſdem vobiſcum periculi futuri ſumus participes; ſed hoc amplius effecimus, ut proximi quoque Conſules qui magiſtratu exierunt, manere & in ſocietatem hujus certaminis venire non recuſarent. Vos deinde non ſolum armorum genus hoſtilium notum habetis, ordines, numerum; ſed alterum jam annum inter quotidianas prope cum adverſariis pugnas egiſtis. Quando igitur ſecus nunc omnia ſe habeant atque in ſuperioribus præliis, eventum quoque certaminis alium merito eſſe ſperandum. Abſurdum enim foret, imo vero ne fieri quidem poteſt, ut qui pari numero dimicantes è minutis præliis ſuperiores fere ſemper diſceſſiſtis; iidem nunc ſignis collatis pugnantes, plus quàm dimidia parte hoſtium numerum ſuperantes, ab iis vincamini. Enimvero, milites, quum cætera omnia ad victoriam vobis ſint parata, illud unicum ſupereſt, ut vincendi voluntatem & alacritatem ad pugnam afferatis. quod quidem ut faciatis, nihil eſt opus vos pluribus hortari. Iis nempe ſunt neceſſariæ adhorta-

κόλες τοὺς ἀνταγωνιστὰς περιπίπτεσθαι, καὶ συγκαταβαίνειν εἰς τοὺς ὁλοσχερεῖς κινδύνους. οἱ μὲν γὰρ περὶ τὴν Τρεβίαν ποταμὸν σφαλέντες, ἐκ Σικελίας τῇ προτεραίᾳ παραγενηθέντες, ἅμα τῷ φωτὶ τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ παρετάξαντο. Τοῖς δὲ κατὰ Τυρρηνίαν ἀγωνισαμένοις, οὐχ οἷον πρότερον, ἀλλ' οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ μάχῃ συνιδεῖν ἐξεγένετο τοὺς πολεμίους, διὰ τὸ περὶ τὸν ἀέρα γενόμενον σύμπτωμα. νῦν γε μὴν πάντα τἀναντία 109
τοῖς προειρημένοις ὑπάρχει. Πρῶτον μὲν γὰρ ἡμεῖς ἀμφότεροι πάρεσμεν, οὐ μόνον αὐτοὶ κοινωνήσοντες ὑμῖν τῶν κινδύνων· ἀλλὰ καὶ τοὺς τὸ ἔτος πρότερον * ἐστῶτας ἄρχοντας ἑτοίμους παρεσκευάκαμεν, πρὸς τὸ μένειν καὶ μετέχειν τῶν αὐτῶν ἀγώνων. Ὑμεῖς γε μὴν οὐ μόνον ἑωράκατε τοὺς καθοπλισμοὺς, τὰς τάξεις, τὰ πλήθη τῶν πολεμίων· ἀλλὰ καὶ διαμαχόμενοι μόνον οὐ καθ' ἑκάστην ἡμέραν, δεύτερον ἐνιαυτὸν ἤδη διατελεῖτε. πάντων οὖν κατὰ μέρος ἐναντίως ἐχόντων ταῖς προγεγενημέναις μάχαις, εἰκὸς καὶ τὸ τέλος ἐναντίον ἐκβήσεσθαι τοῦ νῦν ἀγῶνος. Καὶ γὰρ ἄτοπον, μᾶλλον δὲ, ὡς εἰπεῖν, ἀδύνατον, ἐν μὲν τοῖς κατὰ μέρος ἀκροβολισμοῖς, ἴσους πρὸς ἴσους συμπίπτοντας τὸ πλεῖον ἐπικρατεῖν· ὁμοῦ δὲ πάντας παραταξαμένους, πλείους ὄντας ἢ διπλασίους τῶν ὑπεναντίων ἐλαττωθῆναι. Διόπερ, ὦ ἄνδρες, πάντων ὑμῶν παρεσκευασμένων πρὸς τὸ νικᾶν, ἑνὸς προσδεῖται τὰ πράγματα, τῆς ὑμετέρας βουλήσεως καὶ προθυμίας· ὑπὲρ ἧς οὐδὲ παρακαλεῖσθαι πλείω πρέπειν ὑμῖν ὑπολαμβάνω. τοῖς μὲν γε μισθοῦ παρά τισι

στρατευομένοις, ἢ τοῖς κατὰ συμμαχίαν ὑπὲρ τῶν πέλας μέλλουσι κινδυνεύειν, οἷς κατ' αὐτὸν τὸν ἀγῶνα καιρός ἐστι δεινότατος, τὰ δ' ἐκ τῶν ἀποβαινόντων βραχεῖαν ἔχει διαφορὰν, ἀναγκαῖος ὁ τῆς παρακλήσεως γίνεται τρόπος. οἷς δὲ καθάπερ ὑμῖν νῦν, οὐχ ὑπὲρ ἑτέρων, ἀλλ' ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν καὶ πατρίδος καὶ γυναικῶν καὶ τέκνων ὁ κίνδυνος συνέστηκε, καὶ πολλαπλασίαν τὰ μετὰ ταῦτα συμβαίνοντα τὴν διαφορὰν ἔχει τῶν ἐνεστώτων ἀεὶ κινδύνων· ὑπομνήσεως μόνον, παρακλήσεως δ' οὐ προσδεῖ. τίς γὰρ οὐκ ἂν βούλοιτο, μάλιστα μὲν νικᾷν ἀγωνιζόμενος· εἰ δὲ μὴ τοῦτ' εἴη δυνατὸν, τεθνάναι πρόσθεν μαχόμενος, ἢ ζῶν ἐπιδεῖν τὴν τῶν προειρημένων ὕβριν καὶ καταφθοράν; Διόπερ, ὦ ἄνδρες, χωρὶς τῶν ὑπ' ἐμοῦ λεγομένων, αὐτοὶ λαμβάνοντες πρὸ ὀφθαλμῶν τὴν ἐκ τοῦ λείπεσθαι καὶ τοῦ νικᾷν διαφορὰν, καὶ τὰ συνεξακολουθοῦντα τούτοις, οὕτως ἑαυτοὺς παραστήσασθε πρὸς τὴν μάχην, ὡς τῆς πατρίδος οὐ κινδυνευούσης νῦν αὐτοῖς τοῖς στρατοπέδοις, ἀλλὰ τοῖς ὅλοις. τί γὰρ ἔτι προσθήσω τοῖς ὑποκειμένοις; ἐὰν ἄλλως πως τὰ παρόντα κριθῇ, περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν οὐκ ἔχει. πᾶσαν γὰρ τὴν αὐτῆς προθυμίαν καὶ δύναμιν, εἰς ὑμᾶς ἀπήρεισται, καὶ πάσας τὰς ἐλπίδας ἔχει τῆς σωτηρίας ἐν ὑμῖν· ὧν ὑμεῖς αὐτὴν μὴ διαψεύσθητε νῦν, ἀλλ' ἀπόδοτε μὲν τῇ πατρίδι τὰς ἁρμοζούσας χάριτας· φανερὸν δὲ πᾶσιν ἀνθρώποις ποιήσατε, διότι καὶ τὰ πρότερον ἐλαττώματα γέγονεν, οὐ διὰ τὸ Ρωμαίους χείρους ἄνδρας εἶναι Καρχηδονίων· ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν τῶν τότε μαχομένων, καὶ διὰ

tiones, qui mercede aliis militant, aut ex lege fœderis pericula pro ſociis ſunt obituri; quorum & in pugna conditio duriſſima: & poſt pugnam ſpes ſtatum in melius mutandi, tenuiſſima. Vos vero quibus nunc non pro aliis, ſed pro vobis ipſis, pro patria, pro conjugibus ac liberis propoſitum eſt certamen; quorum ſtatus nunc anceps propter imminentia aſſidue pericula, longè diverſiſſimus poſt pugnam eſt futurus; monere, non etiam hortari oportet. Quis enim eſt, quin malit, maxime quidem pugnando vincere; aut ſi hoc non licet, in prælio certe mori potius, quàm vivus eos quos modò dicebam hoſtis libidini & crudelitati miſere expoſitos videre? Agite igitur, milites, ipſi per vos tacente me, facite diligenter cogitetis, quàm diverſa vos victores aut victos maneant. quæ vel præmia ſperare, vel mala metuere habeatis. atque ita comparati animis ad prælium accedite, ut memineritis non ſolis legionibus periclitari hic patriam: ſed univerſum imperium agi. Quid verbis opus eſt? Omnino ſi male pugnaveritis, ſuperare hoſtem patria non poteſt. illa omne ſuum ſtudium, omnes ſuas vires magno niſu in vos contulit: illa omnes ſuę ſalutis ſpes in vobis locatas habet: quę ne ipſam fallant, videte, milites: & prout de vobis patria merita eſt, ita nunc erga ipſam vos gerite. facite denique ut omnes mortales intelligant, etiam ſuperiorum temporum detrimenta non ideo fuiſſe accepta, quod virtute Romanus Carthaginienſi cedat: ſed partim propter illorum exercituum imperitiam

imperitiam rei bellicæ; partim propter locorum ac temporum iniquitatem. Hæc & ſimilia his alia poſtquam Æmilius ad excitandos multitudinis animos dixiſſet, concionem dimiſit. Die ſequenti Coss. eò duxere ubi caſtra eſſe hoſtium dicebantur. quò ut alteris caſtris ventum eſt, ſex millium intervallo ab hoſte ſigna conſtituunt. Lucius, qui plana & nuda omnia circa videbat, quia ſuperior equitatu Pœnus erat, abſtinendum prælio cenſebat: & in ejuſmodi loca deducendum attrahendumque eum eſſe, ubi pedeſtribus copiis plurimum res gereretur. Huic ſententiæ quum refragaretur C. Terentius, quæ fuit illius imperitia, accidit quod omnium periculoſiſſimum eſt, ut diſſiderent animis inter ſe duces, neque in commune conſulerent. Proximo die Terentius, cujus imperium tunc erat, (moris enim habent populi Romani Coss. alternis imperare:) motis caſtris, multum obteſtante & renitente collega, propius hoſtem accedit. Hannibal cum expeditis & equitibus obviam illis procedit: quos agmen adhuc ducentes conſecutus, atrocem pugnam capeſſens, tumultu magno complevit. Romani ubi primum ejus impetum objecta gravis armaturæ aliqua manu ſuſtinuiſſent; mox jaculatoribus atque equitibus in hoſtem immiſſis, ſuperiores ex eo conflictu diſceſſerunt. cujus rei cauſſa hæc fuit; quod acies Carthaginienſium omni propemodum ſubſidio erat nudata: quum Romani levi ſuæ armaturæ aliquot ſaltem cohortes immixtas haberent quæ

τὰς ἐκ τῶν καιρῶν περιστάσεις. τότε μὲν οὖν ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα παρακαλέσας ὁ Λεύκιος, διαφῆκε τοὺς πολλούς. Τῇ δ' ἐπαύριον ἀνα- 110
ζεύξαντες ἦγον τὴν δύναμιν, οὗ τοὺς πολεμίους ἤκουον στρατοπεδεύειν. δευτεραῖοι δ' ἐπιβάλλοντες, παρενέβαλον περὶ πεντήκοντα σταδίους ἀπέχοντες τῶν πολεμίων. ὁ μὲν οὖν Λεύκιος συνθεασάμενος ἐπιπέδους καὶ ψιλοὺς ὄντας τοὺς πέριξ τόπους, οὐκ ἔφη δεῖν συμβάλλειν ἱπποκρατούντων τῶν πολεμίων, ἀλλ' ἐπισπᾶσθαι καὶ προάγειν μᾶλλον εἰς τοὺς τόπους, ἐν οἷς τὸ πλέον ἔσται διὰ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων ἡ μάχη. τοῦ δὲ Γαΐου διὰ τὴν ἀπειρίαν ὑπὲρ τῆς ἐναντίας ὑπάρχοντος γνώμης, ἦν ἀμφισβήτησις καὶ δυσχρηστία περὶ τοὺς ἡγεμόνας, ὃ πάντων ἐστὶ σφαλερώτατον. τῆς δ' ἡγεμονίας τῷ Γαΐῳ καθηκούσης εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, διὰ τὸ παρὰ μίαν ἐκ τῶν ἐθισμῶν μεταλαμβάνειν τὴν ἀρχὴν τοὺς ὑπάτους, ἀναστρατοπεδεύσας προῆγε, βουλόμενος ἐγγίσαι τοῖς πολεμίοις, πολλὰ διαμαρτυρομένου καὶ κωλύοντος τοῦ Λευκίου. ὁ δ' Ἀννίβας ἀναλαβὼν τοὺς εὐζώνους καὶ τοὺς ἱππεῖς, ἀπήντα. καὶ προσπεσὼν ἔτι κατὰ πορείαν οὖσι, παραδόξως συνεπλέκετο, καὶ πολὺν ἐν αὐτοῖς ἐποιεῖτο θόρυβον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τὴν μὲν πρώτην ἐπιφορὰν ἐδέξαντο προθέμενοί τινας τῶν ἐν τοῖς βαρέσι καθοπλισμοῖς. μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς ἀκοντιστὰς καὶ τοὺς ἱππεῖς ἐπαφέντες, ἐπλεονέκτουν κατὰ τὴν πρώτην συμπλοκὴν, διὰ τὸ τοῖς μὲν Καρχηδονίοις μηδὲν ἐφεδρεύειν ἀξιόλογον· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἀναμεμιγμένας τοῖς εὐζώνοις ἅμα κινδυνεύειν

σπείρας

τινὰς σπείρας. τότε μὲν οὖν ἐπιγενο-
μένης νυκτὸς, ἐχωρίσθησαν ἀπ' ἀλ-
λήλων, οὐ κατὰ τὴν ἐλπίδα τοῖς
Καρχηδονίοις ἐκβάσης τῆς ἐπιθέσεως.
εἰς δὲ τὴν ἐπαύριον ὁ Λεύκιος οὔτε
μάχεσθαι κρίνων, οὔτε μὴν ἀπά-
γειν ἀσφαλῶς τὴν στρατιὰν ἔτι δυνά-
μενος, τοῖς μὲν δυσὶ μέρεσι κα-
τεστρατοπέδευσε παρὰ τὸν Αὔφιδον
ποταμὸν καλούμενον, ὃς μόνος διαῤ-
ῥεῖ τὸν Ἀπεννῖνον. τοῦτο δ' ἐστὶν ὄρος
συνεχὲς, ὃ διείργει πάσας τὰς κα-
τὰ τὴν Ἰταλίαν ῥύσεις, τὰς μὲν εἰς
τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος, τὰς δὲ
εἰς τὸν Ἀδρίαν. δι' οὗ ῥέοντα συμ-
βαίνει τὸν Αὔφιδον, τὰς μὲν πηγὰς
ἔχειν ἐν τοῖς πρὸς τὸ Τυῤῥηνικὸν
κλίμασι τῆς Ἰταλίας, ποιεῖσθαι δὲ
τὴν ἐκβολὴν εἰς τὸν Ἀδρίαν. τῷ δὲ
τρίτῳ πέραν ἀπὸ διαβάσεως πρὸς
τὰς ἀνατολὰς ἐβάλετο χάρακα· τῆς
μὲν ἰδίας παρεμβολῆς, περὶ δέκα
σταδίων ἀποσχών· τῆς δὲ τῶν ὑπεναν-
τίων, μικρῷ πλεῖον. βουλόμενος
διὰ τούτων προκαθῆσθαι μὲν τῶν ἐκ
τῶν ἰδίων παρεμβολῶν προνομευόν-
των, ἐπικεῖσθαι δὲ τοῖς παρὰ τῶν
III Καρχηδονίων. Ἀννίβας δὲ κατὰ
τὸν αὐτὸν καιρὸν θεωρῶν ὅτι καλεῖ
τὰ πράγματα μάχεσθαι καὶ
συμβάλλειν τοῖς πολεμίοις· εὐ-
λαβούμενος δὲ μὴ διατέτραπται
τὸ πλῆθος ἐκ τοῦ προγεγονότος
ἐλαττώματος, κρίνας προσδεῖ-
σθαι παρακλήσεως τὸν καιρὸν, συνῆ-
γε τοὺς πολλούς. ἀθροισθέντων
δὲ, περιβλέψαι κελεύσας πάν-
τας εἰς τοὺς πέριξ τόπους, ἤρε-
το, τί μεῖζον εὔξασθαι τοῖς
θεοῖς κατὰ τοὺς παρόντας ἐδύναν-
το καιροὺς, δοθείσης αὐτοῖς ἐξου-

ſimul pugnarunt. Tunc igitur ſuperveniente nocte invicem ſunt ſeparati: haut ſane eo dimicationis eventu quem ſperaverant Carthaginienſes, cum hoſtem ſunt adorti. Die ſequenti Æmilius, quum neque pugnandi conſilium probaret, neque tamen exercitum inde abſque periculo poſſet abducere, cum duabus copiarum partibus caſtra ad Aufidum amnem communit. (hic unicus eſt fluvius, qui Apenninum montem permeat, quo omnes qui Italiam rigant fluvii ſeparantur, aliis Superum, aliis Inferum mare petentibus: hic vero amnis per Apenninum fluens, fontes quidem in ea regione Italiæ, quæ in Etruſcum mare vergit, habet: oſtium vero Adriaticum ingreditur.) tertiæ parti exercitus trans Aufidum, ad ortum ejus loci ubi fluvius tranſitur, vallum circumdedit: intervallo interjecto ab alteris Romanorum caſtris mille & trecentorum paſſuum, ab hoſte vero aliquanto plurium: ut & iis qui è geminis ſuorum caſtris pabulatum exirent, auxilio eſſet: & ſimul iis immineret, qui ob eandem cauſſam è vallo Carthaginienſium prodirent. Carthaginienſium imperator tempus adveniſſe jam cernens, quo manus conſerere & dimicare cum hoſtibus oporteret; veritus, ne recens damnum militum animis aliquam attuliſſet conſternationem, ſuos ſibi eſſe alloquendos ratus, concionem advocavit. qui ubi convenere, jubet omnes loca proxima circumſpicere: deinde petit ab illis, Ecquid impræſentiarum, ſi facta ſibi à diis eſſet poteſtas, optare majus ab iis potuerint,

quàm

quàm ut qui hoſtem equitatu ſuperabant, talibus in locis periculum ſummæ rerum facerent? quum omnium aſſenſu comprobata ejus vox eſſet, re tam manifeſta: Vos igitur, inquit, diis primo gratias agite, qui victoriam veſtram adjuvantes, in ejuſcemodi loca hoſtes deduxerunt: deinde & nobis, qui ad neceſſitatem pugnandi inimicos compulimus: neque enim effugere ulla arte poſſunt, quominus iniquo ſibi loco, nobis autem palàm opportuno decertent. Ut pluribus vos nunc horter, quò fidente atque alacri animo pugnam capeſſatis, officii eſſe mei nequaquam duco. tum fuit ei orationi locus, quando pugnæ cum Romanis nullum adhuc periculum feceratis: quo tempore multa ſæpe ego apud vos in eam ſententiam, exemplis etiam adhibitis, diſſerui. Nunc cum tribus continuis præliis, tantis præſertim, & quidem ex compacto ſumptis, Romanos viceritis; quæ vis dicendi plus valere queat ad animos vobis faciendos, quàm res ipſæ quas geſſiſtis? Igitur præcedentibus victoriis regione potiti eſtis & omnibus ejus bonis, ſicut vobis promiſeramus: & quæcunque vobis dixeram, vera eſſe omnia res ipſæ comprobarunt. Nunc de civitatibus & earum opibus ſupereſt certamen; ex quo ſi victores diſceſſeritis, ilicet veſtra eſt Italia tota; & vos unicum hoc prælium omnibus perfunctos laboribus, imperio atque divitiis univerſis Romanorum potitos, principes ac dominos omnium efficiet. Quare non jam verbis opus; ſed manu res gerenda. confido enim

σίας, ἐὰν παρὰ πολὺ τῶν πολεμίων ἱπποκρατοῦντες ἐν τοιούτοις τόποις διακινδυνεύωσι περὶ τῶν ὅλων. πάντων δὲ τὸ ῥηθὲν ἐπισημηναμένων διὰ τὴν ἐνάργειαν τούτου, Τοιγαροῦν, ἔφη, πρῶτον μὲν τοῖς θεοῖς ἔχετε χάριν· ἐκεῖνοι γὰρ ἡμῖν συγκατασκευάζοντες τὴν νίκην, εἰς τοιούτους τόπους ἤγαγον τοὺς ἐχθρούς· δεύτερον δ' ἡμῖν, ὅτι καὶ μάχεσθαι τοὺς πολεμίους συνηναγκάσαμεν· οὐ γὰρ ἔτι δύνανται τοῦτο διαφυγεῖν, καὶ μάχεσθαι προφανῶς ἐν τοῖς ἡμετέροις προτερήμασι. Τὸ δὲ παρακαλεῖν ὑμᾶς νῦν διὰ πλειόνων εὐθαρσεῖς καὶ προθύμους εἶναι πρὸς τὸν κίνδυνον, οὐδαμῶς μοι δοκεῖ καθήκειν. ὅτε μὲν γὰρ ἀπείρως διέκεισθε τῆς πρὸς Ῥωμαίους μάχης, ἔδει τοῦτο ποιεῖν· καὶ μεθ' ὑποδειγμάτων ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς πολλοὺς διεθέμην λόγους. ὅτε δὲ κατὰ τὸ συνεχὲς τρισὶ μάχαις τηλικαύταις ἐξ ὁμολόγου νενικήκατε Ῥωμαίους, ποῖος ἂν ἔτι λόγος ὑμῖν ἰσχυρότερον παραστήσαι θάρσος αὐτῶν τῶν ἔργων; διὰ μὲν οὖν τῶν πρὸ τοῦ κινδύνων, κεκρατήκατε τῆς χώρας, καὶ τῶν ἐκ ταύτης ἀγαθῶν κατὰ τὰς ἡμετέρας ἐπαγγελίας, ἀψευστούντων ἡμῶν ἐν πᾶσι τοῖς πρὸς ὑμᾶς εἰρημένοις. Ὁ δὲ νῦν ἀγὼν ἐνέστηκε περὶ τῶν πόλεων, καὶ τῶν ἐν αὐταῖς ἀγαθῶν· οὗ κρατήσαντες, κύριοι μὲν ἔσεσθε παραχρῆμα πάσης Ἰταλίας· ἀπαλλαγέντες δὲ τῶν νῦν πόνων, γενόμενοι συμπάσης ἐγκρατεῖς τῆς Ῥωμαίων εὐδαιμονίας, ἡγεμόνες ἅμα καὶ δεσπόται πάντων γενήσεσθε διὰ ταύτης τῆς μάχης. διόπερ οὐκ ἔτι λόγων, ἀλλ' ἔργων ἐστὶν ἡ χρεία. θεῶν γὰρ βουλομένων,

ὅσον οὔπω

ἔστιν οὔπω βεβαιώσειν ἡμῖν πέπεισμαι τὰς ἐπαγγελίας. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια διαλεχθείς, προθύμως αὐτὸν ἐπισημηναμένου τοῦ πλήθους, ἐπαινέσας καὶ δεξάμενος αὐτῶν τὴν ὁρμὴν, ἀφῆκε· καὶ παραχρῆμα κατεστρατοπέδευσε, ποιούμενος τὸν χάρακα παρὰ τὴν αὐτὴν πλευρὰν τοῦ ποταμοῦ, τῇ μείζονι
112 στρατοπεδείᾳ τῶν ὑπεναντίων. τῇ δ' ἐχομένῃ περὶ παρασκευὴν καὶ θεραπείαν παρήγγελλε γίνεσθαι πᾶσι. τῇ δ' ἑξῆς παρὰ τὸν ποταμὸν ἐξέταττε τὰ στρατόπεδα, καὶ δῆλος ἦν μάχεσθαι σπεύδων τοῖς ὑπεναντίοις. ὁ δὲ Λεύκιος δυσαρεστούμενος μὲν τοῖς τόποις, ὁρῶν δ' ὅτι ταχέως ἀναγκασθήσονται μεταστρατοπεδεύειν οἱ Καρχηδόνιοι διὰ τὸν πορισμὸν τῶν ἐπιτηδείων, εἶχε τὴν ἡσυχίαν, ἀσφαλισάμενος ταῖς ἐφεδρείαις τὰς παρεμβολάς. Ἀννίβας δὲ χρόνον ἱκανὸν μείνας, οὐδενὸς ἀντεξιόντος, τὴν μὲν λοιπὴν δύναμιν αὖθις εἰς χάρακα κατέστησε· τοὺς δὲ Νομάδας ἐπαφῆκε τοῖς ὑδρευομένοις ἀπὸ τῆς ἐλάττονος παρεμβολῆς. τῶν δὲ Νομάδων, ἕως πρὸς αὐτὸν τὸν χάρακα προσπιπτόντων καὶ διακωλυόντων τὴν ὑδρείαν, ὅ, τε Γάϊος ἐπὶ τούτοις ἔτι μᾶλλον παρωξύνετο, τά τε πλήθη πρὸς τὸν κίνδυνον ὁρμὴν εἶχε. καὶ δυσχερῶς ἔφερε τὰς ὑπερθέσεις. βαρύτατος γὰρ δὴ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁ τοῦ μέλλοντος γίνεται χρόνος· ὅταν γ' ἅπαξ κριθῇ, ὅ, τι ἂν ᾖ πάσχειν πάντων τῶν δοκούντων εἶναι δεινῶν, ὑπομενετέον. Εἰς δὲ τὴν Ῥώμην προσπεπτωκότος, ὅτι παραστρατοπεδεύουσιν ἀλλήλοις, καὶ συμπλοκαὶ γίνονται τῶν προκινδυνευόντων ἀνὰ ἑκάστην

jamjam me, dii modò ceptis annuant, promiſſi fidem exſoluturum. Hæc aliaque in hanc ſententiam ubi Hannibal dixiſſet, multitudine approbationis ſignum voce manuque dante, ipſe egregia ſuorum voluntate laudata, concionem dimiſit: at ſtatim ab eadem parte amnis ubi majora caſtra hoſtium erant, ipſe quoque vallum jacit. Poſtridie curari corpora & parari omnes ad pugnam præcipit. ſequenti die ſecundum fluvium aciem dirigit & pugnandi poteſtatem Romanis facit. Lucius, cui iniquus admodum locus diſplicebat, neque dubitabat brevi Carthaginienſes propter commeatuum inopiam coactum iri ſigna transferre, poſteaquam bina caſtra ſua ſtationibus muniſſet, nihil movere. Hannibal quum aliquandiu ſtetiſſet in acie, hoſte non educente, reliquas copias intra vallum reducit: Numidas in eos immittit, qui è caſtris minoribus aquabantur. deinde procurſantibus omnia Numidis ad munimenta uſque, & aquationem intercludentibus, majore adhuc pugnæ cupiditate flagrare Terentius cepit. milites quoque ipſos omnis jam moræ impatientes præliandi ardor invaſit. Adeo nullum unquam mortalibus tempus eſt longius, quàm ubi exſpectatione futuri pendemus, poſtquam ſemel fixum deſtinatumque in animo fuerit, ferendum eſſe quicquid eorum evenerit, quæ maxime terribilia cenſentur. Ubi nuntius Romam eſt allatus caſtra caſtris eſſe collata, & velitationes quotidie fieri:

erecta

erecta animis & plena metus civitas fuit; eventum prælii propter memoriam tot recentium cladium cunctis horrentibus: quod facile intelligerent, & cogitatione ſibi fingerent, quis fractis ibi rebus futurus eſſet Reip. ſtatus. Erant in ore omnibus omnia fatidicis ipſorum libris comprehenſa oracula. oſtentorum item ac prodigiorum templa univerſa, univerſas privatorum domos cerneres refertas. omnes igitur vota concipere, rem divinam facere, diis immortalibus ſupplicia ac preces agitare. Solent namque Romani neceſſario ſuo tempore miram induſtriam ad deum hominumque iram avertendam adhibere: neque eorum quæ in ejuſmodi caſibus fieri amant, quicquam aut parum decorum, aut parum ſua illa generoſitate dignum arbitrantur. At Varro poſtero die, (cujus ſors ejus diei imperii erat,) ſuſceptis ſtatim faſcibus, vix dum illuceſcente Sole, ex utriſque caſtris copias ſimul eduxit. & majoribus quidem egreſſos, ſtatim ut quoſque traduxerat, ita in acie locat. minoribus vero caſtris eductos, junctim, continuata cum prioribus ſerie, dirigit; atque univerſum latus meridiem verſus ſpectans occupat. Romanos equites flumini proximos locat in cornu dextro. pedites his continuos in eadem ſerie producit: ſigna magis conferta in extrema acie quàm in prima ſtatuit; numero cohortium quæ in fronte conſiſtebant, in poſtremis ordinibus multiplicato. Sociorum equitatus in lævo cornu locatur. acici univerſæ leviter

ἡμέραν, ὀργῇ καὶ περίφοβος ἦν ἡ πόλις. δεδιότων μὲν τῶν πολλῶν τὸ μέλλον διὰ τὸ πολλάκις ἤδη προηττῆσθαι, προορωμένων δὲ καὶ προλαμβανόντων τὰ συμβησόμενα ταῖς ἐννοίαις, ἐὰν σφαλῶσι τοῖς ὅλοις. πάντα δ' ἦν τὰ παρ' αὐτοῖς λόγια πᾶσι τότε διὰ στόματος. σημείων δὲ καὶ τεράτων πᾶν μὲν ἱερὸν, πᾶσα δ' ἦν οἰκία πλήρης· ἐξ ὧν εὐχαὶ καὶ θυσίαι θεῶν ἱκετηρίαι καὶ δεήσεις ἐπεῖχον τὴν πόλιν. Δεινοὶ γὰρ ἐν ταῖς περιστάσεσι Ῥωμαῖοι, καὶ θεοὺς ἐξιλάσκεσθαι καὶ ἀνθρώπους· καὶ μηδὲν ἀπρεπὲς μηδ' ἀγεννὲς ἐν τοῖς τοιούτοις καιροῖς ἡγεῖσθαι τῶν περὶ ταῦτα συντελουμένων. Ὁ δὲ Γάϊος IE
ἅμα τῷ παραλαβεῖν τὴν κατὰ πόδας ἡμέραν τὴν ἀρχὴν, ἄρτι τῆς κατὰ τὸν ἥλιον ἀνατολῆς ἐπιφαινομένης, ἐκίνει τὴν δύναμιν ἐξ ἑκατέρας ἅμα τῆς παρεμβολῆς· καὶ τοὺς μὲν ἐκ τοῦ μείζονος χάρακος διαβιβάζων τὸν ποταμὸν, εὐθέως παρενέβαλλε. τοὺς δ' ἐκ θατέρου συνάπτων τούτοις ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν ἐξέτεινε, λαμβάνων πᾶσιν τὴν ἐπιφάνειαν τὴν πρὸς μεσημβρίαν. τοὺς μὲν οὖν τῶν Ῥωμαίων ἱππεῖς παρ' αὐτὸν τὸν ποταμὸν ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κατέστησε, τοὺς δὲ πεζοὺς συνεχεῖς τούτοις ἐπὶ τῆς αὐτῆς εὐθείας ἐξέτεινε, πυκνοτέρας ἢ πρόσθεν τὰς σημαίας καθιστάνων, καὶ ποιῶν πολλαπλάσιον τὸ βάθος ἐν ταῖς σπείραις τοῦ μετώπου, τοὺς δὲ τῶν συμμάχων ἱππεῖς εἰς τὸ λαιὸν κέρας παρενέβαλε. πάσης δὲ τῆς

δυνα-

δυνάμεως προέστησε τοὺς εὐζώνους
ἐν ἀποστάσει. ἦσαν δὲ σὺν τοῖς συμ-
μάχοις, πεζῶν εἰς ὀκτὼ μυριάδας.
ἱππεῖς δὲ μικρῷ πλείους τῶν ἑξακισ-
χιλίων. Ἀννίβας δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν και-
ρὸν τοὺς μὲν Βαλιαρεῖς καὶ λογχοφό-
ρους διαβιβάσας τὸν ποταμὸν, προε-
βάλετο τῆς δυνάμεως. τοὺς δὲ λοιποὺς
ἐξαγαγὼν ἐκ τοῦ χάρακος, καὶ περαι-
ώσας κατὰ διττοὺς τόπους τὸ ῥεῖθρον,
ἀντετάττετο τοῖς πολεμίοις, ἐπίθει δὲ
ἐπ' αὐτὸν μὲν τὸν ποταμὸν ἐπὶ τῶν εὐ-
ωνύμων, τοὺς Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς ἱπ-
πεῖς ἀντίους τοῖς τῶν Ῥωμαίων ἱππεῦσι·
συνεχεῖς δὲ τούτοις, πεζοὺς τοὺς ἡμί-
σεις, τῶν ἐν τοῖς βαρέσι καθοπλισμοῖς
Λιβύων· ἑξῆς δὲ τοῖς εἰρημένοις, Ἴβη-
ρας καὶ Κελτούς· παρὰ δὲ τούτοις, τὸ
λοιπὸν μέρος ἔθηκε τῶν Λιβύων. ἐπὶ
δὲ τοῦ δεξιοῦ κέρως, ἐπέταξε τοὺς Νο-
μαδικοὺς ἱππεῖς. ἐπεὶ δὲ πάντ'
ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἐξέτεινε, μετὰ ταῦτα
λαβὼν τὰ μέσα τῶν Ἰβήρων καὶ Κελτῶν
τάγματα, προῆγε. καὶ τἄλλα τούτοις
ἐκ τοῦ κατὰ λόγον παρεστᾶναι ζυγοῦν-
τα, μηνοειδὲς ποιῶν τὸ κύρτωμα,
καὶ λεπτύνων τὸ τούτων αὐτῶν σχῆ-
μα· βουλόμενος ἐφεδρείας μὲν
τάξιν ἐν τῇ μάχῃ τοὺς Λίβυας αὐ-
τῶν ἔχειν· προκινδυνεῦσαι δὲ τοῖς
114 Ἴβηρσι καὶ Κελτοῖς. ἦν δ' ὁ καθο-
πλισμὸς τῶν μὲν Λιβύων Ῥωμαϊκὸς,
οὓς πάντας Ἀννίβας ἐν τοῖς τῆς προ-
γεγενημένης μάχης σκύλοις ἐκλέ-
ξας κατακεκοσμήκει. τῶν δ' Ἰβή-
ρων καὶ Κελτῶν ὁ μὲν θυρεὸς ἦν πα-
ραπλήσιος· τὰ δὲ ξίφη, τὴν ἐναν-
τίαν εἶχε διάθεσιν. τοῦ μὲν γὰρ οὐκ
ἔλαττον τὸ κέντημα τῆς καταφο-
ρᾶς ἴσχυε πρὸς τὸ βλάπτειν. ἡ δὲ

punctim feriendum hoſtem va-

armati in ſpatio præpoſiti. Erant omnino in exercitu Romanorum cum ſociis, peditum octoginta millia: equites ſupra ſexies mille. Interea Carthaginienſium dux Baleares atque haſtatos Aufidum tranſmiſit, & ante ſigna conſtituit. reliquas deinde copias caſtris educit, ac duobus locis fluvium tranſire juſſas ex adverſo hoſtium inſtruit. in lævo cornu, (id erat amni propius,) Hiſpani & Galli equites contra Romanum equitatum diſpoſiti: proxime iſtos partem dimidiam locavit peditum Afrorum gravioris armaturæ. hos contingebant Hiſpani & Galli. rurſus iſtis ad latus adhærebant reliquæ graves armaturæ Afrorum. ad dextrum cornu equites Numidas diffudit. poſtea vero qvam omnes copias æquata fronte recta ſerie produxiſſet; ipſe cum media acie quæ ex Hiſpanorum & Gallorum legionibus conſtabat, prægreditur: ita ut, qui utrinque adſtabant; quod & ratio oſtendit, jugum unum ac ſeriem rectam poſſent conſtituere: efficereturque in media acie gibboſitas lunata, cujus erat figura attenuata. Id eo conſilio fecit, ut primis in prælio concurrentibus Hiſpanis & Gallis, in ſubſidium parati manerent Afri. Armati autem hoc modo erant. Afri Romano more armis tecti: lectiſſimum enim quemque eorum Hannibal ſpoliis quæ ſuperioribus præliis parta fuerant, adornaverat. Hiſpanorum & Gallorum ſcuta ejuſdem formæ erant: diſpares ac diſſimiles gladii. Hiſpanorum enim, non minus ad lebant mucrone, quàm ad cæſim petendum.

fendum. Gallorum gladii ad cæſim dumtaxat feriendum utiles: quam ad rem opus intervallo. Atque horum cohortes alternatim diſpoſitæ, novam & terribilem ſpeciem præ ſe ferebant: quum præſertim more gentis ſuæ Galli nudi, Hiſpani linteis prætextis purpura tunicis adornati conſiſterent. Equites à parte Carthaginienſium erant omnino decies mille: pedites cum auxiliis Gallorum non multo plures quadraginta millibus. Cornua tenebant apud Romanos, Æmilius dextrum: lævum Terentius Varro: mediam pugnam Marcus & Cnæus proximi Conſules tuebantur. apud Carthaginienſes, lævum Aſdrubal regebat; in dextro curabat Hanno: mediam aciem Hannibal ipſe cum fratre Magone tenebat. & quum Romana acies meridiem ſpectaret, quod ante diximus, Carthaginienſis Septentrionem; neutros ex orti Solis radii offendebant. Commiſſa pugna ab iis qui ante ſigna ſtabant, principio, pari utrinque detrimento leviter armati decertarunt. Ubi vero qui in lævo cornu erant equites Hiſpani & Galli congreſſi ſunt cum Romanis, verè atrox & Barbaricum prælium per hos eſt editum. Neque enim ut in legitimis pugnis fieri ſolet, averſione ab hoſte & converſione in eundem, dimicabatur: ſed ut ſemel erant congreſſi, ad pedes deſilientes vir cum viro decertabant. Vicerunt tandem Carthaginienſes equites; ac pleroſque Romanorum in conflictu, quantumvis forti atque obſtinato animo ipſi quoque rem gere-

Γαλατικὴ μάχαιρα, μίαν εἶχε χρείαν τὴν ἐκ καταφορᾶς, καὶ ταύτην τὴν ἐξ ἀποστάσεως. ἐναλλὰξ δὲ ταῖς σπείραις αὐτῶν παρατεταγμένων, καὶ τῶν μὲν Κελτῶν γυμνῶν, τῶν δ' Ἰβήρων λινοῖς περιπορφύροις χιτωνίσκοις κεκοσμημένων κατὰ τὰ πάτρια, ξενίζουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν πρόσοψιν. ἦν δὲ τὸ μὲν τῶν ἱππικῶν πλῆθος τὸ σύμπαν τοῖς Καρχηδονίοις εἰς μυρίους· τὸ δὲ τῶν πεζῶν, οὐ πολὺ πλεῖον τετρακισμυρίων σὺν τοῖς Κελτοῖς. εἶχε δὲ τὸ μὲν δεξιὸν τῶν Ρωμαίων Αἰμίλιος· τὸ δὲ εὐώνυμον Γάϊος· τὰ δὲ μέσα Μάρκος καὶ Γνάϊος, οἱ τῷ πρότερον ἔτει στρατηγοῦντες. τῶν δὲ Καρχηδονίων τὸ μὲν εὐώνυμον Ἀσδρούβας εἶχε· τὸ δὲ δεξιὸν Ἄννων· ἐπὶ δὲ τοῖς μέσοις αὐτὸς ἦν Ἀννίβας, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Μάγωνα τὸν ἀδελφόν. βλεπούσης δὲ τῆς μὲν τῶν Ρωμαίων τάξεως πρὸς μεσημβρίαν, ὡς ἐπάνω προεῖπον, τῆς δὲ τῶν Καρχηδονίων πρὸς τὰς ἄρκτους· ἑκατέροις ἀβλαβῆ συνέβαινε γίνεσθαι τὴν κατὰ τὸν ἥλιον ἀνατολήν. γινομένης δὲ 115
τῆς συμπλοκῆς τῆς πρώτης ἐκ τῶν προτεταγμένων, τὰς μὲν ἀρχὰς αὐτῶν τῶν εὐζώνων ἐπίσος ἦν ὁ κίνδυνος· ἅμα δὲ τῷ τοὺς Ἴβηρας καὶ Κελτοὺς ἱππεῖς ἀπὸ τῶν εὐωνύμων πελάσαι τοῖς Ρωμαίοις, ἐποίουν οὗτοι μάχην ἀληθινὴν καὶ βαρβαρικήν. οὐ γὰρ ἦν κατὰ νόμους ἐξ ἀναστροφῆς καὶ μεταβολῆς ὁ κίνδυνος· ἀλλ' εἰσάπαξ συμπεσόντες, ἐμάχοντο συμπλεκόμενοι κατ' ἄνδρα, παρακαταβαίνοντες ἀπὸ τῶν ἵππων. ἐπειδὴ δὲ ἐκράτησαν οἱ παρὰ τῶν Καρχηδονίων, καὶ τοὺς μὲν πλείστους ἀπέκτεινον ἐν τῇ συμπλοκῇ, πάντων ἐκθύμως καὶ γενναίως

μίως διαγωνιζομένων τῶν Ῥωμαίων, τοὺς δὲ λοιποὺς ἤλαυνον παρὰ τὸν ποταμὸν φονεύοντες, καὶ προσφέροντες τὰς χεῖρας ἀπαραιτήτως· τότε δ᾽ ἤδη τὰ πεζικὰ στρατόπεδα διαδεξάμενοι τοὺς εὐζώνους, συνέπεσεν ἀλλήλοις· ἐπὶ βραχὺ μὲν οὖν τῶν Ἰβήρων καὶ τῶν Κελτῶν ἔμενον αἱ τάξεις, καὶ διεμάχοντο τοῖς Ῥωμαίοις γενναίως. μετὰ δὲ ταῦτα τῷ βάρει θλιβόμενοι κλίνοντες ὑπεχώρουν εἰς τοὐπίσω, λύσαντες τὸν μηνίσκον. αἱ δὲ τῶν Ῥωμαίων σπεῖραι κατὰ τὴν ἐκθυμίαν ἑπόμεναι τούτοις, διέκοψαν ῥᾳδίως τὴν τῶν ὑπεναντίων τάξιν. ἅτε δὴ τῶν μὲν Κελτῶν ἐπὶ λεπτὸν ἐκτεταγμένων, αὐτοὶ δὲ πεπυκνωκότες ἀπὸ τῶν κεράτων ἐπὶ τὰ μέσα καὶ τὸν κινδυνεύοντα τόπον. οὐ γὰρ ἅμα συνέβαινε τὰ κέρατα καὶ τὰ μέσα συνάπτειν, ἀλλὰ πρῶτα τὰ μέσα· διὰ τὸ τοὺς Κελτοὺς ἐν μηνοειδεῖ σχήματι τεταγμένους, πολὺ προπεπτωκέναι τῶν κεράτων, ἅτε τοῦ μηνίσκου τὸ κύρτωμα πρὸς τοὺς πολεμίους ἔχοντος. Πλὴν ἑπόμενοί γε τούτοις οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ συντρέχοντες ἐπὶ τὰ μέσα καὶ τὸν εἴκοντα τόπον τῶν πολεμίων, οὕτως ἐπιπολὺ προέπεσον, ὥστ᾽ ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους κατὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας τοὺς Λίβυας αὐτῶν γενέσθαι, τοὺς ἐν τοῖς βαρέσι καθοπλισμοῖς. ὧν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος κλίναντες ἐπ᾽ ἀσπίδα, καὶ τὴν ἐμβολὴν ἐκ δόρατος ποιούμενοι, παρεγίνοντο παρὰ πλευρὰν τοῖς πολεμίοις. οἱ δ᾽ ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἐπὶ δόρυ, ποιούμενοι τὴν κλίσιν, ἐξ ἀσπίδος ἐπιπαρενέβαλλον, αὐτοῦ τοῦ πράγματος ὃ δέον ἦν ποιεῖν

rent, ceciderunt. reliquos ſecundum flumen fugientes inſequendo, magna ex parte contrucidarunt; & ut quiſque in poteſtatem venerat, nulla penitus cuiquam ſalutis ſpe relicta cunctos interemerunt. Secundum hæc gravis armaturæ cohortes in locum expeditorum ſuccedentes, inter ſe concurrunt. & quum aliquandiu Hiſpani ac Galli Romanorum impetum ſervatis ordinibus acriter dimicando ſuſtinuiſſent: mox hoſtium mole ipſa obruti, terga vertere ac pedem referre ſoluta figura lunulæ, quam prius efficiebant, cepere. Romanæ cohortes ingenti animorum ardore hos ſecuti, hoſtilem aciem facile perrupere. erat enim Gallorum acies tenuiter inſtructa: ipſi contra è cornibus ordines confertos in mediam pugnam & locum diſcriminis contulerant. Non enim Carthaginienſium cornua cum media acie ſimul concurrerunt: ſed media primò acies; quia Galli in lunulę formam diſpoſiti à cornibus multum prominebant: pars quippe lunulæ protuberans & curua, in hoſtem erat obverſa. Quum igitur hos Romani ſequerentur, & in medium cedentemque hoſtium ſinum irruerent, in tantum præcipitaverunt ſpatii, ut ex utraque parte ad latera conſiſtentes graviores armis pedites Afros haberent. horum alii è dextro cornu in ſiniſtram flexerunt, ac ſtatim ad dextram facto impetu, latera hoſtium urgebant. alii è lævo cornu in dextram converſi, in latus ſiniſtrum adverſariorum ipſi quoque incubuerunt; quum res ipſa quid facto opus eſſet illos admoneret. Ita

acci-

accidit quod prudenter viderat Hannibal, ut Romani, dum Gallos temere inſequuntur, in mediam Afrorum aciem devenirent: qui non jam tota ſimul acie, ſed viritim & per cuneos conglobati, cum iis manum conſerebant, qui undique à lateribus ipſos invadebant. L. Æmilius etſi ab initio in dextro cornu ſteterat, & equeſtri prælio interfuerat, adhuc tamen erat in vivis. hic ut factis dicta æquaret, quibus ſuos fuerat cohortatus; cernens univerſæ pugnæ eventum in legionario pedite verti, mediam aciem equo prætervectus, ſimul obvios hoſtium manu trucidabat; ſimul proximos ſibi milites ad pugnam cohortabatur atque accendebat. idem & dux Carthaginienſium quoque faciebat: nam hic à principio eam partem aciei regendam ſuſceperat. Numidæ qui è dextro cornu cum oppoſitis equitibus in ſiniſtro Romanorum pugnabant, licet propter genus pugnæ quo utuntur, nullum memorabile detrimentum aut intulerint, aut ipſi acceperint; hoſtem tamen undique invadentes tenuere ſic occupatum, ut ſubvenire ſuis non poſſet. ubi vero Aſdrubal omnibus, (paucis oppidò exceptis) qui prope flumen ſtabant occiſis, auxiliatum Numidis è lævo cornu venit: tum enimvero ſocii Romanorum equites, ut irruentem illum præſenſerunt, inclinati retroceſſere. quo tempore ſingularis ſollertiæ atque prudentiæ facinus ab Aſdrubale editum memorant, Nam qui Numidarum magnum adeſſe nume-

ὑποδεικνύντες. ἐξ οὗ συνέβη κατὰ τὴν Ἀννίβου πρόνοιαν, μέσους ἀποληφθῆναι τοὺς Ῥωμαίους ὑπὸ τῶν Λιβύων, κατὰ τὴν ἐπὶ τοὺς Κελτοὺς παράπτωσιν. οὗτοι μὲν οὐκ ἔτι φαλαγγηδόν, ἀλλὰ κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ σπείρας στρεφόμενοι πρὸς τοὺς ἐκ τῶν πλαγίων προσπεπτωκότας, ἐποιοῦντο τὴν μάχην.

mandarunt, ut Rhium ſibi commiſſa deferrent, tanquam naves inde conſcenſuri. ipſi primo prædam dimiſſam præſidii cauſſa ſubſequi, omnia circumſpectantes: deinde Olympiam verſus iter avertunt. & quum Taurionem atque Aratum, cum iis quas diximus copiis in agro Clitoriorum eſſe intelligerent, rati, ne ſic quidem trajecturos ſe à Rhio abſque periculo & dimicatione: optimum eſſe conſtituerunt, quàm primum cum hoſtibus concurrere, dum adhuc pauci numero erant, & nihil dum tale ſuſpicabantur. ita enim apud ſe cogitabant: ſi hos fugare poſſent, omni clade belli regione pervaſtata, tutò ſe, dum molietur Aratus, & de convocanda Achæorum multitudine deliberabit, à Rhio fore trajecturos. quod ſi inopinato caſu perterriti pugnam adverſarii detrectarent, & dimicare nollent: tum ſe abſque ullo periculo, quando ita conducere ſuis rationibus arbitrarentur, diſceſſuros. Hæc iſti ſecum reputantes, pergunt ducere, donec circa Methydrium in agro Megalopolitanorum caſtra metantur. Achæorum duces ut reſciverunt appropinquaſſe hoſtes, adeo male rebus ſuis conſuluerunt, ut ad ſtultitiam nihil ſibi reliqui fecerint. reverſi enim è Clitoriorum finibus prope Caphyas conſederunt. & quum Ætoli Methydrio profecti præter urbem Orchomenum agmen ducerent; ipſi Achæos educunt, atque in Caphyenſium campis in aciem dirigunt; habentes munimenti loco amnem qui per illam regionem labitur. Ætoli,

ἐντειλάμενοι τοῖς ἐκπεμπομένοις ταῦτα πρὸς τὸ Ῥίον ἀπαντᾶν, ὡς ἐντεῦθεν ποιησόμενοι τὴν ἔμβασιν. αὐτοὶ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐφήδρευον τῇ τῆς λείας ἐξαποστολῇ περιέποντες· μετὰ δὲ ταῦτα προῆγον ἐκ μεταβολῆς ὡς ἐπ' Ὀλυμπίας. ἀκούοντες δὲ τοὺς περὶ τὸν Ταυρίωνα μετὰ τοῦ προειρημένου πλήθους περὶ τὴν Κλειτορίαν εἶναι, καὶ νομίζοντες οὐδ' ὡς δυνήσεσθαι τὴν ἀπὸ τοῦ Ῥίου διάβασιν αὐτοὶ κινδύνου ποιήσασθαι καὶ συμπλοκῆς· ἔκριναν συμφέρειν τοῖς σφετέροις πράγμασιν, ὡς τάχιστα συμμῖξαι τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, ἀκμὴν ὀλίγοις οὖσι, καὶ τοῦ μέλλοντος ἀνυπονοήτοις· ὑπολαβόντες, ἂν μὲν τρέψωνται τούτους, προνομεύσαντες τὴν χώραν, ἀσφαλῆ ποιήσασθαι τὴν ἀπὸ τοῦ Ῥίου διάβασιν, ἐν ᾧ μέλλει καὶ βουλεύεται συναθροίζεσθαι πάλιν τὸ τῶν Ἀχαιῶν πλῆθος· ἂν δὲ καταπλαγέντες φυγομαχῶσι καὶ μὴ βούλωνται συμβάλλειν οἱ περὶ τὸν Ἄρατον, αὐτοὶ κινδύνου ποιήσασθαι τὴν ἀπόλυσιν, ὁπόταν αὐτοῖς δοκῇ συμφέρειν. οὗτοι μὲν οὖν τοιούτοις χρησάμενοι λογισμοῖς, προῆγον καὶ κατεστρατοπέδευσαν περὶ Μεθύδριον τῆς Μεγαλοπολίτιδος. οἱ δὲ τῶν Ἀ- 11
χαιῶν ἡγεμόνες, συνέντες τὴν παρουσίαν τῶν Αἰτωλῶν, οὕτω κακῶς ἐχρήσαντο τοῖς πράγμασιν, ὥστε ὑπερβολὴν ἀλογίας μὴ καταλιπεῖν. ἀναστρέψαντες γὰρ ἐκ τῆς Κλειτορίας, κατεστρατοπέδευσαν περὶ Καφύας. τῶν δ' Αἰτωλῶν ποιουμένων τὴν πορείαν ἀπὸ Μεθυδρίου παρὰ τὴν τῶν Ὀρχομενίων πόλιν, ἐξαγαγόντες τοὺς Ἀχαιούς, ἐν τῷ τῶν Καφυέων πεδίῳ παρενέβαλον προβαλλόμενοι τὸν δι' αὐτοῦ ῥέοντα

ποταμόν. οἱ δ᾽ Αἰτωλοί, καὶ διὰ τὰς μεταξὺ δυσχωρίας, (ἦσαν γὰρ ἔτι πρὸ τοῦ ποταμοῦ τάφροι, αἱ πλείους δύσβατοι) καὶ διὰ τὴν ἐπίφασιν τῆς ἑτοιμότητος τῆς τῶν Ἀχαιῶν πρὸς τὸν κίνδυνον, τοῦ μὲν ἐγχειρεῖν τοῖς ὑπεναντίοις κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν ἀπεδειλίασαν· μετὰ δὲ πολλῆς εὐταξίας ἐποιοῦντο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὰς ὑπερβολὰς ἐπὶ τὸ Ὀλίγυρτον· ἀσμενίζοντες εἰ μή τις αὐτοῖς ἐγχειροίη καὶ βιάζοιτο κινδυνεύειν. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄρατον, τῆς μὲν πρωτοπορείας τῶν Αἰτωλῶν ἤδη περιβαινούσης πρὸς τὰς ὑπερβολάς, τῶν δ᾽ ἱππέων ἐπαγόντων διὰ τοῦ πεδίου, καὶ συνεγγιζόντων τῷ προσαγορευομένῳ Προπόδι τῆς παρωρείας, ἐξαποστέλλουσι τοὺς ἱππεῖς καὶ τοὺς εὐζώνους, Ἐπίστρατον ἐπιστήσαντες τὸν Ἀκαρνᾶνα, καὶ συντάξαντες ἐξάπτεσθαι τῆς οὐραγίας, καὶ καταπειράζειν τῶν πολεμίων. Καίτοι γε, εἰ μὲν ἦν κινδυνευτέον, οὐ πρὸς τὴν οὐραγίαν ἐχρῆν συμπλέκεσθαι διηνυκότων ἤδη τῶν πολεμίων τοὺς ὁμαλοὺς τόπους· πρὸς δὲ τὴν πρωτοπορείαν, εὐθέως ἐμβαλόντων εἰς τὸ πεδίον. οὕτω γὰρ τὸν ἀγῶνα συνέβη γίνεσθαι τὸν ὅλον ἐν τοῖς ἐπιπέδοις καὶ πεδινοῖς τόποις· οὗ τοὺς μὲν Αἰτωλοὺς δυσχρηστοτάτους εἶναι συνέβαινε, διά τε τὸν καθοπλισμὸν καὶ τὴν ὅλην σύνταξιν· τοὺς δ᾽ Ἀχαιοὺς εὐχρηστοτάτους καὶ δυναμικωτάτους, διὰ τἀναντία τῶν προειρημένων. νῦν δ᾽ ἀφέμενοι τῶν οἰκείων τόπων καὶ καιρῶν, εἰς τὰ τῶν πολεμίων προτερήματα συγκατέβαινον. τοιγαροῦν ἀκόλουθον τὸ τέλος ἐγένετο τοῦ κινδύνου ταῖς ἐπιβολαῖς. ἀρξαμένων γὰρ τῶν εὐζώνων, τη-

tum propter medii intervalli difficultates; (nam præter fluvium, multæ ante ipſum foſſæ ductæ fuerant, quarum pleræque vix tranſiri poterant:) tum propter alacritatem ad prælium, quam oſtenderant Achæi; manum cum hoſte conſerere, quod prius deſtinaverant, auſi non ſunt: ſed compoſito agmine per loca elata Oligyrtum petunt: ſatis in præſentia habentes, ſi nemo ipſos adoriretur, nec invitos pugnare cogeret. Aratus & Taurion, poſtquam primum agmen Ætolorum ad juga montis jam proceſſiſſet; equitibus in planis ultimam aciem tuentibus, & jam ad prominentem collem qui Propus appellatur, accedentibus: equites cum leviter armatis, duce Epiſtrato Acarnane, in eos mittunt; noviſſimumque agmen carpere, & quid hoſtis virtute poſſit, periclitari jubent. Atqui, ſi pugnandum tunc fuit, nequaquam ultimos adoriri oportuit, cum jam plana loca eſſent emenſi adverſarii; ſed primos, ſimul atque in planitiem ſunt ingreſſi. ita namque certamen omne in planis & campeſtribus locis fuiſſet: ubi propter armorum genus, & univerſam diſpoſitionem aciei, magno ſuo incommodo dimicaturi erant Ætoli: Achæi vero qui & armati & diſpoſiti genere diverſo erant, magno ſuo commodo pugnaturi, & plurimum roboris habituri erant. qui nunc & & loco ſuo & tempore prætermiſſo, quò maxime opportunum erat hoſtibus, eò ad pugnandum deſcenderunt. itaque conſiliis eventus prælii reſpondit. Nam ut pugnam levis armatura

armatura inchoavit, Ætoli equites ſervatis ordinibus ſub montem ſuccedunt, & conſequi pedites ſuos feſtinant. Aratus, nec quid ageretur ſatis cognito, nec proviſo quanta par fuerat prudentia quid poſtmodum periculi immineret, ſimulatque videt equites ſenſim recedere; ratus fugere illos, progredi è cornibus ſuæ aciei loricatos, & conjungere ſe cum leviter armatis, eiſque auxiliatum ire jubet. ipſe detortum in alterum cornu agmen curriculo ducere, & feſtinanter omnia agere. Equites Ætolorum planitiem emenſi, ſtatim ut peditem ſunt adepti, ipſi quidem monti ſeſe applicant, ibique gradum figunt: pedites vero ad latera congregant, eoſque hortantur: cunctis ad ipſorum clamorem illuc propere accurrentibus, & opis ferendæ cauſſa ex itinere eò ſe convertentibus. qui ubi numero ſuo confidere ceperunt, cuneo facto Achaïcorum equitum velitumque primos ordines invadunt: quumque & numero vincerent; & hoſtem è loco ſuperiore peterent, poſt longam dimicationem, Achæos quibuſcum erant congreſſi, ægre quidem, ſed tamen in fugam avertunt. iſtis verò poſt rem ſemel inclinatam fugientibus, qui auxilio veniebant loricati incompoſito agmine & ſparſim, partim quod non intelligerent ſtatum pugnæ, partim quod in pedem referentes fugienteſque inciderent, ipſi quoque redire retrorſum, & facere idem cum aliis cogebantur. ex quo evenit, ut qui in congreſſu, cum vincerentur, plures quingentis non erant, in fuga plures eſſent duobus millibus.

ὁρῶντες οἱ τῶν Αἰτωλῶν ἱππεῖς τὴν τάξιν, ἀπεχώρουν εἰς τὴν παρώρειαν, σπεύδοντες συνάψαι τοῖς παρ' αὐτῶν πεζοῖς. οἱ δὲ περὶ τὸν 12
Ἄρατον, οὔτε κατιδόντες καλῶς τὸ γινόμενον, οὐδ' ἐκλογιζόμενοι δεόντως τὸ μετὰ ταῦτα συμβησόμενον, ἅμα τῷ τοὺς ἱππεῖς ἰδεῖν ἀποχωροῦντας, ἐλπίσαντες αὐτοὺς φεύγειν, τοὺς μὲν ἀπὸ τῶν κεράτων θωρακίτας ἐξαπέστελλον, παραγγείλαντες βοηθεῖν καὶ συνάπτειν τοῖς παρ' αὐτῶν εὐζώνοις. αὐτοὶ δ' ἐπὶ κέρας κλίναντες τὴν δύναμιν, ἦγον μετὰ δρόμου καὶ σπουδῆς. οἱ δὲ τῶν Αἰτωλῶν ἱππεῖς διανύσαντες τὸ πεδίον, ἅμα τῷ συνάψαι τοῖς πεζοῖς, αὐτοὶ μὲν ὑπὸ τὴν παρώρειαν ὑποστείλαντες ἔμενον· τοὺς δὲ πεζοὺς ἤθροιζον πρὸς τὰ πλάγια, καὶ παρεκάλουν, ἑτοίμως πρὸς τὴν κραυγὴν ἀνατρεχόντων καὶ παραβοηθούντων ἀεὶ τῶν ἐκ τῆς πορείας. ἐπεὶ δ' ἀξιομάχους ὑπέλαβον εἶναι σφᾶς αὐτοὺς κατὰ τὸ πλῆθος, συστραφέντες ἐνέβαλον τοῖς προμάχοις τῶν Ἀχαϊκῶν ἱππέων καὶ ψιλῶν· ὄντες δὲ πλείους, καὶ ποιούμενοι τὴν ἔφοδον ἐξ ὑπερδεξίου, πολὺν μὲν χρόνον ἐκινδύνευσαν, τέλος δ' ἐτρέψαντο τοὺς συγκαταστάντας. ἐν δὲ τῷ τούτους ἐγκλίναντας φεύγειν, οἱ παραβοηθοῦντες θωρακῖται κατὰ πορείαν ἀτάκτως ἐπιπαραγινόμενοι καὶ σποράδην, οἱ μὲν ἀπορροῦντες ἐπὶ τοῖς γινομένοις, οἱ δ' ἐμπίπτοντες αὐτοῖς τοῖς φεύγουσι κατὰ τὴν ἀποχώρησιν. ἀναστρέφειν ἠναγκάζοντο, καὶ τὸ παραπλήσιον ποιεῖν. ἐξ οὗ συνέβαινε τοὺς μὲν ἐκ τῆς συγκαταστάσεως ἡττηθέντας, μὴ πλείους εἶναι πεντακοσίων· τοὺς δὲ φεύγοντας,

τελείως διαλλάων. τοῦ δὲ πράγματος αὐτοῦ διδάσκοντος τοὺς Αἰτωλοὺς ὃ δεῖ ποιεῖν, εἵποντο κατόπιν ἐπιπολαστικῶς καὶ καταφόροις χρώμενοι τῇ κραυγῇ. ποιουμένων δὲ τῶν Ἀχαϊκῶν τὴν ἀποχώρησιν πρὸς τὰ βαρέα τῶν ὅπλων, ὡς μενόντων ὑπὸ τῆς ἀσφαλείας ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς τάξεως· τὸ μὲν πρῶτον εὐσχήμων ἐγίνεθ' ἡ φυγὴ καὶ σωτήριος· συνθεασάμενοι δὲ καὶ τούτους λελοιπότας τὰς τῶν τόπων ἀσφαλείας, καὶ μακροὺς ὄντας ἐν πορείᾳ καὶ διαλελυμένους, οἱ μὲν αὐτῶν εὐθέως διαμένοντες, ἀπίκτως ἐποιήσαντο τὴν ἀναχώρησιν ἐπὶ τὰς παρακειμένας πόλεις· οἱ δὲ συμπίπτοντες αὐτοῖς τοῖς ἐπιφερομένοις φαλαγγίταις, οὐ προσεδέοντο τῶν πολεμίων. αὐτοὶ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐκπλήττοντες, ἠνάγκαζον φεύγειν προτροπάδην. ἐχρῶντο δὲ τῇ φυγῇ καὶ τὴν ἀποχώρησιν, ὡς προείπομεν, ἐπὶ τὰς πόλεις· ὅ τε γὰρ Ὀρχομενὸς, αἵ τε Κάφυαι σύνεγγυς οὖσαι, πολλοὺς ἔσωσαν· μὴ γὰρ τούτου συμβάντος, ἅπαντες ἂν ἐκινδύνευσαν διαφθαρῆναι παραλόγως. Ὁ μὲν οὖν περὶ Καφύας γενόμενος κίνδυνος, τοῦτον ἀπέβη τὸν τρόπον. οἱ δὲ Μεγαλοπολῖται συνέντες

13 τοὺς Αἰτωλοὺς περὶ τὸ Μεθύδριον ἐστρατοπεδευκότας, ἧκον ἀπὸ σάλπιγγος πανδημεὶ βοηθοῦντες τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ τῆς μάχης· καὶ μεθ' ὧν ἤλπιζον κινδυνεύσειν πρὸς τοὺς ὑπεναντίους, τούτους ἠναγκάζοντο θάπτειν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν τετελευτηκότας. ὀρύξαντες δὲ τάφρον ἐν τῷ τῶν Καφυέων πεδίῳ, καὶ συναθροίσαντες τοὺς νεκροὺς, ἐκήδευσαν μετὰ πάσης φιλοτιμίας τοὺς ἠτυχηκότας. οἱ δ' Αἰτωλοὶ παραδόξως δι' αὐτῶν τῶν ἱππέων καὶ

Ætoli ab ipſa re admoniti quid opus eſſet facto, tergis eorumcum multis paſſim clamoribus inſtare. Quum autem Achaïcæ copiæ ad gravem armaturam ſuam ſe reciperent, quam putabant loco tuto ſic ordinatam ut principio fuerat manere; honeſta primum & ſalutaris fuga eorum erat. Ubi vero tuta ad receptum loca etiam ab his eſſe relicta, & longo atque interrupto agmine pergere eos eſt cognitum; alii huc illuc extemplo dilapſi, in propinquas urbes ordinibus non ſervatis evadunt: alii in phalangem, quæ ſubſidio ipſis veniebat, incidentes, ut nullus fuiſſet hoſtis, ipſi ſibi invicem terroris cauſſam præbebant, & effuſam capeſſere fugam compellebant. fugientes autem proximas urbes, ut jam diximus, petebant: multiſque Orchomenus & Caphyę, quæ oppida non longe aberant, ſaluti fuerunt. nam abſque hoc foret, inopinata hæc clades univerſos fortaſſe deleſſet, Hic fuit exitus pugnæ ad Caphyas pugnatæ. Megalopolitani, cognito Ætolos circa Methydrium caſtra poſuiſſe, poſtridie ejus diei qua pugnatum eſt, omnibus ſuis copiis tubæ claſſico convocatis, ſuppetias veniunt: & quibuſcum pugnaturos ſe adverſus hoſtem putabant; eos ab hoſte occiſos ſepelire ſunt coacti. Igitur fovea in agro Caphyenſium effoſſa, defunctorum cadavera colligunt, & miſeris omni honorum genere parentant. Ætoli parta præter ſpem per equites tantummodo & velites victoria;

de cætero,

de cætero, ſine ullo jam periculo, per mediam Peloponneſum iter habent. Quo tempore oppidum Pellenenſium capere conati, Sicyoniorum etiam agrum populati, ad extremum per Iſthmum diſceſſionem fecerunt. Hęc ſunt quę bello Sociali cauſſam & occaſionem prębuerunt: principium vero illius fuit decretum univerſorum ſociorũ, quod poſtea ſecutum. id enim in concilio Corinthi congregato, cui Philippus intererat decreti ſuaſor & auctor, ſancitum eſt. At multitudo Achæorum, poſt paucos dies ad ſtatum conventum coire; ibique & publice & privatim Arato graviter omnes ſuccenſere: ut qui confeſſione omnium ſolus acceptæ cladis culpam ſuſtineret. & quum factionis contrariæ inimici illius ipſum accuſarent, ac quid quantumque ab eo peccatum eſſet manifeſtis rationibus docerent; creſcere magis magiſque indignatio, atque ira multitudinis. In hoc primum peccaſſe Aratum nemo dubitabat; quod priuſquam magiſtratus ineundi dies advenisset, tempore non ſuo eum occupaſſet: reſque ejuſmodi ſuſcepiſſet, quas parum feliciter ſibi ſuccedere frequenti experientia didicerat. Deinde etiam in hoc erraſſe, & quidem gravius, arguebatur; quod Ætolis in media Peloponneſo cum maxime conſtitutis Achæos dimiſiſſet: qui pręſertim jam ante cognoviſſet, Scopam & Dorimachũ in eo eſſe, ut pręſentem ſtatum turbarent, & bellum concitarent. Tertium peccatum fuit, quod milites adeo paucos habens, cum hoſtibus conflixiſſet:

τῶν φίλων ποιήσαντες τὸ περιττὸν λοιπὸν ἤδη μετ' ἀσφαλείας διὰ μέσης Πελοποννήσου διῄεσαν. Ἐν ᾧ καιρῷ καταπειράσαντες μὲν τῆς Πελληνέων πόλεως, κακοποιήσαντες δὲ τὴν Σικυωνίων χώραν· τέλος κατὰ τὸν Ἰσθμὸν ἐποιήσαντο τὴν ἀπόλυσιν. Τὴν μὲν οὖν αἰτίαν καὶ τὴν ἀφορμὴν ὁ συμμαχικὸς πόλεμος ἔσχεν ἐκ τούτων· τὴν δ' ἀρχὴν ἐκ τοῦ μετὰ ταῦτα γενομένου δόγματος ἁπάντων τῶν συμμάχων· οἳ συνελθόντες εἰς τὴν τῶν Κορινθίων πόλιν ἐπεκύρωσαν, διαπρεσβευσαμένου τὸ διαβούλιον Φιλίππου τοῦ βασιλέως. Τὸ δὲ τῶν 14
Ἀχαιῶν πλῆθος μετά τινας ἡμέρας ἀθροισθὲν εἰς τὴν καθήκουσαν σύνοδον, πικρῶς διέκειτο καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν πρὸς τὸν Ἄρατον. ὡς τοῦ γ' ὁμολογουμένως αἴτιον γεγονότα τοῦ προειρημένου συμπτώματος. διὸ καὶ τῶν ἀντιπολιτευομένων, κατηγορούντων αὐτοῦ καὶ φερόντων ἀπολογισμοὺς ἐναργεῖς, ἔτι μᾶλλον ἠγανάκτει καὶ παρωξύνετο τὸ πλῆθος. Ἐδόκει γὰρ πρῶτον ἁμάρτημα προφανὲς εἶναι, τὸ μηδέπω τῆς ἀρχῆς αὐτῷ καθηκούσης, προλαβόντα τὸν ἀλλότριον καιρὸν, ἀναδέχεσθαι τοιαύτας πράξεις, ἐν αἷς συνήδει πολλάκις αὑτῷ διεσφαλμένῳ. Δεύτερον δὲ καὶ μεῖζον τούτου, τὸ διαφεῖναι τοὺς Ἀχαιοὺς, ἀκμὴν ἐν μέσῳ Πελοποννήσου τῶν Αἰτωλῶν ὑπαρχόντων. ἄλλως τε καὶ προδιειληφότα, διότι σπεύδουσιν οἱ περὶ τὸν Σκόπαν καὶ Δορίμαχον κινεῖν τὰ καθεστῶτα, καὶ συνταράξαι τὸν πόλεμον. Τρίτον δὲ τὸ συμβαλεῖν τοῖς ὑπεναντίοις οὕτω μετ' ὀλίγων, μηδεμιᾶς κατεπειγούσης ἀνάγκης·

δυνάμενον ἀσφαλῶς εἰς τὰς παρακειμένας πόλεις ἀποχωρῆσαι, καὶ συναγαγεῖν τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ τότε συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις, εἰ τοῦτο πάντως ἡγεῖτο συμφέρειν. Τελευταῖον καὶ μέγιστον, τὸ προθέμενόν γε συμβαλεῖν, οὕτως εἰκῆ καὶ ἀπρονοήτως κεχρῆσθαι τοῖς πράγμασιν, ὥστε παρέντα τὰ πεδία, καὶ τὴν τῶν ὁπλιτῶν χρείαν, δι' αὐτῶν τῶν εὐζώνων ἐν ταῖς παρωρείαις πρὸς Αἰτωλοὺς ποιήσασθαι τὸν κίνδυνον· οἷς οὐδὲν ἦν τούτου προὐργιαίτερον, οὐδὲ οἰκειότερον. Οὐ μὴν ἀλλ' ἅμα τῷ προελθόντα τὸν Ἄρατον, ἀναμνῆσαι μὲν τῶν προπεπολιτευμένων καὶ πεπραγμένων πρότερον αὐτῷ· φέρειν δ' ἀπολογισμοὺς περὶ τῶν ἐγκαλουμένων, ὡς οὐ γέγονεν αἴτιος τῶν συμβεβηκότων· αἰτεῖσθαι δὲ συγγνώμην εἰ καί τι παρεώρακε κατὰ τὸν γινόμενον κίνδυνον· οἴεσθαι δεῖν καὶ καθόλου σκοπεῖσθαι τὰ πράγματα, μὴ πικρῶς, ἀλλ' ἀνθρωπίνως· οὕτω ταχέως καὶ μεγαλοψύχως μετεμελήθη τὸ πλῆθος, ὥστε καὶ τοῖς συνεπιθεμένοις αὐτῷ τῶν ἀντιπολιτευομένων ἐπιπολὺ δυσαρεστῆσαι, καὶ περὶ τῶν ἑξῆς πάντα βουλεύεσθαι κατὰ τὴν Ἀράτου γνώμην. Ταῦτα μὲν οὖν εἰς τὴν προτέραν ἔπεσεν Ὀλυμπιάδα· τὰ δ' ἑξῆς, εἰς τὴν τετταρακοστὴν ἐπὶ ταῖς ἑκατόν.
ιϛ Ἦν δὲ τὰ δόξαντα τοῖς Ἀχαιοῖς ταῦτα· πρεσβεύειν πρὸς Ἠπειρώτας, Βοιωτοὺς, Φωκέας, Ἀκαρνᾶνας, Φίλιππον· καὶ διασαφεῖν, τίνα τρόπον Αἰτωλοὶ παρὰ τὰς συνθήκας μεθ' ὅπλων ἤδη δὶς εἰσβεβηκότες εἴησαν εἰς τὴν Ἀχαΐαν· καὶ παρακαλεῖν αὐτοῖς βοηθεῖν κατὰ τὰς ὁμο-

qui poſſet ſine ullo diſcrimine ad proximas urbes ſeſe recipere, & copias Achæorum cogere, atque ita, ſi id omnino duceret expedire, manum cum hoſtibus conſerere. Poſtremum & maximum omnium illud erat, quod ubi pugnare decrevit, ita temere ac nullo conſilio omnia egiſſet, ut campis omiſſis & gravi armatura, cujus præcipua futura erat utilitas, per velites dumtaxat in radicibus montium pugnam cum Ætolis conſerviſſet: quibus nihil utilius neque commodius potuit evenire. Verumtamen ſimulatque progreſſus in mediam concionem Aratus de ſuis prioribus in Rempublicam meritis & rebus geſtis diſſervit, ad ea quæ ſibi fuerant objecta reſpondit, & non eſſe damnum ſua culpa acceptum probavit; veniam denique petiit, ſi qua forte ex parte in eo prælio defuiſſet officio ſuo: quum in univerſum poſtularet, ut res geſtas non malevolo animo, ſed humaniter examinarent: ita repente mutavit in melius populi voluntas, quæ animi magnitudo omnium erat, ut & Arati inimicis qui illum premebant, perdiu iraſceretur; & ſuper iis quæ deinceps erant agenda, unius Arati conſiliis ſtaret. Hęc ſuperiore Olympiade ſunt geſta: quæ deinceps ſequuntur in centeſimam quadrageſimam incidunt. Decreta autem ſunt ab Achæis hæc: ut ad Epirotas, Bœotos, Phocenſes, Acarnanas, & Philippum legati mitterentur: qui ſignificarent ipſis, quomodo bis jam Ætoli violato fœdere Achaiam cum armis eſſent ingreſſi: auxilia ab illis ex formula poſtularent: item, ut Meſſe-

Meſſenios in ſocietatem recipi vellent. ad hæc, ut Prætor Achæorum exercitum conſcriberet è peditum millibus quinque, equitibus quingentis: ſi Meſſeniorum agrum Ætoli invaderent, illis ſuppetias ut Prætor iret: poſtremo ut cum Lacedæmoniis ac Meſſeniis conſtitueret, quantum equitum peditumque numerum, ad commune bellum ſubminiſtrare illos oporteret. His ita decretis, Achæi nuperum detrimentum fortiter ferentes, neque Meſſenios, neque propoſitum ſuum deſtituerunt. Legati mandatam ſibi legationem obeunt. Prætor, ut communi concilio placuerat, & in Achaia copias legit, & cum Lacedæmoniis ac Meſſeniis conſtituit mittendos àb utroque populo, pedites bis millenos quingenos, equites vero ducenos quinquagenos. Ita ut eſſet univerſus exercitus, quem ad omnia ſemper paratum habituri erant, peditum decies mille, equitum mille. Conveniunt & Ætoli appetente legitimi concilii die; ibi malo animo, & ut ſocios Achæorum corrumperent, atque ab illis averterent, decernunt; cum Lacedæmoniis, Meſſeniis, & aliis omnibus pacem ſancire: cum ipſis vero Achæis ita demum pacem colere conſtituunt, ſi à Meſſeniorum ſocietate recederent: ſin minus, bellum cum iis gerere placuit. quare nulla fingi poteſt abſurdior. Nam quum eſſet ipſis & cum Achæis, & cum Meſſeniis amicitia; ſi quidem manerent hi amicitia & ſocietate inter ſe juncti, bellum Achæis indicebant: ſin fierent inimici, privatim cum

λογίας· προσδέξασθαι δὲ καὶ τοὺς Μεσσηνίους εἰς τὴν συμμαχίαν. τὸν δὲ στρατηγὸν ἐπιλέξαι τῶν Ἀχαιῶν, πεζοὺς μὲν πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ πεντακοσίους· καὶ βοηθεῖν τοῖς Μεσσηνίοις, ἐὰν ἐπιβαίνωσιν Αἰτωλοὶ τῆς χώρας αὐτῶν· συντάξασθαι δὲ καὶ πρὸς Λακεδαιμονίους, καὶ πρὸς Μεσσηνίους, ὅσους δεήσει παρ' ἀμφοῖν ὑπάρχειν ἱππεῖς καὶ πεζοὺς πρὸς τὰς κοινὰς χρείας. δεξάντων δὲ τούτων οἱ μὲν Ἀχαιοὶ φέροντες γενναίως τὸ γεγονὸς, οὔτε τοὺς Μεσσηνίους ἐγκατέλιπον, οὔτε τὴν αὐτῶν πρόθεσιν. οἱ δὲ πρὸς τοὺς συμμάχους καθεσταμένοι, τὰς πρεσβείας ἐπετέλουν. Ὁ δὲ στρατηγὸς τοὺς μὲν ἐκ τῆς Ἀχαΐας ἄνδρας ἐπέλεγε κατὰ τὸ δόγμα· πρὸς δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ Μεσσηνίους συνετάττετο, πεζοὺς μὲν παρ' ἑκατέρων ὑπάρχειν δισχιλίους καὶ πεντακοσίους, ἱππεῖς δὲ πεντήκοντα καὶ διακοσίους· ὥστ' εἶναι τὸ πᾶν σύστημα πρὸς τὰς ἐπιγινομένας χρείας, πεζοὺς μὲν μυρίους, ἱππεῖς δὲ χιλίους. οἱ δ' Αἰτωλοὶ παραγινομένης αὐτοῖς τῆς καθηκούσης ἐκκλησίας, συνελθόντες ἐβουλεύσαντο, πρός τε Λακεδαιμονίους καὶ Μεσσηνίους καὶ τοὺς ἄλλους πάντας εἰρήνην ἄγειν· κακοπραγμονοῦντες καὶ βουλόμενοι φθείρειν καὶ λυμαίνεσθαι τοὺς τῶν Ἀχαιῶν συμμάχους· πρὸς αὐτοὺς δὲ τοὺς Ἀχαιοὺς, ἐὰν μὲν ἀφιστῶνται τῆς τῶν Μεσσηνίων συμμαχίας, ἄγειν ἐψηφίσαντο τὴν εἰρήνην· εἰ δὲ μὴ, πολεμεῖν· πρᾶγμα πάντων ἀλογώτατον. ὄντες γὰρ αὐτοὶ σύμμαχοι καὶ τῶν Ἀχαιῶν, καὶ τῶν Μεσσηνίων· εἰ μὲν οὗτοι πρὸς ἀλλήλους φιλίαν ἄγοιεν καὶ συμμαχίαν, τὸν πόλεμον τοῖς Ἀχαιοῖς ἐπήγγελλον· εἰ δ' ἔχθραν ἕλοιντο

πρὸς τοὺς Μεσσηνίους, τὴν εἰρήνην αὖθις ἐποίουν καταμόνας. ὥστε μηδ' ὑπὸ λόγον πίπτειν τὴν ἀδικίαν αὐτῶν, διὰ τὸ παρηλλαγμένον αὐτῶν τῶν ἐπιχειρημάτων. οἱ δ'
56 Ἠπειρῶται καὶ Φίλιππος ὁ βασιλεὺς ἀκούσαντες τῶν πρέσβεων, τοὺς μὲν Μεσσηνίους εἰς τὴν συμμαχίαν προσέλαβον. ἐπὶ δὲ τοῖς ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν πεπραγμένοις παραυτίκα μὲν ἠγανάκτησαν, οὐ μὴν ἐπὶ πλεῖον ἐθαύμασαν· διὰ τὸ μηδὲν παράδοξον, τῶν εἰθισμένων δέ τι πεποιηκέναι τοὺς Αἰτωλούς. διόπερ οὐδ' ὠργίσθησαν ἐπὶ πλεῖον, ἀλλ' ἐπεψηφίσαντο τὴν εἰρήνην ἄγειν αὐτούς· οὕτως ἡ συνεχὴς ἀδικία συγγνώμης τυγχάνει μᾶλλον τῆς σπανίου καὶ παραδόξου πονηρίας. Αἰτωλοὶ γοῦν τούτῳ τῷ τρόπῳ χρώμενοι, καὶ λῃστεύοντες συνεχῶς τὴν Ἑλλάδα, καὶ πολέμους ἀνεπαγγέλτους φέροντες πολλοῖς, οὐδ' ἀπολογίας ἔτι κατηξίουν τοὺς ἐγκαλοῦντας. ἀλλὰ καὶ προσεχλεύαζον, εἴ τις αὐτοὺς εἰς δικαιοδοσίας προσκαλεῖτο περὶ τῶν γεγονότων, ἢ καὶ νὴ Δία τῶν μελλόντων. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι προσφάτως μὲν ἠλευθερωμένοι δι' Ἀντιγόνου καὶ διὰ τὴν τῶν Ἀχαιῶν φιλοτιμίαν· ὀφείλοντες δὲ Μακεδόσι καὶ Φιλίππῳ μηδὲν ὑπεναντίον πράττειν, διαπεμψάμενοι λάθρα πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς, φιλίαν δι' ἀπορρήτων ἔθεντο καὶ συμμαχίαν. ἤδη δ' ἐπιλελεγμένων τῶν Ἀχαϊκῶν νεανίσκων, καὶ συντεταγμένων ὑπὲρ τῆς βοηθείας τῶν Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων, Σκερδιλαΐδας ὁμοῦ καὶ Δημήτριος ὁ Φάριος, ἔπλευσαν ἐκ τῆς Ἰλλυρίδος ἐνενήκοντα λέμβοις ἔξω

Achæis fœdus feriebant. Itaque tam iniquarum conditionum ne ratio quidem ulla iniri poterat: in tantum erant enormia & inuſitata quæ efficere volebant. Epirotæ & Philippus auditis legatis Meſſenios in ſocietatem recipiunt. Ætolorum vero decretum, etſi primo indignationem illis commovit, non diu tamen admiratio rei tenuit: quoniam novi nihil heic fecerant Ætoli; ſed pro conſuetudine inſtitutiſque ſuis ſe geſſerant. Itaque ne irati quidem illis ſunt gravius, ſed pacem cum illis ſervare decreverunt. Adeo continuę injurię facilius ignoſcitur, quàm rarę & inopinatæ pravitati. Ætoli igitur his præditi moribus, aſſidui Græciæ prædones, & ultro bella multis ſine ulla denuntiatione inferre ſoliti, ne excuſatione quidem ulla jam uti, apud eos qui ipſos accuſabant, dignabantur: quin hoc amplius, ſi quis propter illa quę feciſſent, aut etiam mehercule quæ facere pararent, in jus vocaret, cum irriſu & cachinnis eos dimittebant. At Lacedæmonii recenti beneficio Antigoni, & Achęorum laudabili ſtudio libertatem nacti, quum eos officii ratio deberet impedire, ne ulla in re Macedonibus aut Philippo reſiſterent; clam miſſis ad Ætolos legatis, arcanum amicitię & ſocietatis fœdus cum iis pepigerunt. Jam è juventute Achaica exercitus erat conſcriptus, & ad ferendam opem Lacedæmonii ac Meſſenii ſubſidia promiſerant; cum Scerdilaïda & Demetrio Phario ducibus, claſſis nonaginta lemborum, ex Illyrico ultra Liſſum progreſſa, contra quam fœdere Romano cautum erat;

erat, advenit. hi ad Pylum primo appellunt, & communi opera eam aggreſſi, facto non ſemel impetu, fruſtra fuerunt. poſtea Demetrius lembis quinquaginta comitatus, inſulas petere inſiſtit. & Cycladas circumiens, ab aliis pecuniam exigit, alias populatur. Scerdilaïdas curſu in Illyricum directo, cum lembis quadraginta Naupactum venit, Amynæ regis Athamanum, quicum affinitate junctus erat, amicitia fretus. deinde per Agelaum de ſpoliorum ac prædæ diviſione pactus, expeditionis adverſus Achæos comitem ſe futurum eſt pollicitus. quam pactionem ubi Agelaus, Dorimachus & Scopas cum Scerdilaïda feciſſent, quum proderetur ipſis urbs Cynethenſium, coacto exercitu quantum maximum ex Ætolia poterant, in Achajam cum Illyriis impreſſionem faciunt. Ariſto interim Ætolorum Prætor, tanquam omnium quę gerebantur ignarus, domi quietus manere, & nullum eſſe cum Acheis bellum dicere, ſed pacem durare: ſane quàm ſtulte ac pueriliter in eo ſe gerens. Nam qui verbis tegere poſſe ſperat, quæ evidentibus rerum argumentis parent; hunc pro ſtulto & vano homine eſſe habendum, nemo negaverit. Dorimachus per ditionem Achæorum itinere habito Cynæthenſium urbem ſtatim petiit. Cynæthenſes genere Arcades, à longo tempore continuis magniſque ſeditionibus agitati, quà cædibus quà ejectionibus in exilium perſæpe invicem ſævierant: ad hæc, mutuas facultates alii aliis diripere: diviſionem

τοῦ Αἰτωλοῦ παρὰ τὰς Ῥωμαίων συνθήκας. οἱ τὸ μὲν πρῶτον τῇ Πύλῳ συμπροσμίξαντες, καὶ ποιησάμενοι προσβολάς, ἀπέπεσον. μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Δημήτριος μὲν ἔχων τοὺς πεντήκοντα τῶν λέμβων, ὥρμησεν ἐπὶ νήσων· καὶ περιπλέων, τινὰς μὲν ἠργυρολόγει, τινὰς δ' ἐπόρθει τῶν Κυκλάδων. Σκερδιλαΐδας δὲ ποιούμενος τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' οἴκου, προσεῖχε πρὸς Ναύπακτον μετὰ τετταράκοντα λέμβων, πεισθεὶς Ἀμυνᾷ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀθαμάνων, ὃς ἐτύγχανε κηδεστὴς ὑπάρχων αὐτοῦ. ποιησάμενος δὲ συνθήκας πρὸς Αἰτωλοὺς δι' Ἀγελάου περὶ τοῦ μερισμοῦ τῶν λαφύρων, ὑπέσχετο συνεμβαλεῖν ὁμόσε τοῖς Αἰτωλοῖς εἰς τὴν Ἀχαΐαν. συνθέμενοι δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Σκερδιλαΐδαν οἱ περὶ τὸν Ἀγέλαον καὶ Δορίμαχον καὶ Σκόπαν, προτεινομένης αὐτοῖς τῆς τῶν Κυναιθέων πόλεως, συναθροίσαντες πανδημεὶ τοὺς Αἰτωλούς, ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἀχαΐαν μετὰ τῶν Ἰλλυριῶν. Ἀρίστων 17
δ' ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγός, οὐ προσποιούμενος οὐδὲν τῶν γινομένων, ἦγε τὴν ἡσυχίαν ἐπὶ τῆς οἰκίας· φάσκων οὐ πολεμεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς, ἀλλὰ διατηρεῖν τὴν εἰρήνην· εὐήθης καὶ παιδικὸν πρᾶγμα ποιῶν. δῆλον γάρ, ὡς εὐήθη καὶ μάταιον εἰκὸς φαίνεσθαι τὸν τοιοῦτον, ὅταν ὑπολαμβάνῃ τοῖς λόγοις ἐπικρύψασθαι τὰς τῶν πραγμάτων ἐναργείας. οἱ δὲ περὶ τὸν Δορίμαχον διὰ τῆς Ἀχαΐδος ποιησάμενοι τὴν πορείαν, ἧκον ἄφνω πρὸς τὴν Κύναιθαν. Συνέβαινε δὲ τοὺς Κυναιθεῖς ὄντας Ἀρκάδας ἐκ πολλῶν χρόνων ἐν ἀκαταπαύστοις καὶ μεγάλαις συνέχεσθαι στάσεσι, καὶ πολλὰς μὲν κατ' ἀλλήλων πεποιῆσθαι σφαγὰς καὶ φυγάς· πρὸς δὲ τούτοις, ἁρπαγὰς

ὑπάρ-

ὑπαρχόντων, ἔτι δὲ γῆς ἀναδασμούς. τέλος δ' ἐπικρατῆσαι τοὺς τὰ τῶν Ἀχαιῶν αἱρουμένους, καὶ κατασχεῖν τὴν πόλιν, φυλακὴν ἔχοντας τῶν τειχῶν, καὶ στρατηγὸν τῆς πόλεως ἐξ Ἀχαΐας. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, ὀλίγοις ἔμπροσθεν χρόνοις τῆς τῶν Αἰτωλῶν παρουσίας, διαπεμπομένων τῶν φυγάδων πρὸς τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ δεομένων διαλυθῆναι πρὸς αὐτοὺς, καὶ κατάγειν σφᾶς εἰς τὴν οἰκείαν, πεισθέντες οἱ κατέχοντες τὴν πόλιν, ἐπρέσβευον πρὸς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος, βουλόμενοι μετὰ τῆς ἐκείνων γνώμης ποιεῖσθαι τὰς διαλύσεις. ἐπιχωρησάντων δ' ἑτοίμως τῶν Ἀχαιῶν διὰ τὸ πεπεῖσθαι σφίσιν ἀμφοτέρους εὐνοήσειν· ἅτε τῶν μὲν κατεχόντων τὴν πόλιν, ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς ἐχόντων πάσας τὰς ἐλπίδας· τῶν δὲ καταπορευομένων, μελλόντων τυγχάνειν τῆς σωτηρίας διὰ τὴν τῶν Ἀχαιῶν συγκατάθεσιν· οὕτως ἀποστείλαντες τὴν παραφυλακὴν καὶ τὸν στρατηγὸν ἐκ τῆς πόλεως οἱ Κυναιθεῖς διελύσαντο καὶ κατήγαγον τοὺς φυγάδας, ὄντας σχεδὸν εἰς τριακοσίους, λαβόντες πίστεις τῶν παρ' ἀνθρώποις νομιζομένων τὰς ἰσχυροτάτας. Οἱ δὲ, κατανοήσαντες, οὐχ ὡς αἰτίας ἢ προφάσεως ἐπιγενομένης, τοῦ δοκεῖν ἄλλης διαφορᾶς ἀρχὴν αὐτοῖς τινὰ γεγενῆσθαι· τὸ δ' ἐναντίον, παραχρῆμα κατελθόντες, εὐθέως ἐπεβούλευον τῇ πατρίδι καὶ τοῖς σώσασι. Καί μοι δοκοῦσι καθ' ὃν καιρὸν ἐπὶ τῶν σφαγίων τοὺς ὅρκους καὶ τὰς πίστεις ἐδίδοσαν ἀλλήλοις, τότε μάλιστα διανοεῖσθαι περί τε τῆς εἰς τὸ θεῖον καὶ τοὺς πιστεύσαντας ἀσεβείας. ἅμα γὰρ τῷ μετασχεῖν τῆς πολιτείας, εὐθέως

deniq; agri patrii denuò inſtaurare; tandem ſuperante illorum factione qui Achæis favebant, erat in ipſorum poteſtate civitas: cujus mænia tuebantur, accito duce ex Achaia ad præfecturam urbis. Hic erat rerum ſtatus, cum paullo ante Ætolorum adventum, exules miſſis Cynętham nuntiis, cives rogarunt, ut redire in gratiam ſecum, & ab exilio in patriam revocare vellent. cui petitioni annuere parati cives, quò gererentur omnia ex Achæorum voluntate, legationem ad eorum gentem decreverunt. quum facile id illis Achæi permiſiſſent, quod perſuaſum haberent, utroſque ſibi amicos fore; illos quorum in poteſtate urbs erat, quia ſpes omnes ſuas in Achæis ſitas haberent: qui redibant ab exilio, quia conſenſus Achæorum hanc ipſis ſalutem pepererat: Cynæthenſes dimiſſo præſidio & urbis præfecto, exulibus reconciliati, poteſtatem redeundi in patriam illis faciunt. Erant exules ferme trecenti, à quibus pignora fidei, quæ inter homines habentur maxima, cives exegerunt. Illi vero ne hoc quidem proviſo, ut ſive cauſſa, ſive occaſio aliqua recens emergeret, quę odia quodammodo renovaſſe poſſet videri; ſed è contrario ſimul atque reverſi ab exilio ſunt, extemplo & patriæ & auctoribus incolumitatis ſuæ inſidias ſtruunt. Ac mihi videntur iſti eo ipſo tempore, quo ſuper mactatas victimas jusjurandum ac fidem invicem præſtabant, de impio hoc ſcelere in Deum, & eos qui ſibi fidebant, cum maximè cogitaſſe. Simul enim patuit ipſis ad Rempublicam adi-

cam aditus, confeſtim Ætolos acciverunt, iiſque urbem prodiderunt; ipſam quæ eos alverat patriam, cum ſuis ſervatoribus, funditus ire perditum geſtientes. Proditionem hujuſmodi audaciâ & modo inſtituerunt. Ex iis qui ab exilio redierant, quidam rei bellicę fuerant prefecti: Polemarchos vocant: qui magiſtratus portas claudit, & quamdiu illæ clauſæ manent claves in ſua poteſtate habet: idemque interdiu in ſtatione ad portam moratur. Aderant Ætoli ſuccincti, & paratas habentes ſcalas, rei perficiendæ tempus exſpectantes. Polemarchi qui exules fuerant, collegis in ſtatione pro porta jugulatis, portam aperiunt. quo facto, Ætoli, partim quà patefacta erat via irruere; partim, ſcalis admotis per eas irrumpere ac mœnia occupare. at cives novitate inopinati caſus omnes perculſi, quò ſe verterent, aut quid conſilii caperent, neſcire. Neque enim aut iis qui per portam irruebant ſe opponere poterant, quin ſtatim ab iis revocarentur, qui ad mœnia accedebant: neque autem mœnia defendere ii ſinebant, qui per portam magna vi ſe inferebant. Has ob cauſſas, quum urbis cito potiti eſſent Ætoli, inter multa ſcelera, quæ ibi tum patrarunt, unum hoc facinus juſtiſſimum ediderunt: quod eos à quibus introducti in proditam ſibi urbem fuerant, primos occiderunt, eorumque bona diripuerunt. ſimili vero modo & erga alios omnes ſe geſſerunt. ac tandem in civium domicilia immigrantes, fortunas omnes eorum, velut parietibus effoſſis exhauſerunt: multos etiam Cynæthenſium tor-

ἐπεσπάσαντο τοὺς Αἰτωλούς. καὶ τούτοις ἐστράτευον τὴν πόλιν, σπεύδοντες τοὺς σώσαντας ἅμα καὶ τὴν θρέψασαν ἄρδην ἀπολέσαι. 18 τὴν δὲ πρᾶξιν, τοιᾷδέ τινι τόλμῃ καὶ τοιούτῳ τρόπῳ συνεστήσαντο· Πολέμαρχοι τῶν κατεληλυθότων τινὲς ἐγεγόνεισαν· τούτοις δὲ συμβαίνει τὴν ἀρχὴν κλείειν τὰς πύλας, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον κυριεύειν τῶν κλειδῶν· ποιεῖσθαι δὲ καὶ τὸ καθ' ἡμέραν τὴν δίαιταν ἐπὶ τῶν πυλώνων. οἱ μὲν οὖν Αἰτωλοὶ διεσκευασμένοι, καὶ τὰς κλίμακας ἑτοίμους ἔχοντες, ἐπετήρουν τὸν καιρόν. οἱ δὲ πολεμαρχοῦντες τῶν φυγάδων, κατασφάξαντες τοὺς συνάρχοντας ἐπὶ τοῦ πυλῶνος, ἀνέῳξαν τὴν πύλην. οὗ συμβάντος, τινὲς μὲν τῶν Αἰτωλῶν διὰ ταύτης εἰσέπιπτον· τινὲς δὲ τὰς κλίμακας προσερείσαντες ἐβιάσαντο διὰ τούτων, καὶ κατελάμβανον τὸ τεῖχος. οἱ δ' ἐν τῇ πόλει πάντες ἐκπλαγεῖς ὄντες ἐπὶ τοῖς συντελουμένοις, ἀπόρως καὶ δυσχερῶς εἶχον πρὸς τὸ συμβαῖνον. οὔτε γὰρ πρὸς τοὺς διὰ τῆς πύλης εἰσπίπτοντας οἷοί τ' ἦσαν βοηθεῖν ἀπερισπάστως, διὰ τοὺς πρὸς τὰ τείχη προσβάλλοντας, οὐδὲ μὴν τοῖς τείχεσιν ἐπαμύνειν, διὰ τοὺς τῇ πύλῃ βιαζομένους. οἱ δ' Αἰτωλοὶ διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ταχέως ἐγκρατεῖς γενόμενοι τῆς πόλεως, τῶν ἀδίκων ἔργων ἓν τοῦτ' ἔπραξαν δικαιότατον. πρώτους γὰρ τοὺς εἰσαγαγόντας καὶ προδόντας αὐτοῖς τὴν πόλιν κατασφάξαντες, διήρπασαν τοὺς τούτων βίους. ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐχρήσαντο πᾶσι. τὸ δὲ τελευταῖον ἐπισκηνώσαντες ἐπὶ τὰς οἰκίας, ἐξετοιχωρύχησαν μὲν τοὺς βίους, ἐστρέ-

βλωσαν

βλωσαν δὲ πολλοὺς τῶν Κυναιθέων, οὓς ἤλπιζον ἔχειν κεκρυμμένον διάφορον ἢ κατασκεύασμα, ἢ ἄλλο τι τῶν πλείονος ἀξίων. τοῦτον δὲ τὸν τρόπον λωβησάμενοι τοὺς Κυναιθεῖς, ἀνεστρατοπέδευσαν, ἀπολιπόντες φυλακὴν τῶν τειχῶν, καὶ προῆγον ὡς ἐπὶ Λουσῶν· καὶ παραγενόμενοι πρὸς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, ὃ κεῖται μὲν μεταξὺ Κλείτορος καὶ Κυναίθης, ἄσυλον δὲ νενόμισται παρὰ τοῖς Ἕλλησιν, ἀνετείνοντο διαρπάσειν τὰ θρέμματα τῆς θεοῦ, καὶ τἄλλα τὰ περὶ τὸν ναόν. οἱ δὲ Λουσιᾶται νουνεχῶς δόντες τινὰ τῶν κατασκευασμάτων τῆς θεοῦ, παρῃτήσαντο τὴν τῶν Αἰτωλῶν ἀσέβειαν, καὶ τὸ μηδὲν παθεῖν ἀνήκεστον. οἱ δὲ δεξάμενοι, παραχρῆμα ἀναζεύξαντες, προσεστρατοπέδευσαν τῇ τῶν Κλειτορίων πόλει.

19 Κατὰ δὲ τοὺς καιροὺς τούτους ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς Ἄρατος, ἐξαπέστελλε μὲν πρὸς Φίλιππον παρακαλῶν βοηθεῖν, συνῆγε δὲ τοὺς ἐπιλέκτους, μετεπέμπετο δὲ Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων τοὺς διατεταγμένους κατὰ τὰς ὁμολογίας. οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὸ μὲν πρῶτον παρεκάλουν τοὺς Κλειτορίους ἀποστάντας τῶν Ἀχαιῶν, αἱρεῖσθαι τὴν πρὸς αὐτοὺς συμμαχίαν. τῶν δὲ Κλειτορίων ἁπλῶς οὐ προσιεμένων τοὺς λόγους, προσβολὰς ἐποιοῦντο· καὶ προσερείδοντες τὰς κλίμακας τοῖς τείχεσι, κατεπείραζον τῆς πόλεως. ἀμυνομένων δὲ γενναίως καὶ τολμηρῶς τῶν ἔνδον, εἴξαντες τοῖς πράγμασιν, ἀνεστρατοπέδευσαν, καὶ προαγαγόντες αὖθις ὡς ἐπὶ τὴν Κύναιθαν, ὁμοίως τὰ θρέμματα τῆς θεοῦ περισύραντες ἀπήγαγον. καὶ τὸ μὲν πρῶτον παρεδίδοσαν τοῖς Ἠλείοις τὴν Κύναιθαν· οὐ βουλομένων δὲ προσδέξασθαι τῶν Ἠλείων, ἐπεβάλοντο μὲν δι' αὑτῶν κατέχειν τὴν πόλιν, στρατηγὸν ἐπιστή-

mentis affecerunt, quos vel pecuniam, vel exquiſitam ſupellectilem, vel aliquid aliud pretioſi habere abſconditum putabant. deinde poſtquam Cynethenſes in hunc modum cruciaſſent, præſidio ad cuſtodiam murorum relicto, caſtra moverunt, ac Luſſos iter inſtituerunt. & quum ad Dianæ fanum inter Clitorem & Cynætham ſitum perveniſſent, quod aſyli religione Græci colunt, ſacrum deæ pecus diripere, ac cætera circa fanum, contenderunt. Luſſiatæ, data prudenter ſacræ ſupellectilis parte, furorem impium Ætolorum, ne quid gravius in ſe conſuleretur, averterunt. Illi, quod dabatur accepto, motis extemplo ſignis, ante Clitoriorum urbem metantur caſtra. Eodem tempore Prætor Achæorum Aratus, miſſis ad Philippum qui auxilia poſcerent, ipſe extraordinarios cogebat: & parata ex fœdere ſubſidia à Lacedæmoniis atque Meſſeniis arceſſebat. Ætoli a Clitoriis initio petere, ut fœderi Achaico renuntiantes ſocietatem ſecum inirent. deinde quum penitus conditionem aſpernarentur, vi illos aggrediuntur, & ſcalis admotis ſuperare muros, atque in urbem ingredi conantur. verùm oppidanis forti conſtantique animo mœnia defendentibus, fortunæ concedentes, caſtra movent: inde Cynætham rurſus petunt, & agros populati, ſacrum deæ pecus abigunt. ipſum oppidum principio Eleis tradere voluerunt: his vero quod dabatur repudiantibus cuſtodiendæ urbis, impoſito illi Eu-

ripide,

ripide, impetum ceperunt. at mox, ſubeunte iterum animos metu, ob acceptum nuntium de auxiliaribus Macedonum copiis; cremata urbe, diſcedunt. Rhium inde repetunt, quod trajicere ex eo loco in Ætoliam conſtituerant. Taurion impreſſione Ætolorum cognita, & omnibus quæ Cynæthæ admiſerant ſceleribus, Demetrium Pharium, quem ex inſulis Cycladibus Cenchreas appuliſſe intellexerat, hortari cepit ad ferendum Acheis auxilium: & ut lembis ſuis per Iſthmum traductis, Ætolos dum trajiciunt, aggrederetur. Demetrius, qui perſequentes Rhodios fugiens, è Cycladibus inſulis non minus dedecoris quàm prędæ retulerat, Taurioni nec invitus aſſentitur: quum præſertim ſumptum in trajectionem lemborum faciendum, Taurion in ſe ſuſciperet. verùm ſuperato Iſthmo, quum Ætoli biduo prius trajicere occupaſſent, incurſionibus factis in quędam loca agri Ætolorum littori proxima, in portum Corinthiorum iterum ſe Demetrius recepit. Lacedæmonii, auxilia quæ fuerant imperata ſubmittere, præ animi pravitate, negligunt: paucos dumtaxat quoſdam equites peditesque dicis modo cauſſa miſiſſe contenti. Aratus poſtquam Achæorum copiæ ad eum convenerunt, ita in hoc negotio ſe geſſit, ut inſignem civili prudentia virum, potius quàm ſtrenuum ducem agnoſceres. tantiſper enim quietum ſe tenuit, eventum rei opperiens, acceptæ prius cladis memor, donec Scopas & Dorimachus omnibus quæ deſtinaverant confectis, in patriam reverterunt. quum tamen per

σαντες Εὐριπίδην. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν δείσαντες ἐκ τῆς προσαγγελλομένης τοῖς ἐκ Μακεδονίας βοήθειαν, ἐμπρήσαντες τὴν πόλιν, ἀπηλλάγησαν· καὶ προσῆγον αὖθις ὡς ἐπὶ τὸ Ῥίον, ταύτῃ κρίνοντες ποιεῖσθαι τὴν διάβασιν. ὁ δὲ Ταυρίων πυνθανόμενος τήν τε τῶν Αἰτωλῶν εἰσβολήν, καὶ τὰ περὶ τὴν Κύναιθαν πεπραγμένα· θεωρῶν δὲ τὸν Δημήτριον τὸν Φάριον ἀπὸ τῶν νήσων εἰς τὰς Κεγχρεὰς καταπεπλευκότα· παρεκάλει τοῦτον βοηθῆσαι τοῖς Ἀχαιοῖς· καὶ διϊσθμίσαντα τοὺς λέμβους, ἐπιθέσθαι τῇ τῶν Αἰτωλῶν διαβάσει. ὁ δὲ Δημήτριος λυσιτελῆ μέν, οὐκ εὐσχήμονα δὲ πεποιημένος τὴν ἀπὸ τῶν νήσων ἐπάνοδον, διὰ τὸν τῶν Ῥοδίων ἐπ' αὐτὸν ἀνάπλουν, ἄσμενος ὑπήκουσε τῷ Ταυρίωνι, προσδεξαμένου ἐκείνου τὴν εἰς τὴν ὑπέρβασιν τῶν λέμβων δαπάνην. οὗτος μὲν οὖν ὑπερισθμίσας, καὶ δυσὶ καθυστερήσας ἡμέραις τῆς τῶν Αἰτωλῶν διαβάσεως, προνομεύσας τινὰς τόπους τῆς παραλίας τῆς τῶν Αἰτωλῶν, κατήχθη πάλιν εἰς τὴν Κόρινθον. Λακεδαιμόνιοι δὲ τὸ μὲν πέμπειν τὰς βοηθείας κατὰ τὴν διάταξιν, ἐνεκάκησαν· βραχεῖς δέ τινας παντελῶς ἱππεῖς καὶ πεζούς, στοχαζόμενοι τοῦ δοκεῖν μόνον, ἐξέπεμψαν. Ἄρατος δὲ τοὺς Ἀχαιοὺς ἔχων, πολιτικώτερον ἢ στρατηγικώτερον ὑπὲρ τῶν παρόντων ἐβουλεύσατο. μέχρι γὰρ τούτου τὴν ἡσυχίαν ἦγε, προσανέχων καὶ μεμνημένος τῆς προγεγενημένης συμφορᾶς, ἕως οὗ πάντα διαπραξάμενοι κατὰ τὰς αὐτῶν προαιρέσεις οἱ περὶ τὸν Σκόπαν καὶ Δορίμαχον ἐπανῆλθον εἰς τὴν οἰκείαν. καίπερ διὰ τό-

πων πολέμιοι τὰς πορείας δυσεμβάτων καὶ στενῶν, καὶ μονονοῦ σαλπικτοῦ δεομένων. Κυναιθεῖς δὲ μεγάλοις ἀτυχήμασιν ὑπ' Αἰτωλῶν καὶ μεγάλαις συμφοραῖς περιπεσόντες, ὅμως πάντων ἀνθρώπων ἔδοξαν ἠτυχηκέναι δικαιότατοι.

20 Ἐπειδὴ δὲ κοινῇ τὸ τῶν Ἀρκάδων ἔθνος ἔχει τινὰ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν ἐπ' ἀρετῇ φήμην, οὐ μόνον διὰ τὴν ἐν τοῖς ἤθεσι καὶ βίοις φιλοξενίαν καὶ φιλανθρωπίαν, μάλιστα δὲ διὰ τὴν εἰς τὸ θεῖον εὐσέβειαν· ἄξιον βραχὺ διαπορῆσαι περὶ τῆς Κυναιθέων ἀγριότητος, πῶς ὄντες ὁμολογουμένως Ἀρκάδες, τοσοῦτο κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς διήνεγκαν τῶν ἄλλων Ἑλλήνων ὠμότητι καὶ παρανομίᾳ; Δοκοῦσι δέ μοι, διότι τὰ καλῶς ὑπὸ τῶν ἀρχαίων ἐπινενοημένα, καὶ φυσικῶς συντεθεωρημένα περὶ πάντας τοὺς κατοικοῦντας τὴν Ἀρκαδίαν, ταῦτα δὴ πρῶτοι καὶ μόνοι τῶν Ἀρκάδων ἐγκατέλιπον. μουσικὴν γὰρ, τήν γε ἀληθῶς μουσικὴν, πᾶσι μὲν ἀνθρώποις ὄφελος ἀσκεῖν, Ἀρκάσι δὲ καὶ ἀναγκαῖον. οὐ γὰρ ἡγητέον, μουσικὴν, ὡς Ἔφορός φησιν ἐν τῷ προοιμίῳ τῆς ὅλης πραγματείας, οὐδαμῶς ἁρμόζοντα λόγον αὐτῷ ῥίψας, ἐπ' ἀπάτῃ καὶ γοητείᾳ παρεισῆχθαι τοῖς ἀνθρώποις· οὐδὲ τοὺς παλαιοὺς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων αὐλὸν καὶ ῥυθμὸν εἰς τὸν πόλεμον ἀντὶ σάλπιγγος εἰκῇ νομιστέον εἰσαγαγεῖν· οὐδὲ τοὺς πρώτους Ἀρκάδων εἰς τὴν ὅλην πολιτείαν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μὴ μόνον παισὶν οὖσιν, ἀλλὰ καὶ νεανίσκοις γενομένοις ἕως τριάκοντ' ἐ-

loca arcta, & inſidiis nata iter haberent, ubi vel ſolus tubicen ad victoriam ſufficiebat. Porrò Cynęthenſes magno infortunio, magniſque calamitatibus ab Ætolis affecti, digniſſimi hiſce malis, ſupra omnes homines, quibus adverſa unquam contigerunt, ſunt exiſtimati. Quoniam vero gens Arcadum aliquam virtutis opinionem apud Gręcos obtinet, non ſolum propter mores & inſtituta vitę erga hoſpites omneſq; homines laudabilia; verumetiam ob pietatem erga numen vel maximè: non alienum ſit de feritate Cynæthenſium pauca diſſerere, & qui factum ſit, ut qui ſine dubio Arcades erant, crudelitate ac ſcelere omnes ejus ætatis Græcos, longo adeo intervallo ſuperarent. Mihi quidem, evaſiſſe tales videntur, quod præclara majorum inventa, quæq; convenienter naturę omnium qui Arcadiam colunt, obſervata fuerant, primi & ſoli ex univerſis Arcadibus deſeruiſſent. Studium enim Muſicæ (veram intelligo Muſicam,) amplecti, quum omnibus mortalibus ſit utile, tum Arcadibus etiam eſt neceſſarium. Neque enim arbitrari debemus, quod Ephorus univerſæ ſcriptionis initio ait, vocem effutiens minime ipſo dignam; Muſicam ad fraudem & deceptionem hominibus fuiſſe excogitatam. neque item exiſtimandum, veteres Lacedæmonios & Cretenſes ioco tubæ tibiam & rhythmum ad bella ſine cauſſa uſurpaſſe. aut primos Arcades ſine ratione in Republica ſua formanda Muſicæ tantum tributum iſſe, ut quum cæteris vitæ inſtitutis uterentur ſeveriſſimis; in Muſica-

Muſica tamen erudiri non ſolum pueros juberent; verùm etiam adoleſcentes ac juvenes ad annum uſque trigeſimum. Nam ut notum uſuq; compertum eſt omnibus, ſoli ferme ſunt Arcades, apud quos pueri primo ab ipſa infantia ex legibus aſſuefiant hymnos & pæanes canere; quibus more patrio ſinguli ſuos heroas & deos concelebrant. deinde Philoxeni ac Timothei nomos addiſcentes, quot annis per Liberalia ipſi in theatris cum ſaltatione & tibiis, ſummo ſtudio puerilia quæ vocant ludicra pueri agitant; juvenes, quę dicuntur virorum. Similiter & in univerſa vita, quoties convivantur, non tam adſcititiis acroamatis ſeſe oblectant, quàm ipſi per ſe cantionibus, quas ſua quemque vice canere alius alii imperant. & cæterarum quidem diſciplinarum aliquam ſe tenere ſi quis negaverit, probri loco non ducunt: at cantandi peritiam, neque negare poſſunt; quia diſcendi neceſſitas omnibus incumbit: neque peritiam fatentes, quominus canant, ullam excuſationem afferre; quoniam turpe id moribus ipſorum habetur. Quinetiam ad præliares modulos cum tibia & ordinata acie ſe exercentes, ſaltationibus ad hæc operam navantes, cura ſumptuque publico; quot annis prodeunt juvenes in theatrum, ut ſuæ induſtriæ ſpecimen civibus edant. Quæ quidem videntur mihi inſtituiſſe antiqui, non ad luxum, neque ex ſupervacuo: ſed quia cernerent ſingulos Arcadum operi manum aſſiduè admovere, & ut paucis dicam, vitam degere laborioſam ac duram: notam etiam

τῶν, κατ᾽ ἀνάγκην σύντροφον ποιεῖν αὐτὴν, τἄλλα τοῖς βίοις ὄντας αὐστηροτάτους. ταῦτα γὰρ πᾶσιν ἐστὶ γνώριμα, καὶ συνήθη· διότι σχεδὸν παρὰ μόνοις Ἀρκάσι, πρῶτον μὲν οἱ παῖδες ἐκ νηπίων ᾄδειν ἐθίζονται κατὰ νόμους τοὺς ὕμνους καὶ παιᾶνας, οἷς ἕκαστοι κατὰ τὰ πάτρια τοὺς ἐπιχωρίους ἥρωας καὶ θεοὺς ὑμνοῦσι· μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς Φιλοξένου καὶ Τιμοθέου νόμους μανθάνοντες, πολλῇ φιλοτιμίᾳ χορεύουσι κατ᾽ ἐνιαυτὸν τοῖς Διονυσιακοῖς αὐλοῖς ἐν τοῖς θεάτροις· οἱ μὲν παῖδες, τοὺς παιδικοὺς ἀγῶνας· οἱ δὲ νεανίσκοι, τοὺς τῶν ἀνδρῶν λεγομένους. ὁμοίως γε μὴν καὶ παρ᾽ ὅλον τὸν βίον τὰς ἀγωγὰς τὰς ἐν ταῖς συνουσίαις, οὐχ οὕτω ποιοῦνται διὰ τῶν ἐπεισάκτων ἀκροαμάτων, ὡς δι᾽ αὑτῶν ἀνὰ μέρος ᾄδειν ἀλλήλοις προστάττοντες. καὶ τῶν μὲν ἄλλων μαθημάτων ἀρνηθῆναί τι μὴ γινώσκειν, οὐδὲν αἰσχρὸν ἡγοῦνται· τήν γε μὴν ᾠδὴν οὔτ᾽ ἀρνηθῆναι δύνανται, διὰ τὸ κατ᾽ ἀνάγκην πάντας μανθάνειν· οὔθ᾽ ὁμολογοῦντες ἀποτρίβεσθαι, διὰ τὸ τῶν αἰσχρῶν παρ᾽ αὐτοῖς νομίζεσθαι τοῦτο. καὶ μὴν ἐμβατηρίας μετ᾽ αὐλοῦ καὶ τάξεως ἀσκοῦντες, ἔτι δ᾽ ὀρχήσεις ἐκπονοῦντες μετὰ κοινῆς ἐπιστροφῆς καὶ δαπάνης κατ᾽ ἐνιαυτὸν ἐν τοῖς θεάτροις ἀποδείκνυνται τοῖς αὑτῶν πολίταις
οἱ νέοι. Ταῦτα δή μοι δοκοῦσιν 21
οἱ πάλαι παρεισαγαγεῖν οὐ τρυφῆς καὶ περιουσίας χάριν· ἀλλὰ θεωροῦντες μὲν τὴν ἑκάστων αὐτουργίαν, καὶ συλλήβδην τὸ τῶν βίων ἐπίπονον καὶ σκληρόν· θεωροῦντες

δὲ τὴν τῶν ἠθῶν αὐςηρίαν, ἥτις αὐτοῖς παρέπεται διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος ψυχρότητα καὶ συγνότητα τὴν κατὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς τόποις ὑπάρχουσαν, ᾧ συνεξομοιοῦσθαι πεφύκαμεν πάντες ἄνθρωποι κατ' ἀνάγκην. οὐ γὰρ δι' ἄλλην, διὰ δὲ ταύτην τὴν αἰτίαν κατὰ τὰς ἐθνικὰς καὶ τὰς ὁλοσχερεῖς διαστάσεις πλεῖστον ἀλλήλων διαφέρομεν, ἤθεσί τε καὶ μορφαῖς καὶ χρώμασιν, ἔτι δὲ τῶν ἐπιτηδευμάτων τοῖς πλείστοις. βουλόμενοι δὲ μαλάττειν καὶ κιρνᾶν τὸ τῆς φύσεως αὔθαδες καὶ σκληρὸν, τά τε προειρημένα πάντα παρεισήγαγον, καὶ πρὸς τούτοις συνόδους κοινὰς καὶ θυσίας πλείστας ὁμοίως ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ κατειθίσαντο, ἔτι δὲ χοροὺς παρθένων ὁμοῦ καὶ παίδων· καὶ συλλήβδην, πᾶν ἐμηχανήσαντο, σπεύδοντες τὸ τῆς ψυχῆς ἀτέραμνον διὰ τῆς τῶν ἐθισμῶν κατασκευῆς ἐξημεροῦν καὶ πραΰνειν. ὧν Κυναιθεῖς ὀλιγωρήσαντες εἰς τέλος, καὶ ταῦτα πλείστης δεόμενοι τῆς τοιαύτης ἐπικουρίας, διὰ τὸ σκληρότατον παρὰ πολὺ τῆς Ἀρκαδίας ἔχειν ἀέρα καὶ τόπον· πρὸς αὐτοὺς δὲ τὰς ἐν ἀλλήλοις παρατριβὰς καὶ φιλοτιμίας ὁρμήσαντες, τέλος ἀπεθηριώθησαν οὕτως, ὥστε μηδ' ἐν ὁποιᾳοῦν γεγονέναι τῶν Ἑλληνίδων πόλεων ἀσεβήματα μείζονα καὶ συνεχέστερα. σημεῖον δὲ τῆς Κυναιθέων ἀτυχίας περὶ τοῦτο τὸ μέρος, καὶ τῆς τῶν ἄλλων Ἀρκάδων τοῖς τοιούτοις τῶν ἐπιτηδευμάτων δυσαρεστήσεως. καθ' οὓς γὰρ καιροὺς τὴν μεγάλην σφαγὴν ποιήσαν-

haberent auſteritatem morum, quam ipſis conciliat aëris qualitas, quo in pleriſque locis utuntur frigidiore & triſtiore: quum ita ſit natura comparatum, ut cælo habitationis conſimiles neceſſario omnes evadamus. Hæc namque, non alia cauſſa ulla eſt, cur pro varietate nationum & ut quæque invicem longiſſimis diſtant intervallis,ita plurimum invicem, moribus, formis, coloribus maxima denique parte inſtitutorum mortales differamus. Ut igitur naturæ rigorem hunc torvitatemque ac duritiem aliquo temperamento emollirent, ea quæ jam commemoravimus in uſum invexerunt: præterea communibus conventibus ſacris quàm plurimis viros pariter ac mulieres aſſuefecerunt: puerorum inſuper ac puellarum unâ ſaltantium choros inſtituerunt: & ut verbo expediam, quò poſſent durum illud atque ingratum animi robur culturâ morum manſuefacere ac mitigare,quidvis ſunt moliti. Hęc ergo quum penitus neglexiſſent Cynæthenſes, qui præſertim, quod ex omnibus Arcadibus cælo ſoloque utantur longe inclementiſſimo, hoc ſubſidio præ cæteris indigebant: atque iidem ad mutuas offenſiones & acres contentiones, animos convertiſſent: ad extremum uſque eo ſunt efferati, ut neque majora,neque frequentiora ſummæ impietatis ſcelera in ulla Gręcanicarum urbium exſtiterint. Singularem vero quandam hac in parte Cynęthenſium exſtitiſſe infelicitatem, quum interim reliqui Arcades inſtituta eorum hujuſcemodi vehementer improbarent, indicio hoc fuerit. Nam quo tempore Cy-

pore Cynæthenſes poſt perpetratam illam magnam cędem, legatos Lacedæmonem miſerunt; ſimulatq; aliquam ex urbibus Arcadię intraſſent, aliarum quidem omnium cives, extemplo ut excederent, pręconis voce edixerunt: Mantinenſes vero hoc amplius poſt illorum exitum luſtraverunt ſeſe, & victimas circa urbem atque agros ſuos circumtulerunt. Hæc dicta nobis ſunto, ne qua civitas publicos Arcadum mores vituperare aggrediatur: ſimul, ne forte aliquis populorum Arcadię, ratus ſtudia Muſicæ ex ſupervacuo ad delitias apud ipſos coli, negligere eam diſciplinæ partem incipiat. poſtremo ipſorum quoque Cynæthenſium cauſsâ: ut ſi quando clementius cum ipſis DEUS egerit, ad ſtudia diſciplinarum converſi, præcipuè autem ad eam partem quę circa Muſicam verſatur, ipſi ſeſe manſuefaciant. Nulla enim alia ratio eſt, qua veterem illam priorum temporum feritatem poſſint exuere. Sed nos expoſitis quæ tunc Cynæthenſibus acciderunt, eò unde ſumus digreſſi jam redeamus. Igitur Ætoli his rebus in Peloponneſo confectis, ſine diſcrimine in patriam reverterunt. Inter hæc Philippus ad ferendam opem Achæis Corinthum pervenit: ſed quia tardior adventus rerum gerendarum occaſiones illi ademerat; tabellariis ad omnes ſocios miſſis, eos rogavit, ut ſuos quiſque ad ſe celeriter mitterent, de ſalute pnblica in commune ſecum deliberaturos. ipſe Tegeam verſus caſtra movet; quod intellexerat Lacedæmonios domi tumultuari & occiſio-

τες Κυναιθεῖς, ἐπρέσβευσαν πρὸς
Λακεδαιμονίους, εἰς ἃς πόλεις
ποτὲ Ἀρκαδικὰς εἰσῆλθον κατὰ
τὴν ὁδὸν, οἱ μὲν ἄλλοι παραχρῆ-
μα πάντες αὐτοὺς ἐξεκήρυξαν·
Μαντινεῖς δὲ μετὰ τὴν μεταλλα-
γὴν αὐτῶν, καὶ καθαρμὸν ἐποιή-
σαντο, καὶ σφάγια περιήνεγκαν
τῆς τε πόλεως κύκλῳ, καὶ τῆς
χώρας πάσης. Ταῦτα μὲν οὖν
ἡμῖν εἰρήσθω, χάριν τοῦ μηδεμίαν
πόλιν τὸ κοινὸν ἦθος διαβάλλε-
σθαι τῶν Ἀρκάδων· ὁμοίως δὲ καὶ
τοῦ μὴ νομίσαντας ἐνίους τῶν κα-
τοικούντων τὴν Ἀρκαδίαν περιου-
σίας χάριν τὰ κατὰ μουσικὴν
ἐπὶ πλεῖον ἀσκεῖσθαι παρ᾽ αὐ-
τοῖς, ὀλιγωρεῖν ἐγχειρήσῃ τούτου
τοῦ μέρους· ἔτι δὲ καὶ Κυναιθέων
ἕνεκα· ἵν᾽ ἄν ποτ᾽ αὐτοῖς ὁ θεὸς εὖ
δῷ, τραπέντες πρὸς παιδείαν,
ἡμερώσωσιν αὐτοὺς, καὶ μάλιστα
ταύτης πρὸς μουσικήν. οὕτω γὰρ
μόνως ἂν λήξαιεν τῆς τότε περὶ αὐ-
τοὺς γενομένης ἀγριότητος. Η-
μεῖς δ᾽ ἐπειδὴ τὰ περὶ Κυναιθέων
ὑποπίπτοντα δεδηλώκαμεν, αὖ-
θις ἐπὶ τὴν ἐκτροπὴν ἐπάνιμεν.
Αἰτωλοὶ μὲν οὖν τοιαῦτα διεργα- 22
σάμενοι κατὰ τὴν Πελοπόννησον,
ἧκον εἰς τὴν οἰκείαν ἀσφαλῶς. Φί-
λιππος δὲ μετὰ δυνάμεως βοη-
θῶν τοῖς Ἀχαιοῖς παρῆν εἰς Κό-
ρινθον· ὑστερήσας δὲ τοῦ καιροῦ,
ἀπέστελλε βιβλιαφόρους πρὸς πάν-
τας τοὺς συμμάχους, παρακαλῶν
πέμπειν ἑκάστους παρ᾽ αὐτὸν εἰς Κό-
ρινθον κατὰ σπουδὴν τοὺς βουλευσομέ-
νους ὑπὲρ τῶν κοινῇ συμφερόντων.
αὐτὸς δ᾽ ἀναζεύξας ὡς ἐπὶ Τεγέας
προῆγε, πυνθανόμενος τοὺς Λα-
κεδαιμονίους εἰς σφαγὰς καὶ ταρα-

χὰς ἐμπεπτωκέναι πρὸς ἀλλήλους. Οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι συνήθεις ὄντες βασιλεύεσθαι, καὶ πάντως τοῖς προεστῶσι πειθαρχεῖν, τότε προσφάτως μὲν ἠλευθερωμένοι δι' Ἀντιγόνου· βασιλέως δὲ οὐχ ὑπάρχοντος παρ' αὐτοῖς, ἐστασίαζον πρὸς σφᾶς, πάντες ὑπολαμβάνοντες ἴσον αὑτοῖς μετεῖναι τῆς πολιτείας. τὰς μὲν οὖν ἀρχάς, οἱ μὲν δύο τῶν Ἐφόρων ἄδηλον εἶχον τὴν γνώμην· οἱ δὲ τρεῖς ἐκοινώνουν τοῖς Αἰτωλοῖς τῶν πραγμάτων, πεπεισμένοι διὰ τὴν ἡλικίαν τὸν Φίλιππον οὐδέπω διοικήσεσθαι τοῖς κατὰ τὴν Πελοπόννησον πράγμασιν ἐπαρκεῖν. ἐπεὶ δ' οἱ μὲν Αἰτωλοὶ παρὰ τὴν προσδοκίαν αὐτῶν ἐκ Πελοποννήσου ταχεῖαν ἐποιήσαντο τὴν ἐπάνοδον· ὁ δὲ Φίλιππος ἐκ Μακεδονίας ἔτι θάττω τὴν παρουσίαν, ἀπιστοῦντες οἱ τρεῖς ἑνὶ τῶν δυοῖν Ἀδειμάντῳ, διὰ τὸ συνειδέναι μὲν σφίσι πάσας τὰς ἐπιβολάς, μὴ λίαν δὲ τοῖς γινομένοις εὐδοκεῖν· ἠγωνίων μὴ συνεγγίσαντος τοῦ βασιλέως πάντα τὰ πραττόμενα πρὸς τὸν Φίλιππον ἐξηγήσηται. δι' ἃ δὴ συλλαλήσαντές τισι τῶν νέων, ἐκήρυττον εἰς τὸ τῆς Χαλκιοίκου τέμενος μετὰ τῶν ὅπλων προϊέναι τοὺς ἐν ταῖς ἡλικίαις, ὡς τῶν Μακεδόνων ἐπὶ τὴν πόλιν παραγινομένων. ταχὺ δὲ διὰ τὸ παράδοξον ἀθροισθέντων, δυσαρεστῶν Ἀδείμαντος τοῖς γινομένοις, ἐπειρᾶτο προπορευθεὶς παρακαλεῖν καὶ διδάσκειν· διότι πρώην ἔδει τὰ κηρύγματα ταῦτα καὶ τοὺς ἀθροισμοὺς τοὺς ἐν τοῖς ὅπλοις παραγγέλλειν, καθ' ὃν καιρὸν τοὺς Αἰτωλοὺς πολεμίους ὄντας ἠκούομεν τοῖς ὅροις τῆς χώρας ἡμῶν συνεγγίζειν· οὐ νῦν ὅτε Μακεδόνας τοὺς εὐεργέτας καὶ σωτῆρας πυνθανό-

nibus mutuis invicem graſſari. Lacedemonii enim regio imperio ſemper aſſueti & dominantium jugi obſequio, recentem tunc temporis libertatem ope Antigoni conſecuti, regem nullum jam habentes, dum pari jure eſſe in civitate omnes æquum putant, ſeditionem inter ſe agitabant. Principio duobus ex Ephoris quam in partem inclinarent palàm non facientibus, tres alii ad Ætolos res trahere: tenerioris adhuc ætatis Philippum eſſe rati, quàm ut regendis Peloponneſi rebus par eſſe poſſet. ubi vero exſpectatione ipſorum citius è Peloponneſo Ætoli exceſſerunt; & multo etiam citius è Macedonia Philippus advenit: tres illos fidem Adimanti (is erat alter è duobus) ſuſpectam habentes; quod omnium inceptorum conſcius parum ſibi illa placere oſtenderat; animi ſollicitudo ingens invaſit; ne poſtquam Rex Philippus acceſſiſſet propius, omnia illi quæ fuerant acta aperiret. Itaque conſilio cum nonnullis è juventute communicato, præconio edicunt; ut quoniam urbi Macedones immineant, quicunque per ætatem apti eſſent, ad Minervæ Chalciœci fanum omnes cum armis ſe conferrent. quum propter rei novitatem citò armati conveniſſent, iniq; hoc ferens Adimantus, agmen ſedulò præire, & officii ſui turbam admonere, ac dicere; Nuper hujuſmodi præconiis locum fuiſſe, & edictis, quæ congregari in armis eos juberent, quando Ætoli hoſtes noſtri ad fines ditionis accedere nuntiabantur: non nunc cum Macedones, adeo præclare de nobis meritos,

ſervatores

ſervatores noſtros, proximare cum Rege audimus. Adhuc ſermones hujuſmodi exordiebatur Adimantus, cum juvenes, quibus mandatum fuerat negotium, impetu in eum facto, gladiorum mucronibus eum conficiunt, & unâ cum ipſo, Sthenelaum, Alcamenem, Thyeſtem, Bionidam, & plures alios è civibus. Polyphontes vero & nonnulli cum eo, exitum rei, qua prudentia erant, prævidentes, ad Philippum ſe contulerunt. Secundum iſta Ephori, rerum Spartæ tunc potientes, ad Macedonem protinus miſerunt, qui occiſos criminarentur: orarent etiam, ut adventum in urbem tantiſper differret, donec res civitatis ſidente motu præſentium turbarum, ad priorem ſtatum rediiſſent: pro certo interim haberet, propoſitum ipſis eſſe, fidem in omnibus atque amicitiam Macedonibus præſtare. Ad montem Parthenium jam Rex pervenerat, quando iſti cum eo congreſſi, mandatis quę acceperant convenientes ſermones habuerunt. ille, auditis quę afferebant, qui venerant, domum ipſos extemplo reverſos, Ephoris ſignificare jubet; ſe quidem continuato itinere, caſtra Tegeæ facturum: officii vero illorum eſſe ducere, ut quamprimum ejuſmodi viros mittant, qui de inſtantibus negotiis ſecum poſſint conſultare. quum Regis mandato Legati paruiſſent, Lacedæmoniorum principes viros decem ad Philippum miſerunt. Hi Tegeam profecti, & in concilium Regis admiſſi, (Omias caput legationis erat;) Adimantum, tanquam tumultus auctorem accuſare inſtite-

μέλλειν πλησιάζειν μετὰ τοῦ βασιλέως. ἔτι δ' αὐτοῦ ταῦτ' ἀνακρουομένου, προσπεσόντες οἱ παρακεκλημένοι τῶν νέων, τοῦτον τε συνεκέντησαν, καὶ μετὰ τούτου Σθενέλαον, Ἀλκαμένην, Θυέστην, Βιωνίδαν, ἑτέρους τῶν πολιτῶν καὶ πλείους. οἱ δὲ περὶ Πολυφόντην, καί τινες ἅμα τούτοις, ἐμφρόνως προϊδόμενοι τὸ μέλλον, ἀπεχώρησαν πρὸς τὸν Φίλιππον. ταῦτα δὲ 23
πράξαντες, εὐθέως ἔπεμπον οἱ προεστῶτες Ἔφοροι τῶν πραγμάτων, τοὺς κατηγορήσοντας πρὸς τὸν Φίλιππον τῶν ἀνῃρημένων· καὶ παρακαλέσοντας αὐτὸν ἐπισχεῖν τὴν παρουσίαν, ἕως ἂν ἐκ τοῦ γεγονότος κινήματος εἰς τὴν ἀποκατάστασιν ἔλθῃ τὰ κατὰ τὴν πόλιν. γινώσκειν δὲ, διότι πρόκειται διατηρεῖν αὐτοῖς πάντα τὰ δίκαια καὶ φιλάνθρωπα πρὸς Μακεδόνας. Οἱ μὲν συμμίξαντες ἤδη περὶ τὸ Παρθένιον ὄρος ὄντι τῷ βασιλεῖ, διελέχθησαν ἀκολούθως ταῖς ἐντολαῖς. ὁ δὲ διακούσας παρεκάλει τοὺς ἥκοντας κατὰ σπουδὴν ποιήσασθαι τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον καὶ δηλοῦν τοῖς Ἐφόροις, ὅτι κατὰ τὸ συνεχὲς πορευθεὶς, αὐτὸς μὲν ἐν Τεγέᾳ ποιήσεται τὴν στρατοπεδείαν· ἐκείνους δ' εἰς τὴν ταχίστην ἐκπέμπειν ἄνδρας ἀξιοχρέους, τοὺς κοινολογησομένους πρὸς αὐτὸν ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων. ποιησάντων δὲ τὸ παραγγελθὲν τῶν ἀπαντησάντων, διακούσαντες τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως οἱ προεστῶτες τῶν Λακεδαιμονίων, ἐξέπεμψαν ἄνδρας δέκα πρὸς τὸν Φίλιππον. οἱ καὶ πορευθέντες εἰς τὴν Τεγέαν, καὶ παρελθόντες εἰς τὸ τοῦ βασιλέως συνέδριον, Ὠμίου προεστῶτος αὐτῶν, κατηγόρησαν μὲν τῶν περὶ τὸν Ἀδείμαντον, ὡς αἰτίων γεγονότων τῆς κινήσεως. πάντα δ' ὑπι-

σκνοῦνται ποιήσειν αὐτῷ δὴ τῷ Φιλίππῳ τὰ κατὰ τὴν συμμαχίαν, καὶ μηδενὸς ἐν μηδενὶ φανήσεσθαι δεύτεροι κατὰ τὴν πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν, τῶν δοκούντων ἀληθινῶς αὐτῷ φίλων ὑπάρχειν. οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι ταῦτα καὶ τούτοις παραπλήσια διαλεχθέντες, μετέστησαν. οἱ δὲ μετέχοντες τοῦ συνεδρίου, διεφέροντο πρὸς ἀλλήλους ταῖς γνώμαις. καί τινες μὲν εἰδότες τὴν κακοπραγμοσύνην τῶν ἐν τῇ Σπάρτῃ, καὶ πεπεισμένοι τοὺς περὶ τὸν Ἀδείμαντον ἀπολωλέναι διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν, τούς τε Λακεδαιμονίους ἐπιβεβλῆσθαι κοινοπραγεῖν τοῖς Αἰτωλοῖς, συνεβούλευον τῷ Φιλίππῳ, παράδειγμα ποιῆσαι τοὺς Λακεδαιμονίους, χρησάμενον αὐτοῖς τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν περ Ἀλέξανδρος Θηβαίοις ἐχρήσατο εὐθέως παραλαβὼν τὴν ἀρχήν. ἕτεροι δὲ τῶν πρεσβυτέρων τὴν μὲν τοιαύτην ὀργὴν βαρυτέραν ἀπέφαινον εἶναι τῶν γεγονότων, ἐπιτιμῆσαι δὲ δεῖν τοῖς αἰτίοις, καὶ μεταστησάμενον τούτους, ἐγχειρίσαι τὸ πολίτευμα καὶ τὰς ἀρχὰς τοῖς αὐτοῦ

24 φίλοις. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπὶ πᾶσιν· εἰ χρὴ τοῦ βασιλέως λέγειν τὰς τότε γνώμας· οὐ γὰρ εἰκὸς ἑπτακαιδεκαέτη παῖδα περὶ τηλικούτων δύνασθαι πραγμάτων διακρίνειν. ἀλλ' ἡμῖν μὲν καθήκει τοῖς γράφουσι, τὰς κυρούσας τὰ διαβούλια γνώμας ἀνατιθέναι τοῖς προεστῶσι τῶν ὅλων· τοὺς μὲν τοί γε ἀκούοντας αὐτοὺς χρὴ συνυπονοεῖν, διότι τῶν συνόντων, καὶ μάλιστα τῶν παρακαθημένων εἰκός ἐστιν εἶναι τὰς τοιαύτας ὑποθέσεις καὶ διαλήψεις. ὧν Ἀράτῳ τις ἐπιεικέστατ' ἂν προσ-

runt: ipſi vero Philippo omnia ſe officia ſociorum prçſtituros recipiunt; neque commiſſuros, ut de benevolentia erga ipſum ulli populo, ex iis quos ſibi verè amicos eſſe confidat, debere concedere poſſint videri. hæc ſimiliaque his locuti Lacedæmonii, exceſſerunt. Qui concilio intererant, diſſidere ſententiis. nonnulli malam Spartanorum mentem notam habentes; gnari præterea, Adimantum cum cæteris propter ſuarum partium amorem fuiſſe occiſos; ad hęc, Lacedęmonios conſiliorum ſocietatem cum Ætolis inire voluiſſe: Philippo auctores erant, ut ſeveritatis exemplum in Lacedæmonios ſtatueret; neque aliter eos tractaret, quàm ut olim Thebanos Alexander, ſtatim poſt ſuſceptum regnum. alii è ſenioribus dicere, gravius id ſupplicium fore, quàm pro commerita noxa: in auctores tamen ſeditionis animadvertendum, iiſque de ſtatione depulſis, Rempublicam & omnes magiſtratus Regis amicis eſſe tradendos. Poſt omnes Rex infit; ſi modo Regi tribui debent quæ tum dicebantur ſententiæ: neque enim ſimile eſt veri, id ætatis puerum, annorum vix ſeptemdecim ſtatuere de tantis rebus poſſe. verùm ut nos qui res geſtas componimus, ſententias quæ in deliberationibus & conſiliis ſumendis ratæ fuerunt, adſcribere iis par eſt, qui rerum ſummæ præſunt: ſic qui audiunt, ſimul illud taciti cogitare debent, per eſſe veriſimile, hujuſmodi ſententias à familiaribus Principum, & iis maxime, qui deliberantibus aſſident,

dent, proficiſci. ex omnibus autem Arato potiſſimum ſententiam, quæ tunc à Rege dicta, æquiſſimus quiſque adſcripſerit. Dixit igitur Rex; injurias quas ſibi invicem ſocii inferrent, in tantum ad ſe pertinere, ut & verbis apud præſentes, & literis ad abſentes malo medeatur, & ſe quoque ea quæ geruntur notare atque obſervare ſignificet. at quæ communem ſocietatem attingant, ea vero eſſe dixit, quæ ſola ad totius concilii curam pertinerent, ut iis proſpiciant, atq; remedium afferant. Quum igitur Lacedæmonii, nihil quod quidem appareat, adverſus communem ſocietatem deliquerint; ſed contra polliceantur, omnia ſe nobis quæ juſta & æqua fuerint, præſtituros; nullam eſſe cauſſam cur erga eos inexorabilem ſe prębeat. abſurdum enim futurum, ſi quos pater hoſtes à ſe victos nulla re læſiſſet; in eoſdem propter leves adeo cauſſas, durius aliquid ipſę conſuleret. Poſtquam ea ſententia obtinuiſſet, quæ negligi quod acciderat volebat, extemplo Rex Petręum è cohorte amicorum cum Omia miſit, qui populum hortaretur, ut in ſua & Macedonum amicitia manerent: ſimul ſocietatem præſtito exactoque jurejurando ut firmarent: ipſe cum exercitu Corinthum revertitur: poſtea quàm egregium animi ſui propoſitum luculente ſociis per ea probaſſet, quæ de Lacedæmoniis ſtatuerat. Corinthi eos nactus qui à ſociis civitatibus illuc miſſi fuerant, communiter cum illis de rebus præſentibus conſultabat, & quonam modo erga Ætolos ſe gererent. Quum autem à Bœotis accu-

σύ[illegible]ι τὴν τότε ῥηθεῖσαν ὑπὸ τοῦ βασιλέως γνώμην. ὁ γὰρ Φίλιππος τὰ μὲν κατ᾽ ἰδίαν τῶν συμμάχων εἰς αὑτοὺς ἀδικήματα καθήκειν ἔφησεν αὐτῷ, μέχρι λόγου καὶ γραμμάτων διορθοῦν καὶ συνεπισημαίνεσθαι. τὰ δὲ πρὸς τὴν κοινὴν ἀνήκοντα συμμαχίαν, ταῦτ᾽ ἔφη μόνα δεῖν κοινῆς ἐπιστροφῆς καὶ διορθώσεως τυγχάνειν ὑπὸ πάντων. Λακεδαιμονίων δὲ μηδὲν εἰς τὴν κοινὴν συμμαχίαν ἐκφανὲς ἡμαρτηκότων, ἐπαγγελλομένων δὲ πάντα καὶ ποιεῖν τὰ δίκαια πρὸς ἡμᾶς· οὐ καλῶς ἔχειν εἶναι, τὸ βουλεύεσθαί τι περὶ αὐτῶν ἀπαραίτητον. καὶ γὰρ ἄτοπον, τὸν μὲν πατέρα πολεμίων ὄντων κρατήσαντα, μηδὲν ποιῆσαι δεινόν· αὐτὸν δ᾽ ἐφ᾽ οὕτω μικραῖς αἰτίαις ἀνήκεστόν τι βουλεύεσθαι περὶ αὐτῶν. ἐπικυρωθείσης δὲ ταύτης τῆς γνώμης, τοῦ δεῖν παριδεῖν τὸ γεγονός, εὐθέως ὁ βασιλεὺς Πετραῖον τῶν αὑτοῦ φίλων, ἅμα τοῖς περὶ τὸν Ὠμίαν ἐξαπέστειλε· παρακαλέσοντας τοὺς πολλοὺς, ἀντέχεσθαι τῆς πρὸς αὐτὸν καὶ Μακεδόνας εὐνοίας· ἅμα δὲ δώσοντας καὶ ληψομένους τοὺς ὅρκους περὶ συμμαχίας· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας προῆγε πάλιν ὡς ἐπὶ Κόρινθον· καλὸν δεῖγμα τῆς ἑαυτοῦ προαιρέσεως τοῖς συμμάχοις ἐκτιθέμενος ἐν τῇ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀποφάσει. Καταλαβὼν 25
δὲ τοὺς ἀπὸ τῶν συμμαχίδων παραγεγονότας εἰς τὴν Κόρινθον, συνήδρευε καὶ διελάμβανε μετὰ τούτων τί δεῖ ποιεῖν, καὶ πῶς χρήσασθαι τοῖς Αἰτωλοῖς. Ἐγκαλούντων δὲ Βοιωτῶν μὲν

ὅτι συλήσαιεν τὸ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Ἰτωνίας ἱερὸν εἰρήνης ὑπαρχούσης· Φωκέων δὲ, διότι στρατεύσαντες ἐπ' Ἄμβρυσον καὶ Δαύλιον, ἐπιβάλοιντο καταλαβέσθαι τὰς πόλεις· Ἠπειρωτῶν δὲ, καθότι πορθήσαιεν αὐτῶν τὴν χώραν· Ἀκαρνάνων δὲ παραδεικνυόντων, τίνα τρόπον συστησάμενοι πρᾶξιν ἐπὶ Θύρεον νυκτὸς ἔτι, καὶ προσβαλεῖν τολμήσαιεν τῇ πόλει. πρὸς δὲ τούτοις Ἀχαιῶν ἀπολογιζομένων, ὡς κατελάβοντο μὲν τῆς Μεγαλοπολίτιδος Κλάριον, πορθήσαιεν δὲ διεξιόντες τὴν Πατραιέων καὶ Φαραιέων χώραν, διαρπάσαιεν δὲ Κύναιθαν, συλήσαιεν δὲ τὸ τῆς ἐν Λουσοῖς Ἀρτέμιδος ἱερὸν, πολιορκήσαιεν δὲ Κλειτορίους· ἐπιβουλεύσαιεν δὲ κατὰ μὲν θάλατταν Πύλῳ, κατὰ δὲ γῆν, ἄρτι συνοικιζομένῃ τῇ Μεγαλοπόλει τῶν Ἰλλυριῶν, ἀνάστατον αὐτὴν ποιῆσαι· διακούσαντες τούτων οἱ τῶν συμμάχων σύνεδροι, πάντες ὁμοθυμαδὸν ἐκφέρειν ἐβουλεύσαντο τοῖς Αἰτωλοῖς τὸν πόλεμον. Προθέμενοι δὲ τὰς προειρημένας αἰτίας ἐν τῷ δόγματι, παρακατεβάλοντο ψήφισμα· προσδιασαφοῦντες ὅτι συνανακτήσουσι τοῖς συμμάχοις, εἴς ἣν ἂν κατέχωσιν αὐτῶν Αἰτωλοὶ χώραν ἢ πόλιν ἀφ' οὗ Δημήτριος ὁ Φιλίππου κατὰ φύσιν πατὴρ μετήλλαξε. παραπλησίως δὲ καὶ τοὺς ὑπὸ τῶν καιρῶν ἠναγκασμένους ἀκουσίως μετέχειν τῆς Αἰτωλῶν συμπολιτείας, ὅτι πάντας τούτους ἀποκαταστήσουσιν εἰς τὰ πάτρια πολιτεύματα, χώραν ἔχοντας καὶ πόλεις τὰς αὑτῶν ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, ἐλευθέρους ὄντας, πολιτείαις καὶ νόμοις χρωμένους τοῖς πατρίοις· συνανα-

ſ[e]rentur Ætoli, quod Minervæ Itoniæ fanum pacis tempore ſpoliaſſent: a Phocenſibus, quod ad occupandas Ambryſum & Daulium urbes expeditionem ſuſcipere non eſſent veriti: ab Epirotis, quod agrum ipſorum vaſtaſſent: quum etiam demonſtrarent Acarnanes, quomodo Ætoli ut proditam ſibi quorundam perfidiâ urbem Thyreum noctu caperent, invadere illam eſſent auſi: ad hæc quum expoſuiſſent Achæi, quomodo Clarium in agro Megalopolitano cepiſſent; Patræenſium & Pharæenſium agros in tranſitu populati eſſent, Cynętham diripuiſſent, Dianæ templum Luſſis expilaſſent; Clitorios obſediſſent; inſidias etiam feciſſent, mari quidem, Pylo; terra vero, Megalopoli Illyriorum, quam tunc cum maxime incolis frequentari ceptam Ætoli funditus voluerant evertere: hęc inquam omnia ubi in communi concilio fuiſſent expoſita, bellum iis eſſe indicendum omnes uno ore conſenſerunt. Igitur, ſuperioribus omnibus belli cauſſis in prima parte decreti commemoratis, tenore eodem poſtea ſcitum ſubjiciunt: quo paratos ſe oſtendunt in ſociorum gratiam, occurrere ad quemcumque agrum, aut quamcumque urbem ditionis nunc Ætolorum, quam poſt mortuum Demetrium Philippi patrem occupaſſent. Similiter ſi qui temporibus coacti, pręter voluntatem ſe Ætolis contribuiſſent; omnibus his priſtinam Reip. formam ſe reddituros, ut & agros ſuos & urbes ſine pręſidio tenerent, liberi, abſq; ulla tributi penſitatione viverent. legibus atque inſtitutis

tutis

tutis patriis civitatem adminiſtrarent. Amphictyones etiam ſe adjuturos in legum ſuarum inſtauratione: & in ſubjiciendo poteſtati ipſorum templo, quod eis Ætoli ademerant, & ſacræ ædis & omnium ad ipſam ſpectantium potiri cupientes. Hoc decreto tunc temporis facto, (is erat annus primus Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ,) bellum Sociale principium habuit, juſtum & ex Ætolorum injuriis conflatum. Miſit & concilium publicum extemplo legatos ad urbes ſocias, ut firmato ubique populi ſuffragiis decreto quod factum fuerat, omnes in ſua quoque regione bellum Ætolis indicerent. Ætolos etiam per literas Philippus monuit, ut ſi quę juſta haberent, quibus dilui objecta crimina poſſent, vel nunc in publico illa conventu exponerent, & controverſiam colloquio dirimerent. Quod ſi exiſtimarent, quia abſque publico decreto deprędentur depopulenturq; omniū agros, injuriam non eſſe ulturos quos laceſſerent; aut ſi vindictam lęſi parent, primos belli auctores eos iri habitum; omnium ſtultiſſimos ipſos eſſe. Hac epiſtola accepta Ætolorum principes, rati primò non venturum Philippum, diem certam conſtituerunt, qua Rhium congregarentur. deinde Philippi adventu cognito, miſſo nuntio ſignificarunt, ante legitimum Ætolorum cœtum de publicis rebus ſtatuendi quicquam non habere ſe poteſtatem. Achęi poſtquā ſtatum tempus conventus ipſorū appetiit, in unum coacti, & decretum univerſi confirmarunt; & jus eſſe ſpolia capiendi ab Ætolis, voce præ-

νακομιεῖσθαι δὲ καὶ τοῖς Ἀμφικτυ-
όσιν ἔγραψαν τοὺς νόμους· καὶ τὴν
περὶ τὸ ἱερὸν ἐξουσίαν, ἣν Αἰτω-
λοὶ παρῄρηνται νῦν, βουλόμενοι τὰ
κατὰ τὸ ἱερὸν ἐπικρατεῖν αὐτοί. τούτου 26
δὲ τοῦ δόγματος κυρωθέντος κατὰ τὸ
πρῶτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετταρα-
κοστῆς Ὀλυμπιάδος, ὁ μὲν συμ-
μαχικὸς προσαγορευόμενος πό-
λεμος, ἀρχὴν εἰλήφει δικαίαν, καὶ
πρέπουσαν τοῖς γεγονόσιν ἀδικήμα-
σιν. οἱ δὲ σύνεδροι παραχρῆμα
πρεσβευτὰς ἐξαπέστελλον πρὸς τοὺς
συμμάχους, ἵνα παρ' ἑκάστοις διὰ τῶν
πολλῶν ἐπικυρωθέντος τοῦ δόγματος,
ἐκφέρωσι πάντες τοῖς Αἰτωλοῖς τὸν
ἀπὸ τῆς χώρας πόλεμον. ἔπεμψε δὲ
καὶ τοῖς Αἰτωλοῖς ἐπιστολὴν ὁ Φίλιπ-
πος, διασαφῶν ἵν' εἴ τι λέγειν δί-
καιον ἔχουσιν ὑπὲρ τῶν ἐγκαλουμένων,
ἔτι καὶ νῦν συνελθόντες διὰ λόγου
ποιῶνται τὴν διεξαγωγήν. εἰ δ' ὑπ-
ειλήφασι, διότι χωρὶς κοινοῦ δόγ-
ματος λεηλατοῦσι καὶ πορθοῦσι πάν-
τας, οὐκ ἀμυνεῖσθαι τοὺς ἀδικουμένους·
ἐὰν δ' ἀμύνωνται, νομισθήσεσθαι τού-
τους κατάρχειν τοῦ πολέμου· πάντων
αὐτοὺς εὐηθεστάτους εἶναι. κομισά-
μενοι δ' οἱ τῶν Αἰτωλῶν ἄρχοντες τὴν
ἐπιστολὴν ταύτην, τὸ πρῶτον ἐλπί-
σαντες οὐχ ἥξειν τὸν Φίλιππον, συνέ-
θεντο ῥητὴν ἡμέραν ἐν ᾗ πρὸς τὸ Ῥίον
ἀπαντήσουσι. γνόντες δὲ παραγινό-
μενον, ἀπέστελλον γραμματοφόρον
διασαφοῦντες ὡς οὐ δύνανται πρὸ τῆς
τῶν Αἰτωλῶν συνόδου δι' αὐτῶν οὐ-
δὲν ὑπὲρ τῶν ὅλων οἰκονομεῖν. Οἱ
δ' Ἀχαιοὶ συνελθόντες εἰς τὴν κα-
θήκουσαν σύνοδον, τό, τε δόγμα
πάντες ἐπεκύρωσαν, καὶ τὸ λάφυρον
ἐπεκήρυξαν κατὰ τῶν Αἰτωλῶν. προσ-
ελθόντος δὲ τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν

βουλὴν

βουλὴν ἐν Αἰγίῳ, καὶ διαλαληθέντος διὰ πλειόνων, τὰ λεχθέντα μετ' εὐνοίας ἀπεδέξαντο, καὶ τὰ προϋπάρχοντα φιλάνθρωπα τοῖς προγόνοις ἀνενεώσαντο πρὸς αὐτὸν τὸν Φίλιππον.
27 Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Αἰτωλοὶ συνάψαντος τοῦ τῶν ἀρχαιρεσιῶν χρόνου, στρατηγὸν αὑτῶν εἵλοντο Σκόπαν, ὃς ἐγεγόνει πάντων τῶν προειρημένων ἀδικημάτων αἴτιος. ὑπὲρ ὧν οὐκ οἶδα πῶς χρὴ λέγειν. τὸ γὰρ κοινῇ μὲν δόγματι μὴ πολεμεῖν, πανδημεὶ δὲ στρατεύοντας ἄγειν καὶ φέρειν τὰ τῶν πέλας· καὶ κολάζειν μὲν μηδένα τῶν αἰτίων, στρατηγοὺς δ' αἱρεῖσθαι καὶ τιμᾶν τοὺς προεστῶτας τῶν τοιούτων ἔργων· ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τῆς πάσης γέμειν κακοπραγμοσύνης. τί γὰρ ἂν ἄλλο τις τὰς τοιαύτας κακίας ὀνομάσειε; δῆλον δ' ἔσται τὸ λεγόμενον ἐκ τούτων. Λακεδαιμόνιοι τὴν Καδμείαν Φοιβίδου παρασπονδήσαντος, τὸν μὲν αἴτιον ἐζημίωσαν, τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξήγαγον· ὥσπερ λυομένης τῆς ἀδικίας διὰ τῆς τοῦ πράξαντος βλάβης· παρὸν τἀναντία ποιεῖν· τοῦτο γὰρ διέφερε τοῖς Θηβαίοις. πάλιν ἐκήρυττον ἀφιέναι τὰς πόλεις ἐλευθέρας καὶ αὐτονόμους, κατὰ τὴν ἐπὶ Ἀνταλκίδου γενομένην εἰρήνην· τοὺς δ' ἁρμοστὰς οὐκ ἐξῆγον ἐκ τῶν πόλεων. Μαντινεῖς φίλους ὄντας καὶ συμμάχους ἀναστάτους ποιήσαντες, οὐκ ἔφασαν ἀδικεῖν, ἐκ μιᾶς πόλεως εἰς πλείους αὐτοὺς διοικίσαντες. Ἄνοια μετὰ κακίας, τὸ δοκεῖν ἐάν τις αὐτὸς ἐπιμύῃ, μηδὲ τοὺς πέλας ὁρᾶν. ἀμφοτέροις τοίνυν ὁ ζῆλος οὗτος τῆς πολιτείας, αἴτιος κατέστη τῶν μεγίστων συμπτω-

conis edixerunt. & quum Rex Ægium ad concilium veniſſet, multoſque ibi ſermones habuiſſet, benevole ejus oratio eſt excepta, & amicitiæ jura, quæ fuerant genti Achæorum cum ejus majoribus, omnia cum Philippo ſunt renovata. Circa idem tempus Ætoli, ad ſolennia ſua coacti comitia, Pręторem creant Scopam, qui auctor fuerat omnium ante expoſitarum injuriarum. qua de re quid dicam, equidem neſcio. Nam decreto publico non gerere bellum, quum interea feras cuncta paſſim aliorum agaſque: & criminoſorum neminem puniens, imperium iis deferas, eoſq; dignitatibus augeas, qui ad ſcelera id genus patranda duces ſe prębuerunt; meo quidem judicio, facinus eſt omnis maleficii plenum. quo enim alio nomine hujuſmodi actiones vitioſas nomines? Quod ſentio, maniſeſtiùs ex his poterit intelligi. Lacedæmonii quum Cadmeam Phœbidas fraude & perfidia occupaſſet, à noxio quidem pœnas exegerunt; cæterum Cadmea præſidium non eduxerunt: tanquam expiatum eſſet admiſſum ſcelus damno auctoris: atqui in poteſtate eorum erat contrarium ejus facere; idque ut fieret, Thebanorum intererat. Iterum iidem tempore pacis ab Antalcida factę, præconio ſignificarunt, dimittere ſe liberas civitates ut ſuis legibus utantur: & tamen harmoſtas ex urbibus non revocarunt. Quũ Mantinenſiũ ſociorum atq; amicorum ſuorum ſtatum atq; urbem funditus evertiſſent, nihil ſe injurię cõmiſiſſe dictitabãt: qui quidẽ ex uno oppido in plura eos diſtribuiſſent. Enimvero amentia eſt cum malitia conjuncta, ſi quis putet,

cum

eum ipſe oculos nictatione obnubat, ne alios quidem oculis uti. His igitur inſtitutis uſus in ſuæ Reip. adminiſtratione uterque ille populus, maximas ſibi calamitates accivit. quæ quidem inſtituta, nemo neque privatim neque publice ullo modo unquam æmulari debet, qui quidem rectè ſibi conſulere cupiat. Philippus, ubi operam Acheis dedit, cum exercitu in Macedoniam eſt reverſus, ad præparandum bellum ingenti ſtudio contendens: magna non ſociis dumtaxat, verùm omnibus in univerſum Græcis clementiæ & regiæ magnanimitatis ſpe oſtenſa, quando illud de quo diximus decretum promulgavit. Porrò hæc tum gerebantur, quando Hannibal devictis trans Iberum omnibus, adverſus Saguntinorum urbem ſe comparabat. quod ſi Hannibalis prima incepta rebus geſtis Græcorum ſtatim à principio fuiſſent immiſta; nemo dubitat fuiſſe nobis ſuperiore libro de his verba per vices facienda; ut temporis ratione habita, rebus Hiſpanicis, Græcanica velut è regione apponeremus. Sed quoniam res Italiæ, Græciæ & Aſiæ, cauſſas quidem bellorum ſeparatas habuerunt, exitus vero communes: nos quoque ſeparatim de iis agendum duximus; donec ad illud perveniamus tempus, quo res jam dictæ in unum ſunt miſtæ, & ad unum eundemque finem referri omnes ſunt ceptę. hoc enim modo, & principia ſingularum rerum clarius explicabuntur, & illa commiſtio erit illuſtrior, quam initio oſtendi. ubi declaratū, quando, quomodo, quaſve ob cauſſas, ea contigerit. ac de-

ματων. ὃν οὐδαμῶς οὐδαμῇ ζηλωτέον, οὔτε κατ' ἰδίαν οὔτε κοινῇ, τοὺς ὀρθῶς βουλευομένους. Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος χρηματίσας τοῖς Ἀχαιοῖς, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ Μακεδονίας, σπεύδων ἐπὶ τὴν παρασκευὴν τῆς πρὸς τὸν πόλεμον· οὐ μόνον τοῖς συμμάχοις, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι διὰ τοῦ προειρημένου ψηφίσματος καλὰς ἐλπίδας ὑποδεικνύων πρᾳότητος καὶ μεγαλοψυχίας βασιλικῆς. 28
Ταῦτα δ' ἐπράττετο κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, καθ' οὓς Ἀννίβας γεγονὼς ἤδη κύριος τῶν ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ πάντων, ἐποιεῖτο τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὴν Ζακανθαίων πόλιν. εἰ μὲν οὖν τὰς πρώτας ἐπιβολὰς τὰς Ἀννίβου ταῖς Ἑλληνικαῖς πράξεσιν ἀπ' ἀρχῆς εὐθέως ἐπιπεπλέχθαι συνέβαινε, δῆλον ὡς ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ περὶ τούτων ἂν ἡμᾶς ἐναλλὰξ ἔδει καὶ κατὰ παράθεσιν τοῖς Ἰβηρικοῖς πεποιῆσθαι τὴν ἐξήγησιν, ἀκολουθοῦντας τοῖς καιροῖς. ἐπεὶ δὲ τά τε κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ τὰ κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ κατὰ τὴν Ἀσίαν, τάς τε ἀρχὰς τῶν πολέμων τούτων ἰδίας εἰλήφει, τὰς δὲ συντελείας κοινάς· καὶ τὴν ἐξήγησιν περὶ αὐτῶν ἐκρίναμεν ποιήσασθαι κατ' ἰδίαν, ἕως ἂν ἐπὶ τὸν καιρὸν ἔλθωμεν τοῦτον, ἐν ᾧ συνεπλάκησαν αἱ προειρημέναι πράξεις ἀλλήλαις, καὶ πρὸς ἓν τέλος ἤρξατο καὶ τὴν ἀναφορὰν ἔχειν. οὕτω γὰρ ἥτε περὶ τὰς ἀρχὰς ἑκάστων ἔσται διήγησις σαφὴς, ἥτε συμπλοκὴ καταφανὴς, περὶ ἧς ἐν ἀρχαῖς ἐνεδειξάμεθα, παραδείξαντες πότε καὶ πῶς καὶ δι' ἃς αἰτίας γέγονε· λοιπὸν ἤδη κοινὴν ποιήσασθαι περὶ πάντων τὴν ἱστορίαν. ἐγένετο

δὲ ἡ συμπλοκὴ τῶν πράξεων περὶ τὴν τοῦ πολέμου συντέλειαν, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος. διὸ καὶ μετὰ ταῦτα κοινῇ τοῖς καιροῖς ἀκολουθοῦντες ἐξηγησόμεθα· τὰ δὲ πρὸ τοῦ κατ' ἰδίαν, ὡς εἶπον· προσαναμιμνήσκοντες μόνον τῶν κατὰ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς, ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ δεδηλωμένων, ἵνα μὴ μόνον εὐπαρακολούθητος, ἀλλὰ καὶ καταπληκτικὴ γένηται τοῖς προσέ-
29 χουσιν ἡ διήγησις. Φίλιππος δὲ παραχειμάζων ἐν Μακεδονίᾳ, κατέγραφε τὰς δυνάμεις πρὸς τὴν μέλλουσαν χρείαν ἐπιμελῶς. ἅμα δὲ τούτοις ἠσφαλίζετο τὰ πρὸς τοὺς ὑπερκειμένους τῆς Μακεδονίας Βαρβάρους. μετὰ δὲ ταῦτα συνελθὼν πρὸς Σκερδιλαΐδαν, καὶ τολμηρῶς δοὺς αὑτὸν εἰς τὰς χεῖρας, διελέγετο περὶ φιλίας καὶ συμμαχίας. καὶ τὰ μὲν ὑπισχνούμενος αὐτῷ συγκατασκευάσειν τῶν κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα πραγμάτων, τὰ δὲ κατηγορῶν τῶν Αἰτωλῶν, ὄντων εὐκατηγορήτων, ῥᾳδίως ἔπεισε συγχωρεῖν τοῖς παρακαλουμένοις. Μήποτε γὰρ οὐδὲν διαφέρει τὰ κατ' ἰδίαν ἀδικήματα τῶν κοινῶν, ἀλλὰ πλήθει μόνον καὶ μεγέθει τῶν συμβαινόντων· καὶ γὰρ κατ' ἰδίαν τὸ τῶν ῥᾳδιουργῶν καὶ κλεπτῶν φῦλον, τούτῳ μάλιστα τῷ τρόπῳ σφάλλεται, τῷ μὴ ποιεῖν ἀλλήλοις τὰ δίκαια, καὶ συλλήβδην διὰ τὰς εἰς αὑτοὺς ἀθεσίας. ὃ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι περὶ τοὺς Αἰτωλούς· συνθέμενοι γὰρ τῷ Σκερδιλαΐδᾳ δώσειν τι τῆς λείας μέρος, ἐὰν συνεισβάλῃ μετ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἀχαΐαν· πεισθέντος καὶ ποιήσαντος οὕτω,

inceps communem rerum omnium hiſtoriam contexemus. ea autem commiſtio circa belli hujus finem contigit, anno tertio Olympiad. CXL. iccirco ſequentia quidem convenienter temporibus conjunctim narrabimus: antecedentia vero, ſeparatim, ut jam dixi: obiter tantum in memoriam revocatis, quæ circa tempora eadem fuiſſe geſta ſuperiore libro oſtendimus. ut non facilis tantum ſit narratio, ſed etiam admirationem apud attentos lectores inveniat. Philippus dum hiberna ageret in Macedonia, ad futurum bellum exercitus ſummo ſtudio conſcribebat: ſimul Macedoniam adverſus Barbaros illi imminentes muniebat. Deinde cum Scerdilaïda congreſſus, temere atque audacter fidei illius ſe permittens, de amicitia & pace cum illo egit. ac partim auxilium illi pollicitans ad obtinenda quędam loca in Illyrico; partim Ætolos incuſans, quę ſane benigna materia erat, haut difficulter hominem perpulit, ut poſtulatis ſuis annueret. Nihil enim admodum privatorum injurię à publicis differunt, niſi multitudine & magnitudine delictorum. Nam & qui privatim ad ſcelerum & latrociniorum ſocietatem coierunt, hoc potiſſimum modo perire ſolent, cum fidem inter ſe non ſervant, & ut ſummatim dicam, pacta mutua violant. quod ipſum etiam Ætolis tunc uſuvenit. Facti enim Ætoli cum Scerdilaïda partem aliquam prædæ, ſi ad expeditionem Achaïcam unâ ſecum vellet proficiſci, ſe ei daturos: quum is conditionem accepiſſet impleſſetque: illi ur-

bi Cy

be Cynethenſium direpta, & quà mancipiorum, quà pecorum magna præda abacta, nullius penitus eorum quę capta fuerant Scerdilaidæ partem ullam dederunt. magnam igitur ille ex ea re iram animo concipere. cujus ubi memoriam ei Philippus paucis revocaſſet, extemplo morem ei geſſit, & ad communem ſocietatem ſeſe adjuncturum promiſit his legibus; ut annua vicena talenta acciperet; & ut triginta lemborum claſſe, bellum cum Ætolis mari gereret. Dum in his occupatur Philippus, legati, ad ſocios miſſi Acarnaniam primò adeunt, cumque illis agunt. qui & decretum pro ſua parte candido ſimplicique animo affirmarunt; & ut hominibus ditionis ſuæ, bellum eſſet cum Ætolis edixerunt. Atenim ſi quis erat populus cui par eſſet ignoſcere procraſtinanti, cunctanti, atque adeo metuenti bellum cum finitimis ſuſcipere, hic profecto erat: nam & proximi ſunt Ætolis, finibus eorum contermini: & quod majus eſt, ipſi per ſe facile poſſunt debellari: tum autem, quod rei caput, non multis ante annis propter odium Ætolorum graviſſima infortunia invenerant. Sed mihi videntur qui ingenio ſunt liberali atque ingenuo, neque privatim neque publice pluris facere quicquam honeſtate: cujus in maximis quibùſque fere periculis rationem habuiſſe Acarnanes, (etſi virium non magna ipſis fiducia aderat) non minus quam ullos alios è Græcis invenias. Ut in adverſis dubitare nemo debeat, ſocietatem cum his inire tam facile, quàm cum ulla

διαρπάσαντες τὴν τῶν Κυναιθέων πόλιν, καὶ πολλὰ περιελασάμενοι σώματα καὶ θρέμματα, τὸν Σκερδιλαΐδαν οὐδενὸς μέτοχον ἐποίησαν τῶν ἁλόντων. διόπερ ὑποκειμένης ἐκ τούτων αὐτῷ τῆς ὀργῆς, βραχέα προσαναμνήσαντος τοῦ Φιλίππου, ταχέως ὑπήκουσε καὶ συνέθετο μεθέξειν τῆς κοινῆς συμμαχίας· ἐφ' ᾧ λαμβάνειν μὲν εἴκοσι τάλαντα κατ' ἐνιαυτὸν, πλεῖν δὲ λέμβοις τριάκοντα, καὶ πολεμεῖν τοῖς Αἰτωλοῖς κατὰ θάλατταν. ὁ μὲν οὖν Φίλιππος περὶ ταῦτα διέτριβεν. 30 οἱ δ' ἐξαποσταλέντες πρέσβεις πρὸς τοὺς συμμάχους, ἀφικόμενοι πρῶτον εἰς Ἀκαρνανίαν, ἐτύγχανον τούτοις. οἱ δ' Ἀκαρνᾶνες, τό, τε δόγμα γνησίως συνεπεκύρωσαν, καὶ τὸν ἀπὸ χώρας πόλεμον ἐξήνεγκαν τοῖς Αἰτωλοῖς. καίπερ τούτοις εἰ καί τισιν ἑτέροις δίκαιον ἦν συγγνώμην ἔχειν, ὑπερτιθεμένοις καὶ καταμέλλουσι, καὶ καθόλου δεδιόσι τὸν ἀπὸ τῶν ἀστυγειτόνων πόλεμον· καὶ διὰ τὸ παρακεῖσθαι μὲν συντερμονοῦντας τῇ τῶν Αἰτωλῶν χώρᾳ· πολὺ δὲ μᾶλλον, διὰ τὸ καὶ ἰδίαν εὐχειρώτους ὑπάρχειν· τὸ δὲ μέγιστον, διὰ τὸ μικροῖς ἔμπροσθεν χρόνοις πεῖραν εἰληφέναι τῶν δεινοτάτων, διὰ τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς ἀπέχθειαν. ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ γνήσιοι τῶν ἀνδρῶν, καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν οὐδέποτε περὶ πλείονος οὐθὲν ποιεῖσθαι τοῦ καθήκοντος· ὅπερ Ἀκαρνᾶνες ἐν τοῖς πλείστοις καιροῖς, οὐδενὸς τῶν Ἑλλήνων ἧττον εὑρίσκονται διατετηρηκότες, καίπερ ἀπὸ μικρᾶς ὁρμώμενοι δυνάμεως. οἷς οὐκ ὀκνητέον κατὰ τὰς περιστάσεις κοινωνεῖν πραγμάτων· σπουδαστέον δὲ μᾶλλον εἰ καί

πρὸς

τισιν ἑτέροις τῶν Ἑλλήνων· καὶ γὰρ ἰδίᾳ καὶ κοινῇ, στάσιμον ἔχουσί τι καὶ φιλελεύθερον. Ἠπειρῶται δὲ ἐκ παραθέσεως ἀκούσαντες τῶν πρέσβεων, τὸ μὲν δόγμα παραπλησίως ἐπεκύρωσαν· τὸν δὲ πόλεμον ἐκφέρειν ἐψηφίσαντο τοῖς Αἰτωλοῖς, ἐπειδὰν καὶ Φίλιππος ὁ βασιλεὺς ἐξενέγκῃ. τοῖς δὲ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν πρεσβευταῖς ἀπεκρίθησαν, ὅτι δέδοκται τοῖς Ἠπειρώταις διατηρεῖν πρὸς αὐτοὺς τὴν εἰρήνην· ἀγεννῶς καὶ ποικίλως χρώμενοι τοῖς πράγμασιν. ἀπεστάλησαν δὲ καὶ πρὸς βασιλέα Πτολεμαῖον πρέσβεις· οἱ παρακαλέσοντες αὐτὸν, μήτε χρήματα πέμπειν τοῖς Αἰτωλοῖς, μήτ' ἄλλο μηδὲν χορηγεῖν κατὰ Φιλίππου καὶ τῶν συμμάχων. Μεσσήνιοι δὲ, δι' οὓς ὁ πόλεμος
31 τὴν ἀρχὴν ἔλαβε, τοῖς παραγινομένοις πρὸς αὐτοὺς ἀπεκρίθησαν, ὅτι τῆς Φιγαλέας κειμένης ἐπὶ τοῖς ὅροις αὐτῶν, καὶ ταττομένης ὑπ' Αἰτωλοὺς, οὐκ ἂν ἐπιδέξαιντο τὸν πόλεμον, πρὶν ἢ ταύτην ἀπ' Αἰτωλῶν ἀποσπασθῆναι τὴν πόλιν. περὶ δὲ τῆς ἀποφάσεως ταύτης κατίσχυσαν οὐδαμῶς εὐδοκούντων τῶν πολλῶν, Αἰτωλῶν οἱ ἐφορεύοντες Οἶνις καὶ Νίκιππος, καί τινες ἕτεροι τῶν ὀλιγαρχικῶν· ἀγνοοῦντες καὶ πολὺ παραπαίοντες τοῦ δέοντος, κατά γε τὴν ἐμὴν γνώμην. Ἐγὼ γὰρ φοβερὸν μὲν εἶναί φημι τὸ πολεμεῖν, οὐ μὴν οὕτω γε φοβερὸν, ὥστε πᾶν ὑπομένειν χάριν τοῦ μὴ προσδέξασθαι πόλεμον. ἐπεὶ τί καὶ θρασυνόμεθα τὴν ἰσηγορίαν καὶ παρρησίαν καὶ τὸ τῆς ἐλευθερίας ὄνομα πάντες, εἰ μηδὲν ἔσται προυργιαίτερον τῆς εἰρήνης; οὐδὲ γὰρ Θηβαίους ἐπαινοῦμεν κατὰ τὰ Μηδικά, διότι τῶν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀποστάντες κινδύνων, τὰ Περσῶν εἵλοντο διὰ τὸν

alia Græcorum gente: nam & privatim & publice conſtantes & amantes libertatis reperiuntur. Epirotæ è contrario, legatione audita, decretum illi quidem pariter confirmarunt: at bellum Ætolis indicere tunc decreverunt, quando & Philippus indixiſſet: Ætolorum vero legatis reſponderunt, ſtatuiſſe ſe pacem cum ipſis ſervare: neque generoſe neque conſtanter in eo ſe gerentes. Miſſi vero ſunt & ad Ptolemæum Regem legati, qui peterent ab ipſo, ne Ætolos aut pecunia aut ulla ope alia contra Philippum & ſocios adjuvaret. Meſſenii propter quos primò bellum inceperat, legatis qui ad ſe venerant reſponderunt; quum finibus ſuis Phigalea imminêat, urbs ditionis Ætolorum, non ante bellum fore ſe ſuſcepturos, quam urbem hanc ab Ætolorum concilio divulſiſſent. Hoc autem decretum ab invita multitudine expreſſerunt Oenis & Nicippus Ætolorum Ephori, & alii nonnulli qui paucorum potentiæ favebant. perperam illi quidem, ut judicium meum eſt, à recta via conſiliorum procul aberrantes. Nam metuendum eſſe bellum, equidem non abnuo: ſed non uſque adeo metuendum, ut ejus vitandi gratia omnia velis ſufferre. quò enim juris æquabilitas nobis, & facultas ex æquo dicendi quæ ſentias, quo libertatis nomen, quę ferociter admodum jactitamus, ſi nihil eſt omnium quod potius ducamus pace? neque enim Thebanos laudamus, qui belli Medici tempore, pericula refugientes pro communi Græciæ ſalute obeunda,

eunda, præ formidine Perſis ſe adjunxerunt. neque item Pindarum, qui ſententiæ illorum & ipſe aſſentiens, de conſervanda quiete, in ſuis poëmatis ſic ait: *Pro ſe quiſque civium publicæ tranquillitati conſulens, Quietis magnanimæ lætum jubar requirito.* Pindarus enimvero quum repente viſus eſſet dixiſſe aliquid quod merito omnes probarent, non multo poſt & turpiſſimæ & damnoſiſſimæ ſententię auctor fuiſſe eſt compertus. Ut enim pace juſta & honeſta nihil pulchrius, nihil utilius: ſic ea quam vel ignavia vel ſervitus infamant, nihil neque turpius, neque magis noxium. Verùm qui rebus præerant ex optimatum factione apud Meſſenios, dum præſentis ſuæ privatim utilitatis rationem habent, majore ſemper ſtudio quàm par erat pacem amplectebantur. itaque multos caſus & adverſa tempora experti, metus etiam interdum & pericula, declinando evadebant: ſed gliſcente ſemper hac ratione mali ſumma, cum maximis calamitatibus luctari patriam coëgerunt. cujus rei cauſſam arbitror iſtam eſſe: quod vicini quum eſſent duobus maximis totius Pelopōneſi, imò vero omnium Gręcię, populis, Arcadibus nempe & Lacedæmoniis; quorum alteri jam inde à principio, cum eum agrum occuparunt, inimici eorum ſic erant, ut conciliari invicem potuerint nunquam: alteri vero eos amabant, & ſalutem ipſorum curę habebant: neq; inimicitias cum Lacedæmoniis generoſo animo exercuerunt: neque cum Arcadibus amicitiam coluerũt. Itaq; ſi quando hi populi vel inter ſe, vel cum aliis bellum gerendo oc-

φόβον. οὐδὲ Πίνδαρον τὸν συναποφηνάμενον αὐτοῖς ἄγειν τὴν ἡσυχίαν, διὰ τῶνδε τῶν ποιημάτων· τὸ κοινόν τις ἀστῶν ἐν εὐδίᾳ τιθεὶς, ἐρευνασάτω μεγαλάνορος Ἡσυχίας τὸ φαιδρὸν φάος. δόξας γὰρ παραυτίκα πιθανῶς εἰρηκέναι, μετ' οὐ πολὺ πάντων αἰσχίστην εὑρέθη καὶ βλαβερωτάτην πεποιημένος ἀπόφασιν. εἰρήνη γὰρ μετὰ μὲν τοῦ δικαίου καὶ πρέποντος, κάλλιστόν ἐστι κτῆμα καὶ λυσιτελέστατον· μετὰ δὲ κακίας ἢ δειλίας ἐπονειδίστου, πάντων αἴσχιστον καὶ βλαβερώτατον. 32 οἱ δὲ τῶν Μεσσηνίων προεστῶτες ὀλιγαρχικοὶ, καὶ στοχαζόμενοι τοῦ παραυτίκα κατ' ἰδίαν λυσιτελοῦς, φιλοτιμότερον τοῦ δέοντος ἀεὶ διέκειντο πρὸς τὴν εἰρήνην. διὸ πολλὰς μὲν περιστάσεις καὶ καιροὺς ἔχοντες, ἐνίοτε δὲ καὶ φόβους καὶ κινδύνους, διωλίσθανον. ἠθροίζετο δὲ κατὰ τὴν πρόθεσιν ταύτην ἀεὶ τὸ κεφάλαιον αὐτοῖς, καὶ μεγίσταις ἐπιόντων παλαίειν τὴν πατρίδα συμφοραῖς. δοκῶ δ' ἔγωγε τὴν αἰτίαν εἶναι ταύτην· ὅτι δυσὶ γειτνιῶντες ἔθνεσι τοῖς μεγίστοις τῶν κατὰ Πελοπόννησον, μᾶλλον δὲ σχεδὸν καὶ τῶν Ἑλληνικῶν, λέγω δὲ τοῖς τε τῶν Ἀρκάδων καὶ τοῖς τῶν Λακώνων· ὧν τῶν μὲν ἐχθρῶς καὶ ἀκαταλλάκτως ἀεί ποτε πρὸς αὐτοὺς ἔχοντος, ἐξ οὗ καὶ κατέσχον τὴν χώραν, τῶν δὲ φιλικῶς καὶ κηδεμονικῶς· οὔτε τὴν πρὸς Λακεδαιμονίους ἔχθραν γενναίως ἀνελάμβανον· οὔτε τὴν πρὸς Ἀρκάδας φιλίαν. λοιπὸν, ὅταν μὲν οὗτοι πρὸς ἀλλήλους ἢ πρὸς ἑτέρους

πολεμοῦντες, ἐν περισπασμοῖς ἦσαν, ἐγίνετο τὸ δέον αὐτοῖς. ἦγον γὰρ τὴν εἰρήνην ἀεὶ προσδιαζόμενοι, διὰ τὴν τοῦ τόπου περίπτωσιν. ὅταν δ' εὔσχολοι καὶ ἀπερίσπαστοι Λακεδαιμόνιοι γενηθέντες, ἐτράπησαν πρὸς τὸ βλάπτειν αὐτούς· οὔτ' αὐτοὶ δι' αὐτῶν ἀντοφθαλμεῖν ἠδύναντο πρὸς τὸ βάρος τὸ Λακεδαιμονίων· οὔτε παρασκευασάμενοι φίλους τοὺς ἀληθινῶς αὐτοῖς πάντα συνυποστησομένους, ἢ δουλεύειν ἠναγκάζοντο τούτοις ἀχθοφοροῦντες, ἢ φεύγοντες τὴν δουλείαν, ἀνάστατοι γίνεσθαι λείποντες τὴν χώραν μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν. ὅπερ ἤδη πλεονάκις αὐτοῖς συνέβη παθεῖν, οὐ πάνυ πολλοῖς πρότερον χρόνοις. Εἴη μὲν οὖν οἱονεὶ συμφυῶναι τὴν νῦν ὑπάρχουσαν κατάστασιν Πελοποννησίοις, ἵνα μηδενὸς δέῃ τῶν λέγεσθαι μελλόντων. ἐὰν δέ ποτε κίνησιν καὶ μετάστασιν σχῇ τὰ νῦν, μίαν ὁρῶ Μεσσηνίοις καὶ Μεγαλοπολίταις ἐλπίδα τοῦ δύνασθαι νέμεσθαι τὴν αὐτῶν χώραν τὸν πλείω χρόνον· ἐὰν συμφρονήσαντες κατὰ τὴν Ἐπαμινώνδου γνώμην, παντὸς καιροῦ καὶ πράγματος ἕλωνται κοινωνεῖν ἀλλήλοις ἀληθινῶς.

33 Ὁ δὲ λόγος οὗτος ἔχει μὲν ἴσως καὶ διὰ τῶν πάλαι γεγονότων πίστιν. Οἱ γὰρ Μεσσήνιοι πρὸς ἄλλοις πολλοῖς, καὶ παρὰ τὸν τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου βωμὸν ἀνέθεσαν στήλην ἐν τοῖς κατ' Ἀριστομένην καιροῖς, καθάπερ καὶ Καλλισθένης φησί, γράψαντες τὸ ἐπίγραμμα τοῦτο.

Πάντως ὁ χρόνος εὗρε δίκην ἀδίκῳ βασιλῆϊ,

cuparentur, bene cum Meſſeniis agebatur: pace enim fruebantur ſemper, velut tantiſper ob intervenientis loci naturam tranquillo vehentes. quoties vero Lacedæmoniis fuit otium, poſtquam ab omni alia occupatione ſe expediiſſent, convertendi animos ad pernitiem Meſſeniorum; quum neque ipſi per ſe oculos contra poſſent attollere, ob gravem potentiam nominis Laconici: neq; amicos ante ſibi comparaſſent, qui fortunæ cujuſcumq; aleam ex animo ſubire cum ipſis vellent: aut ſervire Spartanis, bajulorum munia obeuntes, cogebantur: aut ſi jugum ſervitutis pati recuſarent, extorres in exilium patria relicta, cum liberis atq; uxoribus abire. quam quidem fortunam ſæpius jam illis experiri contigit, idque non multis ante hęc tempora annis. Opto equidem, ut qui nunc eſt rerum ſtatus in Peloponneſo ita coaleſcat, adeoq; illius amor animis hominum ingeneretur, ut iis quæ jam dicam nihil ſit opus. Sed ſi aliquis aliquando motus, aut mutatio ſtatus contigerit, unicam ſpem ſupereſſe video Meſſeniis & Arcadibus agri ſui longum tempus poſſidendi; ſi Epaminondæ conſilio uſi, omnium temporum omniumque rerum ſocietatem ſinceram inter ſe colant. Atque hoc etiam ex veteri hiſtoria probari videtur poſſe. Meſſenii enim, ut alia omittam, etiam ad Jovis Lycæi aram temporibus Ariſtomenis columnam dedicarunt, in qua, teſte Calliſthene, hujuſmodi epigramma fuit inſculptum:

Injuſtum regem tempus non ſivit inultum:

Meſſenæ

Meſſenæ inventus cum Iove proditor eſt.
Perfacile: haut poterat perjurus fallere numen.
Iuppiter ô ſalve: protege & Arcadiam.

amiſſa enim propria patria, deos orantes, credo, ut Arcadiam velut alteram ſuam patriam ſervarent, hanc inſcriptionem poſuerunt. & merito illi quidem: nam belli Ariſtomenici tempore, Arcades non ſolum patria ſua extorres eos in ſuam ditionem acceperunt, ac civitate donarunt; ſed etiam filias ipſorum puberibus ſuis elocandas decreverunt. ad hæc, facta inquiſitione ſuper Ariſtocratis Regis proditione in pugna quæ dicitur ad foſſam, & ipſum necaverunt, & genus univerſum illius exſtinxerunt. Sed ut taceamus hæc antiqua, noviſſima quæ contigerunt poſt Megalopoleos & Meſſenæ inſtaurationem, ſatis quod dicebamus confirmant. quo namque tempore pugnatum ad Mantineam eſt à Gręcis victoria ancipite ob mortem Epaminondæ, Lacedæmoniis Meſſenios fœderi adſcribi vetantibus, quod Meſſeniam certa ſpe ſibi vindicarent: Megalopolitani contra, & quicunque ſocietate juncti cum Arcadibus erant, uſque pertenderunt, donec Meſſeniis in ſocietatem receptis, & conventionis atque jurisjurandi formula comprehenſis, ſoli Lacedæmonii legibus fœderis excluderentur. Quæ ſi diligenter conſideraverit inſequens ætas, non dubitabit rectum eſſe conſilium, quod paullo ante ex-

Εὗρε δὲ Μεσσήνη σὺν Διὶ τὸν προδότην,
Ῥηϊδίως. χαλεπὸν δὲ λαθεῖν θεὸν ἄνδρ' ἐπίορκον.
Χαῖρε Ζεῦ βασιλεῦ, καὶ σάοζ' Ἀρκαδίαν.

Ἐπεὶ γὰρ τῆς αὑτῶν ἐστερήθησαν οἱονεὶ περὶ δευτέρας πατρίδος, ὥς γ' ἐμοὶ δοκεῖ, τοῖς θεοῖς εὐχόμενοι σώζειν τὴν Ἀρκαδίαν, οὕτως ἀνέθεσαν τὸ γράμμα· καὶ τοῦτ' εἰκότως ἐποίουν. οὐ γὰρ μόνον αὐτοὺς Ἀρκάδες ὑποδεξάμενοι κατὰ τὴν ἔκπτωσιν τὴν ἐκ τῆς ἰδίας ὑπὸ τὸν Ἀριστομένειον πόλεμον, ὁμεστίους ἐποιήσαντο καὶ πολίτας· ἀλλὰ καὶ τὰς θυγατέρας ἐψηφίσαντο τοῖς ἐν ἡλικίᾳ διδόναι τῶν Μεσσηνίων. πρὸς δὲ τούτοις ἀναζητήσαντες τὴν Ἀριστοκράτους τοῦ βασιλέως προδοσίαν ἐν τῇ μάχῃ τῇ καλουμένῃ περὶ Τάφρον, αὐτόν τ' ἀνεῖλον, καὶ τὸ γένος αὐτοῦ πᾶν ἠφάνιζον. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ χωρὶς τῶν πάλαι τὰ τελευταῖα γεγονότα μετὰ τὸν τῆς Μεγάλης πόλεως καὶ Μεσσήνης συνοικισμὸν, ἱκανὴν ἂν παράσχῃ πίστιν τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις. καθ' οὓς γὰρ καιροὺς τῆς περὶ Μαντίνειαν μάχης τῶν Ἑλλήνων ἀμφιδήριτον ἐχούσης τὴν νίκην διὰ τὸν Ἐπαμινώνδου θάνατον, ἐκώλυον Λακεδαιμόνιοι μετέχειν τῶν σπονδῶν Μεσσηνίους, ἀκμὴν σφετεριζόμενοι ταῖς ἐλπίσι τὴν Μεσσηνίαν, ἐπὶ τοσοῦτο διέσπευσαν Μεγαλοπολῖται καὶ πάντες, οἱ κοινωνοῦντες Ἀρκάδων τῆς αὐτῆς συμμαχίας, ὥστε Μεσσηνίους μὲν ὑπὸ τῶν συμμάχων προσδεχθῆναι, καὶ μετασχεῖν τῶν ὅρκων καὶ τῶν διαλύσεων, Λακεδαιμονίους δὲ μόνους ἐκσπόνδους γενέσθαι τῶν Ἑλλήνων. ἃ τίς οὐκ ἂν τῶν ἐπιγινομένων ἐν νῷ τιθέμενος, νομίσειε καλῶς εἰρῆσθαι, τὰ μι-

κρὰ πρότερον ὑφ' ἡμῶν δεδηλωμένα; ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι χάριν Ἀρκάδων καὶ Μεσσηνίων· ἵνα μνημονεύοντες τῶν συμβεβηκότων αὐτοῖς περὶ τὰς πατρίδας ἀτυχημάτων ὑπὸ Λακεδαιμονίων, ἀληθινῶς ἀντέχωνται τῆς πρὸς αὑτοὺς εὐνοίας καὶ πίστεως· καὶ μήτε φόβον ὑφορώμενοι, μήτ' εἰρήνης ἐπιθυμοῦντες, ἐγκαταλίπωσιν ἀλλήλους ἐν τοῖς ὁλοσχερέσι περιστάσεσι. Λακεδαιμόνιοι δὲ τῶν

34 εἰθισμένων ἐποίησάν τι· τοῦτο γὰρ συνεχὲς ἦν τοῖς προειρημένοις· τέλος γε τοὺς παρὰ τῶν συμμάχων πρέσβεις ἀναποκρίτους πέμψαντες. οὕτως ἐξηπόρησαν ὑπὸ τῆς ἀλογίας καὶ κακίας τῆς αὐτῶν. καί μοι δοκεῖ τοῦτ' ἀληθὲς εἶναι, διότι πολλάκις τὸ τολμᾶν περιττὸν εἰς ἄνοιαν, καὶ εἰς τὸ μηδὲν καταντᾶν εἴωθεν. οὐ μὴν ἀλλὰ μετὰ ταῦτα κατασταθέντων Ἐφόρων ἄλλων, οἱ κινήσαντες ἐξ ἀρχῆς τὰ πράγματα, καὶ γενόμενοι τῆς προειρημένης σφαγῆς αἴτιοι, διεπέμποντο πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς ἐπισπώμενοι πρεσβευτήν. τῶν δὲ καὶ μάλα ἀσμένως ὑπακουσάντων, ἧκε μετ' ὀλίγον πρεσβεύων εἰς τὴν Λακεδαίμονα Μαχατᾶς, καὶ παραυτίκα παρεγίνετο τοῖς Ἐφόροις, ... οἰόμενοι δεῖν τῷ τε Μαχατᾷ διδόναι τὴν ἔφοδον ἐπὶ τοὺς πολλούς, καὶ βασιλέας καθιστάναι κατὰ τὰ πάτρια, καὶ μὴ περιορᾶν τὴν πλείω χρόνον παρὰ τοὺς νόμους καταλελυμένην τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν ἀρχήν. οἱ δ' Ἔφοροι δυσαρεστούμενοι μὲν τοῖς ὅλοις πράγμασιν, οὐ δυνάμενοι δὲ πρὸς τὴν ὁρμὴν ἀντοφθαλμεῖν, ἀλλὰ δεδιότες τὴν τῶν νέων συστροφήν, περὶ μὲν τῶν βασιλέων ἔφασαν μετὰ ταῦτα βουλεύσεσθαι· τῷ δὲ Μαχατᾷ συνεχώρησαν δώσειν τὴν ἐκκλησίαν. συνα-

ponebamus. Atque hæc in gratiam Arcadum & Meſſeniorum dicta mihi ſunto: ut calamitatum memores, quas ditionibus ipſorum Lacedæmonii intulerunt, in mutua fide atque benevolentia conſtanter maneant: neve aut propter metum, aut cupiditate pacis, quando agetur de ſalute patriæ alterutrorum, ſe deſerant. Lacedæmonii vero etiam heic antiquum obtinuerunt: & quod familiare ipſis erat, legatos à ſociis miſſos tandem ſine reſponſo dimiſerunt. adeo ſua ſtultitia & improbitas omnem illis conſilii copiam adimebat. ut rectè mihi videatur dictum, perſæpe nimiam audaciam in exitu amentiam eſſe ac vanitatem. Poſtea tamen Ephoris aliis creatis, qui à principio Rempublicam turbaverant, & cædis expoſitæ auctores fuerant, ad Ætolos miſerunt, quo legationem eorum accirent. quibus petitioni illorum promptiſſime adnuentibus, venit paullo poſt publico Ætolorum nomine Machatas . . . . . , . Tum vero ille Ephoros ſtatim adire, petere ut Machatæ poteſtas fiat populum pro concione appellandi: utque more patrio Reges creentur, neque ſinatur Heraclidarum principatus contra quam per leges liceat, diutius jacere diſſolutus. Diſplicebant omnia quæ gerebantur Ephoris: ſed qui impetum iſtorum reprimere non poſſent, & juniorum coitionem metuerent, de Regibus quidem poſtea ſe deliberaturos dixerunt: Machatæ vero concionem daturos. cogitur concio. prodit

Machatas

Machatas in medium. atque ibi tum ille hortari multis Lacedæmonios ut cum Ætolis conſilia conſociare vellent: Macedones temere & audacter incuſare: Ætolos inepte & falſo dilaudare. qui poſtquam concione exceſſit, de propoſita re altercatio magna eſt coorta: aliis partem Ætolorum tuentibus, & populum hortantibus ad ſocietatem cum illis ineundam: aliis horum ſententiæ contradicentibus. Tandem è ſenioribus nonnulli, revocatis populo in memoriam hinc Antigoni & Macedonum beneficiis, inde Charixeni & Timæi maleficiis; quo tempore omnibus viribus expeditione ſuſcepta, agrum ipſorum ſunt populati, vicinos circumcirca in ſervitutem abduxerunt; ipſi etiam Spartæ dolo & vi inſidias ſtruxerunt; ad pernitiem urbis opera exulum quos ſecum ducebant utentes: ut multitudo ſententiam mutaret, obtinuerunt: perſuaſumque illi ad extremum eſt, ut in Philippi & Macedonum ſocietate maneretur. Atque ita Machatas infecta re ad ſuos eſt reverſus. Tum vero ſeditionis nuperæ auctores, quum præſenti ſtatui acquieſcere nullo poſſent modo, nonnullis è juventute corruptis, facinus auſi ſunt ſceleſtiſſimum. Erat moris, per ſolenne quoddam à majoribus traditum, ut univerſa pubes cum armis ad Minervę Chalciœci fanum pompam duceret: Ephoris ad peragenda ſacra circa delubrum remanentibus. Eo igitur tempore adoleſcentes quidam ex iis qui pompam armati comitabantur, Ephoros rei

χθέντος δὲ τοῦ πλήθους, παρελθὼν ὁ Μαχατᾶς, παρεκάλει διὰ πλειόνων αὐτοὺς αἱρεῖσθαι τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς συμμαχίαν εἰκῆ μὲν καὶ θρασέως κατηγορῶν Μακεδόνων· ἀλόγως δὲ καὶ ψευδῶς ἐγκωμιάζων τοὺς Αἰτωλούς. μεταστάντος δὲ τούτου, πολλῆς ἀμφισβητήσεως ἐτύγχανε τὸ πρᾶγμα. τινὲς μὲν γὰρ συνηγόρουν τοῖς Αἰτωλοῖς, καὶ συντίθεσθαι πρὸς αὐτοὺς παρῄνουν τὴν συμμαχίαν· ἔνιοι δὲ τούτοις ἀντέλεγον. οὐ μὴν ἀλλὰ τῶν πρεσβυτέρων τινὲς ἐπιστήσαντες τὸ πλῆθος, ἐπί τε τὰς Ἀντιγόνου καὶ Μακεδόνων εὐεργεσίας, ἐπί τε τὰς διὰ Χαριξένου καὶ Τιμαίου βλάβας, ὅτε στρατεύσαντες Αἰτωλοὶ πανδημεὶ, κατέφθειραν μὲν αὐτῶν τὴν χώραν, ἐξηνδραποδίσαντο δὲ τοὺς περιοίκους, ἐπεβούλευσαν δὲ τῇ Σπάρτῃ μετὰ δόλου καὶ βίας τοὺς φυγάδας ἐπαγαγόντες· ἐπ' ἄλλης ἐγένοντο γνώμης, καὶ τέλος ἐπείσθησαν τηρεῖν τὴν πρὸς Φίλιππον καὶ Μακεδόνας συμμαχίαν. γενομένων δὲ τούτων, ὁ μὲν Μαχατᾶς ἄπρακτος ἐπανῄει πάλιν εἰς τὴν οἰκείαν. οἱ δ' ἐξ ἀρχῆς αἴτιοι γεγονότες τῆς κινήσεως, οὐδαμῶς εἶξαι δυνάμενοι τοῖς παροῦσιν, αὖθις ἐπεβάλοντο πρᾶγμα ποιεῖν πάντων ἀσεβέστατον, φθείραντες τινὰς τῶν νέων. Κατὰ γάρ τινα θυσίαν πάτριον ἔδει τοὺς μὲν ἐν ταῖς ἡλικίαις μετὰ τῶν ὅπλων πομπεύειν ἐπὶ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Χαλκιοίκου νεὼν, τοὺς δ' Ἐφόρους συντελεῖν τὰ περὶ τὴν θυσίαν, αὐτοῦ περὶ τὸ τέμενος διατρίβοντας. ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ δὲ τῶν πομπευόντων ἐν τοῖς ὅπλοις τινὲς τῶν νεανίσκων ἄφνω προσπεσόντες θύουσι

τοῖς Ἐφόροις, ἀποσφάξαι αὐτούς· καίτοι πᾶσι τοῖς καταφυγοῦσι τὴν ἀσφάλειαν παρεσκεύαζε τὸ ἱερὸν, κἂν θανάτου τις ᾖ κατακεκριμένος. τότε δὲ διὰ τὴν ὠμότητα τῶν τολμώντων εἰς τοῦτ' ἦλθε καταφρονήσεως, ὥστε περὶ τὸν βωμὸν καὶ τὴν τράπεζαν τῆς θεοῦ κατασφαγῆναι τοὺς Ἐφόρους ἅπαντας. ἑξῆς δὲ τούτου τὸ κατάλληλον τῇ προθέσει ποιοῦντες, ἀνεῖλον μὲν τοὺς περὶ Γυρίδαν τῶν γερόντων· ἐφυγάδευσαν δὲ τοὺς ἀντειπόντας τοῖς Αἰτωλοῖς· εἵλοντο δ' ἐξ αὑτῶν Ἐφόρους· συνέθεντο δὲ πρὸς τοὺς Αἰτωλοὺς τὴν συμμαχίαν. ἐποίουν δὲ ταῦτα διά τε τὴν πρὸς Ἀχαιοὺς ἀπέχθειαν, καὶ τὴν πρὸς Μακεδόνας ἀχαριστίαν· καὶ καθόλου τὴν πρὸς πάντας ἀλογίαν ὑπέμενον· οὐχ ἥκιστα δὲ διὰ Κλεομένην, καὶ τὴν πρὸς ἐκεῖνον εὔνοιαν, ἐλπίζοντες ἀεὶ καὶ προσδοκίαν ἔχοντες τῆς ἐκείνου παρουσίας ἅμα καὶ σωτηρίας. οὕτως οἱ δυνάμενοι τῶν ἀνθρώπων ἐπιδεξίως ὁμιλεῖν τοῖς συμπεριφερομένοις, οὐ μόνον παρόντες, ἀλλὰ καὶ μακρὰν ἀφεστῶτες ἐγκαταλείπουσι τινὰ καὶ λίαν ἰσχυρὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐνοίας αἰθύγματα. οἵ γε χωρὶς τῶν ἄλλων καὶ τότε πολιτευόμενοι κατὰ τὰ πάτρια, σχεδὸν ἤδη τρεῖς ἐνιαυτοὺς μετὰ τὴν Κλεομένους ἔκπτωσιν, οὐδ' ἐπενόησαν οὐδέποτε βασιλεῖς καταστῆσαι τῆς Σπάρτης· ἅμα δὲ τῷ τὴν φήμην ἀφικέσθαι περὶ τῆς Κλεομένους τελευτῆς, εὐθὺς ὥρμησαν ἐπὶ τὸ βασιλεῖς καθιστάναι τά τε πλήθη καὶ τὸ τῶν Ἐφόρων ἀρχεῖον· καὶ κατέστησαν οἱ κοινω-

divinæ operatos repente invadunt, & contrucidant: idque eo ipſo in templo, quod omnibus ad ſe confugientibus ſecuritatem præſtabat, etiam ſi mortis damnatus aliquis eſſet. tum vero, præ immanitate illorum, qui tantum ſcelus patrare ſuſtinuerunt, ita contemptui habita loci religio eſt, ut circa aram ipſam, & menſam deæ omnes Ephori jugularentur. Iidem reliqua deinceps conſilii ſui peragentes, Gyridam & alios è ſenioribus ſuſtulerunt: eos qui Ætolis contradixerant, exilio multarunt: Ephoros ex ſuo numero crearunt: poſtremo ſocietatem cum Ætolorum gente junxerunt. tantum fuit iſtorum adverſus Achæos odium: tanta adverſus Macedones ingratitudo. Sed & adverſus omnes in univerſum temerarios atque inconſideratos ſe præbuerunt: idque propterea maximè fecerunt, quia Cleomenem amabant; & ſpem illius adventus atque evaſionis ſemper retinebant. Uſque adeo qui dextre ſollerterque erga omnes quorum conſuetudine utuntur, gerere ſe norunt, non ſolum præſentes, ſed etiam longe locati, ſuæ beneuolentiæ fomitem quendam vehementem atque validum relinquunt. Hi ſane, ut de aliis non dicam, quum ipſorum Reſpublica tertium jam fere annum à Cleomenis fuga, patriis legibus adminiſtraretur, de eligendis Spartæ Regibus, ne cogitarunt quidem unquam: qui tamen ſimulatque audita eſt Cleomenis mors, ad Reges creandos ſtatim ſe accinxerunt, tam populus, quàm Ephororum Curia. Et conſtituerunt ſane Ephori

Ephori illi qui factionis ejuſdem erant cum auctoribus ſeditionis: (qui etiam ſocietatem cum Ætolis ſunt pacti, de qua modò diximus:) alterum Regem rite & legitime, Ageſipolim, ętate quidem puerum; ſed filium Ageſipolidis, cui Cleombrotus pater: qui olim, poſtquam Leonidas regno excidiſſet, regnaverat, quod hanc regiam domum proxime contingebat. Tutor puero datus Cleomenes Cleombroti filius Ageſipolidis frater. quod ad Regem ex altera familia, quum eſſent ex Hippomedontis filia duo Archidami filii, qui Eudamidę filius fuerat, Hippomedonte quoq; ipſo adhuc vivēte, Ageſilai filio & Eudamidę nepote; eſſent & alii plures ex eadem ſtirpe, qui longius quidem quàm priores, ſed tamen contingebant genere eam familiam Regum; aſpernati hoſce omnes, Lycurgo regnum detulerũt, è cujus majoribus nemo eo honore fuerat uſus. verùm hic talentum cuique Ephororum largitus, Herculis propago & Rex Spartæ eſt factus. Adeo ubique paruo conſtant quæ pulchra ſunt. Itaque non nati natorum, ſed illi ipſi ante omnes qui Regem creaverant, ſtultitiæ ſuæ pœnas luerunt. Machatas auditis quæ Lacedæmone facta erant, Spartam denuo pergit ire, hortaturque Ephoros & Reges, ut Achæis bellum indicant. nunquam enim aliter finem habituram eorum acrem contentionem, vel qui Lacedæmone, quominus ſocietas cum Ætolis iniretur, omnibus modis impediebant: vel qui in Ætolia idem iſtis faciebant. Perductis in ſuam ſententiam Ephoris ac Re-

νοῦντες Ἔφοροι τῆς αἱρέσεως τοῖς στα-
σιώταις· (οἱ καὶ τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς
συνθέμενοι συμμαχίαν, ὑπὲρ ὧν τὸν
ἄρτι λόγον ἐποιησάμεθα) τὸν μὲν ἔννο-
μον καὶ καθηκόντως Ἀγησίπο-
λιν, ὄντα μὲν παῖδα τὴν ἡλικίαν, υἱὸν
δὲ Ἀγησιπόλιδος τοῦ Κλεομβρότου.
τὸν δὲ συνέβαινε βεβασιλευκέναι,
καθ' οὓς καιροὺς ἐξέπεσε Λεωνίδης ἐκ
τῆς ἀρχῆς, διὰ τὸ κατὰ γένος ὑπάρχειν
ἔγγιστα τῆς οἰκίας ταύτης. ἐπίτροπον
δὲ τοῦ παιδὸς εἵλοντο Κλεομένην,
Κλεομβρότου μὲν υἱὸν, Ἀγησιπόλι-
δος δὲ ἀδελφόν. ἀπὸ δὲ τῆς ἑτέρας οἰ-
κίας ὄντων ἐκ τῆς Ἱππομέδοντος θυ-
γατρὸς, Ἀρχιδάμῳ δυοῖν παίδων, ὃς
ἦν υἱὸς Εὐδαμίδου· ζῶντος δὲ Ἱππο-
μέδοντος ἀκμὴν, ὃς ἦν υἱὸς Ἀγησιλάου
τοῦ Εὐδαμίδου, καὶ ἑτέρων δὲ πλειόνων
ἀπὸ τῆς οἰκίας ὑπαρχόντων, ἀπωτέρω
μὲν τῶν προειρημένων, προσηκόντων δὲ
κατὰ γένος τούτους μὲν ἅπαντας ὑπερεῖ-
δον· Λυκοῦργον δὲ βασιλέα κατέστη-
σαν· οὗ τῶν προγόνων, οὐδεὶς ἐτετεύχει
τῆς προσηγορίας. ὃς δοὺς ἑκάστῳ τῶν
Ἐφόρων τάλαντον, Ἡρακλέους ἀπό-
γονος καὶ βασιλεὺς ἐγεγόνει τῆς Σπάρ-
της. οὕτως εὔωνα πανταχῇ τὰ καλὰ
γέγονε. τοιγαροῦν οὐ παῖδες παίδων,
ἀλλ' αὐτοὶ πρῶτοι τῆς ἀνοίας ἀπέτισαν
τοὺς μισθοὺς οἱ καταστήσαντες. ὁ δὲ Μα- 36
χατᾶς πυθόμενος τὰ γεγονότα περὶ
τοὺς Λακεδαιμονίους, ἧκε πάλιν ὑπο-
στρέψας εἰς τὴν Σπάρτην, καὶ παρεκά-
λει τοὺς Ἐφόρους καὶ τοὺς βασιλέας ἐξε-
νεγκεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν πόλεμον. μό-
νως γὰρ οὕτως ἔφη λήξειν τὴν τῶν Λακε-
δαιμονίων φιλονεικίαν τῶν ἐκ παντὸς
τρόπου διακοπτόντων τὴν πρὸς Αἰτω-
λοὺς συμμαχίαν, εἴτε τῶν ἐν Αἰ-
τωλίᾳ τὰ παραπλήσια τούτοις
πραττόντων. πεισθέντων δὲ τῶν Ἐφόρων

καὶ τῶν βασιλέων, ὁ μὲν Μαχατᾶς ἐπανῆλθε συντετελεσμένος τὴν πρόθεσιν διὰ τὴν ἄνοιαν τῶν συμπραττόντων. ὁ δὲ Λυκοῦργος ἀναλαβὼν τοὺς στρατιώτας, καί τινας τῶν πολιτικῶν, ἐνέβαλεν εἰς τὴν Ἀργείαν, ἀφυλάκτως διακειμένων εἰς τέλος τῶν Ἀργείων διὰ τὴν προϋπάρχουσαν κατάστασιν. καὶ Πολίχναν μὲν καὶ Πρασίας καὶ Λεύκας καὶ Κύφαντα προσπεσὼν, ἄφνω κατέσχε. Γλυμπεῦσι δὲ καὶ Ζάρακι προσπεσὼν, ἀπέκρουσε. τούτου δὲ ταῦτα πράξαντος, ἐπεκήρυξαν οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸ λάφυρον κατὰ τῶν Ἀχαιῶν. ἔπεισαν δὲ καὶ τοὺς Ἠλείους οἱ περὶ τὸν Μαχατᾶν, παραπλήσια λέγοντες, ἅπερ καὶ πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐξενεγκεῖν τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν πόλεμον. παραδόξως δὲ καὶ κατὰ νοῦν τοῖς Αἰτωλοῖς τῶν πραγμάτων προκεχωρηκότων, οὗτοι μὲν εὐθαρσῶς ἐνέβαινον εἰς τὸν πόλεμον, οἱ δ᾽ Ἀχαιοὶ τἀναντία. Φίλιππος μὲν γὰρ, ἐφ᾽ ᾧ τὰς ἐλπίδας εἶχον, ἀκμὴν ἐγίνετο περὶ παρασκευήν. Ἠπειρῶται δ᾽ ἔμελλον πολεμεῖν, Μεσσήνιοι δ᾽ ἡσυχίαν εἶχον. Αἰτωλοὶ δὲ προσειληφότες τὴν Ἠλείων καὶ Λακεδαιμονίων ἄγνοιαν, πανταχόθεν περιεῖχον αὐτοὺς

37 τῷ πολέμῳ. Ἀράτῳ μὲν οὖν συνέβαινε κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον ἤδη λήγειν τὴν ἀρχήν. Ἄρατον δὲ τὸν υἱὸν αὐτοῦ καθεσταμένον ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν, παραλαμβάνειν τὴν στρατηγίαν. Αἰτωλῶν δὲ ἐστρατήγει Σκόπας. ὁ δὲ χρόνος αὐτῷ τῆς ἀρχῆς μάλιστα τότε πως διήρητο. τὰς γὰρ ἀρχαιρεσίας, Αἰτωλοὶ μὲν ἐποίουν μετὰ τὴν φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν εὐθέως. Ἀχαιοὶ δὲ τότε περὶ τὴν τῆς Πλειάδος ἐπιτολήν. ἤδη δὲ τῆς θερείας ἐνισταμένης, καὶ μετειληφότος Ἀράτου τοῦ νεωτέρου τὴν στρατη-

gibus, redit Machatas, confectis ex animi ſententia quę deſtinaverat, per ſtultitiam eorum qui ab illis partibus erant. Lycurgus aſſumpto milite, & parte etiam copiarum urbanarum, Argivorum fines incurſat: quos Argivi nullo prorſus modo cuſtodiebant, præſenti rerum ſtatu freti. Polichnam igitur, Praſias, Leucas & Cyphantem repentino impetu capit. Glympes quoque & Zaracem invadit, & ab Argivorum communi ſeparat. quæ poſtquam fecit Lycurgus, Lacedæmonii ſpolia capiendi de Achæis jus faſque eſſe præconis voce ſignificant. Eleis item perſuaſit Machatas, iiſdem verbis uſus, quibus Lacedæmonios impulerat, ut bellum Achæis indicerent. Hoc modo rebus Ætolis ex animi ſententia mirabiliter ſuccedentibus, ipſi quidem ingenti cum ſpe bellum capeſſebant: apud Achæos vero contrario modo res ſe habebant. Nam Philippus in quo ſpes ſuas repoſuerant, tunc cum maxime in apparatu belli erat occupatus. Epirotæ bellaturos agebant: Meſſenii manebant quieti. Ætoli adjuvante ipſos Eleorum & Lacedæmoniorum ſtultitia ex omnibus partibus bello eos cingebant. Circa id tempus magiſtratu exierat Aratus; in cujus locum ſuffragiis Achæorum ſuccedens Aratus Arati F. Præturam inierat. Ætolorum Prætor Scopas erat: qui eo maxime tempore dimidium legitimi ſpatii in magiſtratu confecerat. Ætoli namque ſtatim ab æquinoctio autumnali comitia Prætorum ſuorum celebrabant. Achæi tempore illo, circa Pleiadum ortum. Ineunte jam æſta-

jam æſtate, quum junior Aratus imperium ſuſcepiſſet, ſimul omnium bellorum principia inchoabantur. Quippe eo tempore Hannibal Sagunti obſidionem moliebatur. Romani L. Æmilium cum legionibus in Illyricum adverſus Demetrium Pharium mittebant: de quibus rebus ſuperiore libro eſt actum. Antiochus tradente ſibi Theodoto Ptolemaïdem & Tyrum, occupare Syriam Cœlen aggrediebatur. Ptolemæus adverſus Antiochum ſe comparabat. Lycurgus autem Rex Spartæ, idem jus ſibi vindicans, quod olim Cleomenes, poſitis ante Athenæum Megalopolitanorum caſtris, obſidione illud premebat. Achæi ad bellum quod undique cooriebatur, equites pediteſque mercede conducebant. Philippus è Macedonia movebat, habens in exercitu gravis armaturæ millia decem; cetratorum quinque millia; & cum his equites octingentos. Hæc igitur omnia illo tempore ita deſtinabantur parabanturque. cum quidem etiam Rhodii adverſus Byzantios bellum ſuſceperunt ob hujuſmodi cauſſas.

Byzantii locum habent omnium in noſtro orbe, mari quidem commodiſſimum aptiſſimumque ad degendam vitam tum ſecurè, tum beatè: terrâ vero ad utrunque horum minime omnium accommodatum. nam quod ad mare, ita ori Ponti imminet, ut abſq; eorũ voluntate nulla cujuſquam mercatoris navis, neque intrare neque exire queat. & quum multa Pontus ferat cæteris mortalibus ad vitam expetita, omnia illa Byzantii in ſua poteſtate habent.

γίων, ἅμα πάντα τὰ πράγματα τὰς ἐπιβολὰς ἐλάμβανε καὶ τὰς ἀρχάς. Ἀννίβας μὲν γὰρ ἐπεχείρει κατὰ τοὺς καιροὺς τούτους Ζάκανθαν πολιορκεῖν. Ῥωμαῖοι δὲ Λεύκιον Αἰμίλιον εἰς τὴν Ἰλλυρίδα μετὰ τῆς δυνάμεως ἐξαπέστελλον ἐπὶ Δημήτριον τὸν Φάριον. ὑπὲρ ὧν ἐν τῇ προτέρᾳ βίβλῳ δεδηλώκαμεν. Ἀντίοχος δὲ Πτολεμαΐδα καὶ Τύρον παραδόντος αὐτῷ Θεοδότου τοῖς κατὰ Κοίλην Συρίαν ἐγχειρεῖν ἐπεβάλετο. Πτολεμαῖος δὲ περὶ παρασκευὴν ἐγίνετο τὴν πρὸς Ἀντίοχον πολέμου. Λυκοῦργος δὲ ἀπὸ τῶν ὁμοίων βουλόμενος ἀρχαῖς Κλεομένει, τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον ἐπολιόρκει προσεστρατοπεδευκώς. Ἀχαιοὶ δὲ μισθοφόρους ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἤθροιζον εἰς τὸν περιεστῶτα πόλεμον. Φίλιππος δὲ ἐκ Μακεδονίας ἐκίνει μετὰ τῆς δυνάμεως, ἔχων Μακεδόνας φαλαγγίτας μὲν μυρίους, πελταστὰς δὲ πεντακισχιλίους· ἅμα δὲ τούτοις ἱππεῖς ὀκτακοσίους. Ταῦτα μὲν οὖν ἅπαντ' ἦν ἐν τοιαύταις ἐπιβολαῖς καὶ παρασκευαῖς. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἐξήνεγκαν Ῥόδιοι Βυζαντίοις πόλεμον, διά τινας τοιαύτας αἰτίας.

Βυζάντιοι κατὰ μὲν θάλατταν εὐκαιρότατον οἰκοῦσι τόπον, καὶ πρὸς 38
ἀσφάλειαν καὶ πρὸς εὐδαιμονίαν, πάντων τῶν ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς οἰκουμένῃ· κατὰ δὲ γῆν πρὸς ἀμφότερα πάντων ἀφυέστατον. κατὰ μὲν γὰρ θάλατταν οὕτως ἐπίκειται τῷ στόματι τοῦ Πόντου κυρίως, ὥστε μήτ' εἰσπλεῦσαι μήτ' ἐκπλεῦσαι δυνατὸν εἶναι τῶν ἐμπόρων τινά, χωρὶς τῆς ἐκείνων βουλήσεως. ἐχόντων δὲ τοῦ Πόντου πολλὰ τῶν πρὸς τὸν βίον εὐχρήστων τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, πάντων εἰσὶ τούτων κύριοι Βυζάντιοι.

πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἀναγκαίας τοῦ βίου χρείας, τά τε δέρματα καὶ τὸ τῶν εἰς τὰς δουλείας ἀγομένων σωμάτων πλῆθος, οἱ κατὰ τὸν Πόντον ἡμῖν τόποι παρασκευάζουσι δαψιλέστατον καὶ χρησιμώτατον ὁμολογουμένως. πρὸς δὲ περιουσίαν, μέλι, κηρὸν, τάριχος ἀφθόνως ἡμῖν χορηγοῦσι. δέχονταί γε μὴν τῶν ἐν τοῖς παρ' ἡμῖν τόποις περιττευόντων, ἔλαιον καὶ πᾶν οἴνου γένος· σίτῳ δ' ἀμείβονται, ποτὲ μὲν εὐκαίρως διδόντες, ποτὲ δὲ λαμβάνοντες. πάντων δὴ τούτων ἢ κωλύεσθαι ὁλοσχερῶς, δέον ἦν τοὺς Ἕλληνας, ἢ τελέως ἀλυσιτελῆ γίνεσθαι σφίσι τὴν ἀλλαγὴν αὐτῶν, Βυζαντίων ἤτοι βουλομένων ἐθελοκακεῖν καὶ συνδυάζειν, ποτὲ μὲν Γαλάταις, ποτὲ δὲ πλείονα Θρᾳξίν· ἢ τὸ παράπαν μὴ κατοικούντων τοὺς τόπους. διά τε γὰρ στενότητα τοῦ πόρου, καὶ διὰ τὸ παρακείμενον πλῆθος τῶν Βαρβάρων, ἄπλους ἂν ἡμῖν ἦν ὁμολογουμένως ὁ Πόντος. μέγιστα μὲν οὖν ἴσως αὐτοῖς ἐκείνοις περιγίνεται λυσιτελῆ πρὸς τοὺς βίους διὰ τὰς τῶν τόπων ἰδιότητας. ἅπαν γὰρ τὸ μὲν περιττεῦον παρ' αὐτοῖς, ἐξαγωγῆς· τὸ δὲ λεῖπον εἰσαγωγῆς ἑτοίμου τυγχάνει καὶ λυσιτελοῦς, ἄνευ πάσης κακοπαθείας καὶ κινδύνου. πολλά γε μὴν καὶ τοῖς ἄλλοις εὔχρηστα δι' ἐκείνους, ὡς εἰρήκαμεν, ἀπαντᾷ. διὸ καὶ κοινοί τινες ὡς εὐεργέται πάντων ὑπάρχοντες, εἰκότως ἂν οὐ μόνον χάριτος ἀλλὰ καὶ ἐπικουρίας κοινῆς τυγχάνοιεν ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων κατὰ τὰς ὑπὸ τῶν Βαρβάρων περιστάσεις. ἐπεὶ δὴ δὲ παρὰ τοῖς πλείστοις ἀγνοεῖσθαι συνέβαινε τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν εὐφυΐαν τοῦ τόπου, διὰ τὸ μικρὸν ἔξω κεῖσθαι τῶν ἐπι-

Ad neceſſarios quidem uſus, coriorum ingentem copiam, & ſervilium corporum maximum numerum, & quidem optimorum ſine controverſia, Ponticæ regiones nobis ſubminiſtrant: ad lautitiam vero, mel, ceram, ſalſamenta abunde præbent. recipiunt vero è noſtrorum locorum copiis, oleum, & quæcunque ſunt vini genera. in frumento mutuum faciunt, aliâs opportunè dando, aliâs accipiendo. Harum igitur omnium rerum commercio, aut carendum omnino fuit Græcis, aut nulla penitus cum utilitate id erat exercendum; ſi Byzantii deteriora per ignaviam conſilia ſequi voluiſſent, & modò cum Galatis ſocietate jungi, interdum, (ac ſæpius quidem,) Thracibus conſentire: aut ſi illa loca penitus non inhabitarent. Nam partim ob freti anguſtias, partim ob adiacentium Barbarorum multitudinem, erepta nobis eſſet in Pontum navigandi facultas. Puto equidem ad ipſos primò Byzantios ex natura locorum maxima redire vitæ commoda: quum & ea quibus ſuperfluunt exportari; & quibus deficiunt importari facile, & cum lucro, & ſine ulla moleſtia aut periculo poſſint. ſed & ad alios multa commoda propter ipſos, ut diximus, perveniunt. Qui igitur munificè omnes in commune demereantur, non gratiam dumtaxat jure meritò à Græcis referant: ſed etiam commune Græcorum omnium auxilium quando à Barbaris invaduntur. Quoniam autem proprietatem & naturam hujus loci pleriq; hominum iccirco ignorant, quia aliquanto longius abeſt ab iis orbis noſtri partibus, ad quas

viſendas

viſendas iri ſolet: nos qui res hujuſmodi notas eſſe omnibus optamus, & maxime quidem ſi fieri poſſit ex inſpectione omnia cognoſci loca, quæ peculiari aliqua & excellente natura commendantur: aut ſi hoc non poteſt, unumquemque in animo habere notiones eorum & expreſſas formas, ad veritatem quàm proxime accedentes: dicendum exiſtimamus, quid id rei ſit, & quę cauſſa dictæ urbi talem tantamque felicitatem conciliet. Is igitur qui dicitur Pontus, ambitum habet ſtadiorum circiter CCIↃↃ CCIↃↃ CIↃ CIↃ, ora duo, ſibi ex adverſo oppoſita; alterum è Propontide, alterum è lacu Mœotio: qui & ipſe per ſe in circuitum patet ſtadia IↃↃ CIↃ CIↃ CIↃ. quum autem in deſcriptos alveos multi magnique amnes ex Aſia influant; majores vero adhuc & plures ex Europa: evenit, ut Mœotius quidem lacus ubi ab illis fluminibus eſt repletus, in Pontum per os effundatur: Pontus vero in Propontidem. Nominatur autem os Mæotidis, Cimmerius Boſporus: cujus latitudo eſt ſtadiorum plus minus triginta: longitudo, ſexaginta. ora univerſa humilis eſt, & vadoſa. ipſius Ponti os ſimiliter vocatur Boſporus Thracius: porrectum in longitudinem ad centum viginti ſtadia: latitudo, non ubique ſemper eadem. Oris principium eſt, è Propontide venienti, illud intervallum, quod eſt inter Chalcedonem & Byzantium, ſtadiorum quatuordecim: exeunti vero è Ponto, illud quod Hieron vocant: ubi fama eſt Jaſonem quando è Colchis revertebatur, primum

σκοπουμένων μερῶν τῆς οἰκουμένης· βουλόμεθα δὲ πάντως εἰδέναι τὰ τοιαῦτα, καὶ μάλιστα μὲν αὐτόπτας γίνεσθαι τῶν ἐχόντων παρηλλαγμένον τι καὶ διαφέρον τόπων· εἰ δὲ μὴ τοῦτο δυνατὸν, ἐννοίας γε καὶ τύπους ἔχειν ἐν αὐτοῖς ὡς ἔγγιστα τῆς ἀληθείας· ῥητέον ἂν εἴη τί τὸ συμβαῖνόν ἐστι, καὶ τί τὸ ποιοῦν τὴν τηλικαύτην καὶ τοιαύτην εὐπορίαν τῆς προειρημένης πόλεως. Ὁ δὴ καλούμενος Πόντος ἔχει τὴν περίμετρον μὲν, ἔγγιστα τῶν δισμυρίων καὶ δισχιλίων σταδίων· στόματα δὲ διττὰ, κατὰ διάμετρον ἀλλήλοις κείμενα· τὸ μὲν ἐκ τῆς Προποντίδος, τὸ δὲ ἐκ τῆς Μαιώτιδος λίμνης. ἥ τις αὐτὴ κατ' αὐτὴν ὀκτακισχιλίων ἐστὶ σταδίων τὴν περιγραφήν. εἰς δὲ τὰ προειρημένα κοιλώματα, πολλῶν μὲν καὶ μεγάλων ποταμῶν ἐκ τῆς Ἀσίας ἐκβαλλόντων, ἔτι δὲ μειζόνων καὶ πλειόνων ἐκ τῆς Εὐρώπης, συμβαίνει τὴν μὲν Μαιῶτιν ἀναπληρουμένην ὑπὸ τούτων, ῥεῖν εἰς τὸν Πόντον διὰ τοῦ στόματος· τὸν δὲ Πόντον εἰς τὴν Προποντίδα. καλεῖται δὲ τὸ μὲν τῆς Μαιώτιδος στόμα, Κιμμερικὸς Βόσπορος, ὃ τὸ μὲν πλάτος ἔχει περὶ τριάκοντα στάδια, τὸ δὲ μῆκος ἑξήκοντα στάδια. πᾶν δ' ἐστὶν ἁλιτενές. τὸ δὲ τοῦ Πόντου, παραπλησίως ὀνομάζεται μὲν Βόσπορος Θρᾴκιος· ἔστι δὲ τὸ μὲν μῆκος ἐφ' ἑκατὸν εἴκοσι στάδια, τὸ δὲ πλάτος οὐ πάντη ταύτῃ ταυτόν. ἀρχὴ δὲ τοῦ στόματος ἀπὸ μὲν τῆς Προποντίδος, τὸ κατὰ Χαλκηδόνα διάστημα καὶ Βυζάντιον, ὃ δεκατεττάρων ἐστὶ σταδίων· ἀπὸ δὲ τοῦ Πόντου, τὸ καλούμενον Ἱερόν. ἐφ' οὗ τόπου φασὶ κατὰ τὴν ἐκ Κόλχων ἀνακομιδὴν, Ἰάσονα θῦσαι πρῶτον 39

πρῶτον τοῖς δώδεκα θεοῖς, ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀπέχει δὲ τῆς Εὐρώπης ἐπὶ δώδεκα στάδια, πρὸς τὸ καταντικρὺ κείμενον Σαραπιεῖον τῆς Θρᾴκης. τοῦ δὲ ῥεῖν ἔξω κατὰ τὸ συνεχὲς τήν τε Μαιῶτιν καὶ τὸν Πόντον, εἰσὶν αἰτίαι διτταί· μία μὲν αὐτόθεν καὶ πᾶσι προφανής· καθ' ἣν πολλῶν εἰσπιπτόντων ῥευμάτων εἰς περιγραφὴν ἀγγείων ὡρισμένων, πλεῖον ἀεὶ καὶ πλεῖον γίνεται τὸ ὑγρόν· ὃ μηδεμιᾶς μὲν ὑπαρχούσης ἐκρύσεως δέον ἂν ἦν ἀεὶ προσαναβαῖνον, μείζω καὶ πλείω τοῦ κοιλώματος προκαταλαμβάνειν τόπον. ὑπαρχουσῶν δ' ἐκρύσεων, ἀνάγκη τὸ προσγινόμενον καὶ πλεονάζον ὑπερπίπτον ἀπορρεῖν, καὶ φέρεσθαι συνεχῶς, διὰ τῶν ὑπαρχόντων στομάτων. δευτέρα δὲ, καθ' ἣν πολλὴν καὶ παντοδαπὴν χοῦν εἰσφερόντων εἰς τὰ προειρημένα κοιλώματα τῶν ποταμῶν κατὰ τὰς τῶν ὄμβρων ἐπιτάσεις, ἐκπιεζόμενον τὸ ὑγρὸν ὑπὸ τῶν συνισταμένων ἐγχωμάτων, ἀεὶ προσαναβαίνει καὶ φέρεται κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον διὰ τῶν ὑπαρχουσῶν ἐκρύσεων. τῆς δ' ἐγχώσεως καὶ τῆς ἐπιρρύσεως ἀδιαπαύστου καὶ συνεχοῦς γινομένης ἐκ τῶν ποταμῶν, καὶ τὴν ἀπόρρυσιν ἀδιάπαυστον καὶ συνεχῆ γίνεσθαι διὰ τῶν στομάτων ἀναγκαῖον. αἱ μὲν οὖν ἀληθεῖς αἰτίαι τοῦ ῥεῖν ἔξω τὸν Πόντον, αἵδ' εἰσίν· οὐκ ἐξ ἐμπορικῶν ἔχουσαι διηγημάτων τὴν πίστιν, ἀλλ' ἐκ τῆς κατὰ φύσιν θεωρίας, ἧς ἀκριβεστέραν εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον. ἐπεὶ δ' ἐπὶ τὸν τόπον ἐπέστημεν, οὐδὲν ἀφετέον ἀργὸν, οὐδ' ἐν αὐτῇ τῇ φύσει κεί-

omnium duodecim diis ſacrificaſſe. eſt autem ille locus in Aſia ſitus. abeſt ab Europa & fano Sarapidis, quod in oppoſita eſt Thracia, duodecim fere ſtadia. Quod autem Mæotis & Pontus continenter fluant, ejus rei cauſſa duplex eſt: una in promptu & nemini non manifeſta: quatenus enim multi amnes vaſa ingrediuntur, quorum eſt circumſcripta definitaque menſura, accedit major in dies aquarum copia; quæ ſi nullus pateret exitus, aſſurgere magis magiſque in altum, opus haberent, & majorem laxioremque alvei locum ſemper occupare. nunc quum pateant exitus, neceſſe eſt, ut quod nova acceſſione redundat, exceditque oram, effluat, ac per Mæotidis ac Ponti ora continenter labatur. Altera cauſſa eſt hujuſmodi. Quum per magnos & vehementes imbres flumina multum atque omnis generis limum in dictos alveos inferant: eliſa aqua ab aggeſta terra, altius ſemper attollitur, & ratione ea quam diximus, per alveorum exitus manat. & quoniam tum aggerunt terram, tum aquas infundunt, amnes indeſinenter & continuo; etiam emanantes per ora aquas nunquam deſinere, ſed ſemper fluere eſt neceſſe. Ac veræ quidem cauſſæ, cur extra alveum feratur Pontus, iſtæ ſunt: quarum fides non ex mercatorum narrationibus pendet, verùm è rerum naturalium contemplatione, quàm maxime fieri poteſt, accurata. Quoniam autem ad locum iſtum devenimus, nihil nobis, ne eorum quidem quæ in

rerũ natura ſunt poſita, otioſum relinquendum eſt, ſicut plerique

hiſto-

hiſtoriarum ſcriptores facere amant: ſed narrationi noſtræ demonſtratio eſt adjicienda; ne ſtudioſis hominibus ea cognoſcendi de quibus vulgo quæritur; dubium ullum relinquamus. eam ſiquidem diligentiam hodierna tempora requirunt. Nam quia hodie terra mariq; ſunt omnia peruia; turpe jam ſit de iis quæ vulgo ignorantur, poëtas & fabularum ſcriptores teſtes afferre: quod de pleriſq; priores nobis fecerunt: qui rerum controverſarum auctores parum locupletes, ut aiebat Heraclitus, laudabant. quin potius conandum eſt nobis, ut ipſa per ſe noſtra narratio fidē audientibus faciat. Dicimus igitur, & olim & nunc locum illum obrui atque adimpleri: tandem vero etiam penitus iri oppletum: Mæotim inquam & Pontum: ſi tamen in eodem ſtatu loca illa maneant, & cauſſæ aggeſtus illius continenter operentur. quando enim tempus quidem infinitum eſt, alvei vero certis plane finibus circunſcripti, perſpicuum eſt, etſi vel minimū eſt quod invehitur; futurum tamen aliquando tandem, ut impleantur. Ita enim natura comparatum eſt: ſi finitum aliquid tempore infinito naſcatur, aut denaſcatur, etſi minimū eſt quod fit quotidie, (ponamus enim ita eſſe, nunc quidem:) neceſſe eſt, ut illud ad deſtinatū finem perveniat. Nunc vero quum non parum neſcio quid, ſed longe plurimū limi aggeratur; perſpicuum eſt, citò nedum quandoque eventurum, quod modo à nobis dicebatur. quin fieri jam id ipſum apparet. Mæoticus ſiquidem lacus jam eſt oppletus.

μενον, ὅπερ οἱ πλεῖστοι ποιεῖν εἰώθασι τῶν συγγραφέων· ἀποδεικτικῇ δὲ μᾶλλον τῇ διηγήσει χρηστέον, ἵνα μηδὲν ἄπορον ἀπολείπωμεν τῶν ζητουμένων τοῖς φιληκόοις. τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν νῦν καιρῶν, ἐν οἷς πάντων πλωτῶν καὶ πορευτῶν γεγονότων, οὐκ ἂν ἔτι πρέπον εἴη ποιηταῖς καὶ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων· ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασι περὶ τῶν πλείστων, ἀπίστους ἀμφισβητουμένων παρεχόμενοι βεβαιωτὰς κατὰ τὸν Ἡράκλειτον. πειρατέον δὲ δι' αὐτῆς τῆς ἱστορίας, ἱκανὴν παριστάναι πίστιν τοῖς ἀκούουσι. Φαμὲν δὴ χώννυσθαι μὲν καὶ πάλαι καὶ νῦν τὸν τόπον· χρόνῳ γε μὴν ὁλοσχερῶς ἐγχωσθήσεσθαι, τήν τε Μαιῶτιν καὶ τὸν Πόντον· μενούσης γε δὴ τῆς αὐτῆς τάξεως περὶ τοὺς τόπους, καὶ τῶν αἰτίων τῆς ἐγχώσεως ἐνεργούντων κατὰ τὸ συνεχές. ὅταν γὰρ μὲν χρόνος ἄπειρος ᾖ, τὰ δὲ κοιλώματα πάνυ ἢ πάντως ὡρισμένα· δῆλον ὡς κἂν τὸ τυχὸν εἰσφέρηται πληρωθήσονται τῷ χρόνῳ. Κατὰ φύσιν γὰρ τὸ πεπερασμένον ἐν ἀπείρῳ χρόνῳ, συνεχῶς γινόμενον, ἢ καὶ φθειρόμενον, κἂν κατ' ἐλάχιστον γίνηται, (τοῦτο γὰρ νοείσθω νῦν) ἀνάγκη τελειωθῆναι κατὰ τὴν πρόθεσιν. ὅταν δὲ μὴ τὸ τυχὸν, ἀλλὰ καὶ λίαν, πολύς τις εἰσφέρηται χοῦς, φανερὸν ὡς οὔ ποτε, ταχέως δὲ συμβήσεται γενέσθαι τὸ δὴ νῦν λεγόμενον ὑφ' ἡμῶν· ὃ δὴ καὶ φαίνεται γινόμενον. τὴν μὲν οὖν Μαιῶτιν ἤδη κεχῶσθαι συμβαίνει. τὸ γάρ τοι πλεῖστον αὐτῆς μέρος, ἐν ἑπτὰ καὶ πέντε ὀργυιαῖς ἐστί·

διὸ καὶ

διὸ καὶ πλεῖν αὐτὴν οὐκ ἔτι δύναν-
ται ναυσὶ μεγάλαις, χωρὶς καθηγε-
μόνος. οὖσά τ' ἐξ ἀρχῆς θάλατ-
τα σύρρους τῷ Πόντῳ, καθὰ οἱ πα-
λαιοὶ συμφωνοῦσι· νῦν ἐστι λίμνη
γλυκεῖα, τῆς μὲν θαλάττης ἐκ-
πεπιεσμένης ὑπὸ τῶν ἐγχωμάτων,
τῆς δὲ τῶν ποταμῶν εἰσβολῆς ἐπι-
κρατούσης. ἔσται δὲ καὶ περὶ τὸν Πόν-
τον παραπλήσιον· καὶ γίνεται νῦν·
ἀλλ' οὐ λίαν τοῖς πολλοῖς ἐστι κατα-
φανὲς, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κοι-
λώματος. τοῖς μέντοι βραχέα
συνεπιστήσασι, καὶ νῦν ἐστι δῆλον
41 τὸ γινόμενον. Τοῦ γὰρ Ἴστρου πλεί-
οσι στόμασιν ἀπὸ τῆς Εὐρώπης εἰς
τὸν Πόντον εἰσβάλλοντος, συμ-
βαίνει πρὸς τοῦτον σχεδὸν ἐπὶ χίλια
στάδια συνιστάναι ταινίαν, ἡμέρας
δρόμον ἀπέχουσαν τῆς γῆς. ἥ τις
νῦν συνέστηκεν ἐκ τῆς τοῖς στόμασιν
εἰσφερομένης ἰλύος· ἐφ' ἣν ἔτι πε-
λάγιοι τρέχοντες οἱ πλέοντες τὸν Πόν-
τον, λανθάνουσι ἐπικέλλοντες νυκτὸς
ἐπὶ τοὺς τόπους. καλοῦσι δ' αὐτοὺς
οἱ ναυτικοὶ Στήθη. Τοῦ δὲ μὴ παρ'
αὐτὴν συνίστασθαι τὴν γῆν, ἀλλ' ἐπὶ τὸ
πολὺ προωθεῖσθαι τὸν χοῦν, ταύτην
νομιστέον εἶναι τὴν αἰτίαν. ἐφ' ὅσον
μὲν γὰρ αἱ ῥύσεις τῶν ποταμῶν διὰ τὴν
βίαν τῆς φορᾶς ἐπικρατοῦσι καὶ διω-
θοῦνται τὴν θάλατταν, ἐπὶ τοσοῦτο
καὶ τὴν γῆν, καὶ πάντα τὰ φερό-
μενα τοῖς ῥεύμασιν ἀνάγκη προω-
θεῖσθαι καὶ μὴ λαμβάνειν μονὴν, μη-
δὲ στάσιν ἁπλῶς· ὅταν δὲ διὰ τὸ
βάθος ἤδη καὶ πλῆθος τῆς θαλάτ-
της ἐκλύηται τὰ ῥεύματα, τότ'
εἰκὸς ἤδη κατὰ φύσιν φερόμενον
κάτω μονὴν καὶ στάσιν λαμβάνειν
τὸν χοῦν. δι' ἃ δὴ τῶν μὲν λάβρων καὶ

nam in plerisque illius partibus ſeptem aut quinque ulnarum eſt ejus altitudo. itaque ſine duce qui monſtret iter, navigari magnis navibus non poteſt. & quum olim conjunctum id mare eſſet Ponto, ut conſentiunt veteres, nunc lacus eſt aquę dulcis: poſtquam maris aqua eliſa eſt ab aggeſta terra, & ingredientium amnium influxus pervicit. idem fiet etiam in Ponto: & jam quoque fit: ſed prę alvei magnitudine parum id vulgus obſervat. verùm qui vel mediocriter attendunt, jam nunc ſuper eo nihil dubitant Nam quum pluribus oſtiis ex Europa in Pontum Iſter pręcipitet, ad hunc per mille circiter ſtadia porrigitur tænia quędam, ſive longa moles, diei unius curſu diſtans à terra. atque hæc aggeſtio terrena quotidie creſcit ex limo quem oſtia fluviorum deferunt. acciditque navigantibus, ubi in altum vela dederunt, ut noctu in loca ejuſmodi impingant, quæ nautici vocant STETHE, Latini dorſa. Quod autem agger ille non propius terram creſcit, ſed procul inde ſubmovetur, cauſſam exiſtimare hanc oportet. in quantum enim influentia flumina impetum præ ea qua feruntur violentia, ſervant, & mare protrudunt; in tantum & limum, & quæcunque curſu amnis cujuſque devehuntur, protrudi neceſſum eſt, neque moram ullam accipere ad ſubſiſtendum: ubi vero propter profunditatem & immenſitatem maris fluentorum vis minuit, tum demum rationi conſentaneum eſt, ut materia illa quæ aggeritur ſecundum naturam ſubſidat, & maneat quieta. propterea

pterea rapidorum magnorumque amnium moles procul excitantur: quum prope terram mare ſit altum. minorum verò fluminum & leviter fluentium, prope ipſa oſtia aggeres ſtruuntur. Hoc autem tunc fit manifeſtum, cum magni imbres cadunt. nam tunc vel minimi amnes ſuperata unda circa oſtium, limum adeo protrudunt in altum, ut pro violentia cujuſque amnis in mare ſe exonerantis, brevior aut longior diſtantia intercedat. De magnitudine autem illius tæniæ quam diximus Iſtro prętendi, aut omnino de copia ſaxorum, lignorum, & terræ quam invehunt amnes, non eſt quod fidem ſuperare cuiquam ea res videatur: ſtultum enim hoc fuerit: quum cernere ſępe ſit oculis, quamvis paruum torrentem tempore brevi per loca præcelſa, prœruptaque meatus ſibi confragoſos aperire, eaque vi perrumpere, materiam omne genus, terram & ſaxa devehentem; loca vero per quæ tranſit, uſque adeo aggere complere, faciemque locorum interdum penitus adeo immutare, ut modico temporis intervallo eadem loca non agnoſcantur. Quare mirari nemo debet, ſi tanti amnes, tam rapidi, continuo influxu eorum quæ diximus aliquid efficiunt; ac tandem Pontum ſunt impleturi. nam recta ratione rem putantibus, non ſimile hoc veri, ſed neceſſarium videbitur. Futuri porrò argumentum eſt, quod in quantum dulcior Mæotis Pontico mari; in tantum differre palàm eſt Ponticum à noſtro. ex quo apparet, ubi tempus quo compleri Męotim contigit, eandem proportionem temporis fuerit

μεγάλων ποταμῶν, τὰ μὲν χώματα μακρὰν συνίσταται, τὰ δ' ἀρχὴ τῶν χερσῶν ἐστιν ἀγχιβαθῆ. τῶν δ' ἐλαττόνων καὶ πράως ῥεόντων, παρ' αὐτὰς τὰς εἰσβολὰς οἱ θῖνες συνίστανται. Μάλιστα δ' ἔκδηλον γίνεται τοῦτο κατὰ τὰς τῶν ὄμβρων ἐπιφοράς. καὶ γὰρ τὰ τυχόντα τότε τῶν ῥείθρων ἐπειδὰν ἐπικρατήσωσι τοῦ κύματος κατὰ τὴν εἰσβολὴν, προωθοῦσι τὸν χοῦν εἰς θάλατταν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε πρὸς λόγον ἑκάστου γίνεσθαι τὴν ἀπόστασιν τῇ βίᾳ τῶν ἐμπιπτόντων ῥευμάτων. τῷ δὲ μεγέθει τῆς προειρημένης ταινίας, καὶ καθόλου τῷ πλήθει τῶν εἰσφερομένων λίθων καὶ ξύλων καὶ γῆς ὑπὸ τῶν ποταμῶν, οὐδαμῶς ἀπιστητέον, (εὔηθες γάρ) θεωροῦντας ὑπὸ τὴν ὄψιν τὸν τυχόντα χειμάῤῥουν ἐν βραχεῖ χρόνῳ πολλάκις ἐκχαραδροῦντα μὲν καὶ διακόπτοντα τόπους ἠλιβάτους, φέροντα δὲ πᾶν γένος ὕλης καὶ γῆς καὶ λίθων· ἐπιχώσεις δὲ ποιούμενον τηλικαύτας, ὥστ' ἀλλοιοῦν ἐνίοτε, καὶ μηδὲ γινώσκειν ἐν βραχεῖ χρόνῳ τοὺς αὐτοὺς τόπους. ἐξ ὧν οὐκ εἰκὸς θαυμάζειν, πῶς 42
οἱ τηλικοῦτοι ποταμοὶ συνεχῶς ῥέοντες, ἀπεργάζονταί τι τῶν προειρημένων· καὶ τέλος ἐκπληρώσουσι τὸν Πόντον. οὐ γὰρ εἰκὸς, ἀλλ' ἀναγκαῖον γίνεσθαι τοῦτό γε προφαίνεται κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. σημεῖον δὲ τοῦ μέλλοντος. ὅσῳ γὰρ ἐστὶ νῦν ἡ Μαιῶτις γλυκυτέρα τῆς Ποντικῆς θαλάττης, τοσούτῳ θεωρεῖται διαφέρουσα προφανῶς ἡ Ποντικὴ τῆς καθ' ἡμᾶς. ἐξ ὧν δῆλον, ὡς ὅταν ὁ χρόνος ἐν ᾧ πεπληρῶσθαι συμβαίνει τὴν Μαιῶτιν τοῦτον λάβῃ τὸν λόγον πρὸς τὸν χρόνον ὃν ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κοιλώματος πρὸς τὸ κοίλωμα, τότε συμβήσεται

καὶ τ

καὶ τὸν Πόντον τεναγώδη καὶ γλυκὺν καὶ λιμνώδη γενέσθαι, παραπλησίως τῇ Μαιώτιδι λίμνῃ. καὶ θᾶττον δὲ τοῦτον ὑποληπτέον, ὅσῳ μείζους καὶ πλείους εἰσὶν αἱ ῥύσεις τῶν εἰς τοῦτον ἐκπιπτόντων ποταμῶν. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς ἀπίστως διακειμένους, εἰ δὴ χώννυται καὶ νῦν, καὶ χωσθήσεσθαί ποτε συμβήσεται τὸν Πόντον, καὶ λίμνη καὶ τέναγος. ἔτι δὲ μᾶλλον εἰρήσθω καὶ τῆς τῶν πλοϊζομένων ψευδολογίας καὶ τερατείας χάριν· ἵνα μὴ παντὶ τῷ λεγομένῳ προσκεχηνέναι παιδικῶς ἀναγκαζώμεθα διὰ τὴν ἀπειρίαν. ἔχοντες δ' ἴχνη τῆς ἀληθείας ἐπὶ ποσὸν, ἐξ αὐτῶν ἐπικρίνειν δυνώμεθα τὸ λεγόμενον ὑπό τινος ἀληθῶς ἢ τοὐναντίον. Ἐπὶ δὲ τὸ συνεχὲς τῆς εὐκαιρίας τῶν Βυζαντίων ἐπάνιμεν. Τοῦ δὴ στόμα-

43 τος τοῦ τὸν Πόντον καὶ τὴν Προποντίδα συνάπτοντος, ὄντος ἑκατὸν εἴκοσι σταδίων τὸ μῆκος, καθάπερ ἀρτίως εἴπομεν, καὶ τοῦ μὲν Ἱεροῦ τὸ πρὸς τὸν Πόντον πέρας ὁρίζοντος, τοῦ δὲ κατὰ Βυζάντιον διαστήματος, τὸ πρὸς τὴν Προποντίδα· μεταξὺ τούτων ἐστὶν Ἑρμαῖον τῆς Εὐρώπης, ἐπὶ προβολῆς τινος ἀκρωτηριαζούσης ἐν τῷ στόματι κείμενον· ὃ τῆς μὲν Ἀσίας ἀπέχει περὶ πέντε στάδια· κατὰ τὸν στενώτατον δὲ τόπον ὑπάρχει τοῦ παντὸς στόματος. ᾗ καὶ Δαρεῖον ζεῦξαί φασι τὸν πόρον, καθ' ὃν χρόνον ἐποιεῖτο τὴν ἐπὶ Σκύθας διάβασιν. Κατὰ μὲν δὴ τὸν ἄλλον τόπον ἀπὸ τοῦ Πόντου, παραπλήσιός ἐστιν ἡ φορὰ τοῦ ῥεύματος διὰ τὴν ὁμοιότητα τῆς παρ' ἑκάτερον

conſecutum, quæ eſt ratio magnitudinis inter ipſos alveos; futurum tunc, ut Pontus dulceſcat, fiatque ad inſtar paludis & lacus. imo vero tanto citius hoc eventurum exiſtimare debemus, quo majora & plura flumina ſunt, quæ in hunc præcipitant. Hæc dicta ſint adverſus eos quibus incredibile videtur, Pontum qui jam adimpletur, oppletum iri quandoque, & tantum pelagus lacum paludemque aliquando futurum. etiam adverſus navigantium mendacia, miraculoſaque figmenta ſunto hæc dicta: ne propter imperitiam, more puerorum cogamur quicquid dictum fuerit ore hiante excipere. ſed qui veſtigia atque indicia quædam veritatis habeamus, per nos ipſos, verum ſit annon quod quis dixerit, diiudicare valeamus. Nunc redeamus ad reliquam opportunitatem ſitus Byzantiorũ. Quum igitur fretum illud quod Pontum & Propontidem jungit, longitudinem habeat ſtadiorum, ut paullo aute dicebamus, centum & viginti: quumque ejus extremum Ponto proximũ terminetur Hiero: alterum vero Propontidem verſus, eo intervallo quod eſt inter Byzantium & oram oppoſitam: & in medio ſpatio iſto Mercurii fanum, rupi cuidam inſtar promontorii in fretum prominenti ſuperſtructum quod eſt in Europa, id ſtadiis quinque abeſt ab Aſiatica parte freti ſitum, qua eſt anguſtiſſimũ. Ubi etiam diciturDarius quando infeſto exercitu Scythas petebat, ponte fretum junxiſſe. In cætero igitur tractu infra Pontum quia ſimilis eſt utraque ora hinc inde ad fretum, por-

porrecta, etiam curſus aquæ ſimilis eſt: ubi vero delapſæ è Ponto aquæ fluxus in anguſtias jam coarctatus, ad ſitum in Europa Mercurii fanum, qua anguſtiſſimum eſſe trajectū diximus, magna cum violentia pervenit; tunc quaſi accepto ictu converſus, oppoſitis in Aſia locis vehemens ingruit: unde rurſus, velut converſione facta, ad illa Europę loca redit, ubi ſunt quæ dicuntur Heſtiarum promontoria: mox inde magno impetu Bovem petit, qui eſt locus in Aſia ſic dictus; in quo pedem primo, ut narrant fabulæ, trajecto freto Jo poſuit. quo ex loco repercuſſus fluctus, ad Byzantium ipſum poſtremò fertur. Ubi circumfuſa urbi aqua paruam ſui partem ſinui immittit, & Cornu quod vocant efficit ac ſuis finibus circumſcribit: cæterum pars major aquæ curſum inde avertit: ſed amiſſis viribus languidior jam facta, ad Chalcedonem è regione ſitam pervenire non poteſt. ſæpius enim vltro citroque agitata, quia eo loco latius jam fretum eſt, reſoluto impetu curſus aquæ nequaquam ad angulos rectos breves reciprocationes facit verſus oppoſitam continentem; ſed contra potius ad obtuſos. itaque omiſſa urbe Chalcedoniorum, per fretum ipſum abit. Quamobrem cur Byzantinæ urbis ſitus tantas commoditates habeat, Chalcedoniorum tantas incommoditates, cauſſa ea eſt, quam jam oſtendimus: quum tamen loca intuentibus, parem utriuſq; ſitus commoditatum rationem habere videantur. Verumenimvero in alteram cupienti appellere, multum erit

τὸ μέρος τῶν τοῦ στόματος παρηκόντων τόπων. ἐπὰν δὲ εἰς τὸ τῆς Εὐρώπης Ἑρμαῖον, ᾗ στενότατον ἔφαμεν εἶναι, φερόμενος ἐκ τοῦ Πόντου, καὶ συγκλειόμενος ὁ ῥοῦς βίᾳ προσπέσῃ· τότε δὴ τραπεὶς ὥσπερ ἀπὸ πληγῆς, ἐμπίπτει τοῖς ἀντικρὺ τῆς Ἀσίας τόποις· ἐκεῖθεν δὲ πάλιν οἷον ἐξ ὑποστροφῆς τὴν ἀνταπόδοσιν ποιεῖται πρὸς τὰ περὶ τὰς Ἑστίας ἄκρα καλούμενα τῆς Εὐρώπης· ὅθεν αὖθις ὁρμήσας, προσπίπτει πρὸς τὴν Βοῦν καλουμένην, ὅς ἐστι τῆς Ἀσίας τόπος· ἐφ᾽ ὃν ἐπιστῆναί φασι πρῶτον οἱ μῦθοι τὴν Ἰὼ περαιωθεῖσαν. πλὴν ὅγε ῥοῦς τὸ τελευταῖον ὁρμήσας ἀπὸ τοῦ Βοός, ἐπ᾽ αὐτὸ φέρεται τὸ Βυζάντιον. περισχισθεὶς δὲ περὶ τὴν πόλιν, βραχὺ μὲν ἐς τὸν κόλπον αὐτοῦ διορίζει τὸ καλούμενον Κέρας· τὸ δὲ πλεῖον πάλιν ἀπονεύει. διαδύνειν μὲν οὖν οὐκ ἔτι δύναται πρὸς τὴν ἀντιπέρας χώραν, ἐφ᾽ ἧς ἐστι Χαλκηδών. πλεονάκις γὰρ τὴν ἀνταπόδοσιν πεποιημένος, καὶ τοῦ πόρου πλάτος ἔχοντος, ἤδη περὶ τοῦτον τὸν τόπον, ἐκλυόμενος ὁ ῥοῦς, οὐκ ἔτι βραχείας πρὸς ὀξεῖαν γωνίαν ποιεῖται τὰς ἀνακλάσεις ἐπὶ τὴν περαίαν, ἀλλὰ μᾶλλον πρὸς ἀμβλεῖαν. διόπερ ἀπολιπὼν τὴν τῶν Χαλκηδονίων πόλιν, φέρεται διὰ πόρου. Καὶ τὸ 44
ποιοῦν τὴν μὲν τῶν Βυζαντίων πόλιν εὐκαιροτάτην· τὴν δὲ τῶν Χαλκηδονίων, τἀναντία, τοῦτ᾽ ἐστι τὸ νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν εἰρημένον· καίπερ ἀπὸ τῆς ὄψεως ὁμοίας ἀμφοτέραις δοκούσης εἶναι τῆς θέσεως πρὸς τὴν εὐκαιρίαν. ἀλλ᾽ ὅμως εἰς τὴν μὲν βουληθέντα καταπλεῦσαι

οὐ ῥᾴδιον· πρὸς τὴν δὲ κἂν μὴ βούλῃ, φέρῃ κατ' ἀνάγκην ὑπὸ τοῦ ῥοῦ, καθάπερ ἀρτίως εἴπομεν. σημεῖον δὲ τούτου. ἐκ Χαλκηδόνος γὰρ οἱ βουλόμενοι διαίρειν εἰς Βυζάντιον, οὐ δύνανται πλεῖν κατ' εὐθεῖαν διὰ τὸν μεταξὺ ῥοῦν· ἀλλὰ παράγουσιν ἐπί τε τὴν Βοῦν, καὶ τὴν καλουμένην Χρυσόπολιν· ἣν Ἀθηναῖοι ποτὲ κατασχόντες Ἀλκιβιάδου γνώμῃ παραγωγιάζειν ἐπεβάλοντο πρῶτον τοὺς εἰς Πόντον πλέοντας· καὶ τῷ ἔμπροσθεν ἀφιᾶσι κατὰ ῥοῦν· ᾧ φέρονται κατ' ἀνάγκην πρὸς τὸ Βυζάντιον. ὅμοια δὲ τούτοις καὶ τὰ κατὰ τὸν ἐπὶ θάτερα πλοῦν ἐστὶ τῆς Βυζαντίων πόλεως. ἄν τε γὰρ ἀφ' Ἑλλησπόντου τρέχῃ τις τοῖς νότοις, ἄντ' ἐπὶ τὸν Ἑλλήσποντον ἐκ τοῦ Πόντου τοῖς ἐτησίοις, παρὰ μὲν τὴν Εὐρώπην ἐκ τῆς Βυζαντίων πόλεως ὀρθὸς, ἅμα δὲ εὐπαρακόμιστός ἐστιν ὁ πλοῦς, ἐπὶ τὰ τῆς Προποντίδος στενὰ κατ' Ἄβυδον καὶ Σηστόν. κἀκεῖθεν ὡσαύτως πάλιν ἐπὶ τὸ Βυζάντιον. ἀπὸ δὲ Χαλκηδόνος παρὰ γῆν ἀεὶ τἀναντία τούτοις, διὰ τὸ κολπώδη τὸν παράπλουν ὑπάρχειν, καὶ προτείνειν πολὺ τὴν τῶν Κυζικηνῶν χώραν. ἀφ' Ἑλλησπόντου γὰρ φερόμενον εἰς Χαλκηδόνα, χρήσασθαι τῷ παρὰ τὴν Εὐρώπην πλῷ· κἄπειτα συνεγγίζοντα τοῖς κατὰ Βυζάντιον τόποις, κάμπτειν καὶ προσέχειν πρὸς τὴν Χαλκηδόνα, διὰ τὸν ῥοῦν καὶ τὰ προειρημένα δυσχερές. ὁμοίως δὲ πάλιν ἐκπλέοντα προσέχειν εὐθέως τῇ Θρᾴκῃ, τελέως ἀδύνατον, διά τε τὸν μεταξὺ ῥοῦν, καὶ διὰ τὸ τοὺς ἀνέμους

negotii: ad alteram velis nolis curſus aquæ te feret, ſicuti modò dicebamus. quod hoc etiam argumento probatur. Qui Chalcedone Byzantium trajiciunt, propter aquæ curſum qui in medio ſpatio eſt, rectam conficere navigationem non poſſunt: ſed naves deflectunt Bovem verſus, & Chryſopolim quam vocant. (quam urbem quum aliquando occupaſſent Athenienſes, conſilio Alcibiadis uſi portorium ab iis exigere primi inſtituerunt, qui in Pontum navigabant:) deinde paullulum provecti, deſcendentis aquę curſui ſe permittunt; atque ita neceſſario Byzantium devehuntur. Similia his ſunt, quæ navigantibus aut ſupra aut infra Byzantiorum urbem ſolent evenire. ſive enim flantibus Auſtris ab Helleſponto, ſive ad Helleſpontum Eteſiis ſpirantibus è Ponto tendat aliquis, recta faciliſque navigatio eſt ſecundum oram Europę ab oppido Byzantiorum ad Helleſponti fauces, ubi Seſtus & Abydus. Chalcedone vero proficiſcentibus, contraria omnia ſecundum littus. eſt enim navigatio flexvoſa inter ſinus: quod admodum promineat in mare agerCyzicenorum. Petentibus namque Chalcedonem ab Helleſponto, Europæ littus legere; deinde ubi ad loca ventum fuerit Byzantio vicina, curſum flectere & accedere adChalcedonem difficile eſt, propter aquę curſum, & cætera quę commemoravimus. Sic & in reditu, ſimulatq; Chalcedone exieris, Thraciam ſtatim appellere, nulla prorſus ratione queas: tum propter aquæ curſum qui medius intervenit: tum propter ventum

ventum utrumcunque, quum ſit utriuſque flatus navigationi contrarius. nam in Pontum deducit quidem Auſter, educit vero Boreas. quibus ventis ad utrumque curſum utaris neceſſe eſt. Quæ igitur Byzantiis tantam mari commoditatem præbent, hæc ſunt: incommodorum verò quæ terra accipiunt, cauſſam aperient quæ jam dicemus. Quia enim Thracia fines eorum cingit undique à mari ad mare pertinens immortale ac difficile cum Thracibus bellum gerunt. Ut enim magnis belli paratibus uſi, eos ſemel debellent, & in poſterum gerendi cum iis belli moleſtia ſe liberent: hoc vero illi propter Barbarorum multitudinem & dynaſtarum facere non poſſunt. Nam ſi unum populum ſuperaverint, tres alii dynaſtæ duriores in priorum locum ſuccedunt. Sed nec ſi hoſtibus conceſſerint, & ad penſitationem tributorum & pacta ineunda deſcenderint, quidquam tamen proficiunt. ubi enim aliquid uni indulſerint, quinque mox pro uno hoſtes, eo ipſo illectos nanciſcuntur. propterea peculiari quodam difficilis belli genere implicantur. nam quid mala gente vicina periculoſius? aut quid bello terribilius cum hoſte Barbaro? verumtamen cum hiſce malis aſſiduè in terra luctantes, ut alias belli calamitates taceam, ſupplicium quoddam inſuper Tantaleum, ut vocat poëta, ſuſtinent. quum enim agrum habeant uberrimum, poſtquam magno labore eum excoluerunt, ubi fructuum optimorum ingens copia provenit: ecce Barbaros, qui partim illos perdunt, partim collectos auferunt. tum vero Byzantii cum præter

ἑκατέρας ἀντιπίπτειν πρὸς ἀμφοτέρας τὰς ἐπιβολάς. ἐπειδὴ γὰρ εἰσάγει μὲν εἰς τὸν Πόντον ὁ νότος, ἐξάγει δὲ Βορέας· καὶ τούτοις ἀνάγκη χρῆσθαι πρὸς ἑκάτερον τὸν δρόμον τοῖς ἀνέμοις. Τὰ μὲν οὖν τὴν κατὰ θάλατταν εὐκαιρίαν ποιοῦντα Βυζαντίοις, ταῦτά ἐστι· τὰ δὲ τὴν κατὰ γῆν ἀκαιρίαν, τὰ μέλλοντα ῥηθήσεται.
τῆς γὰρ Θρᾴκης κύκλῳ περιεχούσης 45
αὐτῶν τὴν χώραν οὕτως, ὥστ' ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν καθήκειν, ἀΐδιον ἔχουσι πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς τούτους. οὔτε γὰρ παρασκευασάμενοι καὶ κρατήσαντες αὐτῶν εἰσάπαξ, ἀποτρέψασθαι τὸν πόλεμον οἷοί τε εἰσὶ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄχλων καὶ τῶν δυναστῶν. Ἐάν τε γὰρ ἑνὸς περιγένωνται, τρεῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὴν τούτων χώραν ἄλλοι βαρύτεροι δυνάσται. καὶ μὴν οὐδ' εἴξαντες καὶ συγκαταβάντες εἰς φόρους καὶ συνθήκας, οὐδὲν ποιοῦσι πλέον. ἂν γὰρ ἑνὶ προῶνταί τι, πενταπλασίους δι' αὐτὸ τοῦτο πολεμίους εὑρίσκουσι. διόπερ ἰδίῳ συνέχονται καὶ δυσχερεῖ πολέμῳ. τί γὰρ ἐπισφαλέστερον ἀστυγείτονος φαύλου; καὶ Βαρβάρου πολέμου τί δεινότερον; οὐ μὴν ἀλλὰ τούτοις τὸ παράπαν κακοῖς παλαίοντες κατὰ γῆς, χωρὶς τῶν ἄλλων τῶν παρεπομένων τῷ πολέμῳ κακῶν, ὑπομένουσί τινα καὶ τιμωρίαν Ταντάλειον κατὰ τὸν ποιητήν. ἔχοντες γὰρ χώραν γλυκαιοτάτην, ὅταν διαπονήσωσι ταύτην, καὶ γένηται τὸ τῶν καρπῶν πλῆθος τῷ κάλλει διαφέρον, κἄπειτα παραγενηθέντες οἱ Βάρβαροι τοὺς μὲν καταφθείρωσι, τοὺς δὲ συναθροίσαντες ἀποφέρωσι· τότε δὴ

χωρὶς τῶν ἔργων καὶ τῆς δαπάνης, καὶ τὴν καταφθορὰν θεώμενοι διὰ τὸ κάλλος τῶν καρπῶν, σχετλιάζουσι, καὶ βαρέως φέρουσι τὸ συμβαῖνον. ἀλλ' ὅμως τὸν μὲν ἀπὸ τῶν Θρᾳκῶν πόλεμον κατὰ τὴν συνήθειαν φέροντες, ἔμενον ἐπὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς δικαίων πρὸς τοὺς Ἕλληνας· προσεπιγενομένων δὲ Γαλατῶν αὐτοῖς τῶν περὶ Κομοντόριον, εἰς πᾶν
46 ἦλθεν περιστάσεως. οὗτοι δ' ἐκίνησαν μὲν ἅμα τοῖς περὶ Βρέννον ἐκ τῆς οἰκείας· διαφυγόντες δὲ τὸν περὶ Δελφοὺς κίνδυνον, καὶ παραγενόμενοι πρὸς τὸν Ἑλλήσποντον, εἰς μὲν τὴν Ἀσίαν οὐκ ἐπεραιώθησαν· αὐτοῦ δὲ κατέμειναν, διὰ τὸ φιλοχωρῆσαι τοῖς περὶ τὸ Βυζάντιον τόποις. οἳ καὶ κρατήσαντες τῶν Θρᾳκῶν, καὶ κατασκευασάμενοι βασίλειον τὴν Τύλιν, εἰς ὁλοσχερῆ κίνδυνον ἦγον τοὺς Βυζαντίους. Κατὰ μὲν οὖν τὰς ἀρχὰς ἐν ταῖς ἐφόδοις αὐτῶν, ταῖς κατὰ Κομοντόριον τὸν πρῶτον βασιλεύσαντα, δῶρα διετέλουν οἱ Βυζάντιοι διδόντες ἀνὰ τρισχιλίους καὶ πεντακισχιλίους, ποτὲ δὲ καὶ μυρίους χρυσοῦς, ἐφ' ᾧ μὴ καταφθείρειν τὴν χώραν αὐτῶν. τέλος δ' ἠναγκάσθησαν ὀγδοήκοντα τάλαντα συγχωρῆσαι φόρον τελεῖν κατ' ἐνιαυτὸν, ἕως εἰς Καύαρον, ἐφ' οὗ κατελύθη μὲν ἡ βασιλεία. τὸ δὲ γένος αὐτῶν ἐξεφθάρη πᾶν ὑπὸ Θρᾳκῶν, ἐκ μεταβολῆς ἐπικρατηθέν. ἐν οἷς καιροῖς ὑπὸ τῶν φόρων πιεζόμενοι, τὸ μὲν πρῶτον ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Ἕλληνας, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν καὶ συγχορηγεῖν εἰς τοὺς περιεστῶτας καιρούς. τῶν δὲ πλείστων παρολιγωρούντων, ἐνεχείρησαν ἐπαναγκασθέντες παραγωγιάζειν τοὺς εἰς τὸν Πόντον

operam impenſam, & ſumptus in eam rem factos, oculis ſuis conſumi fruges vident, præſtantiam fructuum deplorant, & fortunam ſuam ferunt indigniſſime. ſed hoc tamen cum Thracibus bellum longa mali aſſuetudine tolerantes, antiqua jura cum Græcis populis ſervaverunt. Poſtea vero quàm ad priora mala acceſſere Galli duce Comontorio, afflicta modis omnibus conditio eorum fuit. Hi Galli pars eorum erant, qui cum Brenno patria exceſſerunt: verum iſti periculo ad Delphos defuncti, ubi ad Helleſpontum venerunt, nequaquam in Aſiam trajecerunt: ſed bonitate agrorum circa Byzantium capti, ſedes ibidem poſuerunt. deinde Thracibus devictis, ac regni ſui ſede Tulæ inſtituta, ultimum Byzantiis periculum creaverunt. Initio cum Rex eorum primus Comontorius incurſare fines eorum cepit, annui muneris ſpecie pendebant Byzantii terna aut quina aureorum millia; interdum & denûm millium numeratione vaſtationem agrorum ſuorum redimentes. tandem vero etiam LXXX annua talenta ſtipendii nomine à ſe exigi coacti fuerunt pati, uſque ad tempora Cavari: quo imperante regnum eſt everſum, & univerſa gens à Thracibus verſa vice debellata, funditus interiit. Illo tempore Byzantii tributorum magnitudine oppreſſi, principio legationes ad Græcos mittere, opem atque auxilium petentes, & in adverſis ſubſidium aliquod. Eam petitionem quum pleriq; omnes Græci inſuperhabuiſſent, portorium ab iis qui in Pontū navigabant exigere inſtitue-

inſtituerunt, neceſſitate eò adacti. Ubi vero Byzantiis Ponticæ merces vectigal pendere ceperunt, mox omnes ex ea re damnum ingens atque incommodum ſentire, facinuſque indignum dicere: Rhodios denique, maris ea tempeſtate potentes, omnes incuſare qui maria exercebant. Atque ex iſtis cauſſis bellum illud conflatum eſt, de quo jam dicturi ſumus. Rhodii enim tum ſuis ipſorum detrimentis excitati, tum aliorum quoque damnis moti, principio legationem, ſociis etiam aſſumptis, ad Byzantios mittunt, orantes, ut impoſitum recens portorium tollerent. Cujus legationis quum nullam omnino rationem illi habuiſſent perſuaſi æquas eſſe quas efferebant ſui facti rationes, poſt peroratam utrinque cauſſam in ipſorum urbe, Hecatondoro & Olympiodoro qui Byzantinæ civitatis principes tunc erant, cum Rhodiorum legatis altercantibus; infecta re diſceſſerunt Rhodii: & mox domum reverſi, bellum adverſus Byzantios, propter hanc cauſſam decreverunt. Itaque miſſis illico ad Pruſiam legatis, ad ſocietatem belli ipſum hortantur: norant enim Pruſiam certis de cauſſis eſſe Byzantiis infenſum. Rhodiorum exemplum ſecuti ſunt & Byzantii: qui & ab Attalo, & ab Achæo per legatos auxilium petierunt. & erat quidem Attalo voluntas prompta: ſed qui ab Achæo intra paterni regni fines erat compulſus, momentum ad victoriam afferre poterat non ſane magnum. Achæus verò, qui in regionibus Aſiæ cis Taurum latè

πλέοντας. μεγάλης δὲ γινομένης 47
τῆς ἀλυσιτελείας καὶ δυσχρηστίας πᾶσιν ἐκ τοῦ τέλους πράττειν τοὺς Βυζαντίους τῶν ἐξαγομένων ἐκ τοῦ Πόντου, δεινὸν ἡγοῦντο, καὶ πάντες ἐνεκάλουν οἱ πλοϊζόμενοι τοῖς Ῥοδίοις, διὰ τὸ δοκεῖν τούτους προεστάναι τῶν κατὰ θάλατταν. ἐξ οὗ συνέβη φῦναι τὸν πόλεμον, ὑπὲρ οὗ νῦν ἡμεῖς ἱστορεῖν μέλλομεν. οἱ γὰρ Ῥόδιοι συνεξεγερθέντες μὲν ἅμα διὰ τὴν σφετέραν βλάβην, ἅμα δὲ καὶ διὰ τὴν τῶν πέλας ἐλάττωσιν· τὸ μὲν πρῶτον παραλαβόντες τοὺς συμμάχους, ἐπρέσβευον πρὸς τοὺς Βυζαντίους, ἀξιοῦντες καταλύειν αὐτοὺς τὸ παραγώγιον. οὐκ ἐντρεπομένων δὲ τοῖς ὅλοις, ἀλλὰ πεπεισμένων δίκαια λέγειν αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀντικαταστάσεως τῆς γινομένης παρ' αὐτοῖς τῶν περὶ τὸν Ἑκατοντόδωρον καὶ Ὀλυμπιόδωρον πρὸς τοὺς τῶν Ῥοδίων πρεσβευτὰς (οὗτοι γὰρ τότε προειστήκεισαν τοῦ τῶν Βυζαντίων πολιτεύματος) τότε μὲν ἀπηλλάγησαν οἱ Ῥόδιοι, πράξαντες οὐδέν. ἐπανελθόντες δὲ τὸν πόλεμον ἐψηφίσαντο τοῖς Βυζαντίοις, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. καὶ παραυτίκα πρεσβευτὰς ἐξαπέστελλον πρὸς Προυσίαν, παρακαλοῦντες καὶ τοῦτον εἰς τὸν πόλεμον· ᾔδεσαν γὰρ τὸν Προυσίαν παρατριβόμενον ἔκ τινων πρὸς τοὺς Βυζαντίους. τὸ δὲ παραπλήσιον ἐποίουν καὶ Βυζάντιοι· πρός τε γὰρ 48
Ἄτταλον καὶ πρὸς Ἀχαιὸν ἔπεμπον πρέσβεις, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν. ὁ μὲν οὖν Ἄτταλος ἦν πρόθυμος· εἶχε δὲ βραχεῖαν τότε ῥοπὴν, ὡς ἂν ὑπ' Ἀχαιοῦ συνεληλαμένος εἰς τὴν πατρῴαν ἀρχήν. ὁ δ' Ἀχαιὸς κρατῶν μὲν τῆς ἐπὶ τάδε τοῦ

Ταύρου, βασιλέα δὲ προσφάτως αὑτὸν ἀναδεδειχὼς, ἐπηγγέλλετο βοηθήσειν. ὑπάρχων δ' ἐπὶ ταύτης τῆς προαιρέσεως, τοῖς μὲν Βυζαντίοις μεγάλην ἐλπίδα παρεσκεύαζε. τοῖς δὲ Ῥοδίοις καὶ Προυσίᾳ τοὐναντίον, κατάπληξιν. Ἀχαιὸς γὰρ ἦν μὲν Ἀντιόχου συγγενὴς τοῦ παρειληφότος τὴν ἐν Συρίᾳ βασιλείαν. ἐγκρατὴς δ' ἐγένετο τῆς προειρημένης δυναστείας, διά τινας τοιαύτας αἰτίας. Σελεύκου μεταλλάξαντος τὸν βίον, ὃς ἦν Ἀντιόχου τοῦ προειρημένου πατὴρ, διαδεξαμένου δὲ τὴν βασιλείαν Σελεύκου πρεσβυτάτου τῶν υἱῶν· ἅμα τούτῳ διὰ τὴν οἰκειότητα συνυπερέβαλε τὸν Ταῦρον, δυσὶ μάλιστά πως ἔτεσι πρότερον τῶν νῦν λεγομένων καιρῶν. Σέλευκος γὰρ ὁ νέος, ὡς θᾶττον παρέλαβε τὴν βασιλείαν, πυνθανόμενος Ἄτταλον πᾶσαν ἤδη τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου δυναστείαν ὑφ' αὑτὸν πεποιῆσθαι, παρωρμήθη βοηθεῖν τοῖς σφετέροις πράγμασιν. ὑπερβαλὼν δὲ μεγάλῃ δυνάμει τὸν Ταῦρον, καὶ δολοφονηθεὶς ὑπό τε Ἀπατουρίου τοῦ Γαλάτου καὶ Νικάνορος, μετήλλαξε τὸν βίον. Ἀχαιὸς δὲ κατὰ τὴν συγγένειαν τὸν φόνον αὐτοῦ μετῆλθε παραχρῆμα, τοὺς περὶ τὸν Νικάνορα καὶ τὸν Ἀπατούριον ἀποκτείνας· τῶν δὲ δυνάμεων καὶ τῶν ὅλων πραγμάτων φρονίμως καὶ μεγαλοψύχως προέστη. τῶν γὰρ καιρῶν παρόντων αὐτῷ, καὶ τῆς τῶν ὄχλων ὁρμῆς συνεργούσης εἰς τὸ διάδημα περιθέσθαι· τοῦτο μὲν οὐ προείλετο ποιῆσαι· τηρῶν δὲ τὴν βασιλείαν Ἀντιόχῳ τῷ νεωτέρῳ τῶν υἱῶν, ἐνεργῶς ἐπιπορευόμενος, ἀνεκτᾶτο τὴν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου πᾶσαν. Τῶν δὲ πραγ-

dominans, rerum potiebatur, quique Regis nomen paullo ante aſſumpſerat, auxilia Byzantiis promiſit. atque is has partes amplexus, Byzantiis ſpem magnam; Rhodiis contra & Pruſiæ ingentem terrorem injecit. Hic ſiquidem Achæus cognatione Antiochum illum contingebat, qui in regno Syriæ ſucceſſerat, dominatum vero quem diximus ob hujuſcemodi cauſſas erat conſecutus. Poſtquam Seleucus pater Antiochi modò nominati fatis conceſſiſſet, regnumque illius Seleucus filiorum natu maximus accepiſſet, cum hoc Achæus propter jus cognationis Taurum ſuperavit, duobus circiter annis, priuſquàm ea gererentur, de quibus heic agimus. Junior enim Seleucus ſtatim à ſuſcepto regno factus certior de Attalo, qui omnem jam cis Taurum Aſiam ſuo imperio ſubjecerat, rebus ſuis conſulendi impetum cepit. ſed ubi Taurum magno cum exercitu eſſet tranſgreſſus, dolo appetitus ab Apaturio Gallo & Nicanore, vitam cum morte commutavit. Hujus cædem Achæus è veſtigio ulciſcens, tanquam occiſi cognatus, Apaturium & Nicanorem trucidavit: copias vero & res univerſas cum prudentia, tum magnitudine animi ſingulari adminiſtravit. Nam quum diadematis capiti imponendi occaſionem eſſet nactus, accederet etiam populorum voluntas regnum illi certatim deferentium, ipſe inclinare animum in eam partem noluit: ſed Antiocho juniori filio imperium conſervans, per omnes regiones bellum circumferens, quicquid cis Taurum fuerat amiſſum recepit. Verum idem,

idem, poſtquam Attalum in ipſam urbem Pergami concluſiſſet, omniaque alia in poteſtatem ſuam redegiſſet, inopinato rerum ſucceſſu elatus, è veſtigio ab honeſtis conſiliis deflexit: & quum diadema ſumpſiſſet, nomenque regium adſciviſſet, omnium cis Taurum regum ac dynaſtarum potentiſſimus erat, maximeque formidabilis. quo & Byzantii potiſſimum freti, bellare cum Rhodiis & Pruſia ſunt auſi. Jampridem hic Rex eo nomine Byzantiis ſuccenſebat, quod imagines quas ſibi decreverant, non dedicaſſent; ſed ludibrio atq; oblivioni tradidiſſent. Idem factum hoc inſuper illorum non probabat, quod ad dirimendas inimicitias inter Achæum & Attalum tantum ſtudii adhibuerant, ut nihil ſupra: multis enim modis inutilem rebus ſuis eſſe eorum mutuam inter ipſos amicitiam exiſtimabat. Accedebat etiã hoc iræ incentivum, quod Byzantii ad Attalum quidem Minervæ ludicrum celebrantem ſuos mitterent, rem divinam ſimul facturos; ad ſe vero Soteriorum ſolemne agitantem nemo ab illis fuerat miſſus. Qui igitur ex omnibus hiſce cauſſis latentem in præcordiorum penetralibus iram foveret, oblatam à Rhodiis occaſionem avide arripuit, & cum legatis ita conſtituit, ut rem mari gerere illis ſuaderet; ipſe non minora hoſtibus detrimenta ſe terra illaturum polliceretur. Hæ ſunt cauſſæ, hoc principium belli, quod Rhodii cum Byzantiis geſſerunt. Porrò Byzantii per initia dum à partibus ſuis Achæum ſtare confidunt, ſtrenuè bel-

μάτων αὐτῷ παραδόξως εὐροούντων, ἐπεὶ τὸν μὲν Ἄτταλον εἰς αὐτὸ τὸ Πέργαμον συνέκλεισε, τῶν δὲ λοιπῶν πάντων ἦν ἐγκρατής, ἐπαρθεὶς τοῖς εὐτυχήμασι, παρὰ πόδας ἐξώκειλε. καὶ διάδημα περιθέμενος καὶ βασιλέα προσαγορεύσας αὐτόν, βαρύτατος ἦν τότε καὶ φοβερώτατος τῶν ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου βασιλέων καὶ δυναστῶν. ᾧ καὶ μάλιστα τότε Βυζάντιοι πιστεύσαντες, ἀνεδέξαντο τὸν πρὸς τοὺς Ῥοδίους καὶ Προυσίαν πόλεμον.

49 ὁ δὲ Προυσίας ἐνεκάλει μὲν πρότερον τοῖς Βυζαντίοις, ὅτι ψηφισαμένων τινὰς εἰκόνας αὐτοῦ, ταύτας οὐκ ἀνέθεσαν, ἀλλ᾽ εἰς ἐπισυρμὸν καὶ λήθην ἄγοιεν. δυσηρέστει δ᾽ αὐτοῖς καὶ ἐπὶ τῷ πᾶσαν προσενέγκασθαι φιλονεικίαν, εἰς τὸ διαλῦσαι τὴν τοῦ Ἀχαιοῦ πρὸς Ἄτταλον ἔχθραν καὶ τὸν πόλεμον· νομίζων κατὰ πολλοὺς τρόπους ἀλυσιτελῆ τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν ὑπάρχειν τὴν ἐκείνων φιλίαν. Ἠρέθιζε δ᾽ αὐτὸν καὶ τὸ δοκεῖν Βυζαντίους πρὸς μὲν Ἄτταλον εἰς τοὺς τῆς Ἀθηνᾶς ἀγῶνας τοὺς συνθύσοντας ἐξαπεσταλκέναι· πρὸς αὐτὸν δ᾽ εἰς Σωτήρια, μηδένα πεπομφέναι. Διόπερ ἐκ πάντων τούτων ὑποικουρουμένης περὶ αὐτῷ τῆς ὀργῆς, ἄσμενος ἐπελάβετο τῆς τῶν Ῥοδίων προφάσεως, καὶ συγκατατιθέμενος τοῖς πρεσβευταῖς, ἐκείνους μὲν ᾤετο δεῖν κατὰ θάλατταν πολεμεῖν· αὐτὸς δὲ κατὰ γῆν οὐκ ἐλάττω βλάπτειν ἐδόκει τοὺς ὑπεναντίους. Ὁ μὲν οὖν Ῥοδίων πρὸς Βυζαντίους πόλεμος, διὰ ταῦτα καὶ τοιαύτην ἔλαβε τὴν ἀρχήν.

50 Οἱ δὲ Βυζάντιοι τὸ μὲν πρῶτον ἐρρωμένως ἐπολέμουν, πεπεισμένοι τὸν μὲν Ἀχαιὸν σφίσι

βοηθεῖν· αὐτοὶ δὲ τὸν Τιβοίτην ἐκ τῆς Μακεδονίας ἐπαγαγόντες, αὐτῷ περιστήσειν τῷ Προυσίᾳ φόβους καὶ κινδύνους, ὃς κατὰ τὴν προειρημένην ὁρμὴν πολεμῶν, παρείλετο μὲν αὐτῶν τὸ καλούμενον ἐπὶ τοῦ στόματος Ἱερὸν, ὃ Βυζάντιοι μικροῖς ἀνώτερον χρόνοις μεγάλων ὠνησάμενοι χρημάτων ἐσφετερίσαντο διὰ τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου βουλόμενοι μηδεμίαν ἀφορμὴν μηδενὶ καταλιπεῖν μήτε κατὰ τῶν εἰς τὸν Πόντον πλεόντων ἐμπόρων, μήτε περὶ τοὺς δούλους, καὶ τὰς ἐξ αὐτῆς τῆς θαλάττης ἐργασίας. παρείλετο δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας χώραν, ἣν κατεῖχον Βυζάντιοι τῆς Μυσίας πολλοὺς ἤδη χρόνους. Οἱ δὲ Ῥόδιοι πληρώσαντες ναῦς ἕξ, ἅμα δὲ ταύταις παρὰ τῶν συμμάχων προσλαβόντες τέτταρας, καὶ ναύαρχον προχειρισάμενοι Ξενόφαντον, ἔπλεον ἐφ' Ἑλλησπόντου δέκα ναυσί. καὶ ταῖς μὲν λοιπαῖς ὁρμῶντες περὶ Σηστὸν, ἐκώλυον τοὺς πλέοντας εἰς τὸν Πόντον· μιᾷ δ' ἐκπλεύσας ὁ ναύαρχος, κατεπείραζε τῶν Βυζαντίων, εἴπως ἤδη μεταμελοῖντο καταπεπληγμένοι τὸν πόλεμον. τῶν δ' οὐ προσεχόντων, ἀπέπλευσε. καὶ παραλαβὼν τὰς λοιπὰς ναῦς, ἀπῆρε πάσαις εἰς τὴν Ῥόδον· οἱ δὲ Βυζάντιοι πρός τε τὸν Ἀχαιὸν ἔπεμπον ἀξιοῦντες βοηθεῖν, ἐπί τε τὸν Τιβοίτην ἐξαπέστελλον τοὺς ἄξοντας αὐτὸν ἐκ τῆς Μακεδονίας. ἐδόκει γὰρ οὐχ ἧττον ἡ Βιθυνῶν ἀρχὴ Τιβοίτῃ καθήκειν ἢ Προυσίᾳ, διὰ τὸ πατρὸς ἀδελφὸν αὐτὸν ὑπάρχειν τοῦ Προυσίου. Οἱ δὲ Ῥόδιοι θεωροῦντες τὴν τῶν Βυζαντίων ὑπόστασιν, πραγματικῶς διενοήθησαν πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς προθέσεως.

lum faciebant: accitoque è Macedonia Tibite, Pruſiæ quem metuebant, belli metum ac periculum viciſſim ſe allaturos ſperabant. nam Pruſias illum animi ſui impetum ſecutus de quo diximus, Byzantios bello aggreſſus, Hieron (id loci nomen) illis ademerat. quod quidem ipſi paucis ante annis magna pecuniæ vi emptum propter opportunitatem loci quæſiverant: ut omnes omnibus nocendi occaſionem eriperent, tum quod ad illos pertineret mercatores, qui in Pontum navigant, tum quod ad ſervos ſuos, aut cæterum quæſtum quem è mari faciebant. Ademit preterea iiſdem Pruſias eam Myſię partem, quam in Aſia à longo jam tempore obtinebant. Rhodii ſex navibus inſtructis, quatuor item aliis ſociorum accedentibus, decem navium claſſe, cui Xenophantum impoſuerunt, Helleſpontum petunt. ibi reliquæ in ancoris ſtantes circa Seſtum, navigationem Pontum verſus impediebant. unam navarchus abducit ad tentandos Byzantinorum animos, ecquid tanto belli apparatu territi, conſilium mutarent. qui quum rationem ejus nullam haberent, abiit; cæteriſque aſſumptis navibus Rhodum cum univerſa claſſe eſt reverſus. Byzantii interea loci & ad Achæum miſerunt, qui auxilia poſcerent; & ad Tibiten, qui ipſum è Macedonia adducerent. exiſtimabatur enim Bithynorum regnum pari jure ad Tibiten pertinere, atque ad Pruſiam, cujus ipſe patruus erat. At Rhodii ubi conſtantem hanc fiduciam Byzantiorum cernunt, ſollertem rationem excogitarunt, perficiendi

ciendi quod optabant. Animadvertentes enim hanc Byzantiorum conſtantiam circa belli negotium in eo præcipue niti, quod in Achæo ſpes locatas habebant: quum non ignorarent Achæi patrem captivum Alexandriæ detineri, cujus libertatem atque evaſionem maximi ipſe æſtimaret; conſilium inierant legationem ad Ptolemæum mittendi, qua Andromachum tradi ſibi peterent. id quod jam & antè velut dicis cauſſa fecerant: tunc vero in eam curam ſerio incubuerunt: ut hoc beneficio Achæum demeriti, obnoxium ſibi illum redderent ad omnia quę poſtularent: Ptolemæus, ubi venerunt legati, volebat ille quidem Andromachum retinere; ſperans magno illum ſibi tempore ſuo fore uſui nec dum enim ei controverſiæ quam habuerat cum Antiocho, finis erat impoſitus; & Achæus qui nuper Regem ſe declaraverat, non pauca obtinebat. Erat enim Andromachus Achæi quidem pater, Laodicæ vero frater conjugis Seleuci. verumtamen, qui tota voluntate in Rhodios inclinaret, atque omnibus rebus gratum facere illis cuperet: petitioni Rhodiorum adnuens, Andromachum ipſis tradidit, ut illum filio reſtituerent. qua re confecta, nonnullisque inſuper honoribus Achæo decretis, ſpem Byzantiis cui plurimum innitebantur, ademerunt. Sed & alia quoque res tunc incidit, parum illis opportuna: Tibites enim dum in patriam ex Macedonia reducitur, fato fungitur, & morte ſua conſilia ipſorum vehementer conturbat: ut eo caſu icti Byzantii

ὁρῶντες γὰρ τὸ συνέχον τοῖς Βυζαντίοις τῆς ὑπομονῆς τοῦ πολέμου, κείμενον ἐν ταῖς κατὰ τὸν Ἀχαιὸν ἐλπίσι, θεωροῦντες δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ἀχαιοῦ κατεχόμενον ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τὸν δ᾽ Ἀχαιὸν περὶ πλείστου ποιούμενον τὴν τοῦ πατρὸς σωτηρίαν· ἐπεβάλοντο πρεσβεύειν πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, καὶ παραιτεῖσθαι τὸν Ἀνδρόμαχον. καὶ πρότερον μὲν ἐκ παρέργου τοῦτο πεποιηκότες, τότε δ᾽ ἀληθινῶς σπουδάζοντες ὑπὲρ τοῦ πράγματος, ἵνα προσενεγκάμενοι πρὸς τὸν Ἀχαιὸν τὴν χάριν ταύτην, ὑπόχρεων αὐτὸν ποιήσωνται πρὸς πᾶν τὸ παρακαλούμενον. ὁ δὲ Πτολεμαῖος παραγενομένων τῶν πρέσβεων, ἐβούλετο μὲν παρακατέχειν τὸν Ἀνδρόμαχον, ἐλπίζων αὐτῷ χρήσεσθαι πρὸς καιρόν. διὰ τό τε πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἀκέραια μένειν αὐτῷ, καὶ τῷ τὸν Ἀχαιὸν ἀναδεδειχότα προσφάτως αὑτὸν βασιλέα, πραγμάτων εἶναι κύριον ἱκανῶν τινῶν. ἦν γὰρ Ἀνδρόμαχος, Ἀχαιοῦ μὲν πατήρ, ἀδελφὸς δὲ Λαοδίκης τῆς Σελεύκου γυναικός. οὐ μὴν ἀλλὰ προσκλίνων τοῖς Ῥοδίοις ὁ Πτολεμαῖος κατὰ τὴν ὅλην αἵρεσιν, καὶ πάντα σπουδάζων χαρίζεσθαι, συνεχώρησε καὶ παρέδωκε τὸν Ἀνδρόμαχον αὐτοῖς ἀποκομίζειν ὡς τὸν υἱόν. οἱ δ᾽ ἐπιτελεσάμενοι τοῦτο, καὶ προσεπιμετρήσαντες τὰς περὶ τὸν Ἀχαιὸν τιμάς τινας, παρείλοντο τὴν ὁλοσχερεστάτην ἐλπίδα τῶν Βυζαντίων. Συνεκύρησε δέ τι καὶ ἕτερον τοῖς Βυζαντίοις ἄτοπον· ὁ γὰρ Τιβίτης καταγόμενος ἐκ τῆς Μακεδονίας, ἔσφηλε τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν μεταλλάξας τὸν βίον. οὗ συμβάντος, οἱ μὲν Βυζάντιοι ταῖς 51

ὁρμαῖς ἀνέπεσεν· ὁ δὲ Προυσίας ἐπιῤῥωσθεὶς ταῖς πρὸς τὸν πόλεμον ἐλπίσιν, ἅμα μὲν αὐτὸς ἀπὸ τῶν κατ' Ἀσίαν μερῶν ἐπολέμει, καὶ προσέκειτο τοῖς πράγμασιν ἐνεργῶς· ἅμα δὲ τοὺς Θρᾶκας μισθωσάμενος, οὐκ εἴα τὰς πύλας ἐξιέναι τοὺς Βυζαντίους ἀπὸ τῶν κατὰ τὴν Εὐρώπην μερῶν. οἱ δὲ Βυζάντιοι τῶν τε ἐλπίδων ἐψευσμένοι, τῷ πολέμῳ πονοῦντες πανταχόθεν, ἐξαγωγὴν περιέβλεπον εὐσχήμονα τῶν πραγμάτων.

67 Παρὰ δὲ τοῖς Αἰτωλοῖς ἤδη τῶν ἀρχαιρεσιῶν καθηκόντων, στρατηγὸς ᾑρέθη Δορίμαχος· ὃς παραυτίκα τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν, καὶ τοὺς Αἰτωλοὺς ἀθροίσας μετὰ τῶν ὅπλων, ἐνέβαλεν εἰς τοὺς ἄνω τόπους τῆς Ἠπείρου, καὶ τὴν χώραν ἐδῄου, θυμικώτερον χρώμενος τῇ καταφθορᾷ· τὸ γὰρ πλεῖον οὐ τῆς σφετέρας ὠφελείας, ἀλλὰ τῆς τῶν Ἠπειρωτῶν βλάβης χάριν ἕκαστα συνετέλει. Παραγενόμενος δὲ πρὸς τὸ παρὰ Δωδώνῃ ἱερὸν, τάς τε στοὰς ἐνέπρησε, καὶ πολλὰ τῶν ἀναθημάτων διέφθειρε· κατέσκαψε δὲ καὶ τὴν ἱερὰν οἰκίαν. ὥστε μήτ' εἰρήνης ὅρον, μήτε πολέμου πρὸς Αἰτωλοὺς ὑπάρχειν· ἀλλ' ἐν ἀμφοτέροις ταῖς περιστάσεσι παρὰ τὰ κοινὰ τῶν ἀνθρώπων ἔθη καὶ νόμιμα χρῆσθαι ταῖς ἐπιβολαῖς. οὗτος μὲν οὖν ταῦτα καὶ τοιαῦτα διαπραξάμενος, ἐπανῆλθεν αὖθις εἰς τὴν οἰκίαν. Τοῦ δὲ χειμῶνος ἔτι προβαίνοντος, καὶ πάντων ἀπηλπικότων τὴν παρουσίαν τοῦ Φιλίππου διὰ τὸν καιρὸν, ἀναλαβὼν ὁ βασιλεὺς χαλκάσπιδας μὲν τρισχιλίους, πελταστὰς δὲ δισχιλίους,

Romani de capta urbe Sagunto facti certiores, legatos ad Carthaginienſes miſerunt, qui dedi ſibi Hannibalem poſcerent: ipſi interim nihilo ſegnius ad bellum ſe parabant, creatis Conſulibus Pub. Cornelio Scipione, & Tib. Sempronio. de quibus omnibus rebus quum ſigillatim libro ſuperiore dixerimus: nunc refricandæ dumtaxat memoriæ gratia, ſicut antea promiſimus, eorum meminimus: ut eo melius quæ res geſtæ in idem tempus incidant, cognoſcatur. Tum autem Olympiadis centeſimæ quadrageſimæ primus annus deſinebat. Porrò Ætoli appetente comitiorum tempore, Prætorem Dorimachum creaverunt: qui ſimulac magiſtratum iniit, juſſos convenire in armis Ætolos, in ſuperiorem Epiri partem duxit: eamque regionem omni clade belli affecit, agrorum vaſtationi animoſius indulgens: ut qui non tam compendii ſui ſtudio id faceret, quàm ut Epirotis noceret. Ad Dodonæum fanum ut venit, & porticus cremavit, & donaria multa corrupit: ipſam denique ſacram ædem funditus evertit. Quippe Ætoli neque pacis neque belli leges norunt: ſed utroque tempore contra jus gentium & omnium hominum inſtituta, quod ſemel deſtinaverunt perficiunt. ac Dorimachus quidem talibus tantiſque facinoribus admiſſis, domum ad ſuos revertit. Philippus verò adulta jam hieme, cum nemo amplius propter anni tempus de ejus reditu ſpem ullam haberet, tribus millibus eorum militum aſſumptis, qui ab æneis clypeis quos geſtant chalcaſpides dicuntur, cetratis bis

ſtratis bis mille, Cretenſibus trecentis, cum aulico ſuo equitatu quadringentorum fere equitum, Lariſſa proficiſcitur: & trajectis copiis è Theſſalia in Eubœam, inde Cynum, per Bœotiæ & Megaridis fines Corinthum circa brumam venit: ita contento & occulto itinere habito, ut ne ſuſpicio quidem ejus rei ulla Peloponneſiis ſuboleret. Corinthi portis clauſis, & diſpoſitis per vias cuſtodibus, poſtridie ejus diei Aratum ſeniorem Sicyone arceſſit: datiſque literis ad Prætorem Achæorum & urbes Achaïcas, quando & quò illos ſibi in armis vellet occurrere ſignificat. quibus rebus curatis, verſus Dioſcurium Phliaſiæ caſtra movet, ibique conſedit. Eodem illo tempore Euripidas duabus Eleorum cohortibus comitatus, cum piratis & mercede conductis, (ut ſimul omnes numerum explerent duum millium & ducentorum:) ad hæc equitibus centum, profectus Pſophide, per Phœnicen & Stymphaliam agmen ducebat: quum de Philippi expeditione nihil inaudiſſet, verum ex agro Sicyonio prædas vellet agere. Is igitur, illa ipſa nocte qua Philippus circa Dioſcurium conſederat, caſtra regia prætergreſſus, in fines Sicyoniorum mane videbatur ingreſſurus. ſed quum è Cretenſibus Philippi quidam ſignis ſuis relictis, dum inter pabulandum omnia veſtigant, in hoſtes incidiſſent; Euripidas ubi expreſſo à Cretenſibus indicio cognovit de adventu Macedonum, nulla penitus eorum quæ didicerat

καὶ Κρηταῖς τριακοσίοις, πρὸς δὲ τούτοις ἱππεῖς τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν εἰς τετρακοσίους, προῆγεν ἀπὸ Λαρίσσης· καὶ διαβιβάσας τούτους ἐκ Θετταλίας εἰς Εὔβοιαν, κἀκεῖθεν εἰς Κῦνον, ἧκε διὰ τῆς Βοιωτίας καὶ Μεγαρίδος εἰς Κόρινθον περὶ τροπὰς χειμερινάς, ἐνεργὸν καὶ λαθραίαν πεποιημένος τὴν παρουσίαν οὕτως, ὥστε μηδένα Πελοποννησίων ὑπονοῆσαι τὸ γεγονός. κλείσας δὲ τὰς πύλας τῆς Κορίνθου, καὶ διαλαβὼν τὰς ὁδοὺς φυλακαῖς, τῇ κατὰ πόδας Ἄρατον μὲν τὸν πρεσβύτερον ὡς αὑτὸν ἐκ τῆς Σικυῶνος μετεπέμπετο, γράμματά τε πρὸς τὸν στρατηγὸν τῶν Ἀχαιῶν καὶ πρὸς τὰς πόλεις ἐξαπέστελλεν· ἐν οἷς διεσάφει πότε καὶ ποῦ δέοι συναντᾶν πάντας ἐν τοῖς ὅπλοις. ταῦτα δὲ οἰκονομήσας, ἀνέζευξε. καὶ προελθὼν, κατεστρατοπέδευσε τῆς Φλιασίας περὶ τὸ Διοσκούριον.

68 Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Εὐριπίδας ἔχων Ἠλείων δύο λόχους, μετὰ τῶν πειρατῶν καὶ μισθοφόρων, ὥστ' εἶναι τοὺς πάντας εἰς δισχιλίους καὶ διακοσίους, ἅμα δὲ τούτοις ἱππεῖς ἑκατὸν, ὁρμήσας ἐκ Ψωφῖδος ἐποιεῖτο τὴν πορείαν διὰ τῆς Φοινικῆς καὶ Στυμφαλίας, οὐδὲν μὲν εἰδὼς τῶν κατὰ τὸν Φίλιππον, βουλόμενος δὲ κατασῦραι τὴν τῶν Σικυωνίων χώραν. τῆς δὲ νυκτὸς τῆς αὐτῆς ἐν ᾗ συνέβαινε στρατοπεδεύειν τὸν Φίλιππον περὶ τὸ Διοσκούριον, παρηλλαχὼς τὴν στρατοπεδείαν τοῦ βασιλέως περὶ τὴν ἑωθινὴν ἐμβάλλειν οἷός τ' ἦν εἰς τὴν Σικυωνίαν. τῶν δὲ παρὰ τοῦ Φιλίππου Κρητῶν τινὲς ἀπολελοιπότες τὰς τάξεις, καὶ διιχνεύοντες περὶ τὰς προνομὰς, ἐμπίπτουσιν εἰς τοὺς περὶ τὸν Εὐριπίδαν· οὓς ἀνακρίνας, καὶ συνεὶς τὴν παρουσίαν τῶν Μακεδόνων ὁ προειρημένος, οὐδενὶ ποιήσας φανε-

ρὶ οὐδὲν τῶν περιεστηκότων, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ἐξ ὑποστροφῆς αὖθις ἀνέλυε τὴν αὐτὴν ὁδὸν, ἐν ᾗ περ ἧκει· βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ καταλπίζων καταταχήσειν τοὺς Μακεδόνας, διεκβαλὼν τὴν Στυμφαλίαν, καὶ συνάψας ταῖς ὑπερκειμέναις δυσχωρίαις. ὁ δὲ βασιλεὺς οὐδὲν εἰδὼς τῶν περὶ τοὺς ὑπεναντίους, κατὰ δὲ τὴν αὑτοῦ πρόθεσιν ἀναζεύξας τὴν ἑωθινὴν προῆγε, κρίνων ποιεῖσθαι τὴν πορείαν παρ' αὐτὴν Στύμφαλον, ὡς ἐπὶ τὰς Καφύας. ἐνθάδε γὰρ ἐγεγράφει τοῖς Ἀχαιοῖς συναθροίζεσθαι μετὰ τῶν ὅπλων.
69 τῆς δὲ πρωτοπορείας τῶν Μακεδόνων ἐπιβαλλούσης ἐπὶ τὴν ὑπερβολὴν τὴν περὶ τὸ καλούμενον Ἀπέαυρον, ἣ πρόκειται τῆς τῶν Στυμφαλίων πόλεως περὶ δέκα στάδια, ἅμα συνεκύρησε καὶ τὴν τῶν Ἠλείων πρωτοπορείαν συμπεσεῖν ἐπὶ τὴν ὑπερβολήν. ὁ μὲν οὖν Εὐριπίδας συννοήσας τὸ γεγονὸς ἐκ τῶν προσηγγελμένων, παραλαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ τινὰς τῶν ἱππέων, καὶ διαδρὰς τὸν ἐνεστῶτα καιρὸν, ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν Ψωφῖδα ταῖς ἀνοδίαις. τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος τῶν Ἠλείων ἐγκαταλελειμμένον ὑπὸ τοῦ προεστῶτος, καὶ γεγονὸς ἐκπλαγὲς ἐπὶ τῷ συμβεβηκότι, κατὰ πορείαν ἔμενε διαπορούμενον τί δεῖ ποιεῖν, καὶ ποῖ τρέπεσθαι. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αὐτῶν οἱ προεστῶτες ὑπελάμβανον τῶν Ἀχαιῶν αὐτοῖς τινὰς συμβεβοηθηκέναι. καὶ μάλιστ' ἠπάτων αὐτοὺς οἱ χαλκάσπιδες. Μεγαλοπολίτας γὰρ εἶναι τούτους ἐδόξαζον, διὰ τὸ τοιούτοις ὅπλοις κεχρῆσθαι τοὺς προειρημένους περὶ Σελασίαν, ἐν τῷ πρὸς Κλεομένην κινδύνῳ, καθοπλίσαντος Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν. Διόπερ ἀπεχώρουν τηροῦντες τὰς τάξεις πρός τινας

ſignificatione data, cum exercitu retroceſſit, eandem qua venerat viam ingrediens; quò poſſet, (ita enim ſperabat,) Macedones antevertere, & Stymphaliam emenſus, aſpera & impedita loca quæ viæ imminent, occupare. Rex conſilii hoſtium ignarus, primo mane uti conſtituerat, itineri ſe accingit; per ipſam urbem Stymphalum Caphyas petere in animo habens. eò namque ut convenirent Achæi per literas cum ipſis egerat. Pervenerat jam exercitus Macedonici primum agmen ad eum locum unde mons qui dicitur Apeaurus aſſurgere incipit, urbi Stymphaliorum præjacens, ſtadiorum circiter decem intervallo: cum & Eleorum pariter agmen primum eidem monti appropinquare contigit. quod ubi ex iis quæ nuntiabantur ita eſſe animi conjectura intellexit Euripidas, aſſumptis aliquot equitibus, præſenti diſcrimini ſe eripiens, per invias cotes Pſophidem ſe recepit. cætera multitudo Eleorum à ductore ſuo prodita, novitate rei ſtupens, gradum ſiſtere, & quid conſilii caperet, quo ſe verteret, hærere. Nam initio arbitrabantur qui inter cæteros eminebant, quoſdam Achæorum pro ferenda ope congregatos in unum accurriſſe. In primis autem in errorem eos inducebant qui æneos clypeos geſtabant. Megalopolitanos enim eos eſſe arbitrabantur: quoniam in pugna cum Cleomene ad Selaſiam pugnata, eo genere armorum uſi fuerant Megalopolitani: quum ita eos Antigonus in uſum præſentis prælii armaſſet.

Itaque

Itaque ſervatis ordinibus ad proximos colles ſuccedebant, nondum ſpe ſalutis amiſſa. Ubi vero Macedones ulterius pergendo, propius ad illos acceſſerunt: cognito quod res erat, abjicere omnes arma, & in pedes ſe conjicere. Capti ſunt ad mille & ducentos: reliqua turba partim à Macedonibus cæſa eſt, partim inter abrupta montium periit. evaſerunt non amplius centum. Philippus ſpoliis & captivis Corinthum amandatis, pergit deſtinata exequi. Ea victoria Peloponneſiis omnibus mira res eſt viſa. ſimul enim & veniſſe & viciſſe regem audiebant. Itinere dein facto per Arcadiam, poſtquam nives multas atque ærumnas in ſuperando Ligyrgo monte pertuliſſet, tertio demum die Caphyas pervenit. ubi poſt refectum bidui ſpatio exercitum, aſſumpto juniore Arato, cum iis copiis Achæorum, quas ille tum paratas habuit, ita ut fierent omnes ad decem millia, per Clitoriam Pſophidem duxit: ex omnibus urbibus per quas tranſibat, tela & ſcalas congerens. Pſophis oppidum eſt, quod omnes fatentur, antiquum, eorum Arcadum, qui Azanidem habent. ſitum eſt, ſi univerſam ſpectes Peloponneſum, in ipſius meditullio: ſi Arcadiam, in occiduis ejus partibus, quà ultimos occidentem verſus Achæorum fines contingit. ditioni Eleorũ, quibuſcum erant tunc Pſophidiis omnia jura conſociata, opportune imminet. Ad hanc quum è Caphyis Philippus tertiis caſtris perveniſſet, in grumis quibuſdam conſedit, qui è regione urbis, naturâ excellunt:

ὑπερδεξίους τόπους, οὐκ ἀπελπίζοντες τὴν σωτηρίαν· ἅμα δὲ τῷ προϊέναι τοὺς Μακεδόνας συνεγγὺς γενέσθαι, λαβόντες ἔννοιαν τοῦ κατ᾽ ἀλήθειαν ὄντος, πάντες ὥρμησαν πρὸς φυγὴν ῥίψαντες τὰ ὅπλα. ζωγρείᾳ μὲν οὖν ἑάλωσαν αὐτοῦ περὶ χιλίους καὶ διακοσίους· τὸ δὲ λοιπὸν διεφθάρη πλῆθος, τὸ μὲν ὑπὸ τῶν Μακεδόνων, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν κρημνῶν. διέφυγον δ᾽ οὐ πλείους τῶν ἑκατόν. ὁ δὲ Φίλιππος τά τε σκῦλα καὶ τοὺς αἰχμαλώτους εἰς Κόρινθον ἀποπέμψας, εἴχετο τῶν προκειμένων. Τοῖς δὲ Πελοποννησίοις πᾶσι παράδοξον ἐφάνη τὸ γεγονός· 70
ἅμα γὰρ ἤκουον τὴν παρουσίαν, καὶ τὴν νίκην τοῦ βασιλέως. Ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τῆς Ἀρκαδίας, καὶ πολλὰς ἀναδεξάμενος χιόνας καὶ ταλαιπωρίας ἐν ταῖς περὶ τὸ Λίγυργον ὑπερβολαῖς, τῇ τρίτῃ τῶν ἡμερῶν κατῆρε νύκτωρ εἰς Καφύας. θεραπεύσας δὲ τὴν δύναμιν ἐπὶ δύ᾽ ἡμέρας ἐνταῦθα, καὶ προσαναλαβὼν Ἄρατον τὸν νεώτερον, καὶ τοὺς ἅμα τούτῳ συνηθροισμένους τῶν Ἀχαιῶν, ὡς εἶναι τὴν ὅλην δύναμιν εἰς τοὺς μυρίους, προῆγε διὰ τῆς Κλειτορίας ὡς ἐπὶ Ψωφῖδος· συναθροίζων ἐκ τῶν πόλεων ὧν διεπορεύετο βέλη καὶ κλίμακας. ἡ δὲ Ψωφὶς, ἔστι μὲν ὁμολογούμενον καὶ παλαιὸν Ἀρκάδων κτίσμα τῆς Ἀζανίδος. κεῖται δὲ τῆς μὲν συμπάσης Πελοποννήσου κατὰ τὴν μεσόγαιαν· αὐτῆς δὲ τῆς Ἀρκαδίας, ἐπὶ τοῖς πρὸς δυσμὰς πέρασι, συναπτούσης τοῖς περὶ τὰς ἐσχατιὰς κατοικοῦσι τῶν προσεσπερίων Ἀχαιῶν. ἐπίκειται δ᾽ εὐφυῶς τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ, μεθ᾽ ὧν συνέβαινε τότε πολιτεύεσθαι αὐτήν. Πρὸς ἣν Φίλιππος τριταῖος ἐκ τῶν Καφυῶν διανύσας, κατεστρατοπέδευσε περὶ τοὺς ἀπέναντι τῆς πόλεως ὑπερκειμένους βουνούς·

ἀφ᾽ ὧν

ἀφ᾽ ὧν ἦν κατοπτεύειν τήν τε πόλιν ὅλην ἀσφαλῶς, καὶ τοὺς πέριξ αὐτῆς τόπους. συνθεωρῶν δὲ τὴν ὀχυρότητα τῆς Ψωφῖδος ὁ βασιλεὺς, ἠπορεῖτο τί χρὴ ποιεῖν. τῆς γὰρ ἀφ᾽ ἑσπέρας πλευρᾶς αὐτῆς καταφέρεται λάβρως χειμάῤῥους ποταμὸς, ὃς κατὰ τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ χειμῶνος ἄβατός ἐστι· ποιεῖ δὲ καὶ παντάπασιν ἐχυρὰν καὶ δυσπρόσοδον τὴν πόλιν διὰ τὸ μέγεθος τοῦ κοιλώματος, ὃ κατὰ βραχὺ τῷ χρόνῳ κατείργασται, φερόμενος ἐξ ὑπερδεξίων τόπων. παρὰ δὲ τὴν ἀπ᾽ ἠοῦς πλευρὰν, ἔχει τὸν Ερύμανθον, μέγαν καὶ λάβρον ποταμόν· ὑπὲρ οὗ πολὺς καὶ πολλῶν τεθρύλληται λόγος. τοῦ δὲ χειμάῤῥου προσπίπτοντος πρὸς τὸν Ερύμανθον ὑπὸ τὸ πρὸς μεσημβρίαν μέρος τῆς πόλεως, συμβαίνει τὰς μὲν τρεῖς ἐπιφανείας αὐτῆς ὑπὸ τῶν ποταμῶν περιλαμβανομένας, ἀσφαλίζεσθαι τὸν προειρημένον τρόπον. τῇ δὲ λοιπῇ τῇ πρὸς ἄρκτον βουνὸς ἐρυμνὸς ἐπίκειται τετειχισμένος, ἄκρας εὐφυοῦς καὶ πραγματικῆς λαμβάνων τάξιν. ἔχει δὲ καὶ τείχη διαφέροντα τῷ μεγέθει καὶ ταῖς κατασκευαῖς. πρὸς δὲ τούτοις βοήθειαν συνέβαινε παρὰ τῶν Ηλείων εἰσπεπτωκέναι· καὶ Ευριπίδαν ἐκ τῆς φυγῆς διασεσωσμένον ὑπάρχειν ἐν αὐτῇ. ταῦτ᾽
71 οὖν πάντα συνορῶν καὶ λογιζόμενος ὁ Φίλιππος, τὰ μὲν ἀφίστατο τοῖς λογισμοῖς τοῦ βιάζεσθαι καὶ πολιορκεῖν τὴν πόλιν· τὰ δὲ προθύμως εἶχε, τὴν εὐκαιρίαν ὁρῶν τοῦ τόπου. καθ᾽ ὅσον γὰρ ἐπέκειτο τοῖς Αχαιοῖς τότε καὶ τοῖς Αρκάσι, καὶ πολεμητήριον ὑπῆρχε τῆς Ηλείας ἀσφαλὲς, κατὰ τοσοῦτο πάλιν κρατηθὲν, ἔμελλε τῶν μὲν Αρκάδων

unde tum urbs ipſa, tum circumjacentia loca commode & ſine periculo poterant conſpici. heic Rex loci firmitatem animadvertens, quid opus eſſet facto anxius hærere. Ab occaſu enim Pſophidis magno impetu torrens fertur, qui per maximam hiemis partem vado tranſiri non poteſt: quique propter alvei magnitudinem, quem progreſſu temporis paullatim excavavit, de ſuperiore loco ruens, urbem egregie munitam & aditu difficilem præſtat. qua orienti eſt obverſa fluvium magnum & precipitem habet Erymanthum: de quo multi multa dixerunt, quæ ſunt in ore vulgi. quum autem in amnem Erymanthum torrens ille ſe exoneret ab ea parte, quæ ad meridiem vergit: accidit, ut tria oppidi latera à fluuiis circundata eam, quam diximus, firmitudinem inde nanciſcantur. reliquo lateri quod ſeptentriones reſpicit, collis egregiè munitus imminet, arcis locum obtinens & ingenio loci, & ſollerte induſtria adverſus vim comparatæ. habet præterea etiam mœnia, quà magnitudine, quà opere eximia. accedebat eò præſidium ab Eleis inductum; & Euripidæ præſentia, qui à clade evaſerat quæ omnia Philippus conſiderans ac ſecum reputans, modò abſtinendum à vi, & obſidione apud ſe ſtatuebat: modò in contrariam ſententiam propendebat, opportunitatem loci cogitans. qui ut infeſtus eo tempore Achæis & Arcadibus imminebat, eratque Eleis pro firmo propugnaculo & arce belli; ſic ubi foret captus, munimentum

Arcadibus

Arcadibus erat futurus hoſti objectum, & ſociis, adverſus Eleos bellantibus, receptaculum opportunum. Igitur poſtquam eò ſententia inclinaſſet, imperat Rex Macedonibus, ut prima luce pranſi, & cæteris rebus parati adſint. deinde trajecto ponte qui erat impoſitus Erymantho, nemine impediente, quia nihil ejuſmodi poſſe fieri in mentem cuiquam venerat; ad ipſam urbem magna molitione & cum terribili ſpecie acceſſit. Tum enimvero ſtupere mirabundus Euripidas, & quicumque in urbe erant; ut quibus eſſet perſuaſum, non auſuros hoſtes, neque ad capiendam coronâ urbem adeo munitam, vim experiri: neque diuturniorem obſidionem propter anni tempus, & aſperitatem hiemis inſtituere. ſimul cum hiſce cogitationibus diffidere ſibi invicem incipiebant, metu, ne forte per aliquos, qui forent intra muros, proditionem loci Philippus eſſet molitus. deinde quum nihil ejuſmodi animadverterent à quoquam tentari, ad defenſionem urbis converſi, muros plerique aſcendunt. mercenarii vero Eleorum, per quandam portam, quæ in ſuperiore oppidi parte erat, ut ex inſidiis hoſtem adoriantur, egrediuntur. Rex certos homines ordinaverat, qui à tribus partibus ſcalas admoverent; eodemque modo cæteros quoque Macedones erat partitus: deinde per tubicines dato omnibus ſigno, ſimul undique urbem invadit. principio fortiter repugnare oppidani; multoſq; de ſcalis dejicere: verum ubi tela & cætera defenſioni neceſſaria deficere cepe-

προκεῖσθαι, κατὰ δὲ τῶν Ἠλείων ὁρμητήριον ὑπάρξειν τοῖς συμμάχοις δυνάμενον. Διόπερ ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ὁρμήσας τῇ γνώμῃ, παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσιν ἅμα τῷ φωτὶ πᾶσιν ἀριστοποιεῖσθαι, καὶ διεσκευασμένους ἑτοίμους ὑπάρχειν. μετὰ δὲ ταῦτα διαβὰς τὴν κατὰ τὸν Ἐρύμανθον γέφυραν, οὐδενὸς ἐμποδὼν στάντος διὰ τὸ παράδοξον τῆς ἐπιβολῆς, ἧκε πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν ἐνεργῶς καὶ καταπληκτικῶς. οἱ δὲ κατὰ τὸν Εὐριπίδαν, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν πόλιν διηπόρουν ἐπὶ τοῖς συμβαίνουσι, τῷ πεπεῖσθαι μήτ' ἂν ἐξ ἐφόδου τολμῆσαι τοὺς πολεμίους προσβαλεῖν καὶ βιάζεσθαι πρὸς οὕτως ὀχυρὰν πόλιν· μήτε χρόνιον ἂν συστήσασθαι πολιορκίαν διὰ τὴν τοῦ καιροῦ περίστασιν. ἅμα δὲ ταῦτα λογιζόμενοι, διηπόρουν ἀλλήλοις δεδιότες, μὴ πρᾶξιν ὁ Φίλιππος εἴη διὰ τῶν ἔνδον συνεσταμένος κατὰ τῆς πόλεως. ἐπεὶ δ' οὐδὲν ἑώρων τοιοῦτον ἐξ αὐτῶν γινόμενον, ὥρμησαν οἱ μὲν πλείους ἐπὶ τὰ τείχη βοηθήσοντες· οἱ δὲ μισθοφόροι τῶν Ἠλείων κατά τινα πύλην ὑπερδέξιον ἐξῆλθον, ὡς ἐπιθησόμενοι τοῖς πολεμίοις. ὁ δὲ βασιλεὺς διατάξας κατὰ τρεῖς τόπους τοὺς προσοίσοντας τῷ τείχει τὰς κλίμακας, καὶ τούτοις ὁμοίως μερίσας τοὺς ἄλλους Μακεδόνας· μετὰ ταῦτα διὰ τῶν σαλπιγκτῶν ἀποδοὺς ἑκάστοις τὸ σύνθημα, πανταχόθεν ἅμα τὴν προσβολὴν ἐποιεῖτο τοῖς τείχεσι. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἠμύνοντο γενναίως οἱ κατέχοντες τὴν πόλιν, καὶ πολλοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων ἀπέρριπτον. ἐπεὶ δ' ἥ τε χορηγία τῶν βελῶν καὶ τῶν ἄλλων τῶν πρὸς τὴν χρείαν

ἐπιτηδείων ἐνέλιπεν, ὡς ἂν ἐκ τοῦ καιροῦ τῆς παρασκευῆς γεγενημένης οἵ τε Μακεδόνες οὐ κατεπλήττοντο τὸ γινόμενον· ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν τοῦ ῥιφέντος ἀπὸ τῶν κλιμάκων χώραν ὁ κατόπιν ἀμελλήτως ἐπέβαινε. τέλος οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως τραπέντες, ἔφυγον πάντες πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. τῶν δὲ παρὰ τοῦ βασιλέως οἱ μὲν Μακεδόνες ἐπέβησαν τοῦ τείχους· οἱ δὲ Κρῆτες πρὸς τοὺς κατὰ τὴν ὑπερδέξιον πύλην ἐξελθόντας τῶν μισθοφόρων συμμίξαντες, ἠνάγκασαν αὐτοὺς οὐδενὶ κόσμῳ ῥίψαντας τὰ ὅπλα φεύγειν. οἷς ἐπικείμενοι καὶ προσφέροντες τὰς χεῖρας, συνεισέπεσον διὰ τῆς πύλης, ἐξ οὗ συνέβη πανταχόθεν ἅμα καταληφθῆναι τὴν πόλιν· οἱ μὲν οὖν Ψωφίδιοι μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἀπεχώρησαν εἰς τὴν ἄκραν· ἅμα δὲ τούτοις οἱ περὶ τὸν Εὐριπίδαν· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ λοιπὸν
72 πλῆθος τῶν διασωζομένων. οἱ δὲ Μακεδόνες εἰσπεσόντες, τὴν μὲν ἐνδυμενίαν ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν παραχρῆμα διήρπασαν· μετὰ δὲ ταῦτα τὰς οἰκίας ἐπισκηνώσαντες, κατεῖχον τὴν πόλιν. οἱ δὲ συμπεφευγότες εἰς τὴν ἀκρόπολιν, οὐδεμιᾶς σφίσι παρασκευῆς ὑπαρχούσης προορώμενοι τὸ μέλλον, ἔγνωσαν ἐγχειρίζειν σφᾶς αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ. πέμψαντες οὖν κήρυκα πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ λαβόντες συγχώρημα περὶ πρεσβείας, ἐξαπέστειλαν τοὺς ἄρχοντας, καὶ μετὰ τούτων Εὐριπίδαν. οἱ καὶ ποιησάμενοι σπονδὰς, ἔλαβον τὴν ἀσφάλειαν τοῖς συμπεφευγόσιν ὁμοῦ ξένοις καὶ πολίταις. οὗτοι μὲν οὖν αὖθις ἐπανῆλθον ὅθεν ὥρμησαν, ἔχοντες παράγγελμα μένειν κατὰ χώρας, ἕως

runt, (quippe ad hanc dumtaxat neceſſitatem repente proviſa;) & Macedonas virtus obſeſſorum nihil terrebat; ſed ut quiſque erat dejectus è ſcalis, proximus ſine cunctatione in detruſi locum ſuccedebat: tandem obſeſſi terga vertunt, & in arcem omnes confugiunt. è regiis, Macedones muros invadunt: Cretenſes cum iis mercenariis congreſſi, qui per ſuperiorem portam exierant, fugam, nullo pudore projectis armis, capeſſere illos cogunt. atque hos iſti dum perſequuntur, & terga fugientibus cædunt, per portam unâ cum ipſis irrumpunt: ita factum, ut ex omnibus partibus in poteſtatem hoſtium urbs veniret. Pſophidii cum liberis & conjugibus in arcem ſeſe recipiunt. facit idem & Euripidas, cæteràque omnis turba quæ evadebat. Macedones ſimul irruperant, omnem ex ædibus ſupellectilem diripere: deinde in civium domicilia immigrantes, urbem tenere. qui in arcem confugerant, quid immineret ſibi mali proſpicientes, quia nulla intus ſuppetebat annonæ copia, Philippo ſeſe dedere conſtituerunt. itaque impetrata à Rege per caduceatorem legationis venia, civitatis principes, & unâ cum his Euripidam mittunt. qui pactione facta, omnibus qui in arcem evaſerant, cum peregrinis cum civibus, impunitatem impetrarunt. verùm hi legati unde venerant redierunt; accepto mandato, ne prius loco excederent, quàm exercitus oppido eſſet eductus: ne forte milites invenirentur,

dicto Regis parum obtemperantes, qui ſuis ipſos fortunis ſpoliarent. Rex ſuperveniente nive, dies aliquot eo loci coactus eſt morari. Quo quidem tempore univerſis qui aderant Achæis in unum coactis, primò de natura loci munitiſſimi, & ad præſens bellum maxime opportuni, apud eos diſſeruit: tum de ſuo affectu & benevolentia erga ipſorum gentem verba fecit. poſtremo adjecit, Nunc quoque cedere ſe ultro Achæis hac urbe, eamque illis donare: propoſitum enim ſibi eſſe, quibus poſſet cunque modis illis gratificari; & ad declarandum ſuum ſtudium nihil reliqui facere. quumque ipſi & Aratus & cætera multitudo pro hiſce beneficiis gratias agerent, Rex concione dimiſſa, Laſionem cum exercitu iter inſtituit. Pſophidii poſtquam ex arce deſcendiſſent, & urbem, & domos quiſque ſuas receperunt. Euripidas Corinthum, atque inde in Ætoliam ſe contulit. Arci præfectus eſt à magiſtratibus Achæorum qui forte aderant, Proſlaus Sicyonius cum idoneo præſidio; urbi verò Pythias Pellenenſis. Et ad Pſophidem quidem quod attinet, ita tranſacta ſunt omnia. Præſidium Eleorum quod Laſione erat, cognito Macedonum adventu, iiſque auditis quæ Pſophide contigerant, urbem ſine mora deſerit: quam ſimul venit, primo impetu Rex occupat. & quò teſtatiorem animum ſuum erga gentem Achæorum faceret, hanc etiam urbem illis tradidit. ſimiliter & Stratum ab Eleis derelictam, Telphuſſiis reſtituit. quibus

ἂν ἡ δύναμις ἀναζεύξῃ· μή τινες ἀπειθήσαντες τῶν στρατιωτῶν, διαρπάσωσιν αὐτούς. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐπιγενομένης χιόνος, ἠναγκάσθη μένειν ἐπὶ τόπου τινὰς ἡμέρας. ἐν αἷς συναγαγὼν τοὺς παρόντας τῶν Ἀχαιῶν, πρῶτον μὲν τὴν ὀχυρότητα καὶ τὴν εὐκαιρίαν ἐπεδείκνυε τῆς πόλεως πρὸς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον. ἀπελογίσατο δὲ καὶ τὴν αἵρεσιν καὶ τὴν εὔνοιαν, ἣν ἔχει πρὸς τὸ ἔθνος· ἐπὶ δὲ πᾶσιν ἔφη, καὶ νῦν παραχωρεῖν καὶ διδόναι τοῖς Ἀχαιοῖς τὴν πόλιν· προκεῖσθαι γὰρ αὐτῷ τὰ δυνατὰ χαρίζεσθαι, καὶ μηδὲν ἐλλείπειν προθυμίας. ἐφ᾽ οἷς εὐχαριστούντων αὐτῷ τῶν τε περὶ τὸν Ἄρατον, καὶ τῶν πολλῶν, διαλύσας τὴν ἐκκλησίαν, ὁ μὲν Φίλιππος μετὰ τῆς δυνάμεως ἀναζεύξας, ἐπὶ Λασιῶνος ἐποιεῖτο τὴν πορείαν. οἱ δὲ Ψωφίδιοι καταβάντες ἐκ τῆς ἄκρας, ἐκομίσαντο τὴν πόλιν καὶ τὰς οἰκήσεις ἕκαστοι τὰς αὑτῶν, οἱ δὲ περὶ τὸν Εὐριπίδαν, ἀπῆλθον εἰς τὴν Κόρινθον, κἀκεῖθεν εἰς Αἰτωλίαν. τῶν δ᾽ Ἀχαϊκῶν ἀρχόντων οἱ παρόντες ἐπὶ μὲν τὴν ἄκραν ἐπέστησαν μετὰ φυλακῆς ἱκανῆς Πρόσλαον Σικυώνιον· ἐπὶ δὲ τὴν πόλιν Πυθίαν Πελληνέα. καὶ τὰ μὲν περὶ Ψωφῖδα, τοῦτον ἀπετελέσθη τὸν τρόπον. Οἱ δὲ παραφυλάσσοντες τὸν Λασιῶνα τῶν Ἠλείων, συνιέντες τὴν παρουσίαν τῶν Μακεδόνων, πεπυσμένοι δὲ καὶ τὰ γεγονότα περὶ τὴν Ψωφῖδα, παραχρῆμα τὴν πόλιν ἐξέλιπον. 73 ὁ δὲ βασιλεὺς ὡς θᾶττον ἧκε, ταύτην μὲν ἐξ ἐφόδου παρέλαβε· συναύξων δὲ τὴν πρόθεσιν ἣν εἶχε πρὸς τὸ ἔθνος, παρέδωκε καὶ τὸν Λασιῶνα τοῖς Ἀχαιοῖς. ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Στρατὸν ἐκλιπόντων τῶν Ἠλείων, ἀποκατέστησε τοῖς Τελ-

φουσίοις. ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἧκε πεμπταῖος εἰς Ὀλυμπίαν. θύσας δὲ τῷ θεῷ, καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἑστιάσας, ἅμα δὲ καὶ τὴν λοιπὴν προσαναπαύσας δύναμιν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, μετὰ ταῦτα πάλιν ἀνέζευξε. καὶ προσελθὼν εἰς τὴν Ηλείαν, τὰς μὲν προνομὰς ἐπαφῆκε κατὰ τῆς χώρας· αὐτὸς δὲ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸ καλούμενον Αρτεμίσιον. προσδεξάμενος δ᾽ ἐνταῦθα τὴν λείαν, μετέβη πάλιν ἐπὶ τὸ Διοσκούριον. δηουμένης δὲ τῆς χώρας, πολὺ μὲν ἦν τὸ τῶν ἁλισκομένων πλῆθος, ἔτι δὲ πλέον τὸ συμφεῦγον εἰς τὰς παρακειμένας κώμας καὶ τοὺς ἐρυμνοὺς τῶν τόπων. Συμβαίνει γὰρ τὴν τῶν Ηλείων χώραν διαφερόντως οἰκεῖσθαι, καὶ γέμειν σωμάτων καὶ κατασκευῆς παρὰ τὴν ἄλλην Πελοπόννησον. ἔνιοι γὰρ αὐτῶν οὕτω στέργουσι τὸν ἐπὶ τῶν ἀγρῶν βίον, ὥστε τινὰς ἐπὶ δύο καὶ τρεῖς γενεὰς ἔχοντας ἱκανὰς οὐσίας, μὴ παραβεβηκέναι τὸ παράπαν εἰς Ηλείαν. τοῦτο δὲ γίνεται, διὰ τὸ μεγάλην ποιεῖσθαι σπουδὴν καὶ πρόνοιαν τοὺς πολιτευομένους τῶν ἐπὶ τῆς χώρας κατοικούντων· ἵνα τό τε δίκαιον αὐτοῖς ἐπὶ τόπου διεξάγηται, καὶ τῶν πρὸς βιωτικὰς χρείας μηδὲν ἐλλείπῃ. δοκοῦσι δέ μοι πάντα ταῦτα, καὶ διὰ τὸ πλῆθος μὲν τῆς χώρας τὸ παλαιὸν ἐπινοῆσαι καὶ νομοθετῆσαι· τὸ δὲ πλεῖστον, διὰ τὸν ὑπάρχοντά ποτε παρ᾽ αὐτοῖς βίον ἱερόν· ὅτε λαβόντες παρὰ τῶν Ελλήνων συγχώρημα διὰ τὸν ἀγῶνα τῶν Ολυμπίων, ἱερὰν καὶ ἀπόρθητον ᾤκουν τὴν Ηλείαν, ἄπειροι παντὸς ὄντες δεινοῦ, καὶ πάσης πολεμικῆς περιστάσεως.
74 μετὰ δὲ ταῦτα διὰ τὴν Αρκάδων ἀμφισβήτησιν περὶ Λα-

rebus geſtis, quintis caſtris Olympiam pervenit. ubi quum ſacra deo feciſſet, duces exercitus convivio excepiſſet, cæteramque turbam militarem tridui quiete refeciſſet, vaſis conclamatis in Eleorum regionem eſt profectus. ad quorum agrum devaſtandum milite immiſſo, ipſe circa Artemiſium quod vocant caſtra communivit: & poſt convectam eò prædam, Dioſcurium iterum repetit. Porrò autem dum paſſim uruntur agri, etſi capti ſunt multi, major tamen pars in proximos vicos & loca munita evaſerunt. Eleorum namque ager præ cæteris omnibus Peloponneſi frequens habitatoribus, & mancipiorum numero & rerum omnium copia eſt refertiſſimus. adeo enim nonnulli eorum ruſticam vitam adamant, ut reperiantur ſic ſatis divites, qui per alteram aut tertiam generationem urbem Elidem omnino non adierint. Fit autem hoc ideo, quia principes civitatis magna cura & ſtudio agricolas complectuntur. adeo ut & jus ipſis ruri dicatur, & neceſſariorum ad vitam nihil quicquam deſit. Ejuſmodi autem legibus atque inſtitutis uſi mihi jam olim videntur, primo quidem, propter laxum agri modum: deinde autem, & multo quidem iſtud magis propter vitam ſacroſanctam, quę antiquitus apud illos agebatur: quando univerſa conſentiente & concedente Græcia ob ludicrum Olympiorum, omni periculo exempti, omniſque belli expertes Eleam incolæ ſacram & nulli populationi obnoxiam habitabant. Poſtea vero, Arcadibus Laſionem

ſionem & Piſatidem ſibi vindicantibus, quum pugnare pro finibus fuiſſent coacti, & genus vitę ac priora inſtituta mutare: ut veteris atque avitę immunitatis jus a Græcis reciperent, ne minimæ quidem illis fuit curæ: ſed in eodem deinceps ſtatu manſerunt. non recte, ut equidem arbitror, ſuæ & ſuorum ſecuritati in poſterum conſulentes. Quum enim res ſit, quam à diis concedi nobis omnes petimus; cujus deſiderio nihil non perferimus; quamque ex omnibus quę bona exiſtimantur, ſolam nemo ambigat vere eſſe bonam; pacem dico: hanc ſi qui bonis honeſtiſque rationibus a Græcis impetrare certam firmamque in omne tempus poſſint, deinde beneficium tantum negligant, & aliud quid potius ducant, quis dubitet in magno iſtos errore verſari? At enimvero dicet aliquis, per genus iſtud vitæ eorum expoſiti ſunt injuriis, qui bello ipſos laceſſere & fidem violare voluerint. Sed hoc & rarò accidit, & ſi quando contingat, ſubveniri malo communibus Græcorum auxiliis poteſt. Ad defendendas autem minores injurias, poſtquam congeſtæ forent opes, quod in perpetua pace degentibus facile utique futurum erat, non defuiſſent milites peregrini & mercede conducti, qui certis locis aut temporibus præſidio ipſis eſſent. Nunc dum id metuunt, quod vix aliquando, ſi forte, præter omnium opinionem accidit: perpetuis bellis & populationibus quà agrum, quà fortunas ſuas habent obnoxias. Quæ dicta nobis ſunto ut ſuæ Eleos utilitatis admoneremus: quum præſertim ad recuperandum jus immunitatis

πῶνος καὶ τῆς Πισάτιδος γῆς ἀμφισβητοῦντες ἐπαμύνειν τῇ χώρᾳ, καὶ μεταβάλλειν τὰς ἀγωγὰς τῶν βίων, οὐκ ἔτι περὶ τοῦ πάλιν ἀνακτήσασθαι παρὰ τῶν Ἑλλήνων τὴν παλαιὰν καὶ πάτριον ἀσυλίαν, οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν ἐπιμέλειαν ἔσχον· ἀλλ' ἔμειναν ἐπὶ τῶν αὐτῶν οὐκ ὀρθῶς κατά γε τὴν ἐμὴν περὶ τοῦ μέλλοντος ποιούμενοι πρόνοιαν. Εἰ γὰρ ἧς πάντες εὐχόμεθα τοῖς θεοῖς τυχεῖν, καὶ πᾶν ὑπομένομεν ἱμείροντες αὐτῆς μετασχεῖν, καὶ μόνον τοῦτο τῶν νομιζομένων ἀγαθῶν ἀναμφισβήτητόν ἐστι παρ' ἀνθρώποις, λέγω δὲ τὴν εἰρήνην· ταύτην δυνάμενοί τινες μετὰ τοῦ δικαίου καὶ καθήκοντος παρὰ τῶν Ἑλλήνων εἰς πάντα τὸν χρόνον ἀδήριτον κτᾶσθαι παρολιγωροῦσι, ἢ προὐργιαίτερόν τι ποιοῦνται τούτου, πῶς οὐκ ἂν ὁμολογουμένως ἀγνοεῖν δόξαιμεν; νὴ Δί' ἀλλ' ἴσως εὐεπίθετοι τοῖς πολεμεῖν καὶ παρασπονδεῖν προθεμένοις, ἐκ τῆς τοιαύτης ἀγωγῆς γίνονται τῶν βίων. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν σπάνιον· κἄν ποτε γένηται, δυνάμενον κοινῆς ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων τυγχάνειν ἐπικουρίας. πρὸς δὲ τὰς κατὰ μέρος ἀδικίας, ὑπογινομένης τοῖς βίοις χορηγίας, ὅπερ εἰκὸς ὑπάρξειν πάντα χρόνον ἐν εἰρήνῃ διάγουσι, δῆλον ὡς οὐκ ἂν ἠπόρησαν ξένων καὶ μισθοφόρων, τῶν κατὰ τόπους ἢ καιροὺς παρεφεδρευόντων· Νῦν δὲ τὸ σπάνιον καὶ παράδοξον δεδιότες, ἐν συνεχέσι πολέμοις καὶ καταφθοραῖς, τήν τε χώραν ἔχουσι καὶ τοὺς βίους. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν τῆς Ἠλείων ὑπομνήσεως εἰρήσθω χάριν· ἐπειδὴ τὰ τῶν καιρῶν, οὔτε ποτὲ πρότερον εὐ-

φυσικωτέραν διάθεσιν ἔσχηκε τῆς νῦν
παρὰ πάντων ὁμολογουμένης κτή-
σασθαι τὴν ἀσυλίαν. τὴν δὲ χώ-
ραν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον,
ἔτι τῆς παλαιᾶς συνηθείας οἷον
αἰθυγμάτων ἐμμενόντων, οἰκοῦσι
διαφερόντως οἱ λαοί. Διὸ καὶ κατὰ
75 τὴν Φιλίππου παρουσίαν, ἄπλετον
μὲν ἦν τὸ τῶν ἁλισκομένων πλῆθος,
ἔτι δὲ πλεῖον τὸ τῶν συμπεφευγότων.
Πλείστη δ' ἀποσκευὴ, καὶ πλεῖστος
ὄχλος ἠθροίσθη σωμάτων καὶ θρεμ-
μάτων εἰς τὸ χωρίον ὃ καλοῦσι Θα-
λάμας· διὰ τὸ τήν τε χώραν τὴν πέ-
ριξ αὐτοῦ στενὴν εἶναι καὶ δυσέμβολον,
τό, τε χωρίον ἀπραγμάτευτον καὶ
δυσπρόσοδον. ἀκούων δ' ὁ βασι-
λεὺς τὸ πλῆθος τῶν συμπεφευγότων
εἰς τὸν προειρημένον τόπον, καὶ κρί-
νας μηδὲν ἀβασάνιστον, μηδ' ἀπέ-
ραντον ἀπολιπεῖν, τοῖς μὲν μισθοφό-
ροις προκατελάβετο τοὺς ἐπὶ τῆς
εἰσβολῆς εὐφυῶς κειμένους τόπους·
αὐτὸς δὲ τὴν ἀποσκευὴν καταλιπὼν
ἐν τῷ χάρακι, καὶ τὸ πλεῖον μέρος τῆς
δυνάμεως, ἀναλαβὼν τοὺς πελτα-
στὰς καὶ εὐζώνους, προῆγε διὰ τῶν στε-
νῶν· οὐδενὸς δὲ κωλύοντος, ἧκε πρὸς
τὸ χωρίον. καταπλαγέντων δὲ τῶν
συμπεφευγότων τὴν ἔφοδον, ἅτε
λίαν πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν χρεί-
αν ἀπείρως καὶ ἀπαρασκεύως δια-
κειμένων, ἅμα δὲ καὶ συνδεδραμη-
κότες ὄχλου συρφετώδους· τα-
χέως παρέδοσαν αὐτούς. ἐν οἷς
ἦσαν καὶ μισθοφόροι διακόσιοι μι-
γάδες, οὓς ἧκεν ἔχων Ἀμφιδάμας ὁ
στρατηγὸς τῶν Ἠλείων. ὁ δὲ Φίλιπ-
πος κυριεύσας ἀποσκευῆς τε πολ-
λῆς καὶ σωμάτων πλειόνων ἢ πεντα-
κισχιλίων, πρὸς δὲ τούτοις τῆς τετρά-
ποδος λείας ἀναρίθμητον ἐξελα-

nullum unquam tempus fuerit opportunius præſenti rerum ſtatu; in quo omnes acquieſcunt. Sane etiam nunc, quod ante dicebamus, velut ſcintilla adhuc aliqua priſtinæ conſuetudinis ſuperante, lubentius quàm fiat alibi, vitam in agris Elei colunt. Iccirco cum Philippus advenit, & eorum qui paſſim capiebantur ingens fuit numerus; & eorum qui intra muros confugiebant, adhuc major. Plurima cum ſupellex, plurima corporum pecorumq; copia in caſtello quod Thalamas vocant, fuit coacta: tum quod in anguſta regione & quam facile adire hoſtis non queat id eſt ſitum: tum quod locus ipſe à commercio hominum eſt remotus atq; inacceſſus. Rex ut reſcivit de ingenti illorum numero qui eò confugerant; nihil intentatum aut imperfectum ſibi judicans eſſe relinquendum, omnia primum opportuna ad inducendum exercitum loca, per conductitium militem occupat: deinde impedimentis cum magna copiarum parte in caſtris relictis, cetratos & expeditos dumtaxat ſecum trahens, ipſe per fauces illas agmen ducit. & nemine impediente venit ad caſtellum. qua re miſeri illi perterriti, ut qui prorſus rei militaris eſſent rudes, & ab omnibus bello neceſſariis imparati; ſimul quia multi è plebis fæce eodem concurrerant, deditionem cito fecerunt. Erant inter hos & mercenarii ducenti, turba promiſcua, quos Amphidamas dux Eleorum ſecum adduxerat, Philippus ſupellectile potitus immenſa, mancipiorum quinque millibus, & amplius; ad hæc præda pecorum ab-

rum abacta, quæ omnem numerum ſuperabat; tunc quidem ad caſtra ſe recepit: poſtea verò, quod haberet exercitum ſarcinis, quæ erant omne genus bonis refertæ, gravem, & ad res gerendas inutilem, referre pedem coactus, Olympiam iterum caſtra movit. Inter alios ab Antigono tutores puero Philippo relictos Apelles erat, qui ea tempeſtate apud Regem gratia plurimum pollebat. Hic quum in animum induxiſſet Achæorum gentem ad eam redigere conditionem, qua Theſſali tunc erant, rem auſus eſt nefariam. Theſſali namque, etſi legibus ſuis videbantur uti, longeque alio jure eſſe quàm Macedones: nihil tamen ab illis differebant, erantque iiſdem obnoxii quibus & Macedones, & quidquid aulæ proceres imperarent, faciebant. huic igitur propoſito ſua omnia conſilia accommodans hic Apelles, experiri patientiam eorum, qui erant in caſtris, inſtituit. Jam primum Macedonibus permiſit, ut Achæos, qui diverſoria occupaſſent, ejicerent hoſpitiis: ſimiliter & partam prædam ut iis eriperent. poſt hæc per miniſtros quamlibet levi ex cauſſa eos cædebat. Si quis verò aut querenti de injuria patrocinaretur, aut cum flagris cæderentur, opem ferret, ipſemet in vincula eos ducebat: perſuaſus, ſe hoc pacto paullatim progrediendo, & nemine animadvertente, in eam conſuetudinem Achæos adducturum, ut nihil penitus grave cuiquam videretur, quod Rex in aliquem ſtatuiſſet. & hoc ſperare auſus eſt ille, qui non multis ante annis in Antigoni caſtris verſans, viderat Achæos, quidvis mali paratos perpeti,

σώματα πλῆθος, τότε μὲν ἐπανῆλθε πρὸς χάρακα· μετὰ δὲ ταῦτα τῆς δυνάμεως ὑπεργεμούσης αὐτῷ παντοδαποῦς ὠφελείας, βαρὺς ὢν, καὶ δύσχρηστος ἀνεχώρει διὰ ταῦτα, καὶ κατέζευξε πάλιν εἰς τὴν Ὀλυμπίαν. Ἀπελλῆς δὲ, ὃς ἦν μὲν εἷς 76
τῶν ὑπ' Ἀντιγόνου καταλειφθέντων ἐπιτρόπων τοῦ παιδὸς, πλεῖστον δὲ ἐτύγχανε τότε δυνάμενος παρὰ τῷ βασιλεῖ, βουληθεὶς τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος διαγαγεῖν εἰς παραπλησίαν διάθεσιν τῇ Θετταλῶν, ἐπεβάλετο πρᾶγμα ποιεῖν μοχθηρόν. Θετταλοὶ μὲν γὰρ ἐδόκουν μὲν κατὰ νόμους πολιτεύειν, καὶ πολὺ διαφέρειν Μακεδόνων· διέφερον δ' οὐδὲν, ἀλλὰ πᾶν ὁμοίως ἔπασχον Μακεδόσι, καὶ πᾶν ἐποίουν τὸ προσταττόμενον τοῖς βασιλικοῖς. διὸ καὶ πρὸς ταύτην ἁρμοζόμενος τὴν ὑπόθεσιν ὁ προειρημένος, ἐπεβάλετο καταπειράζειν τῶν συστρατευομένων. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐπέτρεψε τοῖς Μακεδόσιν ἐκβάλλειν ἐκ τῶν σταθμῶν ἀεὶ, τοὺς προκατέχοντας τῶν Ἀχαιῶν καταλύσεις· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λείαν ἀφαιρεῖσθαι. μετὰ δὲ ταῦτα τὰς χεῖρας προσέφερε διὰ τῶν ὑπηρετῶν ἐπὶ ταῖς τυχούσαις αἰτίαις. τοὺς δὲ συναγανακτοῦντας, ἢ προσβοηθοῦντας τοῖς μαστιγουμένοις, παρὼν αὐτὸς εἰς τὴν ἅλυσιν ἀπῆγε· πεπεισμένος, διὰ τοῦ τοιούτου τρόπου, τῷ κατὰ βραχὺ λήσειν εἰς συνήθειαν ἀγαγὼν, τοῦ μηδένα μηδὲν ἡγεῖσθαι δεινὸν ὅ ποτ' ἂν πάσχῃ τις ὑπὸ τοῦ βασιλέως. καὶ ταῦτα μικροῖς χρόνοις πρότερον μετ' Ἀντιγόνου συνεστρατευμένος καὶ τεθεαμένος τοὺς Ἀχαιοὺς, ὅτι παντὸς δεινοῦ λαβεῖν πεῖραν ὑπέμειναν, ἐφ' ᾧ μὴ

ποιεῖν Κλεομένει τὸ προσταττόμενον. Οὐ μὴν ἀλλὰ συστραφέντων τινῶν Ἀχαϊκῶν νεανίσκων, καὶ προσελθόντων τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, καὶ διασαφούντων τὴν Ἀπελλοῦ βούλησιν ἧκον ἐπὶ τὸν Φίλιππον οἱ περὶ τὸν Ἄρατον, κρίναντες ἐν ἀρχαῖς περὶ τῶν τοιούτων ἐνίστασθαι, καὶ μὴ καταμέλλειν. ἐντυχόντων δ' αὐτῶν τῷ βασιλεῖ περὶ τούτων, διακούσας ὁ Φίλιππος τὰ γεγονότα· τοὺς μὲν νεανίσκους παρεκάλει θαρρεῖν, ὡς οὐδενὸς αὐτοῖς ἔτι συμβησομένου τοιούτου· τῷ δ' Ἀπελλῇ παρήγγειλε, μηδὲν ἐπιτάττειν τοῖς Ἀχαιοῖς, χωρὶς τῆς τοῦ στρατηγοῦ γνώμης.
77 Φίλιππος μὲν οὖν κατά τε τὴν ὁμιλίαν τὴν πρὸς τοὺς ἐν ὑπαίθροις συνδιατρίβοντας, καὶ κατὰ τὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς πρᾶξιν καὶ τόλμαν, οὐ μόνον παρὰ τοῖς στρατευομένοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς λοιποῖς πᾶσι Πελοποννησίοις εὐδοκίμει. Βασιλέα γὰρ πλείοσιν ἀφορμαῖς ἐκ φύσεως κεχορηγημένον πρὸς πραγμάτων κατάκτησιν, οὐκ εὐμαρὲς εὑρεῖν· καὶ γὰρ ἀγχίνοια καὶ μνήμη, καὶ χάρις ἐπῆν αὐτῷ διαφέρουσα· πρὸς δὲ τούτοις, ἐπίφασις βασιλικὴ καὶ δύναμις· τὸ δὲ μέγιστον, πρᾶξις καὶ τόλμα πολεμική. Καὶ τί δή ποτ' ἦν τὸ ταῦτα πάντα καταγωνισάμενον, καὶ ποιῆσαν ἐκ βασιλέως εὐφυοῦς τύραννον ἄγριον, οὐκ εὐχερὲς διὰ βραχέων δηλῶσαι. διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων σκέπτεσθαι καὶ διαπορεῖν ἄλλος ἁρμόσει καιρὸς, μᾶλλον τοῦ νῦν ἐνεστῶτος. Ὁ δὲ Φίλιππος ἐκ τῆς Ὀλυμπίας ἀναζεύξας τὴν ἐπὶ Φαραίαν, παρῆν εἰς Τέλφουσαν, κἀκεῖθεν εἰς Ἡραίαν. καὶ τὴν μὲν λείαν ἐλαφυροπώλει· τὴν δὲ γέφυραν ἐπεσκεύαζε τὴν κατὰ τὸν Ἀλφειὸν

modò ne ea facere, quæ imperaret Cleomenes, cogerentur. Sed quum juvenes quidam Achaïci, manu facta Aratum conveniſſent eique Apellis conſilium aperviſſent: ad Philippum adit Aratus, orienti malo reſiſtere fixum animo habens, neque cunctari. Ex hujus igitur colloquio, ubi Philippus quæ acciderant cognovit, juvenes quidem bono ut eſſent animo jubet; nihil enim ſimile deinceps fore illis patiendum: Apelli vero pręcipit, ne quid poſthac Achęis Prętore ipſorum inconſulto imperaret. Philippus itaque cum propter inſtituta, quibus erga expeditionis ſocios in caſtris utebatur; tum propter ſingularem in re bellica navitatem atque audaciam, non ſolum apud caſtrenſem multitudinem, verum etiam apud reliquos omnes Peloponneſios bene audiebat. Enimvero non eſt facile regem invenire, majoribus à natura dotibus ad parandum imperium neceſſariis ornatum; nam & ſollertia mentis, & memoria, & venuſtate eximia præſtabat: accedebat eò vultus ſpecieſque regia & quædam majeſtas: ſupra omnia erat navitas & audacia bellica. Quid autem illud fuerit, quod omnia hæc expugnavit, & præſtantis ingenii Regem in ferum tyrannum mutavit, non eſt facile paucis exſequi. itaque iſta conſiderandi & inveſtigandæ cauſæ erit alius convenientior, quàm hic nunc ſit, locus. Philippus caſtra movet ab Olympia Pharæam verſus, & mox Telphuſſam venit: inde Heræam; ubi præda divendita, pontem Alphei inſtauravit; facturus

facturus per illum in Tryphaliam impreſſionem. Eodem etiam tempore Dorimachus Ætolorum Prætor, petentibus Eleis auxilia adverſus eos, qui ipſorum agros urebant, Ætolos ſexcentos duce Phylida eis miſit. qui ubi in Eleam venit, aſſumptis Eleorum mercenariis ad quingentos, è civilibus copiis mille militibus, & ſimul Tarentinis, ſuppetias venit Tryphaliam. Ea regio nomen invenit à Tryphalo ex Arcadia puero. ſita eſt in maritima Peloponneſi parte, inter Eleorum & Meſſeniorum fines, ſpectatque mare Libycum, in extremo Achaïæ quod ad hibernum occaſum vergit. Urbes regionis hujus ſunt, Samicum, Lepreum, Hypana, Typanæa, Pyrgus, Æpyum, Bolax, Styllagium, Phrixa. has quum paucis ante annis Elei ditionis ſuæ feciſſent, urbem quoque Alipheræorum adjecerunt, quæ ab initio Arcadiæ attribuebatur: adjecere & Megalopolim, Alliada Megalopolitano tempore tyrannidis ſuæ tradente in permutatione propter privatas quaſdam cauſſas ab eo cum Eleis inſtituta. Phylidas, miſſis Lepreum Eleis, mercenariis Alipheram; ipſe cum ſuis Ætolis quid Rex pararet ſollicitus exſpectabat. Philippus impedimentis depoſitis liber, & Alphei ponte trajecto, (is amnis urbem ipſam Heræorum alluit) Alipheram venit. Impoſita eſt urbs iſta colli ab omni parte prærupto: ad quem aſcenditur per ſtadia amplius decem. arcem habet in ipſo

βουλόμενος ταύτῃ ποιήσασθαι τὴν εἰς Τρυφαλίαν εἰσβολήν. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς, δεομένων τῶν Ἠλείων σφίσι βοηθεῖν πορθουμένοις, ἑξακοσίους Αἰτωλοὺς καὶ στρατηγὸν Φυλίδαν αὐτοῖς ἐξέπεμψεν. ὃς παραγενόμενος εἰς τὴν Ἠλείαν, καὶ παραλαβὼν τοὺς μισθοφόρους τῶν Ἠλείων ὄντας εἰς πεντακοσίους καὶ πολιτικοὺς χιλίους, ἅμα δὲ τούτοις τοὺς Ταραντίνους, ἧκε βοηθῶν εἰς τὴν Τρυφαλίαν· ἣ τὴν μὲν προσηγορίας τέτευχε ταύτης ἀπὸ Τρυφάλου τοῦ τῶν Ἀρκάδων παιδός· κεῖται δὲ τῆς Πελοποννήσου παρὰ θάλατταν, μεταξὺ τῆς Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων χώρας. τέτραπται δὲ εἰς τὸ Λιβυκὸν πέλαγος, ἐσχατεύουσα τῆς Ἀχαΐας ὡς πρὸς χειμερινὰς δύσεις. ἔχει δ' ἐν αὐτῇ πόλεις ταύτας, Σαμικὸν, Λέπρεον, Ὑπάναν, Τυπαναίαν, Πύργον, Αἰπυὸν, Βώλακα, Στυλλάγιον, Φρίξαν. ὧν ὀλίγοις χρόνοις πρότερον ἐπικρατήσαντες Ἠλεῖοι, προσελάβοντο καὶ τὴν τῶν Ἀλιφειρέων πόλιν οὖσαν ἐξ ἀρχῆς Ἀρκαδίας· καὶ Μεγαλόπολιν, Ἀλλιάδου τοῦ Μεγαλοπολίτου κατὰ τὴν τυραννίδα πρός τινας ἰδίας πράξεις ἀλλαγὴν δόντος τοῖς Ἠλείοις. πλὴν ὅγε Φυλίδας τοὺς μὲν Ἠλείους εἰς Λέπρεον, τοὺς δὲ μισθοφόρους εἰς Ἀλίφειραν ἀποστείλας· αὐτὸς δὲ τοὺς Αἰτωλοὺς ἔχων ἐν Τυπανίαις, ἐκαραδόκει τὸ συμβησόμενον. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀποθέμενος τὴν ἀποσκευὴν, καὶ 78
διαβὰς τῇ γεφύρᾳ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν, ὃς ῥεῖ παρ' αὐτὴν τὴν τῶν Ἡραιέων πόλιν, ἧκε πρὸς Ἀλίφειραν· ἣ κεῖται μὲν ἐπὶ λόφου κρημνώδους πανταχόθεν, ἔχοντος πλεῖον ἢ δέκα σταδίων πρόσβασιν· ἔχει δ' ἄκραν ἐν

αὐτῇ τῇ κορυφῇ τοῦ σύμπαντος λόφου, καὶ χαλκοῦν Ἀθηνᾶς ἀνδριάντα, κάλλει καὶ μεγέθει διαφέροντα. οὗ τὴν μὲν αἰτίαν ἀπὸ ποίας προθέσεως ἢ χορηγίας ἔλαβε τὴν ἀρχὴν τῆς κατασκευῆς, ἀμφισβητεῖσθαι συμβαίνει καὶ παρὰ τοῖς ἐγχωρίοις· οὔτε γὰρ πόθεν, οὔτε τίς ἀνέθηκεν, εὑρίσκεται τρανῶς. τό μέν τοι γε τῆς τέχνης ἀποτέλεσμα συμφωνεῖται παρὰ πᾶσι, ὅτι τῶν μεγαλοπρεπεστάτων καὶ τεχνικωτάτων ἔργων ἐστίν Ἑκατοδώρου καὶ Σωστράτου κατεσκευακότων. Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπιγενομένης ἡμέρας αἰθρίου καὶ λαμπρᾶς, διατάξας ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν ὁ βασιλεὺς κατὰ πλείους τόπους, τούς τε τὰς κλίμακας φέροντας, καὶ τὰς τῶν μισθοφόρων ἐφεδρείας περὶ τούτων· ἐπὶ δὲ τοῖς προειρημένοις τοὺς Μακεδόνας διῃρημένους κατόπιν ἑκάστοις ἐπιστήσας, ἅμα τῷ τὸν ἥλιον ἐπιβάλλειν πᾶσι προσέταξε προσβαίνειν πρὸς τὸν λόφον. ποιούντων δὲ τὸ παραγγελθὲν ἐκθύμως καὶ καταπληκτικῶς τῶν Μακεδόνων, συνέβαινε τοὺς Ἀλιφειρεῖς πρὸς τούτους ὁρμᾶν ἀεὶ καὶ συντρέχειν τοὺς τόπους, οἷς μάλιστα τοὺς Μακεδόνας ἑώρων προσπελάζοντας. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἔχων τοὺς ἐπιτηδειοτάτους, διά τινων κρημνῶν ἔλαθε πρὸς τὸ τῆς ἄκρας προάστειον ἀναβάς. ἀποτεθέντος δὲ τοῦ συνθήματος, πάντες ἅμα προσερείσαντες τὰς κλίμακας, κατεπείραζον τῆς πόλεως. Πρῶτος μὲν οὖν ὁ βασιλεὺς κατέσχε τὸ προάστειον τῆς ἄκρας ἔρημον καταλαβών. τούτου δ' ἐμπιπραμένου, προϊδόμενοι τὸ μέλλον οἱ τοῖς τείχεσιν ἐπαμύνοντες, καὶ περιδεεῖς γενόμενοι μὴ τῆς ἄκρας προκαταληφθείσης, στερηθῶσι καὶ τῆς τελευταίας ἐλπίδος, ὥρμησαν

vertice collis totius, & æream Minervæ ſtatuam, ſpecie atque magnitudine præſtantem. Cauſſam ejus poſitæ, quorſum, & cujus ſumptibus initio confecta fuerit, ipſi quoque indigenæ parum norunt: neque enim ſatis explorato conſtat, qua ex cauſſa, aut a quo fuerit dedicata. de artificibus ex quorum officina prodiit, conſentiunt omnes: Hecatodori nempe & Soſtrati opus eſſe, inter magnificentiſſima & exquiſitiſſimæ artis, quæ ſint ab iis facta. Cæterum Philippus ſub auroram ſereno quodam die & claro, diſpoſitis per varia loca qui ſcalas geſtarent, præmiſſiſque mercenariis qui præſidio ipſis forent; ad hæc Macedonum manu ſeparatim ſingulos eorum ſequi juſſa, ſimul cum exoriente Sole omnibus imperat, ut colli ſuccedant. quod quum Macedones animoſe & formidabiliter exſequerentur, accidit, ut Alipherenſes ad ea potiſſimum loca facto concurſu ſe conferrent, ad quæ plurimos Macedonas videbant accedere. at Philippus per idem tempus cum lecto milite ex cohortibus, in arcis ſuburbium nemine animadvertente per quædam præcipitia & abrupta loca aſcendit. tum autem dato ſigno, ſimul omnes ſcalas admovere, & urbem conari invadere. Primus omnium Rex ipſe ſuburbium arcis, quod nudatum præſidio invenerat, tenuit. eo incenſo, qui pro muris pugnabant, ubi ignem vident, imminens malum proſpicientes, & metuentes ne occupata arce ultimam illam ſpem amitte-

amitterent; impetu mœnia deſerunt, & in arcem confugiunt. quo facto, ilicet Macedones & muris & urbe potiri. Poſt hæc qui in arce erant legationem ad Philippum mittere: & fide ab eo accepta de ſua ſalute, ex pacto deditionem faciunt. Quibus rebus geſtis, paſſim conſternati metu omnes totâ Tryphaliâ, de ſua & patriæ ſuæ ſalute conſultabant. Phylidas vero Typaneis deſertis, nonnullis etiam ſociorum direptis, Lepreum conceſſit. Hoc enim præmium ea tempeſtate ſocii Ætolorum referre ſoliti; ut non ſolum neceſſariis maxime temporibus manifeſtè ab illis derelinquerentur: ſed etiam, direpti aut proditi, ea paterentur à ſociis Ætolis, quæ victis ab hoſte victore ſunt exſpectanda. Typaneatæ urbem Philippo tradiderunt: ſecutique ſunt eorum exemplum Hypanæ cives & habitatores. cum quidem etiam Phialenſes de iis quæ in Tryphalia acciderant facti certiores, ſocietatem Ætolorum averſati animis, aream ubi Polemarchorum Curia erat, ſive ſtatio, vi armata occupant. Ætoli vero piratę qui ad prędam faciendam ex agro Meſſeniaco Phialæ morabantur; quum principio, movendi ſe & tentandi aliquid adverſus Phialenſes animum præ ſe tuliſſent: mox ubi conſpirare omnes cives ad vim arcendam ſenſerunt, incepto deſtitere: ac deinde accepta fide cum omnibus ſarcinis ſuis urbe exceſſerunt. Phialenſes oratoribus, ad Philippum miſſis, ſeque & ſuam illi urbem tradunt. Dum hæc

ἀπολιπόντες τὰ τείχη φεύγειν πρὸς τὴν ἀκρόπολιν. οἱ δὲ Μακεδόνες γενομένου τούτου, παραχρῆμα καὶ τῶν τειχῶν καὶ τῆς πόλεως ἐκυρίευσαν. μετὰ δὲ ταῦτα διαπρεσβευσαμένων τῶν ἐκ τῆς ἄκρας πρὸς τὸν Φίλιππον, δοὺς τὴν ἀσφάλειαν, παρέλαβε καὶ ταύτην καθ' ὁμολογίαν. συντελεσθέντων δὲ τούτων, 79
καταπλαγεῖς γενόμενοι πάντες οἱ κατὰ τὴν Τρυφαλίαν, ἐβουλεύοντο περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν ἰδίων πατρίδων. ὁ δὲ Φυλίδας ἐκλιπὼν τὰς Τυπανέας, προσδιαρπάσας ἐνίας τῶν οἰκείων, ἀπεχώρησεν εἰς τὸ Λέπρεον. Ταῦτα γὰρ ἐπίχειρα τότε τοῖς Αἰτωλῶν ἐγίνετο συμμάχοις, τὸ μὴ μόνον ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις καιροῖς ἐγκαταλείπεσθαι προφανῶς, ἀλλὰ καὶ διαρπαγέντας ἢ προδοθέντας τούτοις περιπίπτειν ὑπὸ τῶν συμμάχων, ἃ τοῖς κρατηθεῖσιν ὑπὸ τῶν πολεμίων ὀφείλεται πάσχειν. οἱ δὲ Τυπανεᾶται παρέδοσαν τῷ Φιλίππῳ τὴν πόλιν. τούτοις δὲ τὸ παραπλήσιον ἐποίησαν οἱ τὴν Ὑπάναν κατοικοῦντες. ἅμα δὲ τούτοις Φιαλεῖς ἀκούοντες τὰ περὶ τὴν Τρυφαλίαν, καὶ δυσαρεστούμενοι τῇ τῶν Αἰτωλῶν συμμαχίᾳ, κατέλαβον μετὰ τῶν ὅπλων, τὸν περὶ τὸ Πολεμάρχειον τόπον. οἱ δὲ τῶν Αἰτωλῶν πειραταὶ διατρίβοντες ἐν αὐτῇ τῇ πόλει, διὰ τὰς ἐκ τῆς Μεσσηνίας ὠφελείας, τὰ μὲν πρῶτον οἷοί τ' ἦσαν ἐγχειρεῖν καὶ κατατολμᾶν τῶν Φιαλέων· ὁρῶντες δὲ τοὺς πολίτας ὁμοθυμαδὸν ἀθροιζομένους πρὸς τὴν βοήθειαν, ἀπέστησαν τῆς ἐπιβολῆς. σπεισάμενοι δὲ, καὶ λαβόντες τὰς αὐτῶν ἀποσκευὰς, ἀπῆλθον ἐκ τῆς πόλεως· οἱ δὲ Φιαλεῖς διαπρεσβευσάμενοι πρὸς τὸν Φίλιππον, ἐνεχείρισαν σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν πόλιν.

80 τὴν πόλιν. ἐπὶ δὲ τούτων πραττομένων οἱ Λεπρεᾶται καταλαβόμενοι τόπον τινὰ τῆς πόλεως, ἠξίουν ἐκχωρεῖν τῆς ἄκρας καὶ τῆς πόλεως τοὺς Ἠλείους, καὶ τοὺς Αἰτωλούς, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς παρὰ Λακεδαιμονίων· ἧκε γὰρ καὶ παρ' ἐκείνων αὐτοῖς βοήθεια. τὸ μὲν οὖν πρῶτον οἱ περὶ τὸν Φυλίδαν οὐ προσεῖχον, ἀλλ' ἔμενον ὡς καταπληξόμενοι τοὺς ἐν τῇ πόλει. τοῦ δὲ βασιλέως εἰς μὲν τὴν Φιαλίαν Ταυρίωνα μετὰ στρατιωτῶν ἐξαποστείλαντος, αὐτοῦ δὲ προάγοντος εἰς τὸ Λέπρεον, καὶ συνεγγίζοντος ἤδη τῇ πόλει· συνιέντες οἱ περὶ τὸν Φυλίδαν, ἐταπεινώθησαν. οἱ δὲ Λεπρεᾶται προσερρώσθησαν ταῖς ὁρμαῖς. καλὸν γὰρ δὴ τοῦτο Λεπρεᾶται ἔργον πέπρακται, τὸ χιλίων μὲν ἔνδον ὄντων Ἠλείων, χιλίων δὲ σὺν τοῖς πειραταῖς Αἰτωλῶν, πεντακοσίων δὲ μισθοφόρων, διακοσίων δὲ Λακεδαιμονίων· πρὸς δὲ τούτοις, τῆς ἄκρας κατεχομένης· ὅμως ἀντιποιήσασθαι τῆς ἑαυτῶν πατρίδος, καὶ μὴ προέσθαι τὰς σφετέρας ἐλπίδας. ὁ δὲ Φυλίδας ὁρῶν τοὺς Λεπρεάτας ἀνδρωδῶς ὑφισταμένους, καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐγγίζοντας, ἐξεχώρησε τῆς πόλεως, ἅμα τοῖς Ἠλείοις, καὶ τοῖς παρὰ τῶν Λακεδαιμονίων. οἱ μὲν οὖν παρὰ τῶν Σπαρτιατῶν Κρῆτες διὰ τῆς Μεσσηνίας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθον. οἱ δὲ περὶ τὸν Φυλίδαν ἐποιοῦντο τὴν ἀπόλυσιν ὡς ἐπὶ τὸ Σαμικόν· τὸ δὲ τῶν Λεπρεατῶν πλῆθος ἐγκρατὲς γεγονὸς τῆς πατρίδος, ἐξαπέστελλε πρεσβευτάς, ἐγχειρίζοντες τῷ Φιλίππῳ τὴν πόλιν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούσας τὰ γεγονότα, τὴν μὲν λοιπὴν δύναμιν εἰς τὸ Λέπρεον ἀπέστελλε. τοὺς δὲ πελταστὰς καὶ τοὺς εὐζώνους, ἀναλαβὼν ἡγεῖτο, συνάψαι σπεύδων τοῖς περὶ τὸν Φυλίδαν· καταλαβὼν δέ,

agebantur, Lepreatę parte urbis ſuę occupata, ut arce & oppido exeant Elei atque Ætoli poſtulant: itemque illi quos Lacedæmonii, auxilii cauſſa iſtis ſubmiſerant. nihil principio hic motus Phylidam turbavit: neque eo ſegnius in tenenda urbe perſtitit, tanquam oppidanis terrorem injecturus. ubi verò Philippus Taurionem cum præſidio militum Phialiam miſit; atque ipſe Lepreum verſus itinere ſuſcepto, appropinquare urbi jam cepit; Phylidas re cognita, animum deſpondere: Lepreatæ contra eo nuntio confirmati, animoſiores fieri. Pręclarum enimvero Lepreatarum hoc facinus extitit: quod in urbe ipſorum quum eſſent Elei mille, mercenarii quingenti, Lacedæmonii ducenti; ad hæc in hoſtium poteſtate quum arx eſſet; de patria tamen liberanda cogitare ſunt auſi, neque propriam ſalutem ignaviâ prodiderunt. Phylidas ubi animoſe & fortiter reſiſtere ſibi Lepreatas videt, urbe cum Eleis, & qui Lacedæmone venerant, excedit. ac Cretenſes quidem, quos Spartiatæ miſerant, per Meſſeniam in patriam redierunt, Phylidas verò Samicum ſe recepit: Lepreatæ poſt recuperatam patriam, decreta ad Macedonem legatione, urbem ſuam Philippo in poteſtatem tradunt. Rex nuntio ejus rei accepto, reliquas copias Lepreum proficiſci jubet: ipſe cum cetratis & expeditis ire pergit, habens in animo prælium cum Phylida committere: quem conſecutus, impedimentis

quidem

quidem omnibus & præda potitur: at Phylidas ſumma celeritate uſus, Samicum prius quam caperetur irrupit. Rex ante Samicum poſitis caſtris, & reliquo exercitu qui Leprei erat, accito, ſpeciem oppidanis præbebat, quaſi urbem obſidere vellet. Itaque Ætoli & Elei, quibus ad tolerandam obſidionem præter manus ſuas nihil proviſum uſquam erat, inopinato malo perterriti, de impunitate ſua mentionem fecerunt apud Philippum: quo concedente ut cum armis exirent, in Eleam ſeſe receperunt. Rex ſine mora Samico potitur. deinde ad ipſum accedentibus cum infulis etiam aliis populis, accepit in fidem Phrixam, Styllagium, Epium, Bolacem, Pyrgum, Epitalium. Secundum hæc Lepreum repetit, ſex dierum ſpatio univerſa Tryphalia in poteſtatem redacta. Deinde ubi apud Lepreatas ea diſſerviſſet quæ res & tempus monebant, inducto in arcem præſidio, vaſis conclamatis Heræam caſtra movet; relicto in Tryphalia Ladico Acarnane, cui rerum omnium curam commiſit. Heræam ut ventum, cæteram quidem prædam inter omnes diviſit: impedimentis vero exercitus acceptis, ex Heræa Megalopolin media hieme contendit. Dum in Tryphalia hęc à Philippo geruntur, Chilo Lacedæmonius exiſtimans regnum ad ſe prętogativa generis pertinere, animoque ferens iniquo ſpretum ſe ab Ephoris, quando regnum Lycurgo potius quam ſibi detulerant; ad res novandas animũ appulit.

τῆς μὲν ἀποσκευῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο πάσης· οἱ δὲ περὶ τὸν Φυλίδαν κατέφυγον εἰς τὸ Σαμικὸν παραπεσόντες. περιστρατοπεδεύσας δὲ τὸ χωρίον, καὶ τὴν λοιπὴν ἐπισπασάμενος ἐκ τοῦ Λεπρέου δύναμιν, ἔμφασιν ἐποίει τοῖς ἔνδον ὡς πολιορκήσων τὸ χωρίον. Οἱ δ' Αἰτωλοὶ μετὰ τῶν Ἠλείων οὐδὲν ἔχοντες ἕτοιμον πρὸς πολιορκίαν πλὴν χειρῶν, καταπλαγέντες τὴν περίστασιν ἐλάλουν περὶ ἀσφαλείας πρὸς τὸν Φίλιππον· λαβόντες δὲ συγχώρημα, μετὰ τῶν ὅπλων ποιήσασθαι τὴν ἀπόλυσιν, οὗτοι μὲν ὥρμησαν εἰς τὴν Ἠλείαν. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοῦ μὲν Σαμικοῦ παραυτίκα κύριος ἐγένετο. μετὰ δὲ ταῦτα παραγενομένων πρὸς αὐτὸν, καὶ τῶν ἄλλων μεθ' ἱκετηρίας, παρέλαβε Φρίξαν, Στυλλάγιον, Ἐπεῖον, Βώλακα, Πύργον, Ἐπιτάλιον. Ταῦτα δὲ διαπραξάμενος, ἐπανῆλθε πάλιν εἰς τὸ Λέπρεον, πᾶσαν ὑφ' ἑαυτὸν ποιησάμενος τὴν Τρυφαλίαν, ἐν ἡμέραις ἕξ. παρακαλέσας δὲ τοὺς Λεπρεάτας τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ, καὶ φυλακὴν εἰσαγαγὼν εἰς τὴν ἄκραν, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐφ' Ἡραίας· ἀπολιπὼν ἐπιμελητὴν τῆς Τρυφαλίας Λαδικὸν τὸν Ἀκαρνᾶνα. παραγενόμενος δ' εἰς τὴν προειρημένην πόλιν, τὴν μὲν λείαν διένειμε πᾶσι· τὴν δ' ἀποσκευὴν ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἡραίας, ἦλθε μέσου χειμῶνος εἰς Μεγάλην πόλιν.
Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Φίλιπ- 81
πος ἔπραττε τὰ κατὰ τὴν Τρυφαλίαν, ὁ Χίλων Λακεδαιμόνιος ὑπολαμβάνων αὐτῷ καθήκειν κατὰ γένος τὴν βασιλείαν, καὶ βαρέως φέρων τὴν γεγενημένην ὑπεροψίαν περὶ αὐτὸν ἐκ τῶν Ἐφόρων ἐν τῇ κατὰ τὸν Λυκοῦργον κρίσει περὶ τῆς βασιλείας, κινεῖν ἐπεβάλετο τὰ καθεστῶτα.

νομίσας

νομίσας δὲ εἰ τὴν ὁδὸν τὴν αὐτὴν ἔλθοι Κλεομένει, καὶ τοῖς πολλοῖς ὑποδείξαι τὴν ἐλπίδα τῆς κληρουχίας καὶ τῶν ἀναδασμῶν, ταχέως ἐπακολουθήσειν αὐτῷ τὸ πλῆθος, ὥρμησε πρὸς τὴν πρᾶξιν. συμφρονήσας δὲ περὶ τούτων πρὸς τοὺς φίλους, καὶ λαβὼν τοὺς κοινωνοὺς τῆς τόλμης εἰς διακοσίους τὸ πλῆθος, ἐγένετο πρὸς τὸ συντελεῖν τὴν ἐπίνοιαν. θεωρῶν δὲ μέγιστον ἐμπόδιον ὑπάρχειν αὐτῷ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τὸν Λυκοῦργον καὶ τοὺς Ἐφόρους τοὺς περιθέντας ἐκείνῳ τὴν βασιλείαν, ὥρμησε πρῶτον ἐπὶ τούτους. τοὺς μὲν οὖν Ἐφόρους δειπνοῦντας καταλαβὼν, πάντας αὐτοὺς κατέσφαξε, τῆς τύχης τὴν ἁρμόζουσαν αὐτοῖς ἐπιθείσης δίκην. καὶ γὰρ ὑφ' οὗ καὶ ὑπὲρ οὗ ταῦτ' ἔπαθον, δικαίως αὐτοὺς ἄν τις φήσειε πεπονθέναι. ὁ δὲ Χίλων τὰ κατὰ τούτους συντελεσάμενος παρῆν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Λυκούργου· καὶ κατέλαβε μὲν ἔνδον, οὐ μὴν ἠδυνήθη γ' ἐγκρατὴς αὐτοῦ γενέσθαι. διὰ γάρ τινων φίλων καὶ γειτόνων ἐκκλαπεὶς καὶ διαδρὰς, ἔλαθεν αὐτόν. οὗτος μὲν οὖν ἀνεχώρησε ταῖς ἀνοδίαις, εἰς τὴν ἐν τῇ Τριπόλει προσαγορευομένην Πελλήνην. Ὁ δὲ Χίλων ἀπεσφαλμένος τοῦ κυριωτάτου πρὸς τὴν ἐπιβολὴν, ἀθύμως διέκειτο· πράττειν δ' ὅμως ἠναγκάζετο τὸ συνεχές. Διόπερ εἰς τὴν ἀγορὰν εἰσβαλὼν, τοῖς μὲν ἐχθροῖς προσέφερε τὰς χεῖρας, τοὺς δ' οἰκείους καὶ φίλους παρεκάλει, τοῖς δὲ λοιποῖς ὑπεδείκνυε τὰς ἄρτι ῥηθείσας ἐλπίδας· οὐδενὸς δὲ προσέχοντος αὐτῷ, τἀναντία δὲ συστρεφομένων ἐπ' αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων, συννοήσας τὸ γινόμενον, ἀπεχώρει

& qui perſuaſum haberet, ſi exemplo Cleomenis & aliorum multorum, ſpem populo oſtenderet novæ diviſionis agrorum & ſortitionis inſtaurandæ, extemplo ſecuturam eſſe multitudinem; ad id conſilium exſequendum ſe accinxit. Igitur, re cum amicis communicata, nactus circiter ducentos, qui ſecum conſpirarent, id agebat, ut rem quamprimum ad finem perduceret. Sed quia non ignorabat, præcipuo ſibi impedimento in iis quæ parabat Lycurgum ipſum fore, & Ephoros, qui Regem illum creaverant, in hos primum fecit impetum & quum Ephoros cœnantes inveniſſet, in ipſa cœnatione omnes trucidavit. Fortuna ab iis pœnas exigente quas erant commeriti. nam ſive illum ſpectes à quo occidebantur, ſive illum cujus gratiâ, dices hoc illos fuiſſe dignos exitio. Chilon patrata horum cæde, rectâ ad Lycurgum. & invenit quidem illum domi: ſed ut ipſo potiretur efficere non potuit: amicorum enim & vicinorum opera furtim abreptus, inſcio Chilone aufugit evaſitque: deinde per vias invias Pellenen in Tripoli, ut vocant, ſe contulit. At Chilo, quod in ea re fruſtra fuerat, quæ ad deſtinata perficienda erat præcipua, nihil boni ille quidem de exitu ominabatur: pergere tamen de cætero ut inceperat, cogebatur. Itaque in forum magna vi irrumpere, inimicis manus afferre; neceſſarios & amicos hortari; cæteris ſpes illas, de quibus diximus, oſtentare. quum nemo rationem illius haberet, ſed è contrario potius, adverſus illum coitiones à civibus fie-

vibus fierent, re animadverſa, clam ſe ſubducit: Laconicamque emenſus univerſam, extorris à patria in Achaiam ſolus conceſſit. Lacedæmonii præſentia Philippi territi, omnes ruris copias convehunt; & Athenæum Megalopolitanorum evertunt atque deſerunt. Ita ergo Lacedæmonii, qui poſt latas à Lycurgo leges pulcherrima Reip. forma uſi fuerant maximamque potentiam ad prælium uſque Leuctricum obtinuerant: poſtquam Fortuna ipſis in contrarum vertit, cepitque eorum Reſpublica magis magiſque in dies retro ſublabi, ac ferri in pejus: ad extremum ærumnas plurimas, ſeditioneſque inteſtinas ſunt experti; repetitis agrorum diviſionibus atq; exiliis ſæpiſſime ſunt agitati; acerbiſſimam deniq; ſervitutem ſervierunt, ad Nabidis uſq; tyrannidem: qui tamen olim ne nomen quidem ipſum tyrannidis ferre poterant. Sed Lacedæmoniorum res antiquitus geſtas, atque adeo pleraque omnia illorum in utramque partem multi ediſſeruerunt: verùm evidentiſſima omnium illa ſunt, quæ poſt everſam funditus antiquam Rempublicam à Cleomene ſunt conſecuta. de quibus, prout cujuſque rei tempus venerit, ſumus dicturi. Philippus Megalopoli profectus, per Tegeam ducto agmine Argos venit, ibique reliquam hiemis partem egit: tum propter cæteram vitam, tum ob rerum geſtarum magnitudinem, majorẽ quàm pro ætate admirationem hominum ex narratis hactenus expeditionibus conſecutus. Apelles vero ille de quo diximus, ne ſic quidem à propoſito

λαθραίως· καὶ διελθὼν τὴν χώραν, ἧκε μόνος εἰς τὴν Ἀχαΐαν ἐκπεπτωκώς. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι δείσαντες τὴν τοῦ Φιλίππου παρουσίαν, τὰ ἀπὸ τῆς χώρας ἀπεσκευάζοντο, καὶ τὸ τῶν Μεγαλοπολιτῶν Ἀθήναιον καταϛκάψαντες ἐξέλιπον. Λακεδαιμόνιοι μὲν οὖν ἀπὸ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας, καλλίϛῃ χρησάμενοι πολιτείᾳ, καὶ μεγίϛην ἔχοντες δύναμιν, ἕως τῆς ἐν Λεύκτροις μάχης, αὖθις ἐπὶ τἀναντία τραπείσης αὐτοῖς τῆς τύχης, καὶ τοὔμπαλιν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἀεὶ καὶ μᾶλλον τῆς πολιτείας αὐτῶν προβαινούσης, τέλος πλείϛων μὲν πόνων καὶ ϛάσεων ἐμφυλίων πεῖραν εἶχον· πλείϛοις δ᾽ ἐπάλαισαν ἀναδασμοῖς καὶ φυγαῖς· πικροτάτης δὲ δουλείας πεῖραν ἔλαβον, ἕως τῆς Νάβιδος τυραννίδος· οἱ τὸ πρὶν οὐδὲ τοὔνομα δυνηθέντες ἀναχέσθαι ῥᾳδίως αὐτῆς. Τὰ μὲν οὖν πάλαι καὶ τὰ πλείω περὶ Λακεδαιμονίων εἰς ἑκάτερον μέρος παρὰ πολλῶν εἴρηται· τὰ δ᾽ ἐναργέϛατα, (αὐτὰ δ᾽ ἐϛὶν, ἀφ᾽ οὗ Κλεομένης ὁλοσχερῶς κατέλυσε τὸ πάτριον πολίτευμα) νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν ῥηθήσεται κατὰ τοὺς ἁρμόζοντας ἀεὶ καιρούς. ὁ δὲ 82
Φίλιππος ἀναζεύξας ἐκ τῆς Μεγάλης πόλεως, καὶ πορευθεὶς διὰ τῆς Τεγέας, παρῆν εἰς Ἄργος, κἀκεῖ τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ χειμῶνος διέτριβε· κατά τε τὴν λοιπὴν ἀναϛροφὴν καὶ κατὰ τὰς πράξεις τεθαυμασμένος ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν, ἐν ταῖς προειρημέναις ϛρατείαις. Ὁ δ᾽ Ἀπελλῆς, οὐδ᾽ ὡς ἔληγε τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλ᾽ οἷός τ᾽ ἦν ἄγειν ὑπὸ τὸν ζυγὸν τοὺς καὶ τὰ

βραχὺ τοὺς Ἀχαιούς. ὁρῶν δὲ τῇ τοιαύτῃ προθέσει τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον ἐμπόδιον ἱσταμένους, καὶ τὸν Φίλιππον αὐτοῖς προσέχοντα, καὶ μᾶλλον τῷ πρεσβυτέρῳ, διά τε τὴν πρὸς Ἀντίγονον σύστασιν, καὶ διὰ τὸ πλεῖστον ἐν τοῖς Ἀχαιοῖς ἰσχύειν· καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἐπιδεξιότητα καὶ νουνεχείαν τἀνδρὸς, περὶ τούτους ἐπεβάλετο γίνεσθαι, καὶ κακοπραγμονεῖν τοιῷδέ τινι τρόπῳ. ἐξετάζων τοὺς ἀντιπολιτευομένους τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον τινές εἰσιν, ἑκάστους ἐκ τῶν πόλεων ἐπεσπάσατο, καὶ λαμβάνων εἰς τὰς χεῖρας ἐψυχαγώγει, καὶ παρεκάλει πρὸς τὴν ἑαυτῶν φιλίαν. συνίστανε δὲ καὶ τῷ Φιλίππῳ, προσεπιδεικνύων αὐτῷ παρ' ἕκαστον· ὡς ἐὰν μὲν Ἀράτῳ προσέχῃ, χρήσεται τοῖς Ἀχαιοῖς κατὰ τὴν ἔγγραπτον συμμαχίαν· ἐὰν δ' αὐτῷ πείθηται, καὶ τοιούτους προσλαμβάνῃ φίλους, χρήσεται πᾶσι τοῖς Πελοποννησίοις κατὰ τὴν αὐτοῦ βούλησιν. περί τε τῶν ἀρχαιρεσιῶν εὐθὺς ἐσπούδαζε, βουλόμενος τούτων τινὶ περιποιῆσαι τὴν στρατηγίαν· τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄρατον ἐκβαλεῖν ἐκ τῆς ὑποθέσεως. δι' ἃ δὴ καὶ πείθει Φίλιππον παραγενέσθαι πρὸς τὰς τῶν Ἀχαιῶν ἀρχαιρεσίας εἰς Αἴγιον, ὡς εἰς τὴν Ἠλείαν ἅμα ποιούμενον τὴν πορείαν. πεισθέντος δ' αὐτῷ τοῦ βασιλέως, παρὼν αὐτὸς ἐπὶ τοῦ καιροῦ, καὶ τοὺς μὲν παρακαλῶν, οἷς δ' ἀπειλούμενος, μόλις μὲν ἤνυσε, κατεκράτησε δ' οὖν ὅμως τοῦ γενέσθαι στρατηγὸν Ἐπήρατον Φαραιέα· τὸν δὲ Τιμό-

diſcedebat; quin id agere ipſum apparebat, ut paullatim progrediendo Acheos jugo ſubderet. Ac quoniam inceptum ſuum ab Arato utroque videbat impediri: (magni enim Philippus eos faciebat, majorem natu præſertim Aratum: tum propter notitiam quæ illi cum Antigono interceſſerat; tum quod auctoritate in Achæorum gente plurimum valebat; maximè vero propter ſingularem hominis dexteritatem & prudentiam:) hos ſibi adoriendos eſſe ſtatuit, & aſtu aliquo circumveniendos: ita autem fecit. Cura adhibita ut eos, qui ab Aratis in Rep. diſſidebant, noſſet, quinam eſſent, omnes ex ſuis urbibus ad ſe vocare, admiſſoſque in familiaritatem blanditiis pellicere, ut jungere ſecum amicitiam vellent ultro hortari, eoſdem apud Philippum in gratiam ponere. cui quidem hoc ſubinde conabatur demonſtrare; ſi Arato adhæreret, ex formula ſocietatis agendũ ipſi fore cum Acheis: ſin autem ſibi morem gereret, atque hoſce potius amicos ſibi adjungeret, cum univerſis Peloponneſiis ex animi ſententia ipſum acturum. Mox & ad comitia curam convertit; id ſtudens, ut aliquis iſtorum opera ſua Præturam conſequeretur: & ut Aratos ab adminiſtratione rerum velut ex argumento fabulæ, ſubmoveret. propterea auctor eſt Philippo, ut per ſpeciem itineris in Eleam, ad comitialem conventum Achæorum Ægium ipſe veniat. Paret conſilio Rex; & in ipſo tempore adeſt in loco. ubi, alios rogando, alios minis terrendo, ægre ille quidem, ſed tamen obtinet tandem, ut Prętor crearetur Eperatus Pharæenſis; & ut repulſam Ti-

ſam Timoxenus pateretur, quem Aratus commendabat. Poſt hæc caſtra Rex movet, ac per Patras & Dymam tranſiens, ad caſtellum accedit, Tichos dictum; quod in aditu ſitum eſt terræ Dymæorum, non multo ante, ſicut antea diximus, ab Euripida occupatum. Id caſtellum Philippus quum vehementiſſime optaret Dymæis recuperare, ante ipſum cum univerſo exercitu conſedit. ac ſtatim præſidium Eleorum quod intus erat, præ metu caſtellum Regi tradidit: locum non magnum illum quidem, ſed excellenter munitum: cujus ambitus, major non eſt ſtadio uno cum dimidio: altitudo vero muri, nuſquam minor cubitis triginta. Rex Dymęis Tichos tradit; deinde per omnem Eleorum agrum populabundus infeſtum agmen ducit: tum ea vaſtata, onuſtum præda ingenti exercitum Dymam reducit. Apelles autem qui ſe exiſtimabat promoviſſe nonnihil in ſuo incepto, quod ex animi ſui ſententia Prætor Achæorum fuerat creatus, Aratos iterum eſt aggreſſus; quo penitus ab eorum amicitia Philippum abduceret. Igitur calumniam fingere hoc fere modo inſtitit. Amphidamus Eleorum dux, qui Thalamis, unâ cum cæteris qui eò confugerant, ſicut antea expoſuimus, fuerat captus, poſtquam inter reliquos captivos ductus, Olympiam venit, per certos homines operam dedit, ut cum Rege colloqueretur. qua re impetrata, ejuſmodi ſermonem apud eum habuit, ut in ſua poteſtate eſſe diceret, Eleos Regi amicos & ſocios reddere. cui fidem habens Phi-

ξενον ἐκπεσεῖν, τὸν ὑπὸ τῶν περὶ τὸν
Ἄρατον εἰσαγόμενον. μετὰ δὲ ταῦτα 83
ἀναζεύξας ὁ βασιλεύς, καὶ ποιησάμενος τὴν πορείαν διὰ Πατρῶν καὶ Δύμης, ἧκε πρὸς τὸ φρούριον, ὃ καλεῖται μὲν Τεῖχος, πρόκειται δὲ τῆς Δυμαίων χώρας· κατέσχον δ' αὐτὸ μικροῖς ἔμπροσθεν χρόνοις, καθάπερ ἀνώτερον εἶπον, οἱ περὶ τὸν Εὐριπίδαν. σπουδάζων δὲ τοῦτο κατὰ πάντα τρόπον ἀνακομίσασθαι τοῖς Δυμαίοις, προσεστρατοπέδευσε μετὰ πάσης δυνάμεως. καταπλαγέντες δ' οἱ φυλάττοντες τῶν Ἠλείων, παρέδοσαν τὸ φρούριον τῷ Φιλίππῳ· χωρίον οὐ μέγα μέν, ἠσφαλισμένον δὲ διαφερόντως· τὴν μὲν γὰρ περίμετρον ἔχει οὐ πλείω τριῶν ἡμισταδίων· τὸ δ' ὕψος τοῦ τείχους, οὐδαμῇ τριάκοντα πηχῶν ἔλαττον. παραδοὺς δὲ τοῦτο τοῖς Δυμαίοις, ἐπήει πορθῶν τὴν τῶν Ἠλείων χώραν· φθείρας δὲ ταύτην, καὶ πολλὴν περιβαλόμενος λείαν, ἐπανῆλθε μετὰ
τῆς δυνάμεως εἰς τὴν Δύμην. ὁ δ' Α- 84
πελλῆς δοκῶν ἠνυκέναι τι τῆς προθέσεως, τῷ δι' αὐτοῦ καθεστάσθαι τὸν τῶν Ἀχαιῶν στρατηγόν, αὖθις ἐνεχείρει τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, βουλόμενος εἰς τέλος ἀποσπάσαι τὸν Φίλιππον ἀπὸ τῆς πρὸς αὐτοὺς φιλίας. ἐπεβάλετο δὲ τὴν διαβολὴν πλάττειν διὰ τοιαύτης τινὸς ἐπινοίας. Ἀμφίδαμος ὁ τῶν Ἠλείων στρατηγὸς ἐν ταῖς Θαλάμαις ἁλοὺς ἅμα τοῖς συμπεφευγόσι, καθάπερ ἀνώτερον ἡμῖν ἐρρήθη περὶ τούτων, ὡς ἧκε μετὰ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων ἀγόμενος εἰς Ὀλυμπίαν, ἔσπευσε διά τινων εἰς λόγους ἐλθεῖν τῷ βασιλεῖ. τυχὼν δὲ τούτου, διελέγετο. φάσκων εἶναι δυνατὸς ἐπαγαγέσθαι τοὺς Ἠλείους εἰς τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ συμμαχίαν. ὁ δὲ Φίλιππος πεισθείς,

ἐξαπέστειλε τὸν Ἀμφίδαμον χωρὶς λύτρων· κελεύσας ἐπαγγέλλεσθαι τοῖς Ἠλείοις, ἐὰν ἕλωνται τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν, ὅτι τὰ μὲν αἰχμάλωτα πάντα χωρὶς λύτρων ἀποδώσει· τῇ δὲ χώρᾳ τὴν ἀσφάλειαν αὐτὸς ἀπὸ πάντων τῶν ἐκτὸς παρασκευάσει· πρὸς δὲ τούτοις, αὐτοὺς ἐλευθέρους, ἀφρουρήτους, ἀφορολογήτους, χρωμένους τοῖς ἰδίοις πολιτεύμασι διατηρήσει. Οἱ μὲν οὖν Ἠλεῖοι διακούσαντες τούτων, οὐδὲν προσέσχον, καίπερ ἐπισπαστικῶν καὶ μεγάλων εἶναι δοκούντων τῶν προτεινομένων. ὁ δὲ Ἀπελλῆς ἐκ τούτου τοῦ πράγματος πλάσας τὴν διαβολὴν, προσήνεγκε τῷ Φιλίππῳ· φάσκων τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον οὐκ εἰλικρινῆ τὴν φιλίαν ἄγειν πρὸς τοὺς Μακεδόνας, οὐδ᾽ ἀληθῶς εὐνοεῖν αὐτῷ. καὶ γὰρ νῦν, τῆς Ἠλείων ἀλλοτριότητος τούτους αἰτίους γεγονέναι. Καθ᾽ ὃν γὰρ καιρὸν Ἀμφίδαμον ἐξ Ὀλυμπίας εἰς Ἦλιν ἀπέστειλε, τούτους ἔφη κατ᾽ ἰδίαν λαβόντας, ἐπιτρέψαι τὸν ἄνθρωπον, καὶ λέγειν, ὅτι κατ᾽ οὐδένα τρόπον συμφέρει τοῖς Πελοποννησίοις τὸ γενέσθαι Φίλιππον Ἠλείων κύριον· καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, πάνθ᾽ ὑπεριδόντας τὰ προτεινόμενα τοὺς Ἠλείους, διατηρεῖν μὲν τὴν πρὸς Αἰτωλοὺς φιλίαν, ὑπομένειν δὲ τὸν
85 πρὸς Μακεδόνας πόλεμον. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον Φίλιππος δεξάμενος τοὺς λόγους, καλεῖν ἐκέλευε τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον, καὶ λέγειν ἐναντίον ἐκείνων ταῦτα τὸν Ἀπελλῆν. τῶν δὲ παραγενομένων, ἔλεγε τὰ προειρημένα τολμηρῶς καὶ καταπληκτικῶς ὁ Ἀπελλῆς· καί τι προσεπεῖπε τοιοῦτον ἔτι σιωπῶντος τοῦ βασιλέως· ἐπείπερ οὕτως ἀχαρίστους ὑμᾶς ὁ βασιλεὺς, Ἄρατε, καὶ λίαν ἀγνώμονας εὑρίσκει, κρίνει

lippus, ſine pretio ipſum dimiſit: juſſum promittere Eleis, ſi amicitiam ſecum velint jungere, omnes ſe captivos gratis reſtituturum: agro ſecuritatem ab omni externo hoſte præſtiturum: ad hæc libertatem ipſis ſuam conſervaturum, ita ut ſine ullo præſidio, ſine ullius ſtipendii penſitatione, legibus ſuis utantur. Etſi autem hę quę offerebantur conditiones amplæ erant & ad pelliciendum efficaces; Eleos tamen cum illas audirent nihil quicquam moverunt. Hinc data occaſio Apelli fingendæ calumniæ, quam ad Philippum detulit Aratos incuſans, quaſi parum ſincere amicitiam cum Macedonibus colerent, parumque ſincero affectu Regis ſtuderent commodis. Nam & quod alieno ab Rege nunc animo ſint Elei, in cauſſa ipſos eſſe. quo enim tempore Amphidamus Elidem ab Olympia ire eſt juſſus, Aratos ſeductum hominem conveniſſe & in aliam traduxiſſe ſententiam; cum dicerent, plane non expedire Peloponneſiis, ut Eleos Philippus in poteſtate habeat: atque hanc eſſe cauſſam, cur Elei ſpretis omnibus quæ à Philippo offerebantur, in Ætolorum amicitia manentes, bellum adverſus Macedones tolerent. Hæc ut primum Philippus audivit, Aratos vocari jubet; ut coram ipſis eadem Apelles diceret. venire illi: Apelles quæ dixerat repetere audacter & minaci vultu: qui etiam Rege adhuc ſilente, ejuſmodi dictum adjecit. Quandoquidem uſque adeo ingratos Rex vos experitur, Arate, beneficiis ſuis tam inſigniter indignos; ſedet illi animo

Achæorum

Achęorum concilium convocare, & ubi de his rebus verba apud illos fecerit, in Macedoniam reverti. excipit ſermonem major natu Aratus; & cum in univerſum monet Philippum, ne quicquam temere aut inconſideratè eorum quę audiverit credat: tum vero quoties aut amici aut ſocii accuſatio aliqua delata fuerit, diligentiſſime ut omnia prius inquirat, quàm accuſationi fidem habeat. nam & regium hoc eſſe, & ad omnia conducibile. Nunc igitur æquum cenſere, ut ad illa dijudicanda quæ dicebat Apelles, vocaret eos qui audiverant; produceret illum in medium, qui hæc ipſi dixerat; nihil denique pręttermitteret eorum, per quæ ad veri cognitionem poſſet perveniri, priuſquam Achæis quicquam horum aperiret. Approbante Rege Arati ſententiam, dicenteque, non neglecturum ſe eam rem, ſed diligenter inquiſiturum, tunc quidem ita diſceſſum eſt. Proximis ab hoc colloquio diebus, Apelle dictorum à ſe nullam probationem afferente, cauſſam Aratorum hujuſmodi fortuitus caſus adjuvit. Elei, quo tempore ipſorum agrum Philippus devaſtabat, ſuſpectam Amphidami fidem habentes, manus in illum injiciendi, & vinctum in Ætoliam mittendi conſilium inierant. ille præſentiens aliquid de eorum voluntate, Olympiam primò conceſſit: cognito deinde Philippum in curandis iis quæ ad prædam pertinebant occupatum Dymæ hærere, feſtinatò ad illum ſe proripuit. Aratus ut accepit Amphidamum fuga elapſum, ex Elide adveniſſe, alacer gaudioque

συναγαγὼν τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ περὶ τούτων ἀπολογισμοὺς ποιησάμενος, ἀπαλλάττεσθαι πάλιν εἰς Μακεδονίαν. ὁ δὲ πρεσβύτερος Ἄρατος ὑπολαβὼν, καθόλου μὲν ἠξίου τὸν Φίλιππον, μηδενὶ τῶν λεγομένων ὀξέως μηδ' ἀκρίτως μηδέποτε πιστεύειν· ὅταν δὲ κατά τινος τῶν φίλων καὶ συμμάχων προσπέσῃ τις αὐτῷ λόγος, τὸν ἀκριβέστερον ἔλεγχον ποιεῖσθαι, πρὶν ἢ δέξασθαι τὴν διαβολήν. καὶ γὰρ βασιλικὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο, καὶ πρὸς πᾶν συμφέρον. Διὸ καὶ νῦν ἠξίου περὶ τῶν ὑπ' Ἀπελλοῦ λεγομένων, καλεῖν τοὺς ἀκηκοότας, ἄγειν εἰς τὸ μέσον τὸν εἰρηκότα πρὸς αὐτὸν, μηδὲν παραλιπεῖν τῶν δυνατῶν εἰς τὸ γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, πρὶν ἢ πρὸς τοὺς Ἀχαιοὺς ἀνακαλύπτειν τι τούτων. Τοῦ δὲ βασιλέως 86
εὐαρεστήσαντος τοῖς λεγομένοις, καὶ φήσαντος οὐκ ὀλιγωρήσειν, ἀλλ' ἐξετάσειν, τότε μὲν διελύθησαν. ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς ἡμέραις ὁ μὲν Ἀπελλῆς οὐδεμίαν ἀπόδειξιν προσῆγε τοῖς εἰρημένοις· τοῖς δὲ περὶ τὸν Ἄρατον ἐγένετό τι συγκύρημα τοιοῦτον. Οἱ γὰρ Ἠλεῖοι καθ' ὃν καιρὸν ὁ Φίλιππος αὐτῶν ἐπόρθει τὴν χώραν, ὑποπτεύσαντες τὸν Ἀμφίδαμον, ἐπεβάλοντο συλλαβεῖν, καὶ δήσαντες εἰς τὴν Αἰτωλίαν ἐκπέμπειν. ὁ δὲ προαισθόμενος αὐτῶν τὴν ἐπίνοιαν, ἀπεχώρησε τὰς μὲν ἀρχὰς εἰς Ὀλυμπίαν· μετὰ δὲ ταῦτα, πυνθανόμενος τὸν Φίλιππον ἐν τῇ Δύμῃ περὶ τὴν τῶν λαφύρων οἰκονομίαν διατρίβειν, ἔσπευσε πρὸς τοῦτον διαπεσεῖν. ὅθεν οἱ περὶ τὸν Ἄρατον ἀκούσαντες τὸν Ἀμφίδαμον ἐκ τῆς Ἤλιδος ἐκπεπτωκότα παρεῖναι, γενόμενοι περιχαρεῖς, διὰ τὸ

μηδὲν αὑτοῖς συνειδέναι, προσελθόντες ᾤοντο δεῖν τὸν βασιλέα καλεῖν τὸν Ἀμφίδαμον· καὶ γὰρ εἰδέναι περὶ τῶν κατηγορουμένων ἐκεῖνον βέλτιστα πρὸς ὃν ἐῤῥήθη, καὶ δηλώσειν τὴν ἀλήθειαν: πεφυγότα μὲν ἐξ οἴκου διὰ τὸν Φίλιππον, τὰς δ' ἐλπίδας ἔχοντα τῆς σωτηρίας κατὰ τὸ παρὸν ἐν ἐκείνῳ. πεισθεὶς δὲ τοῖς λεγομένοις ὁ βασιλεὺς, καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Ἀμφίδαμον, εὗρε τὴν διαβολὴν οὖσαν ψευδῆ· διὸ καὶ τὸν μὲν Ἄρατον ἀπὸ ταύτης τῆς ἡμέρας, ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἀπεδέχετο καὶ κατηξίου· πρὸς δὲ τὸν Ἀπελλῆν, λοξότερον εἶχε· τῇ γε μὴν ὁλοσχερεῖ προκατεχόμενος ἀποδοχῇ, πολλὰ παρορᾶν ἠναγκάζετο τῶν ὑπ' αὐτοῦ
87 *γινομένων. ὁ δ' Ἀπελλῆς οὐδαμῶς ἀφίστατο τῆς προθέσεως· ἀλλ' ἅμα μὲν τὸν Ταυρίωνα τὸν ἐπὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ τεταγμένον διέβαλλεν· οὐ ψέγων, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ φάσκων ἐπιτήδειον αὐτὸν εἶναι μετὰ τοῦ βασιλέως ἐν τοῖς ὑπαίθροις συνδιατρίβειν· βουλόμενος ἕτερον ἐπισταθῆναι δι' αὑτοῦ ἐν τοῖς ἐν Πελοποννήσῳ πράγμασι. Καινὸς γὰρ δή τις οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας. εὕρηται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια καὶ βασκανία καὶ δόλος, ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῆς θεραπείας τεταγμένον Ἀλέξανδρον, ὅτε λάβοι καιρὸν διέδακνε· βουλόμενος καὶ τὴν περὶ τὸ σῶμα φυλακὴν τοῦ βασι-*

exultans; ut qui nullius rei ſibi eſſet conſcius, ad Regem adire, orare ut Amphidamum ad ſe vocet: nam & ſcire hunc optime delati criminis veritatem: quando ipſe ſit, cui res fuerit communicata & quod res eſt utique declaraturum; qui in Philippi gratiam extorris ab ſolo patrio exulet, omneſque ſuas ſpes in præſentia ſitas in ipſo habeat. æqua Arati poſtulatio Regi eſt viſa: qui mox accito Amphidamo, criminationem falſam fuiſſe comperit: ac propterea ab illo die magis magiſque Aratum eſt complexus, & in pretio habuit: de Apelle vero minus bene ſentire cepit: quantumvis pręoccupato animo gratia illa qua apud ipſum in omni re pollebat Apelles, connivere in multis, quæ ſecus ab eo fiebant, cogebatur. Apelles interim nihilo ſegnius propoſitum urgere: qui etiam Taurionem Peloponneſi præfectum traducebat: non vituperans ille quidem, ſed laudans potius; & dignum eſſe dictitans, qui Regem in expeditionibus ſub dio verſantem comitetur: id ſtudens, ut operâ ſuâ Peloponneſi rebus alius pręficeretur. Novus enimvero calumniandi modus hic eſt inventus; cum non obtrectando, ſed laudando alicui nocetur. quæ malignitas, invidia & fraus, ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis Principum vitam degunt: ea eſt illorum hominum æmulatio inter ipſos, ea avaritia. Similiter etiam Alexandrum ſatellitum præfectum, quoties dabatur occaſio, maligno dente appetebat: in animo habens etiam ſatellitium Regis ex animi ſententia conſtituere: & ut ſummatim di-

tim dicam, univerſam ordinationem quæ ab Antigono fuerat relicta, immutare. Antigonus namque & dum viveret, quà regnum, quà puerum ipſum ſapienter rexit: & cum moreretur, rebus omnibus in poſterum ſapienter providit. Teſtamentum enim reliquit, quo Macedonibus adminiſtrationis qua uſus erat, rationes exponebat: deinde etiam in futurum tempus pari cura ordinavit, quomodo & per quos ſingula eſſent adminiſtranda: eò maximè ſpectans, ut omnem miniſtris aulicis mutuæ diſcordiæ & ſeditionis occaſionem eriperet. Atque inter cæteros qui tempore illo in regio comitatu erant, Apelles ipſe unus è tutoribus fuerat relictus; Leontius cetratis præfectus; Megaleas regiorum ſcribarum collegio; Taurion, rebus Peloponneſi. Alexander, ſatellitio fuerat præpoſitus. Sed qui Leontium & Megaleam in ſua penitus poteſtate haberet, id jam conabatur efficere, ut ſummotis Alexandro & Taurione à cura rerum, & hæc & alia omnia aut per ſe aut per amicos ſuos ipſe adminiſtraret. quod quidem facillimum illi futurum erat, ſi iſtud cum Arato certamen non ſuſcepiſſet. nunc ſtultitiæ ſuæ periculum brevi ipſe fecit, & avaritiæ fructum cepit. quod enim mali in alios cogitaverat, id ipſe eſt expertus, & quidem brevi admodum interjecto tempore. Id vero quomodo & qua ratione contigerit, in præſentia dicere omittemus, & huic libro finem imponemus: in ſequentibus vero perſpicue ſingula & diligenter ediſſeremus. Philip-

λέως δι᾽ αὐτοῦ γίνεσθαι, καὶ καθόλου κινῆσαι τὴν ὑπ᾽ Ἀντιγόνου καταλειφθεῖσαν διάταξιν. Ἀντίγονος γὰρ καλῶς μὲν ζῶν προέστη τῆς τε βασιλείας καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ· καλῶς δὲ τὸν βίον μεταλλάττων, προενοήθη πρὸς τὸ μέλλον, περὶ πάντων τῶν πραγμάτων. Ἀπολιπὼν γὰρ διαθήκην, ἔγραψε Μακεδόσιν ὑπὲρ τῶν διῳκημένων· ὁμοίως καὶ περὶ τοῦ μέλλοντος διέταξε, πῶς καὶ διὰ τίνων ἕκαστα χειρίζεσθαι· βουλόμενος μηδεμίαν ἀφορμὴν καταλιπεῖν τοῖς περὶ τὴν αὐλὴν τῆς πρὸς ἀλλήλους φιλοτιμίας καὶ στάσεως. Ἐν οἷς τῶν τότε συστρατευομένων, αὐτὸς μὲν Ἀπελλῆς ἐν τοῖς ἐπιτρόποις ἀπελέλειπτο, Λεόντιος δ᾽ ἐπὶ τῶν πελταστῶν, Μεγαλέας δ᾽ ἐπὶ τοῦ γραμματείου, Ταυρίων δ᾽ ἐπὶ τῶν κατὰ Πελοπόννησον, Ἀλέξανδρος δ᾽ ἐπὶ τῆς θεραπείας. Τὸν μὲν οὖν Λεόντιον καὶ Μεγαλέα, ὑφ᾽ αὑτὸν εἶχεν ὁλοσχερῶς· τὸν δ᾽ Ἀλέξανδρον καὶ Ταυρίωνα μεταστησάμενος ἀπὸ τῆς χρείας, ἔσπευδε καὶ ταῦτα καὶ τἆλλα πάντα δι᾽ αὑτοῦ καὶ διὰ τῶν ἰδίων φίλων χειρίζειν. ὃ δὲ καὶ ῥᾳδίως ἂν ἐπετέλεσε, μὴ παρασκευάσας ἀνταγωνιστὴν Ἄρατον αὑτῷ· νῦν δὲ ταχέως πεῖραν ἔλαβε τῆς σφετέρας ἀφροσύνης καὶ πλεονεξίας. ὃ γὰρ αὐτὸς ἐπεβάλετο πρᾶξαι κατὰ τῶν πέλας, τοῦτ᾽ ἔπαθε, καὶ λίαν ἐν πάνυ βραχεῖ χρόνῳ. Πῶς δὲ καὶ τίνι τρόπῳ τοῦτο συνέβη γενέσθαι, κατὰ μὲν τὸ παρὸν ὑπερθησόμεθα, καὶ καταστρέψομεν τὴν βίβλον ταύτην· ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς, πειρασόμεθα σαφῶς ὑπὲρ ἑκάστων ἐξαγγέλλειν. Φίλιπ-

πος δὲ τὰ προειρημένα διαπραξάμενος, ἐπανῆλθεν εἰς Ἄργος. καὶ ταύτῃ τὴν παραχειμασίαν ἐποίει μετὰ τῶν φίλων, τὰς δὲ δυνάμεις ἀπέλυσεν εἰς Μακεδονίαν.

pus igitur poſt illas res geſtas, quæ hactenus ſunt expoſitæ, Argos eſt reverſus, atque ibi unâ cum amicis, exercitu in Macedoniam dimiſſo, hibernavit.

POLYBII MEGALOPOLITANI

Hiſtoriarum Liber V.

IAM ille annus quo junior Aratus Prętura eſt functus, in Vergiliarum exortu circumagebatur. ita enim tempeſtate illa gens Achęorum tempora putabat. Arato igitur exeunte magiſtratu, Eperatus ſummum apud Achæos imperium ſuſcepit: eratque tum Prætor Ætolorum Dorimachus. quo tempore Hannibal manifeſto jam ſuſcepto adverſus Romanos bello, initio æſtatis Carthagine nova profectus, Iberumque amnem transgreſſus, conſilium ſimul ſuum & profectionem in Italiam exſequi cepit. Romani Tiberium Sempronium in Africam, Pub. Cornelium in Hiſpaniam cum exercitu miſerunt. Antiochus quoque & Ptolemæus, poſtquam ſperare deſierant exortam inter ipſos de Cœle Syria controverſiam legationibus ac colloquiis ſedari poſſe, bellare invicem aggrediebantur. At Rex Philippus & frumento & pecunia ad alendum militem deſtitutus, per magiſtratus conſilium Achæorum convocat. coacta autem Ægii, ut leges jubebant, multitudine, animadvertens

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ἱστοριῶν πέμπτη.

ΤΟ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀράτου τοῦ νεωτέρου στρατηγίαν ἔτος ἐτύγχανε διεληλυθὸς περὶ τὴν τῆς Πλειάδος ἐπιτολήν· οὕτω γὰρ ἦγε τοὺς χρόνους τὸ τῶν Ἀχαιῶν ἔθνος. Διόπερ οὗτος μὲν ἀπετίθετο τὴν ἀρχήν, Ἐπήρατος δὲ παρελάμβανε τὴν τῶν Ἀχαιῶν ἡγεμονίαν· Αἰτωλῶν δὲ Δορίμαχος ἐστρατήγει. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς ἀρχομένης τῆς θερείας, Ἀννίβας μὲν ἐκφανῶς ἤδη τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἀνειληφώς, ὁρμήσας ἐκ Καινῆς πόλεως, καὶ διαβὰς τὸν Ἴβηρα ποταμόν, ἐνήρχετο τῆς ἐπιβολῆς καὶ πορείας τῆς εἰς Ἰταλίαν. Ῥωμαῖοι δὲ Τιβέριον μὲν Σεμπρώνιον εἰς Λιβύην μετὰ δυνάμεως, Πόπλιον δὲ Κορνήλιον εἰς Ἰβηρίαν ἐξαπέστελλον. Ἀντίοχος δὲ καὶ Πτολεμαῖος ἀπεγνωκότες τὰς πρεσβείας, καὶ τὸ λόγῳ διεξάγειν τὴν ὑπὲρ κοίλης Συρίας ἀμφισβήτησιν, ἐνήρχοντο πολεμεῖν ἀλλήλοις. Ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος ἐνδεὴς ὢν σίτου καὶ χρημάτων εἰς τὰς δυνάμεις, συνῆγε τοὺς Ἀχαιοὺς διὰ τῶν ἀρχόντων εἰς ἐκκλησίαν. ἀθροισθέντος δὲ τοῦ πλήθους εἰς Αἴγιον κατὰ τοὺς νόμους, I

ὁρῶν τοὺς μὲν περὶ τὸν Ἄρατον ἐθελοκακοῦντας, διὰ τὴν περὶ τὰς ἀρχαιρεσίας γεγενημένην εἰς αὐτοὺς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν κακοπραγμοσύνην· τὸν δ' Ἐπήρατον ἄπρακτον ὄντα τῇ φύσει, καὶ καταγινωσκόμενον ὑπὸ πάντων· συλλογισάμενος ἐκ τῶν προειρημένων τὴν ἄγνοιαν τῶν περὶ τὸν Ἀπελλῆν καὶ Λεόντιον, ἔκρινεν αὖθις ἀντέχεσθαι τῶν περὶ τὸν Ἄρατον. πείσας οὖν τοὺς ἄρχοντας μεταγαγεῖν τὴν ἐκκλησίαν εἰς Σικυῶνα, λαβὼν τόν τε πρεσβύτερον καὶ τὸν νεώτερον Ἄρατον εἰς τὰς χεῖρας, καὶ πάντων τῶν γεγονότων ἀναθεὶς τὴν αἰτίαν ἐπὶ τὸν Ἀπελλῆν, παρεκάλει μένειν αὐτοὺς ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεως· τῶν δὴ συγκαταθεμένων ἑτοίμως, εἰσελθὼν εἰς τοὺς Ἀχαιοὺς, καὶ χρησάμενος συνεργοῖς τοῖς προειρημένοις, πάντα κατέπραξε τὰ πρὸς τὴν ἐπιβολήν. Πεντήκοντα μὲν ἔδοξε τάλαντα τοῖς Ἀχαιοῖς εἰς τὴν πρώτην ἀναζυγὴν αὐτῷ δοῦναι παραχρῆμα, τριμηνιαίου μισθοδοτῆσαι τὴν δύναμιν, καὶ σίτου προσθεῖναι μυριάδα. τὸ δὲ λοιπὸν ἕως ἂν παρὼν ἐν Πελοποννήσῳ συμπολεμῇ, τάλαντα λαμβάνειν ἑκάστου μηνὸς παρὰ τῶν Ἀχαιῶν ἑπτακαίδεκα.
2 δοξάντων δὲ τούτων, οἱ μὲν Ἀχαιοὶ διελύθησαν ἐπὶ τὰς πόλεις· τῷ δὲ βασιλεῖ βουλευομένῳ μετὰ τῶν φίλων, ἐπειδὴ συνῆλθον αἱ δυνάμεις ἐκ τῆς παραχειμασίας, ἔδοξε χρῆσθαι κατὰ θάλατταν τῷ πολέμῳ. οὕτω γὰρ ἐπέπειστο μόνως, αὐτὸς μὲν δυνήσεσθαι ταχέως πανταχόθεν ἐπιφαίνεσθαι τοῖς πολεμίοις· τοὺς δ' ὑπεναντίους ἥκιστ' ἂν δύνασθαι παραβοηθεῖν ἀλλήλοις·

Rex, Aratum quidem propter fraudem & malas artes Apellis, quibus comitiorum jura violaverat, auctoritatem qua pollebat apud ſuam gentem ultro remittere: Eperatum verò natura inhabilem ad res agendas eſſe, eundemque ab omnibus vituperari: cognito per hæc Apellis & Leontii errore, pręcipuam deinceps Arati habere rationem ſtatuit. mox ubi à magiſtratibus impetraſſet, ut concilium Sicyonem transferrent, aſſumptis & ſeniore & juniore Arato ad familiare colloquium, præteritorum omnium culpa in Apellem tranſlata, petiit ab illis, ut quo prius erga ſe fuerant animo, eodem etiam in poſterum eſſe vellent. quod quum ab ipſis prompta voluntate eſſet ei promiſſum, Rex in Achæorum concilium venire, atque ibi, dictorum virorum ope nixus, omnia facile impetrare ad ea quæ moliebatur neceſſaria. Decretum eſt ab Achæis, numeratis extemplo talentis quinquaginta, quo die primum caſtra Rex moveret, trimeſtre ſtipendium militi dividere; & hoc amplius, decem millia modium frumenti adjicere. in poſterum verò quamdiu in Peloponneſo pręſens ipſe bellum gereret, ut menſtrua talenta ab Achęis ſeptena dena acciperet. Hoc decreto facto, ſolutum eſt Achæorum concilium, & ad ſuas quique urbes ſunt reverſi. Secundum hæc, conſultanti Regi cum amicis, ubi jam ex hibernis in caſtra copiæ redierant, viſum eſt faciendum, ut bellum mari gereretur. quippe hanc rationem eſſe unicam, opprimendi undique hoſtes imparatos: qui ſubvenire ſibi invicem nequaquam ſint valituri: & regionibus di-

bus diviſi, & ſibi quiſque metuentes, tam incerti quò tendat hoſtis, quàm probe gnari, facillimum illi eſſe, quoſcumque volverit citò invadere. cum Ætolis enim, Lacedæmoniis & Eleis res illi erat. Quæ ubi ſtatuit Rex, & ſuas & Achæorum naves Lechæum convenire jubet. ibi continvis experimentis Macedonicę phalangis milites exercen‑, remis tractandis eos aſſuefaciebat: Macedonibus, quicquid eſſet imperatum prompto alacrique animo exſequentibus. Enimvero Macedones & in acie probatiſſimi fortiſſimique milites ſunt; & ſi forte ita poſtulet uſus atque occaſio, ad maritimæ rei miniſteria promptiſſimi; ad hæc, in foſſis ducendis, caſtris muniendis, & toto illo durorum operum genere, laboris patientiſſimi; quales Heſiodus facit Æacidas, *bello quàm menſis gaudere paratos*. Dum Philippus & Macedones Corinthi in exercitatione & apparatu rei navalis occupantur: Apelles qui neque expugnare Regis propoſitum poterat, neque honoris ſui imminutionem ex Regis contemptu tolerare; cum Leontio & Megalea conjurationem facit; ut illi quidem omnibus quæ gererentur intervenientes, volũtaria quadam ſua cõniventia, Regis conatus impedirent: ipſe verò profectus Chalcidem ex aula, id operam daret, quò ne commeatus neceſſarii ad ea quę parabat, ulla ex parte ad Regem ſubveherentur. Quæ ubi cum prædictis conſtituit improbus hic veterator, abſurda quædam commentus apud Philippum prętexenda, Chalcidem ſe cõfert: ibiq; moram trahens, ita exactè juſiurandum ſervavit,

ἅτε διεσπασμένους μὲν ταῖς χώραις, δεδιότας δ' ἑκάστους περὶ σφῶν διὰ τὴν ἀδηλότητα καὶ τὸ τάχος τῆς κατὰ θάλατταν παρουσίας τῶν πολεμίων. πρὸς γὰρ Αἰτωλοὺς καὶ Λακεδαιμονίους, ἔτι δὲ Ἠλείους ὁ πόλεμος ἦν αὐτῷ. Κριθέντων δὲ τούτων, ἤθροιζε τάς τε τῶν Ἀχαιῶν νῆας, καὶ τὰς σφετέρας εἰς τὸ Λέχαιον· καὶ συνεχεῖς ποιούμενος ἀναπείρας, ἐγύμναζε τοὺς φαλαγγίτας, καὶ συνείθιζε ταῖς εἰρεσίαις· προθύμως αὐτῷ πρὸς τὸ παραγγελλόμενον συνυπακουόντων τῶν Μακεδόνων. Πρός τε γὰρ τοὺς ἐν γῇ κινδύνους ἐκ παρατάξεως δοκιμώτατοί γε καὶ γενναιότατοι, πρός τε τὰς κατὰ θάλατταν ἐκ τοῦ καιροῦ χρείας ἑτοιμότατοι λειτουργοί γε μὴν περὶ τὰς ταφρείας καὶ χαρακοποιίας, καὶ πᾶσαν τὴν τοιαύτην ταλαιπωρίαν φιλοπονώτατοί τινες, οἵους Ἡσίοδος παρεισάγει τοὺς Αἰακίδας, πολέμῳ κεχαρηότας, ἠΰτε δαιτί. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς καὶ τὸ τῶν Μακεδόνων πλῆθος ἐν τῇ Κορίνθῳ διέτριβε περὶ τὴν κατὰ θάλατταν ἄσκησιν καὶ παρασκευὴν γιγνόμενος· ὁ δ' Ἀπελλῆς οὔτ' ἐπικρατεῖν τοῦ Φιλίππου δυνάμενος, οὔτε φέρειν τὴν ἐλάττωσιν παρορώμενος, ποιεῖται συνωμοσίαν πρὸς τοὺς περὶ Λεόντιον καὶ Μεγαλέαν· ὥστ' ἐκείνους μὲν συμπαρόντας ἐπ' αὐτῶν τῶν καιρῶν, ἐθελοκακεῖν καὶ λυμαίνεσθαι τὰς τοῦ βασιλέως χρείας· αὐτὸς δὲ χωρισθεὶς εἰς Χαλκίδα φροντίζειν, ἵνα μηδαμόθεν αὐτῷ χορηγία γίγνηται πρὸς τὰς ἐπιβολάς. Οὗτος μὲν οὖν τοιαῦτα συνθέμενος, καὶ κακοτροπευσάμενος πρὸς τοὺς προειρημένους, ἀπῆρεν εἰς τὴν Χαλκίδα, σκήψεις τινὰς ἀλόγους πρὸς τὸν βασιλέα πορισάμενος· κἀκεῖ διατρίβων, οὕτω βεβαίως ἐτήρει

τὰ κατὰ τοὺς ὅρμους, πάντων αὐτῷ πειθαρχούντων κατὰ τὴν προγεγενημένην πίστιν· ὥστε τὸ τελευταῖον ἀναγκασθῆναι τὸν βασιλέα δι' ἀπορίαν ἐνέχυρα θεῖναι τὰ πρὸς αὐτὴν τὴν χρείαν ἀργυρωμάτων, ἀπὸ τούτων ποιεῖσθαι τὴν διαγωγήν. ἠθροισμένων δὲ τῶν πλοίων, καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη ταῖς εἰρεσίαις κατηρτισμένων, σιτομετρήσας καὶ μισθοδοτήσας ὁ βασιλεὺς τὴν δύναμιν, ἀνήχθη καὶ κατῆρε δευτεραῖος εἰς Πάτρας, ἔχων Μακεδόνας μὲν ἑξακισχιλίους, μισθοφόρους δὲ χιλίους καὶ διακοσίους.
3 Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Δορίμαχος ὁ τῶν Αἰτωλῶν στρατηγὸς Ἀγέλαον καὶ Σκόπαν ἐξαπέστειλε τοῖς Ἠλείοις μετὰ Νεοκρήτων πεντακοσίων· οἱ δ' Ἠλεῖοι δεδιότες μὴ τὴν Κυλλήνην ὁ Φίλιππος ἐπιβάληται πολιορκεῖν, στρατιώτας τε μισθοφόρους συνήθροιζον, καὶ τοὺς πολιτικοὺς ἡτοίμαζον· ὠχύρουν δὲ καὶ τὴν Κυλλήνην ἐπιμελῶς. εἰς ἃ βλέπων ὁ Φίλιππος, τούς τε τῶν Ἀχαιῶν μισθοφόρους, καὶ τῶν παρ' αὐτῷ Κρητῶν, καὶ τῶν Γαλατικῶν ἱππέων τινάς, σὺν δὲ τούτοις τῶν ἐξ Ἀχαΐας ἐπιλέκτων εἰς δισχιλίους πεζοὺς ἀθροίσας, ἐν τῇ τῶν Δυμαίων πόλει κατέλιπεν· ἅμα μὲν ἐφεδρείας ἕξοντας, ἅμα δὲ προφυλακῆς τάξιν πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Ἠλείας φόβον. αὐτὸς δ' ἔτι πρότερον γεγραφὼς τοῖς Μεσσηνίοις καὶ τοῖς Ἠπειρώταις, ἔτι δὲ τοῖς Ἀκαρνᾶσι, καὶ Σκερδιλαΐδᾳ πληροῦν ἑκάστοις τὰ παρ' αὐτοῖς πλοῖα, καὶ συναντᾶν εἰς Κεφαλληνίαν, ἀναχθεὶς ἐκ τῶν Πατρῶν κατὰ τὴν σύνταξιν ἔπλει, καὶ προσέσχε τῆς Κεφαλληνίας κατὰ Πρόνους· ὁρῶν δὲ τό τε πολισμάτιον τοὺς Πρόνους δυσπολιόρκητον, καὶ τὴν χώραν στε-

omnibus illi obtemperantibus pro ea auctoritate quam hactenus obtinuerat, ut ad extremum rei nummariæ inopiâ cogeretur Rex, vaſa argentea ad quotidianum uſum comparata, ſuſtentandi ſui cauſſa, pignori opponere. Ubi claſſis convenit, & Macedones ſatis magnum jam uſum remigandi viſi ſunt habere, Rex frumentum exercitui menſus, & ſtipendio quoque numerato, habens ſecum Macedonum ſex millia, mercenarios mille ducentos; altero die poſtquam è portu ſolverat Patras appulit. Per idem tempus Ætolorum Prætor Dorimachus, Agelaum & Scopam cum Neocretibus quingentis ſuppetias Eleis miſit: qui veriti ne Cyllenen obſidere in animo Philippus haberet, & mercede peregrinum militem conducebant, & civiles copias ex Elea conſcribebant; ipſam quoque Cyllenam ſummo ſtudio munientes. Propterea Philippus, coactis in unum Achæorum mercenariis, Cretenſibus quos habebat ſub ſignis, & Gallicis equitibus paucis, & ſelectis peditibus Achæorum bis mille, in Dymæorum urbe eos collocavit, ſimul in ſubſidium ſibi, ſimul, ut ſi quid ab Eleis metus ingrueret, præſidio eſſent. ipſe literis prius datis ad Meſſenios, Epirotas, Acarnanes, atque Scerdilaïdam, ut ſuas quique naves inſtruerent, & ad Cephalleniam ſibi occurrerent, Patris ad diem conſtitutam claſſe profectus, ad Pronos, qui locus eſt in Cephallenia, portum tenuit. animadvertens autem, neque oppidulum Pronos, ſine magna difficultate obſideri poſſe; & regionem illam

illam eſſe anguſtam, provectus ulterius, ad Palæenſium urbem naves appulit. ubi copiam ſegetum uberrimam in agris nactus, quibus ali commode exercitus poterat, expoſitis in terram copiis, ad ipſum oppidum caſtra communit. & quum in ſiccum naves ſubduxiſſet, foſſa valloque eas ſepſit, ac Macedonas frumentatum miſit. ipſe urbem luſtrare & circunſpicere, qui poſſent opera tormentaque mœnibus admoveri. habens in animo & ſocios eò loci excipere, & ſimul urbem illam expugnare. idque ea maxime fine, ut Ætolis neceſſarium adprime ſubſidium adimeret. quippe illi, quoties aut in Peloponneſum vellent trajicere, aut Epirotarum Acarnanumve oram deprædari, Cephalleniorum navibus uti ſoliti. deinde ut pararet ſibi, pararet & ſociis receptaculum ingenio loci percommodum ad impreſſiones in hoſtilem agrum faciendas. Cephallenia enim ad ſinum Corinthiacum ſita, Siculumque ſpectans mare; Peloponneſi partibus quæ ad Septentrionem & Occaſum vergunt; præcipuè autem regioni Eleorum imminet: Epiri vero & Ætoliæ atque Acarnaniæ partibus illis quæ Meridiei & occidenti Soli ſunt obverſæ. Quoniam igitur & ad congregandas ſociorum copias locus erat peropportunus, & ad lædendum hoſtes, protegendumque amicos pares commoditates habebat; occupare inſulam ſuique juris facere vehementer cupiebat. conſiderans autem cæteras urbis partes, aut mari aut præruptis cotibus cin-

τὴν, παρέπλει τὸν στόλον, καὶ καθωρμίσθη πρὸς τὴν τῶν Παλαιέων πόλιν. συνιδὼν δὲ ταύτην τὴν χώραν γέμουσαν σίτου, καὶ δυναμένην τρέφειν στρατόπεδον, τὴν μὲν δύναμιν ἐκβιβάσας προσεστρατοπέδευσε τῇ πόλει· τὰς δὲ ναῦς συνορμίσας, τάφρῳ καὶ χάρακι περιέβαλε, τοὺς δὲ Μακεδόνας ἐφῆκε σιτολογεῖν. αὐτὸς δὲ περιῄει τὴν πόλιν ἐπισκοπῶν, πῶς δυνατὸν εἴη προσάγειν ἔργα τῷ τείχει καὶ μηχανάς, βουλόμενος ἅμα μὲν προσδέξασθαι τοὺς συμμάχους, ἅμα δὲ τὴν πόλιν ἐξελεῖν· ἵνα πρῶτον μὲν Αἰτωλῶν παρέληται τὴν ἀναγκαιοτάτην ὑπηρεσίαν· ταῖς γὰρ τῶν Κεφαλλήνων ναυσὶ χρώμενοι, τάς τ' εἰς Πελοπόννησον ἐποιοῦντο διαβάσεις, καὶ τὰς Ἠπειρωτῶν, ἔτι δ' Ἀκαρνάνων ἐπόρθουν παραλίας. δεύτερον δ', ἵνα παρασκευάσῃ μὲν αὑτῷ, παρασκευάσῃ δὲ τοῖς συμμάχοις, ὁρμητήριον εὐφυὲς κατὰ τῆς τῶν πολεμίων χώρας. Ἡ γὰρ Κεφαλληνία κεῖται μὲν κατὰ τὸν Κορινθιακὸν κόλπον, ὡς εἰς τὸ Σικελικὸν ἀνατείνουσα πέλαγος· ἐπίκειται δὲ τῆς μὲν Πελοποννήσου, τοῖς πρὸς ἄρκτον καὶ πρὸς ἑσπέραν μέρεσι κεκλιμένοις, καὶ μάλιστα τῇ τῶν Ἠλείων χώρᾳ, τῆς δ' Ἠπείρου καὶ τῆς Αἰτωλίας, ἔτι δὲ τῆς Ἀκαρνανίας, τοῖς πρὸς μεσημβρίαν καὶ πρὸς τὰς δύσεις μέρεσιν ἐστραμμένοις. Διὸ 4
καὶ πρός τε τὴν συναγωγὴν τῶν συμμάχων εὐφυῶς ἐχούσης, καὶ κατὰ τῆς τῶν πολεμίων καὶ πρὸ τῆς τῶν φίλων χώρας εὐκαίρως κειμένης, ἔσπευδε χειρωσάμενος ὑφ' αὑτὸν ποιήσασθαι τὴν νῆσον. συνθεωρῶν δὲ τὰ μὲν ἄλλα πάντα μέρη τῆς πόλεως, τὰ μὲν θαλάττῃ, τὰ δὲ κρημνοῖς περιεχόμενα,

βραχὺν

βραχὺν δέ τινα τόπον ἐπίπεδον αὐτῆς ὑπάρχοντα, τὸν πρὸς τὴν Ζάκυνθον ἐστραμμένον, τῇδε διενοεῖτο προσάγειν ἔργα, καὶ τῇδε τὴν ὅλην συνίστασθαι πολιορκίαν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς περὶ ταῦτα καὶ πρὸς τούτοις ἦν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, πεντεκαίδεκα μὲν ἧκον λέμβοι παρὰ Σκερδιλαΐδα· τοὺς γὰρ πλείους ἐκωλύθη πέμψαι, διὰ τὰς γενομένας ἐπιβουλὰς καὶ ταραχὰς περὶ τοὺς κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα τόπων δυνάστας. ἧκον δὲ καὶ παρ' Ἠπειρωτῶν, καὶ παρ' Ἀκαρνάνων, ἔτι δὲ Μεσσηνίων οἱ διαταχθέντες σύμμαχοι. Τῆς γὰρ τῶν Φιαλέων πόλεως ἐξαιρεθείσης, ἀπροφασίστως τὸ λοιπὸν ἤδη μετεῖχον Μεσσήνιοι τοῦ πολέμου. Τῶν δὲ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἡτοιμασμένων διαθεὶς τὰ βέλη, καὶ τοὺς πετροβόλους κατὰ τοὺς ἁρμόζοντας τόπους πρὸς τὸ κωλύειν τοὺς ἀμυνομένους, παρακαλέσας τοὺς Μακεδόνας ὁ βασιλεὺς, προσῆγε τὰς μηχανὰς τοῖς τείχεσι, καὶ διὰ τούτων τοῖς ὀρύγμασιν ἐνεχείρει· ταχὺ δὲ τοῦ τείχους ἐπὶ δύο πλέθρα κρεμασθέντος, διὰ τὴν ἐν τοῖς ἔργοις προθυμίαν τῶν Μακεδόνων, ἐγγίσας τοῖς τείχεσιν ὁ βασιλεὺς, παρῄνει τοῖς ἐν τῇ πόλει, τίθεσθαι πρὸς αὐτὸν τὴν εἰρήνην. τῶν δὲ παρακουόντων, ἐμβαλὼν πῦρ τοῖς ἐρείσμασιν, ὁμοῦ πᾶν τὸ διεστυλωμένον κατέβαλε τεῖχος. οὗ γενομένου, πρώτους ἐφῆκε τοὺς πελταστὰς τοὺς ὑπὸ Λεόντιον ταττομένους, σπειρηδὸν τάξας καὶ παραγγείλας βιάζεσθαι διὰ τοῦ πτώματος. οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον τηροῦντες τὰ πρὸς τὸν Ἀπελλῆν συγκείμενα, τρεῖς ἑξῆς νεανίσκους ὑπερβάντας τὸ πτῶμα διέτρεψαν, τοῦ μὴ τελεσιουργῆσαι

gi; brevem vero quendam locum, qui Zacynthum ſpectabat, per planum adiri poſſe, ab hac parte machinas admovere, & eò molem totam obſidionis conferre ſtatuit. Dum hæc curat, inque his occupatur Philippus, lembi quindecim à Scerdilaïda miſſi veniunt: plures enim ne poſſet mittere, impedivervnt ortæ in Illyrico turbæ inter dynaſtas certorum locorum in ea regione ſitorum, mutuò ſibi inſidias ſtruentes. venerunt & à ſociis milites, qui fuerant imperati, Epirotis, Acarnanibus & Meſſeniis. Poſt captam namque Phialenſium urbem, de cætero nihil jam recuſabant Meſſenii, quominus participes belli eſſent. Ubi fuerunt omnia ad obſidionem parata, & locis opportunis adverſus mœnium propugnatores catapultæ baliſtęque lapidum diſpoſitæ; Rex, hortatus Macedonas, muris machinas admovet, earumque præſidio tutus, cuniculos incipit agere: & quum brevi tempore, propter ſingularem Macedonum alacritatem in opere faciendo, ad duo jugera ſuffoſſi ſuſpenſique muri eſſent; ſuccedit Rex ad muros, & oppidanos ad pacem ſecum ineundam invitat. quibus negligenter audientibus, immiſſo igne fulturas corrumpit, ac ſimul quantum erat muri ſpatium ſublicis ſuſpenſum dejicit. quod ubi factum eſt, cetratos cum duce ſuo Leontio per cohortes diviſos, omnium primos immittit, juſſos per ruinam irrumpere. Leontius memor conjurationis cum Apelle factæ, tres juvenes, qui alius alii

ſuccedentes ruinam ſuperave-

rant, quominus, ut jam inceperant,

urbem

urbem caperent, impedivit. & quum potiſſimos quoque ductores ordinum antea corrupiſſet; atque ipſe vires ſuas ultro remittens, metuere ſubinde ſe oſtenderet; urbe tandem, poſt magnum detrimentum acceptum, eſt ejectus: qui devincendi hoſtis pulcherrimam occaſionem habebat. Rex ubi duces ignave ſe gerere, Macedonum autem plurimos videt eſſe ſauciatos, ſoluta obſidione, quid deinceps facto ſit opus, concilio amicorum habito, deliberat. Eodem vero tempore & Lycurgus in Meſſeniam expeditionem facit: & Dorimachus cum altera parte Ætolorum in Theſſaliam proficiſcitur: perſuaſi ambo, ſe hoc pacto Philippum ab obſidione Palenſium eſſe revocaturos. Nec defuerunt eo nomine miſſæ ad Regem legationes tum ab Acarnanibus, tum à Meſſeniis. Qui ex Acarnania veniebant auctores erant, ut in Ætolorum agrum impreſſione facta, & Dorimachum ab invadenda Macedonia retraheret; & univerſam Ætolorum regionem ſine ullo periculo depopularetur. Meſſeniorum vero legati, opem ſibi fieri orantes, addebant, nunc cum Eteſiarum flatus vigerent poſſe uno die à Cephallenia in Meſſeniam trajici: ex quo efficiebat Gorgus Meſſenius, inopinato invadi Lycurgũ poſſe & bene rem geri. Leontius propoſitum ſibi conſilium ſpectans, Gorgum ſtudio ſummo adjuvat; ut qui futurum provideret, totam ut æſtatem plane inutiliter eo pacto Philippus conſumeret. etenim navigare quidem in Meſſeniam, perfacile erat; redire vero inde Eteſiarum diebus nullo poterat modo,

τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως· προδιεφθαρκότες μὲν κατὰ μέρος τοὺς ἐπιφανεστάτους τῶν ἡγεμόνων, ἐθελοκακοῦντες δὲ, καὶ παρ' ἕκαστον ἀποδειλιῶντες αὐτοί· τέλος ἐξέπεσον ἐκ τῆς πόλεως, πολλὰς πληγὰς λαβόντες, καίπερ εὐκαίρως δυνάμενοι κρατῆσαι τῶν πολεμίων. ὁ δὲ βασιλεὺς ὁρῶν ἀποδειλιῶντας μὲν τοὺς ἡγεμόνας, τραυματίας δὲ πλείους γεγονότας τῶν Μακεδόνων, τῆς μὲν πολιορκίας ἀπέστη, περὶ δὲ τῶν ἑξῆς ἐβουλεύετο μετὰ τῶν φίλων. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς 5
Λυκοῦργος μὲν εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐξεστρατεύκει· Δωρίμαχος δὲ τοὺς ἡμίσεις ἔχων Αἰτωλῶν, εἰς Θετταλίαν ἐποιήσατο τὴν ὁρμήν· ἀμφότεροι πεπεισμένοι τὸν Φίλιππον ἀποσπάσειν τῆς τῶν Παλαιέων πολιορκίας, ὑπὲρ ὧν ἧκον πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα, παρά τε Ἀκαρνάνων καὶ παρὰ Μεσσηνίων· οἱ μὲν παρὰ τῶν Ἀκαρνάνων, παρακαλοῦντες αὐτὸν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν τῶν Αἰτωλῶν χώραν, καὶ τόν τε Δωρίμαχον ἀποσπάσαι τῆς εἰς Μακεδονίαν ὁρμῆς, καὶ τὴν χώραν τῶν Αἰτωλῶν ἐπελθεῖν καὶ πορθῆσαι πᾶσαν ἀδεῶς· οἱ δὲ παρὰ τῶν Μεσσηνίων, δεόμενοι σφίσι βοηθεῖν, καὶ διδάσκοντες ὅτι τῶν ἐτησίων ἤδη στάσιν ἐχόντων δυνατόν ἐστι τὴν παρακομιδὴν ἐκ τῆς Κεφαλληνίας εἰς τὴν Μεσσηνίαν ἐν ἡμέρᾳ ποιήσασθαι μιᾷ· δι' ὧν οἱ περὶ Γόργον τὸν Μεσσήνιον, αἰφνίδιον καὶ πραγματικὴν ἐσομένην συνίστασαν τὴν ἐπὶ τὸν Λυκοῦργον ἐπίθεσιν. οἱ δὲ περὶ τὸν Λεόντιον τηροῦντες τὴν αὐτῶν ὑπόθεσιν, συνήργουν τοῖς περὶ τὸν Γόργον ἐκτενῶς, θεωροῦντες ὅτι συμβήσεται τὴν θερείαν εἰς τέλος ἄπρακτον γενέσθαι τῷ Φιλίππῳ. πλεῦσαι μὲν γὰρ εἰς τὴν Μεσσηνίαν, ῥᾴδιον ἦν· ἀναπλεῦσαι δ' ἐκεῖθεν τῶν ἐτησίων

τῶν ἐτησίων ἐπεχόντων, ἀδύνατον. ἐξ οὗ δῆλον ἦν, ὡς ὁ μὲν Φίλιππος ἐν τῇ Μεσσηνίᾳ μετὰ τῆς δυνάμεως συγκλεισθεὶς, ἀναγκασθήσεται τὸ λοιπὸν μέρος τοῦ θέρους ἄπρακτος μένειν. οἱ δ' Αἰτωλοὶ τὴν Θετταλίαν καὶ τὴν Ἤπειρον ἐπιπορευόμενοι, κατασυροῦσι καὶ πορθήσουσι πᾶσαν ἀδεῶς. Οὗτοι μὲν οὖν λυμαινόμενοι ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα συνεβούλευον. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄρατον συμπαρόντες, τῆς ἐναντίας προΐσταντο γνώμης· δεῖν γὰρ ἔφασαν εἰς τὴν Αἰτωλίαν ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, καὶ τούτων ἔχεσθαι τῶν πραγμάτων. ἐξεστρατευκότων γὰρ τῶν Αἰτωλῶν μετὰ Δοριμάχου, κάλλιστον εἶναι καιρὸν ἐπελθεῖν, καὶ πορθῆσαι τὴν Αἰτωλίαν. ὁ δὲ βασιλεὺς τὰ μὲν ἀπιστῶν ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον ἐκ τῆς περὶ τὴν πολιορκίαν ἐθελοκακήσεως, συναισθανόμενος δὲ καὶ ἐκ τοῦ περὶ τὸν Παλοῦντα διαβουλίου αὐτῶν τὴν κακοπραγμοσύνην, ἔκρινε χρῆσθαι τοῖς πράγμασι κατὰ τὴν Ἀράτου γνώμην. Διόπερ Ἐπηράτῳ μὲν ἔγραψε τῷ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγῷ, βοηθεῖν τοῖς Μεσσηνίοις ἀναλαβόντι τοὺς Ἀχαιούς· αὐτὸς δ' ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Κεφαλληνίας, δευτεραῖος εἰς Λευκάδα μετὰ τοῦ στόλου νυκτὸς ἧκε. εὐτρεπισάμενος δὲ τὰ περὶ τὸν Διόρυκτον, καὶ ταύτῃ διακομίσας τὰς ναῦς, ἐποιεῖτο τὸν ἀπόπλουν κατὰ τὸν Ἀμβρακικὸν καλούμενον κόλπον· ὁ δὲ προειρημένος κόλπος ἐπὶ πολὺ προτείνων ἐκ τοῦ Σικελικοῦ πελάγους, εἰς τοὺς μεσογαίους ἀνήκει τόπους τῆς Αἰτωλίας, καθάπερ καὶ πρότερον ἡμῖν εἴρηται. διανύσας δὲ καὶ καθορμισθεὶς βραχὺ πρὸ ἡμέρας πρὸς τῇ καλουμένῃ Λιμναίᾳ, τοῖς μὲν στρατιώταις ἀριστοποιεῖσθαι παρήγγειλε· καὶ τὸ πολὺ τῆς ἀποσκευῆς ἀποθεμένοις, εὐζώνους σφᾶς παρα-

ex quo apparebat Philippum, cum exercitu in Meſſenia incluſum, reliquam æſtatem neceſſario per otium traducturum. Ætolis vero Theſſaliam & Epirum incurſandi impune, vaſtandi, urendi, poteſtatem fore. Ita ergo iſti hæc & ſimilia his pernitioſa conſilia Regi ſuggerebant. Aratus vero qui concilio intererat, plane contrarium ſuadere; & Ætoliam claſſe petendam eſſe dicere, eoque bellum eſſe transferendum. quippe nunc Ætolis cum Dorimacho in expeditionem profectis, opportuniſſimum eſſe tempus illius regionis incurſandæ atque diripiendæ. Rex partim quod Leontio parum jam credebat, ex quo pugnam detrectantem viderat: partim quia de perfidia illius ex habita conſultatione ſuper Palunte ſuſpicari aliquid ceperat; Arati ſententiam ſibi ſequendam eſſe duxit. Itaque literis ad Eperatum Prætorem Achæorum datis, imperat ei, ut collecto ex ea gente exercitu Meſſeniis ſubſidiaretur: ipſe Leucadem ex Cephallenia cum claſſe altero poſt die noctis ſilentio appellit. ubi rebus omnibus præparatis in iſthmo quem Dioryctum vocant, tranſlatiſque illac navibus, Ambracium ſinum eſt invectus: qui ut jam ante diximus, è Siculo mari longe procurrens, ad mediterranea Ætoliæ pertinet. confecto autem curſu prius aliquanto quàm illuceſceret, ad Limnæam, loci id nomen, portum cepit. mox prandere milites, & poſita impedimentorum magna parte, concinnare ſe ad iter expeditos jubet. ipſe ducibus viæ pluribus in

unum

unum coactis, de natura locorum, & adjacentium urbium ſitu percontari & omnia diligenter inquirere. Eo tempore Ariſtophontus Acarnanum Prætor, omnes ejus gentis copias ſecum trahens ad Regem venit. multas enim eaſque graves injurias ab Ætolis ſuperioribus temporibus perpeſſi, vindicandi ſe & lædendi Ætolos cupiditate mirum in modum flagrabant. Læti igitur occaſionem Macedonici auxilii amplectentes, non ii ſolum qui per leges militiæ dare nomen tenebantur, ſed etiam è grandioribus ætate militari nonnulli, cum armis præſto aderant. nec minore impetu ſimiles ob cauſſas etiam Epirotæ ferebantur; etſi propter provinciæ amplitudinem, & ſubitum Philippi adventum, copias ſuas opportuno tempore cogendi, minus illis facultas fuit. Totius Ætolorum exercitus dimidiam partem, ut antea diximus, Dorimachus ſecum abduxerat; alteram reliquerat; ſatis idoneum præſidium adverſus incerta caſuũ, & urbibus & agris tutandis, id futurũ exiſtimans. Rex ad tuitionem impedimentorũ manu militum ſatis magna relicta, circa veſperam profectus è Limnæa, ſtadiis circiter ſexaginta confectis, metatur caſtra. cœnatus deinde, & modico ſpatio ad quieſcendum militi conceſſo, mox iterum pergit ire; ac per noctem continuato itinere, ad amnem Acheloum, inter Conopen & Stratũ illuceſcente jam die, pervenit: habens in animo, locũ ubi ſunt Thermæ irruptione ſubita & inopinata occupare. Non fefellit Leontium, duplicem ob cauſſam Philippi con-

σκευάζειν πρὸς ἀναζυγήν. αὐτὸς δὲ τοὺς ὁδηγοὺς ἀθροίσας, τά τε περὶ τοὺς τόπους καὶ τὰς παρακειμένας πόλεις ἐπυνθάνετο καὶ διηρεύνα. Κατὰ δὲ τὸν 6
καιρὸν τοῦτον, ἧκεν ἔχων Ἀριστοφάνης ὁ στρατηγὸς πανδημεὶ τοὺς Ἀκαρνᾶνας· πολλὰ γὰρ καὶ δεινὰ πεπονθότες ἐν τοῖς ἀνώτερον χρόνοις ὑπὸ τῶν Αἰτωλῶν, ἐνθύμως εἶχον πρὸς τὸ κατὰ πάντα τρόπον ἀμύνασθαι καὶ βλάψαι τοὺς Αἰτωλούς. Διόπερ ἀσμένως ἐπιλαβόμενοι τότε τῆς Μακεδόνων ἐπαρχίας, ἧκον ἐν τοῖς ὅπλοις, οὐ μόνον ὅσοις ὁ νόμος ἐπέταττε στρατεύειν, ἀλλὰ καὶ τῶν πρεσβυτέρων τινές. οὐκ ἐλάττω δὲ τούτων ὁρμὴν εἶχον Ἠπειρῶται διὰ τὰς παραπλησίους αἰτίας· διὰ δὲ τὸ μέγεθος τῆς χώρας, καὶ διὰ τὸ τῆς παρουσίας αἰφνίδιον τῆς τοῦ Φιλίππου, καθυστέρουν τῇ συναγωγῇ τοῦ καιροῦ. τῶν δ᾽ Αἰτωλῶν τοὺς μὲν ἡμίσεις ἔχων ἦν Δορίμαχος, καθάπερ εἶπον, τοὺς δ᾽ ἡμίσεις ἀπολελοίπει· νομίζων ἀξιόχρεων πρὸς τὰ παράδοξα ταύτην τὴν ἐφεδρείαν ὑπάρχειν τῶν τε πόλεων, καὶ τῆς χώρας. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀπολιπὼν φυλακὴν ἱκανὴν τῆς ἀποσκευῆς, τότε μὲν ἀναζεύξας ἐκ τῆς Λιμναίας δείλης, καὶ προελθὼν ὡς ἑξήκοντα στάδια κατεστρατοπέδευσε. δειπνοποιησάμενος δὲ, καὶ βραχὺ διαναπαύσας τὴν δύναμιν, αὖθις ὥρμα· καὶ συνεχῶς νυκτοπορήσας ἧκε πρὸς τὸν Ἀχελῷον ποταμόν, ἄρτι τῆς ἡμέρας ἐπιφαινούσης, μεταξὺ Κωνώπης καὶ Στράτου, σπεύδων ἄφνω καὶ παραδόξως ἐπὶ τὸν ἐν τοῖς Θερμοῖς τόπον ἐπιβαλεῖν. Οἱ δὲ περὶ 7
τὸν Λεόντιον κατὰ δύο τρόπους ὁρῶντες, τὸν μὲν Φίλιππον καθιξό-

μένον τῆς προθέσεως, τοὺς δὲ Αἰτωλοὺς ἀδυνατήσοντας τοῖς παροῦσι, καθ᾽ ἕνα μὲν τρόπον ἡ ταχεῖα καὶ παράδοξος ἡ τῶν Μακεδόνων ἐγεγόνει παρουσία· καθ᾽ ἕτερον δὲ, ἡ πρός γε τὸν ἐν τοῖς Θερμοῖς τόπον, οὐδέποτ᾽ ἂν ὑπολαμβάνοντες Αἰτωλοὶ τολμῆσαι τὸν Φίλιππον, οὕτω προχείρως αὐτὸν δοῦναι διὰ τὰς ὀχυρότητας τῶν τόπων, ἔμελλον ἀπρονόητοι καὶ παντελῶς ἀπαράσκευοι ληφθήσεσθαι πρὸς τὸ συμβαῖνον· εἰς ἃ βλέποντες καὶ τηροῦντες τὴν ἑαυτῶν πρόθεσιν, ᾤοντο δεῖν τὸν Φίλιππον περὶ τὸν Ἀχελῷον στρατοπεδεύσαντα, προσαναπαῦσαι τὴν δύναμιν ἐκ τῆς νυκτοπορείας, σπουδάζοντες βραχεῖάν γε τοῖς Αἰτωλοῖς ἀναστροφὴν δοῦναι πρὸς τὴν βοήθειαν. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄρατον θεωροῦντες τὸν μὲν καιρὸν ὀξὺν ὄντα τῆς ἐπιβολῆς, τοὺς δὲ περὶ τὸν Λεόντιον προδήλως ἐμποδίζοντας, διεμαρτύροντο τὸν Φίλιππον μὴ παριέναι τὸν καιρὸν, μηδὲ καταμέλλειν. οἷς καὶ πεισθεὶς ὁ βασιλεὺς, καὶ προσκόπτων ἤδη τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν κατὰ τὸ συνεχές. διαβὰς δὲ τὸν Ἀχελῷον ποταμὸν, προῆγε συντόνως ὡς ἐπὶ τὸ Θέρμον· ἅμα δὲ προάγων, ἐδῄου καὶ κατέφθειρε τὴν χώραν. παρῄει δὲ ἐκ μὲν εὐωνύμων ἀπολιπὼν Στράτον, Ἀγρίνιον, Θεστιεῖς· ἐκ δεξιῶν, Κωνώπην, Λυσιμαχίαν, Τριχώνιον, Φοίτεον. ἀφικόμενος δὲ πρὸς πόλιν τὴν καλουμένην Μέταπαν, ἣ κεῖται μὲν ἐπ᾽ αὐτῆς τῆς Τριχωνίδος λίμνης, καὶ τῶν παρὰ ταύτην στενῶν· ἀπέχει δὲ σχεδὸν ἑξήκοντα στάδια τοῦ προσαγορευομένου Θέρμου· ταύτην μὲν ἐκλιπόντων τῶν Αἰτωλῶν, εἰσαγαγὼν πεντακοσίους

ſilium habiturum exitum, Ætolorumque hac in parte conatus fore irritos: tum quia celeriter & præter hominum opinionem Macedonum exercitus advenerat: tum quia nihil tale cogitantes planeque imparatos erat Ætolos oppreſſurus: qui quidem perſuaſum haberent, nunquam ita ſalutis ſuæ prodigum fore Philippum, ut in loca uſque adeo munita & difficilia ut ſunt Thermæ ſe immitteret. Hæc cogitans & in ſuſcepta proditione perſtans Leontius, auctor Regi erat, ut ad Acheloum amnem communitis caſtris, militem ex itinere nocturno reficeret. id nempe agens ſedulo, ut breve ſaltem aliquod tempus ad ſubveniendum ſibi ipſis daret Ætolis. Aratus qui non ignorabat rei gerendæ occaſionem eſſe præcipitem, cernens Leontium ſalutaria conſilia manifeſtò impedientem, Philippum obteſtatur; ne ceſſando & prolatando agendi tempora conſumeret. cujus approbata ſententia Rex, quem Leontii facta jam offendebant, inceptum iter pergit exſequi: deinde Acheloum transgreſſus, Thermum verſus, feſtinatò agmen ducit. ſimul quacunque iter faceret, omnia urere ac vaſtare. in tranſitu dereliquit ad ſiniſtram quidem Stratum, Agrinium, Theſtienſes: ad dexteram vero Conopen, Lyſimachiam, Trichonium, Phœteum: deinde ad oppidum pervenit, quod Metapam vocant, ad Trichonidem lacum & ipſas illius fauces ſitum: ab eo loco quem Thermum appellant, ſtadia ſexaginta diſtantem. hanc ab Ætolis deſertam, quingentorum militum præſidio inducto

Rex te-

Rex tenuit: ut per fauceis ingredienti atque exeunti, munimento eſſet. eſt enim ripa tota illius lacus montoſa & aſpera, ac propter ſylvas viæ imminentes anguſta. itaque arcto & difficili tramite tranſitur. Secundum hæc mercenariis agmen univerſum pręire juſſis, quos ſequebantur Illyrii; ipſe proximos his ducens cetratos cum Macedonicæ phalangis legionariis, per fauceis pergere inſtitit: Cretenſibus extremam illi aciem tuentibus: cum interim ad latus dextrum Thraces & levis armatura æquis paſſibus extra viam progrederentur: nam ſiniſtrum agminis latus, tegebat ipſe lacus, per triginta porrectus ſtadia. confecto per hujuſmodi loca itinere, ad vicum nomine Pamphiam venitur: unde, poſt locatum heic quoque præſidium, Thermum Rex progreditur: via non ſolum arduâ, & cum primis aſperâ; ſed quę etiam ab utraque parte præruptas & altas habet rupeis; ut nonnullis in locis per arctam tranſeunti ſemitam, magnum ſit adeundum periculum. eſt autem adſcenſus univerſus ſtadiorum circiter triginta. quod ſpatium brevi tempore emenſus, (etenim ſtrenue admodum Macedones iter carpebant:) cum adhuc diei multum ſupereſſet, ad Thermum pervenit. ibi poſitis caſtris, exercitum dimiſit, ut populabundus per omnes vicos circumcirca vagaretur, & Thermiorum campos incurſaret. domos quoque pariter ut diriperet, quę in ipſo Thermo erant, non frumento dumtaxat, & omnis generis commeatu refertas, ſed etiam pretioſiſſima ſupellectile quam

στρατιωτικῶς κατεῖχε· βουλόμενος ἐφεδρείᾳ χρήσασθαι πρός τε τὴν εἴσοδον καὶ τὴν ἔξοδον τὴν ἐκ τῶν στενῶν. ἔστι γὰρ πᾶς ὁ παρὰ τὴν λίμνην τόπος ὀρεινὸς καὶ τραχύς, συνηγμένος ταῖς ὕλαις. διὸ καὶ παντελῶς στενὴν καὶ δυσδίοδον ἔχει τὴν πάροδον. Μετὰ δὲ ταῦτα τοὺς μὲν μισθοφόρους προθέμενος πάσης τῆς πορείας, ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς Ἰλλυριούς, ἑξῆς δὲ τοὺς πελταστὰς καὶ φαλαγγίτας ἔχων, προῆγε διὰ τῶν στενῶν· ἀπουραγούντων μὲν αὐτῷ τῶν Κρητῶν, δεξιῶν δὲ παρὰ πλάγια τῶν Θρᾳκῶν, καὶ ψιλῶν ἀντιπαραπορευομένων τῆς χώρας· τὴν μὲν γὰρ ἐκ τῶν εὐωνύμων ἐπιφάνειαν τῆς πορείας ἠσφαλίσθη ἡ λίμνη σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια. ἀνύσας δὲ τοὺς προειρημένους τό- 8
πους, καὶ παραγενόμενος πρὸς τὴν καλουμένην κώμην Παμφίαν, ὁμοίως καὶ ταύτην ἀσφαλισάμενος φρουρᾷ, προέβαινε πρὸς τὸ Θέρμον, ὁδὸν οὐ μόνον προσάντη καὶ τραχεῖαν διαφερόντως, ἀλλὰ καὶ κρημνοὺς ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους ἔχουσαν βαθεῖς· ὥστε καὶ λίαν ἐπισφαλῆ καὶ στενὴν τὴν πάροδον εἶναι κατ' ἐνίους τόπους· τῆς πάσης ἀναβάσεως οὔσης σχεδὸν ἐπὶ τριάκοντα στάδια. διανύσας δὲ καὶ ταύτην ἐν βραχεῖ χρόνῳ, διὰ τὸ τοὺς Μακεδόνας ἐνεργὸν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, ἧκε πολλῆς ὥρας ἐπὶ τὸ Θέρμον· καὶ καταστρατοπεδεύσας, ἀφῆκε τὴν δύναμιν τάς τε περιοικίδας κώμας πορθεῖν καὶ τὸ τῶν Θερμίων πεδίον ἐπιτρέχειν. ὁμοίως δὲ καὶ τὰς οἰκίας τὰς ἐν αὐτῷ τῷ Θέρμῳ διαρπάζειν, οὔσας πλήρεις οὐ μόνον σίτου καὶ τῆς τοιαύτης χορηγίας, ἀλλὰ καὶ κατασκευῆς διαφερούσης τῶν παρ'

Αἰτωλῶν. καθ' ἕκαστον γὰρ ἔτος ἀγορὰς τε καὶ πανηγύρεις ἐπιφανεστάτας, ἔτι δὲ καὶ τὰς τῶν ἀρχαιρεσιῶν καταστάσεις ἐν τούτῳ τῷ τόπῳ συντελούντων αὐτῶν, ἕκαστοι πρὸς τὰς ὑποδοχὰς καὶ τὰς εἰς ταῦτα παρασκευὰς τὰ πολυτελέστατα τῶν ἐν τοῖς βίοις ὑπαρχόντων, εἰς τοῦτον ἀπετίθεντο τὸν τόπον. χωρὶς δὲ τῆς χρείας, καὶ τὴν ἀσφάλειαν ἤλπιζον ἐνταῦθα βεβαιοτάτην αὐτοῖς ὑπάρχειν, διὰ τὸ μήτε πολέμιον τετολμηκέναι μηδένα πώποτε εἰς τοὺς τόπους τούτους ἐμβαλεῖν· εἶναί τε τῇ φύσει τοιούτους, ὥστε τῆς συμπάσης Αἰτωλίας, οἷον ἀκροπόλεως ἔχειν τάξιν. διόπερ εἰρηνευομένης ἐκ παλαιοῦ τῆς χώρας, πλήρεις ἦσαν ἀγαθῶν πολλῶν, αἵ τε περὶ τὸ ἱερὸν οἰκίαι, καὶ πάντες οἱ πέριξ τόποι. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν νύκτα παντοδαπῆς γέμοντες ὠφελείας, αὐτοῦ κατηυλίσθησαν. τῇ δ' ἐπαύριον, τῆς μὲν κατασκευῆς τὰ πολυτελέστατα καὶ τὰ δυνατὰ κομίζεσθαι διελέγοντο· τὰ δὲ λοιπὰ σωρεύοντες πρὸ τῶν σκηνῶν, ἐνεπίμπρασαν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ὅπλων τῶν ἐν ταῖς στοαῖς ἀνακειμένων, τὰ μὲν πολυτελῆ καθαιροῦντες ἀπεκόμιζον· τινὰ δ' ὑπήλλαττον· τὰ δὲ λοιπὰ συναθροίζοντες, πῦρ ἐνέβαλον. ἦν δὲ ταῦτα, πλείω τῶν μυ-

9 ρίων καὶ πεντακισχιλίων. Καὶ ἕως μὲν τούτου πάντα κατὰ τοὺς τοῦ πολέμου νόμους καλῶς καὶ δικαίως ἐπράττετο· τὰ δὲ μετὰ ταῦτα πῶς χρὴ λέγειν οὐκ οἶδα. Λαβόντες γὰρ ἔννοιαν τῶν ἐν Δίῳ καὶ Δωδώνῃ πεπραγμένων τοῖς Αἰτωλοῖς, τάς τε στοὰς ἐνεπίμπρασαν, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀναθημάτων διέφθειρον, ὄντα πολυτελῆ ταῖς κατασκευαῖς, καὶ πολλῆς ἐπιμελείας ἔνια τε-

Ætoli haberent. Quoniam enim mercatus quotannis & ludos celeberrimos ibi agitabant, eratque is locus legitimus comitiorum; unuſquiſque Ætolorum ad inſtruenda hoſpitia, & ſolennium apparatum, pretioſiſſima quæque rerum ſuarum eò conferebat. quum præſertim id facerent, non tantum quò illis ibi uterentur; ſed etiam ſecuritatis gratiâ, quam eo loci certiſſimam eſſe confidebant: tum quia nemo unquam hoſtis illuc penetraverat; tum etiam quod ea locorum natura eſſet, ut univerſæ Ætolię arx quædam ea eſſe crederetur. ac quum longa diuturnaque pace eſſent uſi, & proximę templo domus, & quæ undique circumjacebant, bonis multis abundabant. Nocte igitur illa cujuſq; modi præda onuſti, ibi tetenderunt. poſtridie vero ex univerſa ſupellectile præſtantiſſima quæque ſelegerunt, quæ quidem auferri poterant: reliqua pro tabernaculis acervatim congeſta cremant. ſimiliter etiam ex armis quæ in porticibus viſebantur ſuſpenſa, quæcunque majoris pretii erant, auferunt: quædam permutant: cætera in unum congerunt, ignemque iis immittunt. cremataque ſunt armorum quinadena millia & amplius. Et hactenus quidem recte ac juſte è belli legibus omnia. de iis vero quæ poſtea ſunt ſecuta quid dicam non ſatis ſcio. Nam ubi venit illis in mentem eorum quæ Dii ac Dodonæ fecerant Ætoli; & porticus conſumpſerunt incendio, & quicquid reſtabat donariorum corruperunt: quorum nonnulla, magna arte, ſtudio magno, & impenſa ingenti

ingenti fuerant elaborata. nec contenti tecta flammis abſumpſiſſe, ipſum quoque ædificium ſolo æquarunt. ſtatuas quin etiam omnes everterunt, quæ pauciores bis mille non erant: pleraſq; & fregerunt; quę quidem inſcriptę diis non eſſent, aut formas deum non haberent. nam ab ejuſmodi ſane manus abſtinuerunt. iidem parietibus verſiculum illum, omniū poſtea ſermonibus jactatum, inſcripſerunt; iam tum elegantis ſui ingenii ſpecimen edere incipiente Samo Chryſogoni filio, qui unâ cum Rege fuerat educatus. verſus fuit hic:

Vides ne Dium, quò jaculum pervenerit?

Regem quoque ipſum ejuſque amicos rei magnitudo velut in ſtuporem dabat; quum juſte atque honeſte hanc ſe putarent talionis vicem ab Ætolis exigere pro illis impiis facinoribus quę in urbe Dio admiſerant. Mihi vero contrarium potius videtur. qui an recte ſentiam necne, promptum eſt unicuique dijudicare; non aliunde quam ex illa ipſa regia petitis exemplis. Antigonus poſt devictū in acie Cleomenem, quum Lacedæmoniorum Regem compuliſſet ſolum vertere, ipſam quoque Spartam in poteſtate habuit. erat tunc in ejus manu quicquid vellet tam de urbe, quàm de omnibus civibus ſtatuere. ille vero tantum afvit, ut maleficio ullo victos afficeret, ut è contrario, patrias ipſis leges & libertatem reſtituerit, maximaque in Lacedæmonios beneficia quà publice, quà privatim contulerit. quod ubi factum, in ſuum ſtatim regnum revertit. Itaque, non illo dumtaxat

τετυχότα καὶ δαπάνης. οὐ μόνον δὲ τὴν περὶ κατελυμήναντο τὰς ὀροφάς, ἀλλὰ καὶ κατέσκαψαν εἰς ἔδαφος. ἀνέστρεψαν δὲ καὶ τοὺς ἀνδριάντας οὐκ ἐλάττους δισχιλίων ὄντας· πολλοὺς δὲ καὶ διέφθειραν, πλὴν ὅσοι θεῶν ἐπιγραφὰς ἢ τύπους εἶχον· τῶν δὴ τοιούτων ἀπείχοντο. κατέγραφον δ᾽ εἰς τοὺς τοίχους, καὶ τὸν περιφερόμενον στίχον· ἤδη τότε τῆς ἐπιδεξιότητος τῆς τοῦ Σάμου φυομένης, ὃς ἦν υἱὸς μὲν Χρυσογόνου, σύντροφος δὲ τοῦ βασιλέως. ὁ δὲ στίχος ἦν,

Ὁρᾷς τὸ Δῖον, οὗ βέλος διέπτατο;

καὶ μεγίστη δὲ παράστασις ἐπὶ τούτοις εἶχε τόν τε βασιλέα καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν φίλους, ὡς δικαίως ταῦτα πράττοντας καὶ καθηκόντως ἀμυνομένους τοῖς ὁμοίοις τὴν τῶν Αἰτωλῶν περὶ τὸ Δῖον ἀσέβειαν. Ἐμοὶ δὲ τἀναντία δοκεῖ τούτων. εἰ δ᾽ ὀρθὸς ὁ λόγος, σκοπεῖν ἐν μέσῳ πάρεσι, χρωμένους οὐχ ἑτέροις τισὶν, ἀλλὰ τοῖς ἐξ αὐτῆς τῆς οἰκίας ταύτης παραδείγμασιν. Ἀντίγονος ἐκ παρατάξεως νικήσας μάχῃ Κλεομένην, φυγαδεύσας τὸν βασιλέα, τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης. αὐτός τε ὢν κύριος ὅ βούλοιτο χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, ὡς ἐκ τῶν ἐναντίων ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολίτευμα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοινῇ καὶ κατ᾽ ἰδίαν Λακεδαιμονίοις, οὕτως εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγη. Τοιγαροῦν οὐ μόνον

ἐκείνῃ παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας, σωτήρ· οὐδὲ παρὰ μόνοις Λακεδαιμονίοις, ἀλλὰ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν, ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης ἐπὶ τοῖς προειρημένοις. Καὶ μὴν ὁ πρῶτος αὐτῶν αὐξήσας τὴν βασιλείαν, καὶ γενόμενος ἀρχηγὸς τοῦ προσχήματος τῆς οἰκίας, Φίλιππος νικήσας Ἀθηναίους τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, οὐ τοσοῦτον ἤνυσε διὰ τῶν ὅπλων, ὅσον διὰ τῆς ἐπιεικείας καὶ φιλανθρωπίας τῶν τρόπων. τῷ μὲν γὰρ πολέμῳ καὶ τοῖς ὅπλοις αὐτῶν μόνον περιεγένετο, καὶ κύριος κατέστη τῶν ἀντιταξαμένων· τῇ δὲ συγγνωμοσύνῃ καὶ μετριότητι, πάντας Ἀθηναίους, ἅμα καὶ τὴν πόλιν αὐτῶν ἔσχεν ὑποχείριον. οὐκ ἐπιμετρῶν τῷ θυμῷ τοῖς πραττομένοις· ἀλλὰ μέχρι τούτου πολεμῶν καὶ φιλονεικῶν, ἕως τοῦ λαβεῖν ἀφορμὰς πρὸς ἀπόδειξιν τῆς αὑτοῦ πρᾳότητος καὶ καλοκαγαθίας. τοιγαροῦν χωρὶς λύτρων ἀποστείλας τοὺς αἰχμαλώτους, καὶ κηδεύσας Ἀθηναίων τοὺς τετελευτηκότας, ἔτι δὲ συνθεὶς Ἀντιπάτρῳ τὰ τούτων ὀστᾶ, καὶ τῶν ἀπαλλαττομένων τοὺς πλείστους ἀμφιέσας, μικρᾷ δαπάνῃ διὰ τὴν ἀγχίνοιαν τὴν μεγίστην πρᾶξιν κατειργάσατο. τὸ γὰρ Ἀθηναίων φρόνημα καταπληξάμενος τῇ μεγαλοψυχίᾳ, πρὸς πᾶν ἑτοίμους αὐτοὺς ἔσχε συναγωνιστὰς ἀντὶ πολεμίων. Τί δ' Ἀλέξανδρος; ἐκεῖνος γὰρ ἐπὶ τοσοῦτον ἐξοργισθεὶς Θηβαίοις, ὥστε καὶ τοὺς μὲν οἰκήτορας ἐξανδραποδίσασθαι, τὴν δὲ πόλιν εἰς ἔδαφος κατασκάψαι, τῆς γε πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας οὐκ

tempore cum res agebatur, ut bene meritus: verùm etiam poſt obitum, ut Servator, judicio omnium eſt laudatus. neque apud Lacedæmonios tantum; ſed apud omnes Gręcos laudem & gloriam immortalem his rebus geſtis ſibi peperit. Sed & ille, qui primus regni hujus opes auxit, quique domum hanc in iſtud faſtigium princeps evexit Philippus, devictis ad Chæroneam Athenienſibus, non tantum armis, quantum ęquitate atque humanitate morum eſt conſecutus. bello namque & armis eos ſolum ſuperavit, & in poteſtatem redegit, qui in acie contra ipſum ſteterant: benignitate vero atq; moderatione, tum populum univerſum Athenienſium, tum urbem ipſam eorum ſui juris fecit. neque enim ſupra modum iræ in bellis indulgebat: ſed hactenus inimicos armis odiiſque perſequebatur, donec clementiæ & probitatis ſuę declarandę facultatem nanciſceretur. Igitur quum captivos gratis reſtituiſſet; occiſis Athenienſibus juſta funebria feciſſet; eorumque oſſa per Antipatrum Athenas deferenda curaſſet; pleroſque etiam illorum qui redibant amictibus donaſſet; cum modico ſumptu rem longe maximam confecit. hac enim magnitudine animi tanta, Athenienſium feroces illos ſpiritus ita perculit dejecitque, ut pro infeſtis hoſtibus, paratos ad omnia adjutores deinceps illos haberet. Quid Alexander? nam & hic, poſtquam eò crevit ipſius adverſus Thebanos ira, ut cultoribus ipſis ſub corona venditis, urbem funditus everteret: pietatis tamen erga deos cum illa caperetur non eſt oblitus; ſed

tus; ſed ſummo ſtudio cavit, ne vel imprudentiâ deum ædes, aut quæcunque alia ſacra loca violarentur. qui etiam in expeditione Aſiatica, quam ſuſcepit, ut immania Perſarum facta adverſus Græcos ulciſceretur, ab hominibus ille quidem pares ſceleribus ipſorum pœnas conatus eſt exigere: cæterum à locis omnibus quæ diis dedicata erant, vim abſtinuit: quantumvis Perſæ hoc potiſſimum injuriæ genere per Græciam ſæviiſſent. Hæc cogitare aſſidue Philippum oportebat, ne in imperio magis quàm in vitę inſtitutis & magnitudine animi, ſucceſſorem ſe illorum virorum atque heredem probaret. ille verò contra, ut de Alexandri quidem & Philippi genere videretur prognatus, plurimum per omnem vitam laboravit; virtutes vero illorum ut æmularetur, ne minimum quidem unquam curavit. Itaque ergo, qui ſuperiorum principum actionibus factis contrariis repugnaret, contrariam apud homines famam natu jam grandior invenit. Ejuſmodi unum fuit, quod tunc accidit. immanibus namque Ætolorum ſceleribus paria delinquens præ irâ, & malum malo quod ajunt, ſanans, nihil peccari à ſe exiſtimabat. & qui propter admiſſa Dodonæ ac Dii facinora in deorum contumeliam, Scopæ ac Dorimacho contaminatam omni ſcelere vitam ſubinde objiciebat: quum eadem ipſe faceret, non cogitabat ſimilem ſe quoque ignominiam apud eos manere, qui rem fando acciperent. Nam munitiones quidem hoſtium, portus, urbes, viros, naves,

ὠλιγώρησε περὶ τὴν κατάληψιν τῆς πόλεως· ἀλλὰ πλείστην ἐποιήσατο πρόνοιαν, ὑπὲρ τοῦ μηδ' ἀκούσιον ἁμάρτημα γενέσθαι περὶ τὰ ἱερὰ καὶ καθόλου τὰ τεμένη. Καὶ μὴν ὅτε διαβὰς εἰς τὴν Ἀσίαν μετεπορεύετο τὴν Περσῶν ἀσέβειαν εἰς τοὺς Ἕλληνας, παρὰ μὲν τῶν ἀνθρώπων ἐπειράθη λαβεῖν δίκην ἀξίαν τῶν σφίσι πεπραγμένων· τῶν δὲ τοῖς θεοῖς καταπεφημισμένων πάντων ἀπέσχετο· καίπερ τῶν Περσῶν μάλιστα περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐξαμαρτόντων ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τόποις. Ταῦτ' οὖν ἐχρῆν καὶ τότε Φίλιππον ἐν νῷ λαμβάνοντα συνεχῶς, μὴ οὕτω τῆς ἀρχῆς, ὡς τῆς προαιρέσεως καὶ τῆς μεγαλοψυχίας διάδοχον αὐτὸν ἀναδεικνύναι καὶ κληρονόμον τῶν προειρημένων ἀνδρῶν. ὁ δὲ ἵνα μὲν καὶ συγγενὴς Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου φαίνηται, μεγάλην ἐποιεῖτο παρ' ὅλον τὸν βίον σπουδήν· ἵνα δὲ ζηλωτής, οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον εἶχε λόγον. Τοιγαροῦν τἀναντία τοῖς προειρημένοις ἀνδράσιν ἐπιτηδεύων, τῆς ἐναντίας ἔτυχε παρὰ πᾶσι δόξης, προβαίνων κατὰ τὴν ἡλικίαν. Ὧν ἦν ἓν καὶ τὸ τότε II πραχθέν. τοῖς γὰρ Αἰτωλῶν ἀσεβήμασι συνεξαμαρτάνων διὰ τὸν θυμόν, καὶ κακῷ κακὸν ἰώμενος, οὐδὲν ᾤετο ποιεῖν ἄτοπον. καὶ Σκόπᾳ μὲν καὶ Δοριμάχῳ παρ' ἕκαστον εἰς ἀσέλγειαν καὶ παρανομίαν ὠνείδιζε, τὴν ἐν Δωδώνῃ καὶ Δίῳ προφερόμενος ἀσέβειαν εἰς τὸ θεῖον· αὐτὸς δὲ παραπλήσια ποιῶν, οὐκ ᾤετο τῆς ὁμοίας ἐκείνοις τεύξεσθαι δόξης παρὰ τοῖς ἀκούουσι. τὸ μὲν γὰρ παραιρεῖσθαι τῶν πολεμίων καὶ καταφθείρειν φρούρια, λιμένας, πόλεις,

ἄνδρας, ναῦς, καρποὺς, τἄλλα τὰ τούτοις παραπλήσια, δι' ὧν τοὺς μὲν ὑπεναντίους ἀσθενεστέρους ἄν τις ποιήσαι, τὰ δὲ σφέτερα πράγματα, καὶ τὰς ἐπιβολὰς δυναμικωτέρας· ταῦτα μὲν ἀναγκάζουσιν οἱ τοῦ πολέμου νόμοι, καὶ τὰ τούτου δίκαια δρᾶν· τὰ δὲ μήτε τοῖς ἰδίοις πράγμασιν ἐπικουρίαν μέλλοντα, μηδ' ἥντινοῦν παρασκευάζειν, μήτε τοῖς ἐχθροῖς ἐλάττωσιν πρός γε τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον, ἐκ περιττοῦ καὶ ναοὺς, ἅμα δὲ τούτοις ἀνδριάντας καὶ πᾶσαν δὴ τὴν τοιαύτην κατασκευὴν λυμαίνεσθαι, πῶς οὐκ ἂν εἴποι τις εἶναι τρόπου καὶ θυμοῦ λυττῶντος ἔργον; οὐ γὰρ ἐπ' ἀπωλείᾳ δεῖ καὶ ἀφανισμῷ τοῖς ἀγνώμοσι πολεμεῖν τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας, ἀλλ' ἐπὶ διορθώσει καὶ μεταθέσει τῶν ἡμαρτημένων. οὐδὲ συναναιρεῖν τὰ μηδὲν ἀδικοῦντα τοῖς ἠδικηκόσι· ἀλλὰ συσσώζειν καὶ συνεξαιρεῖσθαι τοῖς ἀναιτίοις τοὺς δοκοῦντας ἀδικεῖν. Τυράννου μὲν γὰρ ἔργον ἐστὶ, τὸ κακῶς ποιοῦντα τῷ φόβῳ δεσπόζειν ἀκουσίων, μισούμενον καὶ μισοῦντα τοὺς ὑποταττομένους· βασιλέως δὲ, τὸ πάντας εὖ ποιοῦντα διὰ τὴν εὐεργεσίαν καὶ φιλανθρωπίαν ἀγαπώμενον, ἑκόντων ἡγεῖσθαι καὶ προστατεῖν. Μάλιστα δ' ἄν τις καταμάθοι τὴν ἁμαρτίαν τὴν τότε Φιλίππου, λαβὼν πρὸ ὀφθαλμῶν, τίνα διάληψιν εἰκὸς ἦν Αἰτωλοὺς ἔχειν, εἰ τἀναντία τοῖς εἰρημένοις ἔπραξε, καὶ μήτε τὰς στοὰς, μήτε τοὺς ἀνδριάντας διέφθειρε, μήτ' ἄλλο μηδὲν ἐλυμήνατο τῶν ἀναθημάτων. Ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι τὴν βελτίστην ἂν καὶ φιλανθρωποτάτην· συνειδότας μὲν

fructus, & hoc genus alia occupare aut perdere, ut eo pacto res inimicorum atterantur, propriæ adaugeantur, & ad exitum conſilia facilius perducantur; ad hęc inquam omnia leges & jura belli nos cogunt: at quæ tuis nihil commodatura ſunt, neque autem hoſtibus ulla in re, ad præſens certe bellum quod attinet, incommodatura: ea nullo bono ire perditum, & templa, ſtatuas, atque his ſimilia ornamenta omnia delere; quis neget opus id eſſe hominis & moribus & irâ furentis? Bonorum ſiquidem virorum officium eſt, cum nec bonis eo animo bellum gerere, non ut illos perdant, atque exſtinguant: ſed ut, quæ illi deliquerint, curent emendanda atque ſarcienda; neque ut innoxios eadem cum noxiis pœna involuant: verùm ut ipſos etiam, ſi forte, ſontes, una cum inſontibus ſalute impertiantur, atque à peſte vindicent. Tyranni etenim proprium eſt, ut ſceleſte vivendo invitis per vim ac metum dominetur, ſubiectis pari jugo exoſus, & odio illos habens: Regis verò proprium, ut bene de omnibus merendo, dilectus cunctis propter beneficia & humanitatem, volentes imperio ſuo & conſilio regat. Philippus ſane quantum eo pacto tum peccaverit, ita facile quis intelligat, ſi apud ſe reputet, quid par ſit cogitaturos fuiſſe Ætolos, ſi contrario modo ſe gerens, nec porticus nec ſtatuas corrupiſſet, neque ullum aliud è donariis temeraſſet. Ego certe exiſtimo Ætolos ipſum pro viro optimo atque humaniſſimo fuiſſe habituros: qui quidem & conſcientia ſtimularentur ejus

ejus immanitatis, qua Dii & Dodonę fuerant uſi: & non dubitarent, Philippum cui facultas jam erat efficiendi quicquid vellet; quemque ſi vel duriſſime in eos conſuluiſſet, jure id facere, (ipſorum quidem certe cauſsâ) omnes erant dicturi; pro ſua clementia & animi magnitudine, nihil ipſis ſimile voluiſſe facere. Profectò enim ſimillimum veri eſt, Ætolos fore ſe ipſos incuſaturos, & Philippum laudaturos atque admiraturos: ut qui regio animo & magno ſuam adverſus numen pietatem & contra ipſos iram ſimul oſtendiſſet. Enimvero factis honeſtis atque juſtitiâ hoſtes vincere, minor res non eſt, imò vero etiam conducibilior, armis partâ victoriâ. heic enim neceſſitate compulſi; illic ſponte cedunt victi. & hęc quidem victoria magnis cum damnis ad officium male ſanos revocat: illa verò ſine detrimento delinquentes in viam rectam ſiſtit. maximum autem illud, quod ubi res armis geritur, pars potiſſima victoriæ opus eſt militis: quum illud alterum decus eorum totum ſit in ſolidum, qui gerendis negotiis præſunt. Sed merito fortaſſe aliquis contendat, non omnem culpam eorum quæ tum gerebantur, in Philippum ea tempeſtate adhuc juvenem, eſſe conferendam: verum illius partem longe maximam amicis qui cum ipſo verſabantur, & eorum quæ gerebantur adjutores erant, debere adſcribi: quorum è numero erant Aratus & Demetrius Pharius. utrius vero illorum exſtitiſſe hoc conſilium exiſtimari debeat, etſi negotiis præſens non interfuit aliquis, haut tamen difficile ſit affirmare. Nam præter

αὐτοῖς τὰ περὶ Δῖον καὶ Δωδώνην πεπραγμένα· σαφῶς δὲ γινώσκοντας, ὅθ' ὁ Φίλιππος τότε καὶ πρᾶξαι κύριος ἦν ὃ βουληθείη, καὶ πράξας τὰ δεινότατα, δικαίως ἂν ἐδόκει τοῦτο πεποιηκέναι, τό γε κατ' ἐκείνους μέρος· διὰ δὲ τὴν αὑτοῦ πρᾳότητα καὶ μεγαλοψυχίαν, οὐδὲν εἵλετο τῶν ὁμοίων ἐκείνοις ἐπιτηδεύειν. Δῆλον γὰρ ἐκ τούτων, 12
ὡς εἰκὸς ἦν αὑτῶν μὲν καταγινώσκειν, τὸν δὲ Φίλιππον ἀποδέχεσθαι καὶ θαυμάζειν· ὡς βασιλικῶς καὶ μεγαλοψύχως αὐτοῦ χρωμένου τῇ τε πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβείᾳ, καὶ τῇ πρὸς αὐτοὺς ὀργῇ. Καὶ μὴν γε τὸ νικῆσαι τοὺς πολεμίους καλοκαγαθίᾳ καὶ τοῖς δικαίοις οὐκ ἔλαττω, μείζω δὲ παρέχεται χρείαν τῶν ἐν τοῖς ὅπλοις κατορθωμάτων. οἷς μὲν γὰρ δι' ἀνάγκην, οἷς δὲ κατὰ προαίρεσιν εἴκουσιν οἱ λειφθέντες. καὶ τὰ μὲν μετὰ μεγάλων ἐλαττωμάτων ποιεῖται τὴν διόρθωσιν· τὰ δὲ χωρὶς βλάβης πρὸς τὸ βέλτιον μετατίθησι τοὺς ἁμαρτάνοντας. τὸ δὲ μέγιστον, ἐν οἷς μὲν τὸ πλεῖστον ἐστὶ τῆς πράξεως τῶν ὑποτεταγμένων· ἐν οἷς δ' αὐτοτελὴς ἡ νίκη γίγνεται τῶν ἡγουμένων. Ἴσως μὲν οὖν οὐκ ἄν τις αὐτῷ τῷ Φιλίππῳ τῶν τότε γινομένων πᾶσαν ἐπιφέροι τὴν αἰτίαν διὰ τὴν ἡλικίαν· τὸ πλεῖον δὲ τοῖς συνοῦσι καὶ συμπραττοῦσι τῶν φίλων, ὧν ἦν Ἄρατος καὶ Δημήτριος ὁ Φάριος. ὑπὲρ ὧν οὐ δυσχερὲς ἀποφήνασθαι καὶ μὴ παρόντα τότε, ποτέρου τὴν τοιαύτην εἰκὸς εἶναι συμβουλίαν. Χωρὶς γὰρ τῆς κατὰ τὸν ὅλον βίον προαιρέ-

στεως· ἐν ᾗ περὶ μὲν Ἀράτου οὐδὲν ἂν εὑρεθείη προπετὲς, οὐδὲ ἄκριτον· περὶ δὲ Δημητρίου τἀναντία· καὶ δεῖγμα τῆς προαιρέσεως ἑκατέρων, ἐν τοῖς παραπλησίοις ὁμολογούμενον ἔχομεν· ὑπὲρ οὗ λαβόντες τὸν οἰκεῖον καιρὸν, ποιησόμεθα τὴν ἁρμόζουσαν μνήμην.
13 Ὁ δὲ Φίλιππος (ἀπὸ γὰρ τούτων παρεξέβην) ὅσα δυνατὸν ἦν ἄγειν καὶ φέρειν, ἀναλαβὼν, ἐκ τοῦ Θέρμου προῆγε, ποιούμενος τὴν αὐτὴν ἐπάνοδον, ᾗ καὶ παρεγένετο· προβαλόμενος μὲν τὴν λείαν εἰς τοὔμπροσθεν, καὶ τὰ βαρέα τῶν ὅπλων· ἐπὶ δὲ τῆς οὐραγίας ἀπολιπὼν τοὺς Ἀκαρνᾶνας καὶ τοὺς μισθοφόρους· σπεύδων ὡς τάχιστα διανύσαι τὰς δυσχωρίας, διὰ τὸ προσδοκᾶν τοὺς Αἰτωλοὺς ἐξάψασθαι τῆς οὐραγίας, πιστεύοντας ταῖς ὀχυρότησι τῶν τόπων. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι παρὰ πόδας. οἱ γὰρ Αἰτωλοὶ προσβεβοηθηκότες, καὶ συνηθροισμένοι σχεδὸν εἰς τρισχιλίους, ἕως μὲν ὁ Φίλιππος ἦν ἐπὶ τῶν μετεώρων, οὐκ ἤγγιζον, ἀλλ᾽ ἔμενον ἔν τισι τόποις ἀδήλοις, Ἀλεξάνδρου τοῦ Τριχωνιέως προεστῶτος αὐτῶν. ἅμα δὲ τῷ κινῆσαι τὴν οὐραγίαν, ἐπέβαλον εὐθέως εἰς τὸ Θέρμον, καὶ προσέκειντο τοῖς ἐσχάτοις. γενομένης δὲ ταραχῆς περὶ τὴν οὐραγίαν, ἔτι μᾶλλον ἐνθύμως οἱ παρὰ τῶν Αἰτωλῶν ἐπέκειντο, καὶ προσέφερον τὰς χεῖρας, πιστεύοντες τοῖς τόποις. ὁ δὲ Φίλιππος προειδὼς τὸ μέλλον, ὑπό τινα λόφον ὑπεστάλκει τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐν τῇ καταβάσει, καὶ τῶν πελταστῶν τοὺς ἐπιτηδειοτάτους. ὧν διαναστάντων ἐπὶ τοὺς ἐπικειμένους καὶ προσπεπτωκότας τῶν ὑπεναντίων, τοὺς μὲν λοιποὺς τῶν Αἰτωλῶν ἀνόδια καὶ προτροπάδην συνέβη φυγεῖν· ἑκατὸν δὲ καὶ τριάκοντα πεσεῖν·

totius vitæ inſtitutum, in qua nihil unquam feciſſe temere, aut ſine exquiſito judicio Aratum invenias; Demetrium vero omnia è contrario: quo fuerit uterque animo in rebus hujuſcemodi, argumento certo & apud omnes indubitato probare poſſumus: de quo mentionem, prout res poſcet, ſuo loco ſumus facturi. Philippus quæcunque agere ferre poterat, avehens, (inde enim ſumus digreſſi;) Thermo itinere eodem quo duxerat reduxit. Præcedebat agmen præda cum gravi armatura; in extrema acie Acarnanes & mercenarii relicti fuerant. id autem magno ſtudio Rex agebat, ut viarum anguſtiis quam primum ſuperatis, Ætolos anteverteret, qui exiſtimabantur difficultatibus locorum freti ultimum agmen carpturi. quod & ſtatim factum. Ætoli namque ferendæ opis gratiâ congregati, ad tria ferme millia, ductore Alexandro Trichonienſi; dum quidem in altis montibus erat Macedo, non acceſſerunt; ſed in occultis quibuſdam locis ſe tenuerunt: ubi vero poſtrema acies moveri cepit; extemplo illi Thermum invadere, & noviſſimos infeſtare. quum in ultimis ordinibus tumultus eſſet ortus, eo acrius Ætoli, ingenio locorum freti, inſtare, urgere, cædere. Sed Philippus futuri providus, Illyriorum & ſelectorum è cetratis manu in collem quendam ſubducta, deſcenſum prætexuerat. quibus repente coortis in perſequentem hoſtem & longe jam progreſſum, occiſis Ætolorum centum & triginta, captis non multo paucioribus, reliqui

reliqui per cotes invias effuſa fuga ſaluti ſuæ conſuluerunt. qua victoria de hoſte parta, mox qui agmen claudebant Pamphium cremant, & ſine diſcrimine ſuperatis faucibus, ſeſe cum Macedonibus conjungunt. Philippus poſitis circa Metapam caſtris, noviſſimum agmen ſuorum eo loci præſtolabatur. poſtero die ubi Metapam ſolo æquaſſet, ire pergit, & mox circa oppidum, quod Acras nominant, caſtrametatur. inde poſtridie profectus agros in tranſitu devaſtat: donec ventum eſt Conopen, ubi proximum quievit diem. iterumque eo ex loco die inſecuta vaſis conclamatis, Stratum verſus ſecundum Acheloum amnem iter inſtituit. ubi locato milite extra teli jactum, in tumulo qui urbi imminebat, oppidanos inde laceſſebat. Audierat Philippus eò concurriſſe ex Ætolis peditum tria millia, equites quadringentos, Cretenſes ad quingentos. quum autem obviam contra venire nemo auderet, iter inſtitutum repetens, primam aciem progredi jubet, Limnæam ad naves contendens. Ubi primùm qui agmen claudebant urbem ſunt prætergreſſi, pauci initio equites Ætoli oppido egreſſi ultimos carpere; mox progreſſis pariter extra muros Cretenſibus, nonnullis etiam Ætolis equitatui ſuo ſe adjungentibus, orto majore certamine, coacti ſunt qui in ultimo erant agmine, fronte verſa dimicare. & principio quidem æquo utrinque Marte pugnabatur: ubi vero mercenariis qui à Philippo ſtabant, auxilium ferri cepit ab Illyriis, inclinata acies Ætolorum eſt;

ἁλῶναι δὲ οὐ πολὺ τούτων ἐλάττους. γενομένου δὲ τοῦ προτερήματος τούτου, ταχέως οἱ περὶ τὴν οὐραγίαν ἐμπρήσαντες τὸ Πάμφιον, καὶ μετ' ἀσφαλείας διελθόντες τὰ στενά, συνέμιξαν τοῖς Μακεδόσιν. ὁ δὲ Φίλιππος ἐστρατοπεδευκὼς περὶ τὴν Μετάπαν, ἐνταυθοῖ προσανεδέχετο τοὺς ἀπὸ τῆς οὐραγίας. εἰς δὲ τὴν ὑστεραίαν κατασκάψας τὴν Μετάπαν προῆγε, καὶ παρενέβαλε περὶ τὴν καλουμένην πόλιν, Ἄκρας. τῇ δ' ἑξῆς ἅμα προάγων, ἐπόρθει τὴν χώραν· καὶ καταστρατοπεδεύσας περὶ Κωνώπην ἐπέμεινε τὴν ἐχομένην ἡμέραν. τῇ δ' ἐπιούσῃ πάλιν ἀναζεύξας, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν Ἀχελῷον, ἕως ἐπὶ τὸν Στράτον. διαβὰς δὲ τὸν ποταμόν, ἐπέστησε τὴν δύναμιν ἐκτὸς βέλους, ἀποπειρώμενος τῶν ἔνδον.
14
Ἐπυνθάνετο γὰρ εἰς τὸν Στράτον συνδεδραμηκέναι τῶν Αἰτωλῶν, πεζοὺς μὲν εἰς τρισχιλίους, ἱππεῖς δὲ τετρακοσίους, Κρῆτας δ' εἰς πεντακοσίους. οὐδενὸς δ' ἐπεξιέναι τολμῶντος, αὖθις ἀρξάμενος ἐκίνει τοὺς πρώτους, ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ τὴν Λιμναίαν καὶ τὰς ναῦς. Ἅμα δὲ τῷ τὴν οὐραγίαν παραλλάξαι τὴν πόλιν, τὸ μὲν πρῶτον ὀλίγοι τῶν Αἰτωλῶν ἱππέων ἐξελθόντες, κατεπείραζον τῶν ἐσχάτων. ἐπεὶ δὲ τό, τε τῶν Κρητῶν πλῆθος ἐκ τῆς πόλεως, καί τινες τῶν Αἰτωλικῶν συνῆψαν τοῖς αὐτῶν ἱππεῦσι, γενομένης ὁλοσχερεστέρας συμπλοκῆς, ἠναγκάσθησαν ἐκ μεταβολῆς οἱ περὶ τὴν οὐραγίαν κινδυνεύειν. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἀμφοτέρων ἐφάμιλλος ἦν ὁ κίνδυνος· προσβοηθησάντων δὲ τοῖς παρὰ τοῦ Φιλίππου μισθοφόροις τῶν Ἰλλυριῶν, ἐνέκλιναν καὶ σποράδην ἔφευγον οἱ τῶν Αἰτωλῶν ἱππεῖς καὶ μισθοφόροι.

καὶ τὸ μὲν πολὺ μέρος αὐτῶν ἕως εἰς τὰς πύλας, καὶ πρὸς τὰ τείχη συνεδίωξαν οἱ παρὰ τοῦ βασιλέως· κατέβαλον δ᾽ εἰς ἑκατόν. Ἀπὸ δὲ ταύτης τῆς χρείας λοιπὸν, οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως τὴν ἡσυχίαν ἦγον· οἱ δ᾽ ἀπὸ τῆς οὐραγίας ἀσφαλῶς συνῆψαν πρὸς τὸ στρατόπεδον καὶ τὰς ναῦς. ὁ δὲ Φίλιππος καταστρατοπεδεύσας ἐν ὥρᾳ, τοῖς θεοῖς ἔθυεν εὐχαριστήρια τῆς γεγενημένης αὐτῷ περὶ τὴν ἐπιβολὴν εὐροίας. Ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἡγεμόνας ἐκάλει, βουλόμενος ἑστιᾶσαι πάντας. Ἐδόκει γὰρ εἰς τόπους αὐτὸν δεδωκέναι παραβόλους, καὶ τοιούτους εἰς οὓς οὐδεὶς ἐτόλμησε πρότερον στρατοπέδῳ παρεμβαλεῖν. ὁ δὲ οὐ μόνον ἐνέβαλε μετὰ τῆς δυνάμεως, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὃ προέθετο συντελεσάμενος, ἀσφαλῶς ἐποιήσατο τὴν ἐπάνοδον. διὸ καὶ περιχαρὴς ὢν αὐτὸς μὲν ἐγίνετο περὶ τὴν τῶν ἡγεμόνων ὑποδοχήν. οἱ δὲ περὶ τὸν Μεγαλέαν καὶ Λεόντιον, δυσχερῶς ἔφερον τὴν γεγενημένην ἐπιτυχίαν τοῦ βασιλέως, ὡς ἂν διατεταγμένοι μὲν πρὸς τὸν Ἀπελλῆν, πάσαις μὲν ἐμποδιεῖν ταῖς ἐπιβολαῖς αὐτοῦ. μὴ δυνάμενοι δὲ τοῦτο ποιεῖν, ἀλλὰ τῶν πραγμάτων αὐτοῖς κατὰ τοὐναντίον προχωρούντων· ἀθυμοῦντες μὲν, ἀλλ᾽ ἧκόν γε πρὸς τὸ δεῖπνον. Ἦσαν μὲν οὖν εὐθέως ἐν ὑπονοίᾳ τῷ τε βασιλεῖ καὶ τοῖς ἄλλοις, οὐχ ὁμοίως τοῖς λοιποῖς χαίροντες ἐπὶ τοῖς γεγονόσι. προβαίνοντος δὲ τοῦ πότου, καὶ πάντα γινομένης ἀκαιρίας πολυποσίας, ἀναγκασθέντες συμπεριφέρεσθαι, ταχέως ἐξεθεάτρισαν αὐτούς. ἀφθείσης γὰρ τῆς συνουσίας, ὑπό τε τῆς μέθης καὶ τῆς ἀλογιστίας.

equitibus ac mercenariis paſſim fugam arripientibus. at regii uſque ad portas & mœnia ipſa fugientes perſecuti, ad centum occiderunt. Ab hoc prælio, quum de cætero jam oppidani quieſcerent, noviſſima regii exercitus acies ad caſtra & ad naves tutò pervenit. Ibi tempeſtive metatus caſtra Rex, diis rem divinam fecit, & pro felici expeditionis ſuæ exitu laudes grateſque illis egit. ſimul duces vocat, & convivio omnes accipit. Erat namque hominum opinio, Philippum in deſperata quædam loca temere præcipitaſſe, quò ante ipſum nemo auſus eſſet mortalium cum exercitu accedere. ipſe tamen non ſolum eò copias ſuas adduxerat, verùm etiam omnibus quæ deſtinaverat confectis, tutò inde ſe receperat. propterea gaudio ipſe exultans, ducibus ſuis epulas dabat. Megaleas vero & Leontius lætis Philippi rebus dolebant: ut qui Apelli recepiſſent, conatus ſe illius modis omnibus eſſe impedituros. quod quia efficere non poterant; imò contra, ex animi ſententia cuncta Regi proveniebant; mœrentes illi quidem, ſed tamen venerunt. Ibi tum confeſtim Regi cæteriſque oborta ſuſpicio eſt, rerum ſucceſſu non pariter cum reliquis ipſos gaudere. mox verò compotatione protracta, quando jam plane intempeſtivum erat convivium & pocula fervebant, coacti Megaleas & Leontius idem cum cæteris facere, ilicet interiora animorum ſuorum ipſi publicarunt. nam ubi vehementius potatio atque invitatio incaluiſſet, mente ex ebrietate alienata.

nata, Aratum quærentes huc illuc circumcurſant. & quum in reditu à cœna in eum forte incidiſſent, dicta primo in illum jacere, deinde etiam lapidibus inceſſere. mox ab utraque parte multis ad clamorem pro ferenda ope accurrentibus, tumultus quidam & motus in caſtris eſt excitatus. Rex ut clamantes audit, viſum quid rei ſit, certos homines mittit; & ut tumultum iidem ſedarent. Quibus poſtquam rem omnem uti geſta fuerat Aratus expoſuit, & cunctorum qui aderant teſtimoniis confirmavit, è turba & vexatione in ſuum tabernaculum ſe recepit. Leontius quoque neſcio quomodo inter tumultuantium ſtrepitum dilabitur. Rex accitis Megalea & Crinone, & quæ acciderant cognitis, acerbe illos increpat. qui adeo non ſubmiſerunt ſe in humilitatem reorum, ut contumeliam inſuper adjicerent, dicerentque, non prius ſe ab incepto deſtituros, quàm meritas ab Arato pœnas exegiſſent. qua voce Rex irritatus, è veſtigio exacta ab iis ſatisdatione, talenta viginti multæ nomine ſolutum iri, in carcerem conjici eos jubet. Die inſequenti Aratum ad ſe arceſſitum bono animo eſſe jubet: ſibi enim, quantæ par ſit, curæ negotium hoc futurum. Leontius de Megaleæ caſu factus certior, cum cetratorum manu ad Regem venit: ratus facile ſe propter ætatem terrorem illi incuſſurum, & ad mutandam ſententiam compulſurum. Is Regem alloquens, ultro quærere ab illo ſuſtinuit, quiſnam Megaleæ manus injicere, atque in carcerem compingere eſſet

ἐλαυνόμενοι, περιῄεσαν ζητοῦντες τὸν Ἄρατον. συμμίξαντες δὲ κατὰ τὴν ἐπάνοδον αὐτῷ, τὸ μὲν πρῶτον ἐλοιδόρουν· μετὰ δὲ, βάλλειν ἐνεχείρησαν τοῖς λίθοις. προσβοηθούντων δὲ πλειόνων ἀμφοτέροις, θόρυβος ἦν καὶ κίνημα κατὰ τὴν παρεμβολήν. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀκούων τῆς κραυγῆς, ἐξαπέστειλε τοὺς ἐπιγνωσομένους, καὶ διαλύσοντας τὴν ταραχήν. ὁ μὲν οὖν Ἄρατος παραγενομένων τούτων, εἰπὼν τὰ γεγονότα, καὶ μάρτυρας παρασχόμενος τοὺς συμπαρόντας, ἀπηλλάττετο τῆς κακησυχίας ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σκηνήν. ὁ δὲ Λεόντιος ἀλόγως πῶς κατὰ τὸν θόρυβον ἀπέδυσε. τὸν δὲ Μεγαλέα καὶ Κρίνωνα μεταπεμψάμενος ὁ βασιλεὺς, ἐπεὶ συνῆκε τὸ γεγονὸς, ἐπετίμα πικρῶς. οἱ δ᾽ οὐχ οἷον συνεστάλησαν, ἀλλ᾽ ἐπεμέτρησαν φάσκοντες, οὐδὲ λήξειν τῆς προθέσεως, ἕως ἂν τὸν μισθὸν ἐπιθῶσι τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον. ὁ δὲ βασιλεὺς ὀργισθεὶς ἐπὶ τῷ ῥηθέντι, παραχρῆμα πρὸς εἴκοσι τάλαντα κατεγγυήσας, ἐκέλευσεν αὐτοὺς εἰς φυλακὴν ἀπαγαγεῖν. Τῇ δ᾽ ἐπαύριον ἀνακαλεσάμενος τὸν Ἄρατον, παρεκάλει θαῤῥεῖν, ὅτι ποιήσεται τὴν ἐνδεχομένην ἐπιστροφὴν τοῦ πράγματος. ὁ δὲ Λεόντιος συνεὶς τὰ περὶ τὸν Μεγαλέαν, ἧκε πρὸς τὴν σκηνὴν μετά τινων πελταστῶν· πεπεισμένος, καταπλήξεσθαι διὰ τὴν ἡλικίαν, καὶ ταχέως εἰς μετάνοιαν ἄξειν τὸν βασιλέα. Συντυχὼν δ᾽ αὐτῷ προσεπυνθάνετο, τίς ἐτόλμησεν ἐπιβαλεῖν τὰς χεῖρας τῷ Μεγαλέᾳ; καὶ τίς εἰς τὴν φυλακὴν

ἀπαγα-

ἀπαγαγεῖν; τοῦ δὲ βασιλέως ὑπο-
στατικῶς αὐτὸν φήσαντος συντετα-
χέναι, καταπλαγεὶς ὁ Λεόντιος, καί
τι προσανοιμώξας, ἀπῄει τεθυμωμέ-
νος. ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναχθεὶς παντὶ
τῷ στόλῳ, καὶ διάρας τὸν κόλπον, ὡς
τάχιστ' εἰς τὴν Λευκάδα καθωρμίσθη·
τοῖς μὲν ἐπὶ τῆς τῶν λαφύρων οἰκονο-
μίας τεταγμένοις, περὶ ταῦτα συνέ-
ταξε γινομένοις μὴ καθυστερεῖν· αὐ-
τὸς δὲ συναγαγὼν τοὺς φίλους, ἀπέ-
δωκε κρίσιν τοῖς περὶ τὸν Μεγαλέαν.
Τοῦ δ' Ἀράτου κατηγορήσαντος ἀνέ-
καθεν τὰ πεπραγμένα τοῖς περὶ τὸν
Λεόντιον, καὶ διελθόντος τὴν γενομένην
ὑπ' αὐτῶν ἐναργῆ σφαγὴν, ἣν ἐ-
ποιήσαντο μετὰ τὸν Ἀντιγόνου χωρι-
σμὸν, καὶ τὰς πρὸς Ἀπελλῆν συνθή-
κας· ἔτι δὲ τὸν περὶ τοὺς Παλαιεῖς
ἐμποδισμὸν, καὶ πάντα ταῦτα μετ'
ἀποδείξεως ἐνδεικνυμένου καὶ μαρ-
τύρων, οὐ δυνάμενοι πρὸς οὐδὲν
ἀντιλέγειν οἱ περὶ τὸν Μεγαλέαν, κα-
τεκρίθησαν ὁμοθυμαδὸν ὑπὸ τῶν
φίλων. καὶ ὁ Κρίνων μὲν ἔμεινεν
ἐν τῇ φυλακῇ· τὸν δὲ Μεγαλέαν
Λεόντιος ἀνεδέξατο τῶν χρημά-
των. ἡ μὲν οὖν περὶ τὸν Ἀπελλῆν καὶ
τὸν Λεόντιον πρᾶξις ἐν τούτοις ἦν,
παλίντροπον λαμβάνουσα τὴν προ-
κοπὴν τῆς ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν ἐλπίσιν.
Ἐδόξαν μὲν γὰρ καταπληξάμενοι τὸν
Ἄρατον, καὶ μονώσαντες τὸν Φίλιππον,
ποιήσειν ὅ, τι ἂν αὐτοῖς δοκῇ συμφέ-
17 ρειν. ἀπέβη δὲ τούτων τἀναντία. Κατὰ
δὲ τοὺς προειρημένους καιροὺς, Λυ-
κοῦργος ἐκ μὲν τῆς Μεσσηνίας οὐδὲν
ἄξιον λόγου πράξας, ἐπανῆλθε·
μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν ὁρμήσας ἐκ
Λακεδαίμονος, κατελάβετο τὴν
τῶν * Ελεατῶν πόλιν. τῶν δὲ συ-

auſus? Rege vero conſtanter ac fidenter reſpondente, Suo id factum eſſe juſſu: territus Leontius, ac nonnihil etiam ſuſpirans, plenus iræ diſceſſit. mox cum universa claſſe profectus Macedo, ſinu trajecto, brevi ad Leucadem appulit: ubi quum prædæ adminiſtrandæ præfectos negotium accelerare juſſiſſet: ipſe coactis ad concilium amicis, de cauſſa Megaleæ cognitionem inſtituit. In eo conſeſſu omnium criminum quæ inde à principio patraverant Megaleas & qui cum eo ſentiebant, Aratus illos accuſavit. qui etiam cædem poſt diſceſſum Antigoni manifeſto ab his factam in medium attulit: necnon conjurationem cum Apelle initam: poſtremo regiis conatibus oblata in Palæenſium obſidione impedimenta. quorum omnium quia certa argumenta & teſtimonia idonea Aratus afferebat; Megaleas & ſocii quid adverſus objecta reſponderent, nihil habebant: ideoque omnium qui aderant conſentientibus ſuffragiis ſunt damnati. Crinon in carcere eſt detētus. pro Megaleæ dicta multa Leontius ſponſorem ſe obtulit. Hic fuit ſucceſſus illius proditionis quam Apelles & Leontius inſtituerant: ſpei per initia ab eis conceptæ plane in exitu contrarius. Speraverant enim, territo fugatoque Arato, Regem in ſolitudine amicorum derelictum, pro ſua libidine ſe recturos. quod conſilium in alia omnia ipſis vertit. Per idem tempus Lycurgus nullo operępretio facto à Meſſenia domum reduxit: deinde iterum Lacedæmone profectus, Tegeatarum urbem occupat. &

pat. & quoniam quicquid erat hominum in arcem confugerat, obſidionem hujus aggreditur. ſed quum nihil promoveret, atque omnia ejus incepta caderent irrita, Spartam redire eſt coactus. Elei verò in Dymæorum fines aſſiduas incurſiones faciendo, equites qui ad obſiſtendum occurrerant, in locum inſidiarum adductos, non magno conatu fugant. deſiderati ſunt è Gallorum turmis nonnulli; ex oppidanis quidam capti: item Polymedes Ægienſis, & Ageſipolis ac Megacles Dymæi. Dorimachus initio cum ad bellum gerendum copias Ætolorum educeret, pro certo habebat, ſicut antè diximus, ſe Theſſaliam impune devaſtantem, ab obſidione Palæenſium Regem eſſe revocaturum. ſed quum in Theſſalia Chryſogonum & Patræum ad dimicandum paratos offendiſſet, non auſus in campos deſcendere, ſub montium radices ſuccedens, ibi ſe continebat. poſtea certior factus impreſſionis Macedonum in Ætoliam, omiſſa Theſſalia, ad ferendum patriæ auxilium accurrit. qui tamen prius quàm veniret, Macedones Ætolia jam exceſſerant. ita iſte tardius ſemper occurrens, fruſtra ubique erat. At Rex Leucade conſcenſis navibus, populatus in tranſitu Hyanthenſium agrum, cum univerſa claſſe, Corinthum appulit: ſubductiſque navibus in Lechæum portum, & milite in terram expoſito, ad ſocias Peloponneſi urbes tabellarios in omnem partem cum literis mittit, diem edicens, qua die in Tegeatarum urbe cum armis manere ipſos volebat.

μάτων ἀποχωρησάντων εἰς τὴν ἄκραν, ἐπεβάλετο πολιορκεῖν ταύτην. οὐδαμῶς δὲ δυνάμενος ἀνύειν οὐδέν, αὖθις ἀνεχώρησεν εἰς τὴν Σπάρτην. οἱ δ᾽ ἐκ τῆς Ἤλιδος καταδραμόντες τὴν Δυμαίαν, καὶ τοὺς βοηθήσαντας τῶν ἱππέων εἰς ἐνέδραν ἐπαγαγόμενοι, ῥᾳδίως ἐτρέψαντο. καὶ τῶν μὲν Γαλατικῶν οὐκ ὀλίγους κατέβαλον, τῶν δὲ πολιτικῶν αἰχμαλώτους ἔλαβον, Πολυμήδην τε τὸν Αἰγιέα, καὶ Δυμαίους, Ἀγησίπολιν καὶ Μεγακλέα. Δορίμαχος δὲ τὴν μὲν πρώτην ἔξοδον ἐποιήσατο μετὰ τῶν Αἰτωλῶν, πεπεισμένος, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, αὐτὸν μὲν ἀσφαλῶς κατασυρεῖν τὴν Θετταλίαν, τὸν δὲ Φίλιππον ἀναστήσειν ἀπὸ τῆς περὶ τοὺς Παλαιεῖς πολιορκίας. εὑρὼν δὲ τοὺς περὶ τὸν Χρυσόγονον καὶ Πετραῖον ἑτοίμους ἐν Θετταλίᾳ πρὸς τὸ διακινδυνεύειν, εἰς μὲν τὸ πεδίον οὐκ ἐθάῤῥει καταβαίνειν. ἐν δὲ ταῖς παρωρείαις προσανέχων, διῆγε. προσπεσούσης δ᾽ αὐτῷ τῆς τῶν Μακεδόνων εἰς τὴν Αἰτωλίαν εἰσβολῆς, ἀφέμενος τῆς κατὰ Θετταλίαν, ἐβοήθει τούτοις κατὰ σπουδήν. καταλαβὼν δ᾽ ἀπηλλαγμένους ἐκ τῆς Αἰτωλίας τοὺς Μακεδόνας, οὗτος μὲν ὑπελείπετο καὶ καθυστέρει πάντων. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἀναχθεὶς ἐκ τῆς Λευκάδος καὶ πορθήσας ἐν παράπλῳ τὴν τῶν Ὑανθέων χώραν, κατῆρε μετὰ τοῦ στόλου παντὸς εἰς Κόρινθον· ὁρμίσας δὲ τὰς νῆας ἐν τῷ Λεχαίῳ, τήν τε δύναμιν ἐξεβίβαζε, καὶ τοὺς γραμματοφόρους διαπέστελλε πρὸς τὰς ἐν Πελοποννήσῳ συμμαχίδας πόλεις· δηλῶν τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ δεήσει πάντας μετὰ τῶν ὅπλων κοιταίους ἐν τῇ τῶν Τεγεατῶν γίνεσθαι πόλει. Ταῦτα δὲ διαταξάμενος, καὶ μείνας οὐδένα

χρόνον

χρόνον ἐν τῇ Κορίνθῳ, παρήγγειλε τοῖς Μακεδόσιν ἀναζυγήν. ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν δι' Ἄργους, ἧκε δευτεραῖος εἰς Τεγέαν. προσαναλαβὼν δὲ τοὺς ἠθροισμένους τῶν Ἀχαιῶν, προῆγε διὰ τῆς ὀρεινῆς, σπουδάζων λαθεῖν τοὺς Λακεδαιμονίους, ἐμβαλὼν εἰς τὴν χώραν· περιελθὼν δὲ ταῖς ἐρημίαις τεταρταῖος, ἐπέβαλε τοῖς καταντικρὺ τῆς πόλεως λόφοις, καὶ παρήει δεξιὸν ἔχων τὸ Μενελάϊον ἐπ' αὐτὰς τὰς Ἀμύκλας. οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι θεωροῦντες ἐκ τῆς πόλεως παράγουσαν τὴν δύναμιν, ἐκπλαγεῖς ἐγίνοντο καὶ περίφοβοι, θαυμάζοντες τὸ συμβαῖνον· ἀκμὴν γὰρ ταῖς διανοίαις ἦσαν μετέωροι ἐκ τῶν προσπιπτόντων ὑπὸ τοῦ Φιλίππου περὶ τὴν καταφθορὰν τοῦ Θέρμου, καὶ καθόλου ταῖς ἐν Αἰτωλίᾳ πράξεσι. καί τις ἐνεπεπτώκει θροῦς παρ' αὐτοῖς ὑπὲρ τοῦ τὸν Λυκοῦργον ἐκπέμπειν βοηθήσοντα τοῖς Αἰτωλοῖς· ὑπὲρ δὲ τοῦ τὸ δεινὸν ἥξειν ἐπὶ σφᾶς οὕτως ὀξέως ἐκ τοῦ τηλικούτου διαστήματος, οὐδὲ διενοεῖτο τότε παράπαν αὐτῶν οὐδείς· ἅτε καὶ τῆς ἡλικίας ἐχούσης ἀκμὴν εὐκαταφρόνητόν τι τῆς τοῦ βασιλέως. διὸ καὶ παρὰ δόξαν αὐτοῖς τῶν πραγμάτων συγκυρούντων, εἰκότως ἦσαν ἐκπλαγεῖς. ὁ γὰρ Φίλιππος τολμηρότερον καὶ πρακτικώτερον ἢ κατὰ τὴν ἡλικίαν χρώμενος ταῖς ἐπιβολαῖς, εἰς ἀπορίαν καὶ δυσχρησίαν ἅπαντας ἦγε τοὺς πολεμίους. Ἀναχθεὶς γὰρ ἐκ μέσης Αἰτωλίας, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον, καὶ διανύσας ἐν νυκτὶ τὸν Ἀμβρακικὸν κόλπον, εἰς Λευκάδα κατῆρε. δύο δὲ μείνας ἡμέρας ἐνταῦθα, τῇ τρίτῃ ποιησάμενος ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν τὸν ἀνάπλουν,

His ita ordinatis nulla amplius mora Corinthi facta, vaſis conclamatis, per Argos iter faciens, alteris caſtris Tegeam pervenit. aſſumptaque ibi manu Achæorum quæ parata erat, cupiens Lacedæmoniorum agrum nec cogitantibus ipſis invadere, per montana agmen duxit. quarto die circumducto per loca ſola exercitu, adiitos è regione urbis colles conſcendit: habenſque ad dextram Menelajum, ad Amyclas ipſas pervenit. Lacedæmonii, cum ex urbe prætereuntes copias cernerent, ſtupore ac metu defixi, mirari. nam propter nuntium de clade Thermiorum, & cæteris rebus in Ætolia à Philippo geſtis, ſuſpenſos admodum animos futuri exſpectatione habebant. Enimvero rumuſculus aliquis apud eos fuerat auditus, de mittendo Lycurgo qui Ætolis auxilium ferret. quod autem tam citò, è ſpatio tam longinquo, tranſiturum ad ipſos eſſet periculum, ne venerat quidem in mentem cuiquam omnino Spartanorum, quum præſertim ea Rex ætate eſſet, quæ adprime contemptui eſt obnoxia. quamobrem adeo præter ipſorum ſpem rebus evenientibus, non ſine cauſſa commoti perturbatique erant. Philippus namque & audacia & ſollertia majore quàm pro ætate conſilia ſua regens, ingentem animis hoſtium omnium ſuorum ſollicitudinem atque fluctuationem injiciebat. Etenim è media Ætolia, ſicut paullo ante dicebam, profectus, & ſinu Ambracio per noctem trajecto, Leucadem pervenerat: ubi mora biduî facta, tertio die ſub lucem primam

mam profectus, altero populatus obiter Ætoliæ quam prætervehebatur oram, Lechæum pervenit. deinde continuato itinere, colles qui ad Menelajum Spartæ imminent, ſeptimis caſtris attigit. Ut multi quum cernerent qua celeritate res gereret, vix crederent quod verum erat. Lacedæmonii igitur rei novitate perterriti, quo ſe verterent in præſentia, quidve conſilii caperent, neſciebant. Philippus ad Amyclas primo die conſedit. Quas vocant Amyclas, locus eſt, ſtadia circiter viginti diſtans ab urbe Sparta; quà præſtantium arborum numero, quà fructuum optimorum copia, ante omnes alios excellens. habet & Apollinis ædem, ferme cuncta totius Laconicæ templa celebritate vincentem. Sitæ autem ſunt Amyclæ ad eam partem urbis quæ vergit ad mare. Poſtero die dum agrum populatur, ad Caſtra quæ vocant Pyrrhi, devenit. quumque per continuum biduum loca vicina devaſtaſſet, ad Carnium caſtris locum cepit. inde Aſinam duxit; conatuſque illud oppidum capere fruſtra fuit. motis itaque ſignis per omnem agrum qui Creticum mare ſpectat, Tænarum uſque infeſto agmine populabundus ivit. converſo deinde itinere ad Lacedæmoniorum navale flexit, quod Gythium vocant, ubi portus eſt tutus, diſtatque is locus mil ia paſſuum ab urbe tria & ſeptingentos quinquaginta. mox relicto ad dextram Gythio circa Eliam conſedit. agri Laconici portio hæc quædam eſt, omnium ejus partium & maxima & pulcherrima. inde pabula-

δευτεραῖος πορθήσας ἅμα τὴν τῶν Αἰτωλῶν παραλίαν, ἐν Λεχαίῳ καθωρμίσθη. μετὰ δὲ ταῦτα κατὰ τὸ συνεχὲς ποιούμενος τὰς πορείας, ἑβδομαῖος ἐπέβαλε τοῖς ὑπὲρ τὴν πόλιν κειμένοις περὶ τὸ Μενελάϊον λόφοις. Ὥστε τοὺς πλείστους ὁρῶντας τὸ γινόμενον, μὴ πιστεύειν τοῖς συμβαίνουσιν. οἱ μὲν οὖν Λακεδαιμόνιοι περιδεεῖς γενόμενοι διὰ τὸ παράδοξον, ἠπόρουν, καὶ δυσχρήστως διέκειντο πρὸς τὸ παρόν. ὁ δὲ Φίλιππος, τῇ μὲν 19
πρώτῃ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὰς Ἀμύκλας. Αἱ δ' Ἀμύκλαι καλούμεναι, τόπος ἐστὶ τῆς Λακωνικῆς χώρας καλλιδενδρότατος, καὶ καλλικαρπότατος. ἀπέχει δὲ τῆς Λακεδαίμονος ὡς εἴκοσι στάδια. ὑπάρχει δὲ καὶ τέμενος Ἀπόλλωνος ἐν αὐτῷ σχεδὸν ἐπιφανέστατον τῶν κατὰ τὴν Λακωνικὴν ἱερῶν. Κεῖται δὲ τῆς πόλεως ἐν τοῖς πρὸς θάλατταν κεκλιμένοις μέρεσι. Τῇ δ' ἐπιούσῃ πορθῶν ἅμα τὴν χώραν, εἰς τὸν Πύρρου καλούμενον κατέβη χάρακα. δύο δὲ τὰς ἑξῆς ἡμέρας ἐπιδραμὼν καὶ δῃώσας τοὺς συνεχεῖς τόπους, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸ Κάρνιον. ὅθεν ὁρμήσας, ἦγε πρὸς Ἀσίνην· καὶ ποιησάμενος προσβολὰς, οὐδὲν δὲ τῶν πρὸ ἔργου περαίνων, ἀνέζευξε. καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιπορευόμενος, ἔφθειρε τὴν χώραν πᾶσαν, τὴν ἐπὶ τὸ Κρητικὸν πέλαγος τετραμμένην ἕως Ταινάρου. μεταβαλόμενος δ' αὖθις, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν παρὰ τὸν ναύσταθμον τῶν Λακεδαιμονίων, ὃ καλεῖται μὲν Γύθιον, ἔχει δ' ἀσφαλῆ λιμένα· τῆς δὲ πόλεως ἀπέχει τριάκοντα στάδια. τοῦτο δ' ἀπολιπὼν κατὰ πορείαν δεξιὸν, κατεστρατοπέδευσε περὶ τὴν Ἑλίαν· ἥτις ἐστὶν ὡς πρὸς μέρος θεωρουμένη, πλείστη καὶ καλλίστη χώρα τῆς Λακωνικῆς.

ὅθεν

ὅθεν ἀφεὶς τὰς προνομὰς, αὐτόν τε τὸν τόπον τοῦτον πάντα κατεπυρπόλει, καὶ διέφθειρε τοὺς ἐν αὐτῷ καρπούς. ἀφικνεῖτο δὲ ταῖς προνομαῖς καὶ πρὸς Ἀκρείας καὶ Λεύκας, ἔτι δὲ καὶ τὴν τῶν Βοιῶν χώραν. οἱ δὲ Μεσσήνιοι κομισάμενοι τὰ γράμματα τὰ παρὰ τοῦ Φιλίππου τὰ περὶ τῆς στρατείας, τῇ μὲν ὁρμῇ τῶν ἄλλων οὐκ ἐλείποντο συμμάχων, ἀλλὰ τὴν ἔξοδον ἐποιήσαντο μετὰ σπουδῆς, καὶ τοὺς ἀκμαιοτάτους ἄνδρας ἐξέπεμψαν, πεζοὺς μὲν δισχιλίους, ἱππεῖς δὲ διακοσίους. τῷ δὲ μήκει τῆς ὁδοῦ καθυστερήκοντες τῆς εἰς τὴν Τεγέαν παρουσίας τοῦ Φιλίππου, τὸ μὲν πρῶτον ἠπόρουν, τί δέον εἴη ποιεῖν. ἀγωνιῶντες δὲ μὴ δόξαιεν ἐθελοκακεῖν, διὰ τὰς προγεγενημένας περὶ αὐτοὺς ὑποψίας· ὥρμησαν διὰ τῆς Ἀργείας εἰς τὴν Λακωνικὴν, βουλόμενοι συνάψαι τοῖς περὶ τὸν Φίλιππον. Παραγενόμενοι δὲ πρὸς Γλυμπεῖς χωρίον, ὃ κεῖται περὶ τοὺς ὅρους τῆς Ἀργείας καὶ Λακωνικῆς, πρὸς τοῦτο κατεστρατοπέδευσαν ἀπείρως ἅμα καὶ ῥᾳθύμως. οὔτε γὰρ τάφρον οὔτε χάρακα τῇ παρεμβολῇ περιέβαλον, οὔτε τόπον εὐφυῆ περιέβλεψαν· ἀλλὰ τῇ τῶν κατοικούντων τὸ χωρίον εὐνοίᾳ πιστεύοντες, ἀκάκως πρὸ τοῦ τείχους αὐτοῦ παρενέβαλον. ὁ δὲ Λυκοῦργος προσαγγελθείσης αὐτῷ τῆς τῶν Μεσσηνίων παρουσίας, ἀναλαβὼν τοὺς μισθοφόρους, καί τινας τῶν Λακεδαιμονίων, προῆγε. καὶ συνάψας τοῖς τόποις ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν, ἐπέθετο τῇ στρατοπεδείᾳ τολμηρῶς. οἱ δὲ Μεσσήνιοι, τἄλλα πάντα κακῶς βεβουλευμένοι, καὶ μάλιστα τὸ

tum dimiſſo milite, totum hunc locum omni clade belli affecit, & fruges fructuſque univerſos qui in eo erant, corrupit. quin & Acrias uſque & Leucas atque etiam ad Bœarum agrum populationibus eſt perventum. Meſſenii literis à Philippo acceptis de educendo milite; voluntate propenſa illi quidem nemini ſociorum ceſſerunt: ſed ſummo ſtudio expeditionem ſuſceperunt, conſcripto exercitu è lectis militibus peditibus ad bis mille, equitibus ducentis: verùm quia propter viæ longitudinem Tegeam occurrere ad eam diem, qua illuc Philippus venit, non poterant: quid jam facto eſſet opus, ancipites animi aliquamdiu dubitarunt. veriti autem ne ob præteritas ſuſpiciones quibus laboraverant, de induſtria viderentur ceſſaſſe per Argivorum fines Laconicam petere conſtituerunt; conjungi cum Philippo quàm primum cupientes. Ad Glympiam autem ut ventum, (id caſtellum eſt in confinio ditionis Argivorum & Laconum,) caſtrametati ſunt eo loci, & inſcite & negligenter. nam neque opere neque vallo ſe muniverunt: ac ne locum quidem ſtativis idoneum delegerunt; ſed benevolentiæ incolarum confiſi, nihil quicquam mali ſuſpectantes, pro mœnibus conſederunt. Lycurgus de adventu Meſſeniorum factus certior, cum mercenario milite & paucis Lacedæmoniis eò ducit. & quum prima luce Glympiæ appropinquaſſet, magna audacia Meſſeniorum caſtra invadit. illi, qui cæteroquin nihil pro ſanis fecerant, maximeque in eo peccaverant, quod pedem

pedem Tegea efferre auſi erant, neque idoneum armatorum numerum habentes, neque peritorum conſilio utentes: in ipſa certe pugna adverſum invadentē hoſtem, ſaluti ſuę, quod quidem in ipſis foret, non defuerunt. nam ut primum apparere inimicos nuntiatum eſt, omnibus relictis impedimentis, ad ipſum caſtellum curriculò ſeſe receperunt. itaque ſupellectilis quidem & equorum Lycurgus eſt potitus: occidit verò, præter equites octo, cæterorum militum neminem. Meſſenii hac clade affecti, per Argos patriam repetunt. Lycurgus re bene geſta ferox, ubi Lacedæmonem eſt reverſus, inſtruendo bello intentus, concilia cum amicis agitabat: & Philippo exeundi è Laconica poteſtatem priuſquam prælii diſcrimen ſubiiſſet, videbatur non facturus. Rex caſtris ab Elia motis, populabundus agmen ducere: ita quartis caſtris Amyclas cum univerſo exercitu circa meridiem eſt reverſus. Lacedæmoniorum Rex, poſtquam ducibus amicisque ſuis neceſſaria ad futurum certamen præcepiſſet; educto ex urbe exercitu, in quo erant ad ſummum duo armatorum millia, proxima Menelaio loca inſidet: cum remanentibus in urbe conſtituit, ut ſignum quod daturus ipſis erat, diligenter obſervarent; eoque ſublato, militem propere multis ſimul locis oppido educerent, & quà minimum à Sparta abeſt amnis, ibi ante ipſam urbem copias in aciem dirigerent, quæ fluvium ſpectaret. Et Lycurgus quidem ac Lacedæmonii in his tum

προελθεῖν ἐκ Τεγέας, μήτε κατὰ τὸ πλῆθος ἀξιόχρεοι ὑπάρχοντες, μήτε πιστεύοντες ἐμπειρίαις, παρ' αὐτόν γε τὸν κίνδυνον κατὰ τὴν ἐπίθεσιν, ὅμως τὸ δυνατὸν ἐκ τῶν πραγμάτων ἔλαβον πρὸς τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν. ἅμα γὰρ τῷ συνιδεῖν ἐπιφαινομένους τοὺς πολεμίους, ἀφέμενοι πάντων, σπουδῇ πρὸς τὸ χωρίον προσέφυγον. διόπερ Λυκοῦργος τῶν μὲν ἵππων ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν πλείστων, καὶ τῆς ἀποσκευῆς· τῶν δ' ἀνδρῶν, ζωγρείᾳ μὲν οὐδενὸς ἐκυρίευσε· τῶν δ' ἱππέων, ὀκτὼ μόνον ἀπέκτεινε. Μεσσήνιοι μὲν οὖν τοιαύτῃ περιπετείᾳ χρησάμενοι, πάλιν δι' Ἄργους εἰς τὴν οἰκείαν ἀπεκομίσθησαν. ὁ δὲ Λυκοῦργος μετεωρισθεὶς ἐπὶ τῷ γεγονότι, παραγενόμενος εἰς τὴν Λακεδαίμονα περὶ παρασκευὴν ἐγίνετο· καὶ συνήδρευε μετὰ τῶν φίλων, ὡς οὐκ ἐάσων τὸν Φίλιππον ἐπανελθεῖν ἐκ τῆς χώρας, ἄνευ κινδύνου καὶ συμπλοκῆς. Ὁ δὲ βασιλεὺς ἐκ τῆς Ἑλίας ἀναζεύξας, προῆγε πορθῶν ἅμα τὴν χώραν· καὶ τεταρταῖος αὖθις εἰς τὰς Ἀμύκλας κατῆρε παντὶ τῷ στρατεύματι περὶ μέσην ἡμέρας. Λυκοῦργος δὲ διαταξάμενος περὶ τοῦ μέλλοντος κινδύνου τοῖς ἡγεμόσι καὶ τοῖς φίλοις, αὐτὸς μὲν ἐξελθὼν ἐκ τῆς πόλεως, κατελάβετο τοὺς περὶ τὸ Μενελάϊον τόπους, ἔχων τοὺς πάντας οὐκ ἐλάττους δισχιλίων· τοῖς δ' ἐν τῇ πόλει συνέθετο προσέχειν τὸν νοῦν, ἵν' ὅταν αὐτοῖς αἴρῃ τὸ σύνθημα, σπουδῇ κατὰ πλείους τόπους ἐξαγαγόντες ἀπὸ τῆς πόλεως τὴν δύναμιν ἐκτάττωσι, βλέπουσαν κατὰ τὸν Εὐρώταν, καθ' ὃν ἐλάχιστον τόπον ἀπέχει τῆς πόλεως ὁ ποταμός. Τὰ μὲν οὖν περὶ τὸν Λυκοῦργον καὶ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐν

quæ res & tempus monebant eſſet cohortatus, de cætero bonæ ſpei plenus, & exſpectatione magnarum rerum quarum ſpes ei oſtendebatur, ſuſpenſus, cum univerſo exercitu ire pergebat. Proceſſerunt illi obviam Theodotus & Panætolus, amicis ſuis comitati: quos omnes quum benigne Antiochus appellaſſet, Tyrum & Ptolemaïdem illi tradiderunt, cum omnibus apparatibus qui in oppidis illis erant. Inter cætera repertæ ibi ſunt naves quadraginta: quarum erant viginti tectæ, omnibus armamentis egregiè inſtructæ: harum nulla minor fuit quadriremi: cæteræ, triremes, dicrota & celoces. Et hæ quidem naves Diogneto navarcho ſunt traditæ: at Rex factus certior Ptolemęum Memphim conceſſiſſe, copias Peluſii eſſe congregatas, Nili aggeres recludi, omnes aquę dulcis ſcaturigines obrui, mutatâ ſententia de exercitu ducendo verſus Peluſium, quoquoverſum agmen ductans, urbium alias vi, alias æquitate conditionum ſibi adjungere conabatur. Igitur quæ leviter munitæ erant, hæ adventu illius perterritæ, ad ejus amicitiam fidemque ſe applicabant: quę rerum neceſſariarum paratibus & firmitate locorum fidebant, eæ manebant in fide: & his obſidendis plurimum temporis inſumere Rex cogebatur. Ptolemæus ſubveniendi rebus ſuis, & accedendi propius ad hoſtem, ſicut par erat ipſum facere, manifeſta adeo perfidia appetitum, ne conſilium quidem aut rationem ullam, præ ſocordia, inibat: uſque adeo rei militaris cura atque exercitatio omnis ab eo fuerat ſpreta.

ſpreta. Quod reliquum fuit, Agathocles & Soſibius penes quos illa tempeſtate ſumma in eo regno fuit auctoritas, quod optimum poterant in præſentia conſilium capiunt. Decernunt enim, in præparatione belli operam ſibi naviter eſſe ponendam: interim verò legatos ad Antiochum mittendos, qui impetum illius relaxent: ita denique omnia in ſpeciem eſſe comparanda, ut Antiochus in ea quam antè conceperat de Ptolemæo opinione, confirmetur: nunquam videlicet auſurum ipſum bellare ſecum; verum per amicos & colloquia acturum, & ut Cœla Syria excedat rogaturum. Hæc ubi placuit ſententia, Agathocles & Soſibius, quibus negotii totius cura fuerat demandata, ad Antiochum magno ſtudio legationes miſerunt: ſimul ab Rhodiis, Byzantiis, Cyzicenis, itemque Ætolis legatos ad tractandum de pace arceſſunt. qui ut venerunt, dum ultro citroque ad Reges ambos commeant, præclaram ipſis occaſionem dederunt, & tempus & otium nanciſcendi ad bellum præparandum. cum hiſce legatis Agathocles & Soſibius de negotiis, prout quęque res inciderat, Memphi ſedentes agebant: ibidemque eos excipiebant qui ab Antiocho venirent, poſtulatiſque illorum perhumane reſpondebant. ſimul mercenarios omnes quos in urbibus ditionis ſuę extra Ægyptum Ptolemæus alebat, convocant & Alexandriam contrahunt. ad conducendum etiam militem peregrinum conquiſitores dimittunt: & ne vel iis quos jam habebant, vel iis qui deinceps eſſent venturi, annona deeſſet,

παρασκευάς. λοιπὸν δὲ συνεδρεύσαντες οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ Σωσίβιον, οἱ τότε προεστῶτες τῆς βασιλείας, ἐκ τῶν ἐνδεχομένων τὸ δυνατὸν ἔλαβον, πρὸς τὸ παρόν. ἐβουλεύσαντο γὰρ γίνεσθαι μὲν περὶ τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν· ἐν δὲ τῷ μεταξὺ διαπρεσβευόμενοι, κατεκλύζειν τὸν Ἀντίοχον, συνεργοῦντες κατὰ τὴν ἔμφασιν τῇ προϋπαρχούσῃ περὶ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ Πτολεμαίου διαλήψει· αὕτη δ' ἦν, ὡς πολεμεῖν μὲν οὐκ ἂν τολμήσοντος· διὰ λόγου δὲ καὶ τῶν φίλων διδάξοντος, καὶ πείσοντος αὐτὸν ἀποστῆναι τῶν κατὰ Κοίλην Συρίαν τόπων. Κριθέντων δὲ τούτων, οἱ περὶ τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ Σωσίβιον ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος ταχθέντες, ἐξέπεμπον ἐπιμελῶς τὰς πρεσβείας πρὸς Ἀντίοχον. ἅμα δὲ διαπεμψάμενοι πρός τε Ῥοδίους καὶ Βυζαντίους, καὶ Κυζικηνούς, σὺν δὲ τούτοις Αἰτωλοὺς ἐπεσπάσαντο πρεσβείας ἐπὶ τὰς διαλύσεις. αἳ καὶ παραγινόμεναι, μεγάλας αὐτοῖς ἔδοσαν ἀφορμὰς διαπρεσβευόμεναι πρὸς ἀμφοτέρους τοὺς βασιλεῖς, εἰς τὸ λαβεῖν ἀναστροφὴν καὶ χρόνον εἰς τὰς τοῦ πολέμου παρασκευάς. ταύταις δὲ δὴ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐχρημάτιζον ἐν τῇ Μέμφει προσκαθήμενοι· παραπλησίως καὶ τὰς παρὰ τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀπεδέχοντο, φιλανθρώπως ποιούμενοι τὰς ἀπαντήσεις. ἀνεκαλοῦντο δὲ καὶ συνήθροιζον εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν τοὺς μισθοφόρους τοὺς ἐν ταῖς ἔξω πόλεσιν ὑπ' αὐτῶν μισθοδοτουμένους. ἐξαπέστελλον δὲ καὶ ξενολόγους καὶ παρεσκεύαζον τοῖς προϋπάρχουσι καὶ τοῖς παραγινομένοις τὰς σιταρχίας. ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τὴν λοιπὴν ἐγίνοντο 63

παρασκευὴν, ἀνὰ μέρος καὶ συνεχῶς, διατρέχοντες εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν· ἵνα μηδὲν ἐλλίπῃ τῶν χρησίμων πρὸς τὰς προκειμένας ἐπιβολάς. Τὴν δὲ περὶ τὰ ὅπλα κατασκευὴν, καὶ τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐκλογὴν καὶ διαίρεσιν, Ἐχεκράτει τῷ Θετταλῷ, καὶ Φοξίδι τῷ Μελιταιεῖ πιστεύσαντες ἔδοσαν. ἅμα δὲ τούτοις Εὐρυλόχῳ τῷ Μάγνητι, καὶ Σωκράτει τῷ Βοιωτίῳ· σὺν οἷς ἦν καὶ Κνωπίας ὁ Ἀλωρίτης. Εὐκαιρότατα γὰρ δὴ τούτων ἐπελάβοντο τῶν ἀνδρῶν, οἵτινες ἐπὶ Δημητρίῳ καὶ Ἀντιγόνῳ στρατευόμενοι κατὰ ποσὸν ἔννοιαν εἶχον τῆς ἀληθείας, καὶ καθόλου τῆς ἐν τοῖς ὑπαίθροις χρείας. οὗτοι δὲ παραλαβόντες τὸ πλῆθος ἐνδεχομένως ἐχείριζον καὶ στρατιωτικῶς.
64 Πρῶτον μὲν γὰρ κατὰ γένη καὶ καθ' ἡλικίαν διελόντες, ἀνεδίδοσαν ἑκάστοις τοὺς ἐπιτηδείους καθοπλισμοὺς, ὀλιγωρήσαντες τῶν πρότερον αὐτοῖς ὑπαρχόντων. μετὰ δὲ ταῦτα συνέταξαν οἰκείως πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν, λύσαντες τὰ συστήματα καὶ τὰς ἐκ τῶν πρότερον ὀψωνιασμῶν καταγραφάς. Ἑξῆς δὲ τούτοις ἐγύμναζον συνήθεις ἑκάστους ποιοῦντες, οὐ μόνον τοῖς παραγγέλμασι, ἀλλὰ καὶ ταῖς οἰκείαις τῶν καθοπλισμῶν κινήσεσιν· ἐποιοῦντο δὲ καὶ συναγωγὰς ἐπὶ τῶν ὅπλων καὶ παρακλήσεις, ἐν αἷς μεγίστην παρείχοντο χρείαν, Ἀνδρόμαχος Ἀσπένδιος, καὶ Πολυκράτης Ἀργεῖος·

providebant : nec minus de cæteris quoque omnibus rebus bello neceſſariis, ſolliciti erant : eaque fine Alexandriam alternis vicibus ſubinde excurrebant : ut ne quid omnino deficeret eorum,quę ad propoſita exſequenda poterant deſiderari. Armorum vero fabricam,virorumq; delectum atq;centuriationem Echecrati Theſſalo & Phoxidæ Melitęensi permiſerunt. adhibiti etiam ſunt ad curationem ejuſdem muneris Eurylochus Magnes, & Socrates Bœotius; quibuſcum erat & Cnopias Alorita. Accidit enim ſane quàm opportuniſſima res Ægyptiis, ut viros iſtos nanciſcerentur;qui ſub Demetrio & Antiocho ſtipendia fecerant,& verorum certaminum, atque adeo omnium quæ ad expeditionales uſus ſpectant, mediocrem ſaltem peritiam habebant. Hi multitudinem ſibi traditam quantum fieri poterat,militari diſciplina informabant. Jam primum per genera perque ętates tributis, convenientia cuique arma, ſpretis iis quibus ante uti ſolebant, diviſerunt. prioribus deinde ordinationibus ſolutis, totaque illa deſcriptione antiquata, quæ in recenſendis militibus ſtipendiorum cauſsâ, antea ſervabatur, ex uſu præſentis belli eos centuriarunt. Secundum hæc, aſſiduis exercitationibus non ſolum imperia militiæ familiaria illis reddebant, ſed etiam proprios cuique armorum generi motus. Poſtremo armatos convenire aliquando in unum jubebant, ibique ſui officii illos admonebant. qua in re egregiam cum primis operam illis navaverunt Andromachus Aſpendius & Polycrates Argivus : qui & recens è Græcia

Græcia illuc trajecerant, & Græcanicę audacię atque induſtrię qua fere ſinguli Græcorum in bellis utuntur, magnum cum primis uſum habebant: hoc & amplius, viri illuſtres erant, tum ſplendore patrię ſuę uterque, tum & privatis opibus: Polycrates præſertim, qui antiquiſſima prognatus ſtirpe, patrem habuerat Mnaſiadem, plurimarum olim palmarum athletam. Hi modò privatim, modò publicè hortando monendòque eos quos inſtituebant, audaciam & alacritatem ad futurum certamen illorum animis inſerverunt. Porrò ſinguli eorum quos modò nominavimus pro ea peritia qua pręcipue pollebant, ita ducatus in exercitu gerebant. Eurylochus Magnes trium ferme millium hominum dux erat: & hoc eſt quod apud Reges vocatur agema. Socrates Bœotius, cetratis bis mille præerat. Phoxidas Achæus & Ptolemæus Thraſeæ filius, prætereaque Andromachus Aſpendius, eodem in campo phalangem & Græcos mercenarios exercebant. cęterum phalangis duces erant Andromachus & Ptolemęus; conductitii militis, Phoxidas. conſtabat phalanx hominum numero cciↄↄ cciↄↄ iↄↄ. mercede conducti accedebant ad iↄↄ ciↄ ciↄ ciↄ. Equites ad regium comitatum pertinentes erant ad ſeptingentos, quos Polycrates inſtituebat, & unâ cum his accitos è Libya, & ibidem in Ægypto conſcriptos: præeratque idem omnibus his numero ad ciↄ ciↄ ciↄ. univerſi veró Græci equitatus, & cunctorum qui ſtipendia equis merebant, ad duo millia hominum, præfectus erat Echecrates Theſſalus:

προσφάτως μὲν ἐκ τῆς Ἑλλάδος δια-
βεβηκότες, συνήθεις δὲ ἀκμὴν ὄντες
ταῖς Ἑλληνικαῖς ὁρμαῖς, καὶ ταῖς
ἑκάστων ἐπινοίαις· πρὸς δὲ τούτοις,
ἐπιφανεῖς ὑπάρχοντες ταῖς τε πα-
τρίσι καὶ τοῖς βίοις· Πολυκράτης δὲ
καὶ μᾶλλον, διά τε τὴν τῆς οἰκίας
ἀρχαιότητα, καὶ διὰ τὴν Μνασιάδου
τοῦ πατρὸς δόξαν ἐκ τῆς ἀθλήσεως.
οἳ καὶ κατ' ἰδίαν καὶ κοινῇ παρακα-
λοῦντες, ὁρμὴν καὶ προθυμίαν
ἐνειργάσαντο τοῖς ἀνθρώποις πρὸς
τὸν μέλλοντα κίνδυνον. εἶχον δὲ καὶ 65
τὰς ἡγεμονίας ἕκαστοι τῶν προει-
ρημένων ἀνδρῶν, οἰκείας ταῖς ἰδίαις
ἐμπειρίαις. Εὐρύλοχος μὲν γὰρ
ὁ Μάγνης, ἡγεῖτο σχεδὸν ἀνδρῶν
τρισχιλίων, τοῦ καλουμένου παρὰ τοῖς
βασιλεῦσιν Ἀγήματος. Σωκρά-
της δὲ ὁ Βοιώτιος, πελταστὰς
ὑφ' ἑαυτὸν εἶχε δισχιλίους. ὁ δὲ
Ἀχαιὸς Φοξίδας, καὶ Πτολε-
μαῖος ὁ Θρασέου, σὺν δὲ τούτοις
Ἀνδρόμαχος Ἀσπένδιος, συνε-
γύμναζον μὲν ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν
φάλαγγα καὶ τοὺς μισθοφόρους
Ἕλληνας. ἡγοῦντο δὲ τῆς μὲν φά-
λαγγος, Ἀνδρόμαχος καὶ Πτο-
λεμαῖος, τῶν δὲ μισθοφόρων Φο-
ξίδας· οὔσης τῆς μὲν φάλαγγος εἰς
δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, τῶν
δὲ μισθοφόρων εἰς ὀκτακισχιλίους.
τοὺς δ' ἱππεῖς τοὺς μὲν περὶ τὴν αὐ-
λὴν ὄντας εἰς ἑπτακοσίους, Πολυ-
κράτης παρεσκεύαζε καὶ τοὺς ἀπὸ
Λιβύης, ἔτι δὲ καὶ τοὺς ἐγχωρίους,
καὶ τούτων αὐτὸς ἡγεῖτο πάντων,
περὶ τρισχιλίους ὄντων τὸν ἀρι-
θμόν. τούς γε μὴν ἀπὸ τῆς Ἑλ-
λάδος καὶ * πάντων τῶν μισθοφό-
ρων ἱππέων Ἐχεκράτης ὁ Θετταλὸς,

διαφερόντως ἀσκήσας, ὄντας τὸ πλῆθος εἰς δισχιλίους, μεγίστην ἐπ' αὐτοῦ τοῦ κινδύνου παρέσχετο χρείαν. οὐδενὸς δ' ἧττον ἐσπούδαζε περὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ταττομένους, Κνωπίας Ἀλωρίτης, ἔχων τοὺς μὲν πάντας Κρῆτας εἰς τρισχιλίους, αὐτῶν δὲ τούτων χιλίους Νεοκρῆτας· ἐφ' ὧν ἐπετάχει Φίλωνα τὸν Κνώσσιον. Καθώπλισαν δὲ καὶ Λίβυας τρισχιλίους εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον· ἐφ' ὧν ἦν Ἀμμώνιος ὁ Βαρκαῖος. τὸ δὲ τῶν Αἰγυπτίων πλῆθος, ἦν μὲν εἰς δισμυρίους φαλαγγίτας· ὑπετάττετο δὲ Σωσιβίῳ. συνήχθη δὲ καὶ Θρᾳκῶν καὶ Γαλατῶν πλῆθος, ἐκ μὲν τῶν κατοίκων καὶ τῶν ἐπιγόνων εἰς τετρακισχιλίους· οἱ δὲ προσφάτως ἐπισυναχθέντες, ἦσαν εἰς δισχιλίους· ὧν ἡγεῖτο Διονύσιος ὁ Θρᾷξ. ἡ μὲν οὖν Πτολεμαίῳ παρασκευαζομένη δύναμις, τῷ τε πλήθει καὶ ταῖς διαφοραῖς τοσαύτη καὶ τοιαύτη τις ἦν.

66 Ἀντίοχος δὲ συνεπιστάμενος πολιορκίαν περὶ τὴν καλουμένην πόλιν Δοῦρα, καὶ περαίνειν οὐδὲν δυνάμενος, διά τε τὴν ὀχυρότητα τοῦ τόπου καὶ τὰς τῶν περὶ τὸν Νικόλαον παραβοηθείας, συνάπτοντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, συνεχώρησε ταῖς παρὰ τοῦ Πτολεμαίου πρεσβείαις, ἀνοχάς τε ποιήσασθαι τετραμήνους, καὶ περὶ τῶν ὅλων εἰς πάντα συγκαταθήσεσθαι τὰ φιλάνθρωπα. ταῦτα δ' ἔπραττε, πλεῖστον μὲν ἀπέχων τῆς ἀληθείας· σπεύδων δὲ μὴ πολὺν χρόνον ἀποσπᾶσθαι τῶν οἰκείων τόπων, ἀλλ' ἐν τῇ Σελευκείᾳ ποιήσασθαι τὴν τῶν δυνάμεων παραχειμασίαν, διὰ τὸ προφανῶς τὸν Ἀχαιὸν ἐπιβουλεύειν μὲν τοῖς σφετέροις πρά-

qui quum eximia cura eos exercuiſſet; in ipſo diſcrimine maximo uſui Ptolemæo fuit ejus opera. Cnopias quoque Alorita in commiſſo ſibi milite inſtruendo præparandoque nemini omnium concedebat: ii autem erant omnino Cretenſes ad ter mille: è quorum numero fuere Neocretes CIↃ: quibus Philonem Cnoſſium præpoſuerat. Armaverunt & Afrorum CIↃ CIↃ CIↃ more Macedonico, præfecto Ammonio Barceo. Ægyptiorum multitudo ad viginti millia phalangitarum accedebat; qui ducem Soſibium habebant. Contracta eſt & Thracum Gallorumque manus: tum ex iis qui Ptolemæi ditionem incolebant, aut liberis eorum ad CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ: tum ex iis qui inſuper recens fuerant conſcripti, ad duo ferme hominum millia: duxque illis impoſitus Dionyſius Thrax. Ac Ptolemæo quidem qui præparabatur exercitus hoc numero conſtabat & hac gentium cæterarumque rerum diverſitate. Antiochus interim urbem Dura premebat obſidione: cujus incepti quum exitum nullum videret; (nam & locus erat natura munitus, & obſeſſis ſubinde opem ferebat Nicolaus:) adpetente jam hieme, miſſis à Ptolemæo legatis demum annuit, ut & induciæ ad menſes quatuor fierent, & de ſumma re ad conditiones ęquiſſimas ſe deſcenſurum diceret. Hoc autem ille faciebat, quum longè ab eo abeſſet, ut veram animi mentem proderet: ſed qui diutius à ditione ſua abeſſe nollet, Seleuciam exercitum reducere ad hibernandum properabat.

Jam

Jam enim manifeſtum erat rebus ipſius ſtruere inſidias Achæum ; à quo Ptolemæum adjuvari nemo dubitabat. Hac venia legatis data Antiochus eos remiſit, juſſos quàm primum ſibi voluntatem Ptolemæi renuntiare, & Seleuciam ad ſe venire. deinde ubi præſidia locis opportunis impoſuiſſet, rerum omnium cura Theodoto mandata, ad reditum ſe accinxit. Seleuciam ut ventum, in hiberna exercitum dimiſit: nullam de cætero exercendi militis curam gerens. perſuadebat enim ſibi, ad ea quæ reſtabant, nihil dimicatione futurum opus: quod partem aliquam Cœlæ Syriæ & Phœnicæ jam in poteſtate habens, cætera loca à volentibus ſe accepturum, & omnia colloquiis tranſacturum ſperabat. Ptolemæum quidem certè, periculum ſummæ rerum facere nequaquam auſurum. idem cum Antiocho & legati ſentiebant, ea maxime conjectura ducti, quod de negotiis per quàm humane cum ipſis tractaverat Soſibius, in urbe Memphi ſedens; quum interim de apparatibus belli, qui Alexandriæ fiebant, nihil quicquam ſinerentur videre, qui ad Ptolemæum miſſitabantur. Igitur tunc quoque qui advenerant legati, Soſibium ad omnia paratum dicere. Porrò autem quoties cum legatis Antiochus conveniebat, adprime illi curæ erat, ut non minus cauſſæ juſtis, quàm vi armorum legatos Alexandrinos ſuperaret. Qui poſtquam Seleuciam venere, & ad diſceptandas ſigillatim pacis conditiones deſcenderunt, prout mandatum illis à Soſibio fuerat, in commemorandis

ματι, συνεργεῖν δὲ τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον ὁμολογουμένως. τούτων δὲ συγχωρηθέντων, Ἀντίοχος τοὺς μὲν πρέσβεις ἐξέπεμψε παραγγείλας διασαφεῖν αὐτῷ τὴν ταχίστην τὰ δόξαντα τοῖς περὶ τὸν Πτολεμαῖον, καὶ συνάπτειν εἰς Σελεύκειαν. ἀπολιπὼν δὲ φυλακὰς τὰς ἁρμοζούσας ἐν τοῖς τόποις, καὶ παραδοὺς Θεοδότῳ τὴν τῶν ὅλων ἐπιμέλειαν, ἐπανῆλθε· καὶ παραγενόμενος εἰς τὴν Σελεύκειαν, διαφῆκε τὰς δυνάμεις εἰς παραχειμασίαν. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη τοῦ μὲν γυμνάζειν τοὺς ὄχλους ὠλιγώρει· πεπεισμένος, οὐ προσδεηθήσεσθαι τὰ πράγματα μάχης διὰ τὸ τινῶν μὲν μερῶν τῆς Κοίλης Συρίας καὶ Φοινίκης ἤδη κυριεύειν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐλπίζειν ἐξ ἑκόντων καὶ διὰ λόγου παραλήψεσθαι· μὴ τολμάντων τὸ παράπαν τῶν περὶ τὸν Πτολεμαῖον, εἰς τὸν περὶ τῶν ὅλων συγκαταβαίνειν κίνδυνον. ταύτην δὲ συνέβαινε τὴν διάληψιν καὶ τοὺς πρεσβευτὰς ἔχειν· διὰ τὸ τὰς ἐντεύξεις αὐτοῖς τὸν Σωσίβιον ἐν τῇ Μέμφει προσκαθήμενον φιλανθρώπους ποιεῖσθαι· τῶν δὲ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν παρασκευῶν μηδέ ποτε τοὺς διαπεμπομένους πρὸς τὸν Ἀντίοχον ἐᾶν αὐτόπτας γενέσθαι. Πλὴν καὶ 67
τότε τῶν πρέσβεων ἀφιγμένων, οἱ μὲν περὶ τὸν Σωσίβιον ἕτοιμοι πρὸς πᾶν. ὁ δ' Ἀντίοχος μεγίστην ἐποιεῖτο σπουδὴν εἰς τὸ καθ' ὅσον καὶ τοῖς ὅπλοις, οὕτω καὶ τοῖς δικαίοις ἐπὶ τῶν ἐντεύξεων καθυπερέχειν τῶν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας. καὶ δὴ παραγενομένων τῶν πρεσβευτῶν εἰς τὴν Σελεύκειαν, καὶ συγκαταβαινόντων εἰς τοὺς κατὰ μέρος ὑπὲρ τῆς διαλύσεως λόγους, κατὰ τὰς ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Σωσίβιον ἐντολάς·

πολλάς· ὁ μὲν βασιλεὺς τὸ μὲν ἄρτι γεγονὸς ἀτύχημα καὶ προφανὲς ἀδίκημα περὶ τῆς ἐνεστώσης καταλήψεως τῶν περὶ Κοίλην Συρίαν τόπων, οὐ δεινὸν ἐνόμιζε κατὰ τὰς δικαιολογίας· τὸ δὲ πλεῖστον, οὐδ᾽ ἐν ἀδικήματι κατηριθμεῖτο τὴν πρᾶξιν, ὡς καθηκόντων αὐτῷ τινῶν αὐτὸ πεποιημένος. τὴν δὲ πρώτην Ἀντιγόνου τοῦ Μονοφθάλμου κατάληψιν καὶ τὴν Σελεύκου δυναστείαν τῶν τόπων τούτων, ἐκείνας ἔφη κυριωτάτας εἶναι καὶ δικαιοτάτας κτήσεις, καθ᾽ ἃς αὑτῷ, οὐ Πτολεμαίῳ καθήκειν τὰ κατὰ Κοίλην Συρίαν. καὶ γὰρ Πτολεμαῖον διαπολεμῆσαι πρὸς Ἀντίγονον, οὐχ αὑτῷ, Σελεύκῳ δὲ συγκατασκευάζοντα τὴν ἀρχὴν τῶν τόπων τούτων. Μάλιστα δὲ τὸ κοινὸν ἐπίεζε πάντων τῶν βασιλέων συγχώρημα· καθ᾽ οὓς καιροὺς Ἀντίγονον νικήσαντες καὶ βουλευόμενοι κατὰ προαίρεσιν ὁμόσε πάντες Κάσσανδρος, Λυσίμαχος, Σέλευκος, ἔκριναν Σελεύκου τὴν ὅλην Συρίαν ὑπάρχειν. οἱ δὲ παρὰ Πτολεμαίου, τἀναντία τούτων ἐπειρῶντο συνιστάνειν. τό, τε γὰρ παρὸν ηὖξον ἀδίκημα, καὶ δεινὸν ἐποίουν τὸ γεγονός, εἰς παράσπονδημα τὴν Θεοδότου προδοσίαν καὶ τὴν ἔφοδον ἀνάγοντες τὴν Ἀντιόχου. προεφέροντο δὲ καὶ τὰς ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Λάγου κτήσεις, φάσκοντες ἐπὶ τούτῳ συμπολεμῆσαι Σελεύκῳ Πτολεμαῖον, ἐφ᾽ ᾧ τὴν μὲν ὅλης τῆς Ἀσίας ἀρχὴν Σελεύκῳ περιθεῖναι· τὰ δὲ κατὰ Κοίλην Συρίαν αὐτῷ κατακτήσασθαι καὶ Φοινίκην. Ἐλέγετο μὲν οὖν ταῦτα καὶ παραπλήσια τούτοις πλεονάκις ὑπ᾽ ἀμφο-

cauſſæ ſuæ juſtis Rex, illatum paullo antè damnũ Ptolemæo, & inſignem ipſi factam confeſſione omnium injuriam, quando in Cœla Syria loca nonnulla occupaverat, non magni æſtimabat. quinetiam perſæpe ita de expeditione illa ſua loquebatur, ut ſi nulla cuiquam facta eſſet injuria; quippe res ad ſe pertinentes ipſum ſibi vindicaſſe. eratque illi multum in ore Antigonus Cocles, qui primus illam provinciam armis quæſiſſet; necnon Seleuci dominatio illorum locorum. Has eſſe nimirum certiſſimas juſtiſſimaſque rationes acquirendi, per quas ad ſe non ad Ptolemæum Cœla Syria ſpectaret. Ptolemæum enim cum Antigono bellum geſſiſſe, non ut ſibi quicquam pararet; verùm ut Seleucum provinciæ ejus imperium ſibi aſſerentem, adjuvaret. Omnium vero maxime communem cunctorum Regum conceſſionem urgebat; illo nimirum tempore factam, cum Antigono devicto, Caſſander, Lyſimachus, Seleucus de communi ſententia ad conſultandum congregati in unum, Seleuco Syriam univerſam decreto ſuo attribuerunt. Contraria his qui à Ptolemæo dicebant, probare nitebantur: nam & prȩſentem injuriam exaggerabant: rem enimvero indignã eſſe, quod proditione Theodoti, & expeditione iſta Antiochi, violata ſic fides eſſet. Objiciebant & illud: Ptolemȩũ Lagi filium, Syriȩ imperium quæſiviſſe ſibi: quippe ea lege arma ipſum conſociaſſe cum Seleuco, ut Aſiȩ quidem univerſæ dominatus Seleuco pararetur; Cœlen vero Syriam & Phœnicen propriã ut ſibi faceret. Hæc & ſimilia his, quum ſæpius per legatos

legatos & in colloquiis utrinque jactarentur, effici tamen omnino nihil poterat. per communes enim amicos controverſia diſceptabatur, & intererat conventibus nemo, à quo reprimi & inhiberi poſſet impetus illius, qui lędere alterum videretur. Maximam vero utriſque difficultatem afferebat Achæi negotium: nam Ptolemæo id ſummo ſtudio agente, ut fœderibus comprehenderetur; Antiochus contra, ne fieri quidem mentionem ullam omnino ejus rei ferre poterat; rem eſſe indignam clamitans, audere Ptolemæum rebelles protegere, aut cujuſquam illorum meminiſſe. Quum igitur dum per legatos agerent, utrique ſuis ſe propugnaculis tuerentur, interim vero pax non conveniret; ineunte jam vere copias contrahit ſuas Antiochus, habens in animo terra marique hoſtem aggredi, & reliquas Cœlę Syrię partes nondum ſubactas in poteſtatem redigere. Ptolemæus ſummam rerum tuendam Nicolao tradit: commeatus omnium rerum Gazam adfatim convehit: copias quà pedeſtres, quà maritimas emittit. quę ubi advenerunt, audacter jam bello ſe accingit Nicolaus: ad omnia quæ imperaret promptum adjutorem Perigenem experiens, qui navibus pręerat. hunc enim Ptolemæus claſſi quam ſubmittebat, præpoſuerat: tectas quidem naves triginta habentem; onerarias verò amplius quadringentas. Nicolaus genere Ætolus erat; uſu vero bellicarum rerum & audacia, nemini eorum ducum qui Ptolemæo tunc militabat, concedebat. Hic parte exercitus præoc-

τέρων, καὶ τὰς διαπρεσβείας καὶ τὰς
ἐντεύξεις ἐπετέλει· τὸ δὲ παράπαν
οὐδέν. ἅτε τῆς δικαιολογίας γινομένης
διὰ τῶν κοινῶν φίλων, μεταξὺ δὲ μηδε-
νὸς ὑπάρχοντος τοῦ δυνησομένου πα-
ρακατασχεῖν, καὶ κωλῦσαι τὴν τοῦ δοκοῦν-
τος ἀδικεῖν ὁρμήν. Μάλιστα δὲ παρ-
εῖχε δυσχρηστίαν ἀμφοτέροις τὰ περὶ
τὸν Ἀχαιόν· Πτολεμαῖος μὲν γὰρ ἐσπού-
δαζε περιλαβεῖν ταῖς συνθήκαις
αὐτόν· Ἀντίοχος δὲ καθάπαξ, οὐδὲ
λόγον ὑπείχετο περὶ τούτων· δεινὸν
ἡγούμενος τὸ καὶ τολμᾶν τὸν Πτολεμαῖον
περιστέλλειν τοὺς ἀποστάτας, καὶ μνήμην
ποιεῖσθαι περί τινος τῶν τοιούτων.
Διόπερ ἐπεὶ πρεσβεύοντες μὲν ἀλ- 68
λήλοις εἶχον ἀμφότεροι, πέρας δ' οὐδὲν
ἐγίνετο περὶ τὰς συνθήκας, συνῆπτε
δὲ τὸ τῆς ἐαρινῆς ὥρας· Ἀντίοχος μὲν
συνῆγε τὰς δυνάμεις, ὡς εἰσβαλῶν
καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, καὶ
καταστρεψόμενος τὰ καταλειπόμενα
μέρη τῶν ἐν Κοίλῃ Συρίᾳ πραγμά-
των. οἱ δὲ περὶ τὸν Πτολεμαῖον ὁλο-
σχερέστερον ἐπιτρέψαντες τῷ Νικο-
λάῳ, χορηγίας τε παρεῖχον εἰς τοὺς
κατὰ Γάζαν τόπους δαψιλεῖς, καὶ
δυνάμεις ἐξέπεμπον πεζικὰς καὶ
ναυτικάς. ὧν προσγινομένων, εὐ-
θαρσῶς ὁ Νικόλαος εἰς τὸν πόλεμον
ἀνέβαινε, πρὸς πᾶν τὸ παραγγελλό-
μενον ἑτοίμως αὐτῷ συνεργοῦντος
Περιγένους τοῦ ναυάρχου. τοῦτον γὰρ ἐπὶ
τῶν ναυτικῶν δυνάμεων ἐξαπέστειλαν οἱ
περὶ τὸν Πτολεμαῖον· ἔχοντα κατα-
φράκτους μὲν ναῦς τριάκοντα, φορ-
τηγοὺς δὲ πλείους τῶν τετρακοσίων. Νι-
κόλαος δὲ τὸ μὲν γένος ὑπῆρχεν
Αἰτωλός· τριβὴν δὲ καὶ τόλμαν ἐν
τοῖς πολεμικοῖς οὐδενὸς εἶχεν ἐλάττω
τῶν παρὰ Πτολεμαίῳ στρατευομένων.

προκα-

προκαταλαβόμενος δὲ μέρει μέν τινι τὰ κατὰ Πλάτανον στενά, τῇ δὲ λοιπῇ δυνάμει μεθ' ἧς ἦν αὐτὸς, τὰ περὶ Πορφυρεῶνα πόλιν, ταύτῃ παρεφύλαττε τὴν εἰσβολὴν τοῦ βασιλέως, ὁμοῦ συνορμούσης αὐτῷ καὶ τῆς ναυτικῆς δυνάμεως. Αντίοχος δὲ παρελθὼν εἰς Μάραθον, καὶ παραγενομένων πρὸς αὐτὸν Αραδίων ὑπὲρ συμμαχίας, οὐ μόνον προσεδέξατο τὴν συμμαχίαν· ἀλλὰ καὶ τὴν διαφορὰν τὴν προϋπάρχουσαν αὐτοῖς πρὸς ἀλλήλους κατέπαυσε· διαλύσας τοὺς ἐν τῇ νήσῳ πρὸς τοὺς τὴν ἤπειρον κατοικοῦντας τῶν Αραδίων. μετὰ δὲ ταῦτα ποιησάμενος τὴν εἰσβολὴν κατὰ τὸ καλούμενον Θεοῦ-πρόσωπον, ἧκε πρὸς Βηρυτόν· Βότρυν μὲν ἐν τῇ παρόδῳ καταλαβόμενος, Τριήρη δὲ καὶ Κάλαμον ἐμπρήσας. ἐντεῦθεν δὲ Νίκαρχον μὲν καὶ Θεόδοτον προαπέστειλε, συντάξας προκαταλαβέσθαι τὰς δυσχωρίας περὶ τὸν Λύκον καλούμενον ποταμόν· αὐτὸς δὲ τὴν δύναμιν ἀναλαβὼν, προῆλθε καὶ κατεστρατοπέδευσε περὶ τὸν Δαμούραν ποταμόν, συμπαραπλέοντος ἅμα καὶ Διογνήτου τοῦ ναυάρχου. παραλαβὼν δὲ πάλιν ἐντεῦθεν τούς τε περὶ τὸν Θεόδοτον καὶ Νίκαρχον τοὺς ἐκ τῆς δυνάμεως εὐζώνους, ὥρμησε κατασκεψόμενος τὰς προκατεχομένας ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Νικόλαον δυσχωρίας. συνθεωρήσας δὲ τὰς τῶν τόπων ἰδιότητας, τότε μὲν ἀνεχώρησε πρὸς τὴν παρεμβολήν· κατὰ δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν, καταλιπὼν αὐτοῦ τά τε βαρέα τῶν ὅπλων, καὶ Νίκαρχον ἐπὶ τούτων, προῆγε μετὰ τῆς λοιπῆς δυνά-
69 μεως ἐπὶ τὴν προκειμένην χρείαν. τῆς δὲ κατὰ τὸν Λίβανον παρωρείας, κατὰ τὸν τόπον τοῦτον συγκλειούσης τὴν παραλίαν εἰς στενὸν καὶ βραχὺν τόπον, συμβαίνει

cupatis faucibus ad Platanum, altera parte, in qua erat ipſe, proxima Porphyreoni urbi loca tenens, ne hâc faceret Antiochus impreſſionem, impediebat; claſſem interim unâ ſecum habens, in ancoris ſtantem. Antiochus Marathum progreſſus, quum ad eum Aradii veniſſent de ſocietate acturi, non ſolum accepit illos in ſocietatem: ſed etiam controverſiam quę inſulanos Aradios & eos qui continentem habent invicem antea alienabat, ſedavit; atque ut inter ſe concorditer viverent, effecit: deinde per Theu-proſopon Syriam ingreſſus, Berytum venit: & in tranſitu Botrym occupavit; Trierem & Calamum incendit. Nicarchum inde & Theodotum præmiſit, juſſos in anguſtiis viæ ad Lycum fluvium occupandis hoſtem antevertere. ipſe cum exercitu pergit ire; mox ad Damuram amnem caſtra communit: Diogneto navarcho cum claſſe illum ſemper comitante. heic rurſus aſſumptis ſecum Theodoto & Nicarcho cum ea expeditorum manu quam habebant, fauces quas Nicolaus præoccupaverat ſpeculatum eſt profectus: naturaque locorum probe perſpecta, in caſtra ſe recepit. poſtero die relicto ibidem milite graviter armato, & Nicarcho illi præfecto, ad propoſita exſequenda cum reliquis copiis ſeſe Rex accinxit. Quum autem Libani montis tractus oram maritimam in anguſtum ac breve ſpatium eo loci cogat; accidit inſuper ut illud ipſum

ſpatium

ſpatium inacceſſo atque aſpero quodam clivo præcingatur qui arctum & difficilem propter mare tramitem relinquit. ibi Nicolaus conſederat, & locis aliis idoneo militum præſidio occupatis, aliis ſtructura caſtellorum munitis, facile ſe aditu prohibiturum eſſe Antiochum credebat. Rex diviſo in tres acies exercitu, unam Theodoto tradit, addito præcepto, ut ſecundum Libanum montem, hoſtem peteret, manum confereret, perrumperet denique. alteram aciem Menedemo attribuit, cui etiam atque etiam imperavit, ut per medium clivum tentaret tranſitum. tertiam ad res mari gerendas reſervavit, præpoſito Diocle, qui Parapotamiam ad Euphratem præfecturam obtinebat. ipſe cum prætoria ſua cohorte medius inter omnes ſtetit; teſtis ſpectatorque omnium quæ gererentur futurus, & ut quiſque ſuorum laboraret, opem eò laturus. Simul & Diognetus ac Perigenes navales copias ad pugnam direxerunt, terræ quam maximè fieri poterat appropinquantes: & ut terreſtris navaliſque prælii una dumtaxat facies appareret connitentes. Mox quum uno omnes dato ſigno, & uno imperio, hoſtem ſimul invaderent, mari quidem pugnæ diſcrimen æquabatur; nam & numero & cæteris rebus æquales erant utrinque navalis prælii apparatus: terra verò, licet principio ſuperior eſſet Nicolaus, locorum præſertim natura munitiſſima eum adjuvante: mox tamen poſtquã Theodotus ſtationem in monte locatam vi dejecit pervaſitque: deinde fronte converſa, è ſu-

καὶ τοῦ τὸν αὐτὸν, ῥάχει δυσβάτῳ καὶ τραχεῖ διεζῶσθαι, στενὴν δὲ καὶ δυσχερῆ παρ' αὐτὴν τὴν θάλατταν ἀπολιπούσῃ πάροδον. ἐφ' ᾗ τότε Νικόλαος παρεμβεβληκὼς, καὶ τοὺς μὲν τῷ τῶν ἀνδρῶν πλήθει προκατειληφὼς τόπους, τοὺς δὲ ταῖς χειροποιήτοις κατασκευαῖς διησφαλισμένος, ῥᾳδίως ἐπέπειστο κωλύσειν τῆς εἰσόδου τὸν Ἀντίοχον. ὁ δὲ βασιλεὺς διελὼν εἰς τρία μέρη τὴν δύναμιν, τὸ μὲν ἓν Θεοδότῳ παρέδωκε, προστάξας συμπλέκεσθαι καὶ βιάζεσθαι παρ' αὐτὴν τὴν παρώρειαν τοῦ Λιβάνου. τὸ δὲ ἕτερον μέρος Μενεδήμῳ· διὰ πλειόνων ἐντειλάμενος κατὰ μέσην πειράζειν τὴν ῥάχιν· τὸ δὲ τρίτον πρὸς θάλατταν ἀπένειμε, Διοκλέα τὸν στρατηγὸν τῆς Παραποταμίας ἡγεμόνα συστήσας, αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς θεραπείας εἶχε τὸν μέσον τόπον, πάντα βουλόμενος ἐποπτεύειν καὶ παντὶ τῷ δεομένῳ παραβοηθεῖν. ἅμα δὲ τούτοις ἐξηρτυμένοι παρενέβαλον εἰς ναυμαχίαν, οἱ περὶ τὸν Διόγνητον καὶ Περιγένην, συνάπτοντες κατὰ τὸ δυνατὸν τῇ γῇ, καὶ πειρώμενοι ποιεῖν ὡσανεὶ μίαν ἐπιφάνειαν τῆς πεζομαχίας καὶ ναυμαχίας. πάντων δὲ ποιησαμένων ἀφ' ἑνὸς σημείου καὶ παραγγέλματος ἑνὸς τὰς προσβολὰς, ἡ μὲν ναυμαχία πάρισον εἶχε τὸν κίνδυνον, διὰ τὸ καὶ τῷ πλήθει καὶ ταῖς παρασκευαῖς, παραπλήσιον εἶναι τὸ παρ' ἀμφοῖν ναυτικόν. τῶν δὲ πεζῶν, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεκράτουν οἱ τοῦ Νικολάου, συγχρώμενοι ταῖς τῶν τόπων ὀχυρότησι· ταχὺ δὲ τῶν περὶ τὸν Θεόδοτον ἐκβιασαμένων τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ, κἄπειτα ποιουμένων ἐξ ὑπερδεξίου

τὴν ἔφοδον, τραπέντες οἱ περὶ τὸν
Νικόλαον, ἔφευγον προτροπάδην
ἅπαντες. Κατὰ δὲ τὴν φυγὴν, ἔπεσον
μὲν αὐτῶν εἰς δισχιλίους, ζωγρεία δ'
ἑάλωσαν οὐκ ἐλάττους τούτων. οἱ δὲ
λοιποὶ πάντες ἀπεχώρησαν ὑπὸ Σι-
δῶνα. ὁ δὲ Περιγένης ἐπικυδέστερος
ὢν ταῖς ἐλπίσι κατὰ τὴν ναυμαχίαν,
συνθεωρήσας τὸ κατὰ τοὺς πεζοὺς
ἐλάττωμα, καὶ διατραπεὶς, ἀσφα-
λῶς ἐποιήσατο τὴν ἀποχώρησιν εἰς
τοὺς αὐτοὺς τόπους. Ἀντίοχος δὲ τὴν
70 δύναμιν ἀναλαβὼν, ἧκε καὶ κατεστρα-
τοπέδευσε πρὸς τῇ Σιδῶνι. τὸ μὲν
οὖν καταπειράζειν τῆς πόλεως ἀπέγνω,
διὰ τὴν προϋπάρχουσαν αὐτόθι δα-
ψίλειαν τῆς χορηγίας, καὶ τὸ πλῆθος τῶν
ἐνοικούντων καὶ συμπεφευγότων ἀν-
δρῶν. ἀναλαβὼν δὲ τὴν δύναμιν, αὐτὸς
μὲν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Φιλο-
τερίας. Διογνήτῳ δὲ συνέταξε τῷ
ναυάρχῳ πάλιν ἔχοντι τὰς ναῦς, ἀπο-
πλεῖν εἰς Τύρον. ἡ δὲ Φιλοτερία κεῖται
παρ' αὐτὴν τὴν λίμνην, εἰς ἣν ὁ καλού-
μενος Ἰορδάνης ποταμὸς εἰσβάλλων,
ἐξίησι πάλιν εἰς τὰ πεδία, τὰ περὶ τὴν
Σκυθῶν πόλιν προσαγορευόμενα.
γενόμενος δὲ καθ' ὁμολογίαν ἐγκρα-
τὴς ἀμφοτέρων τῶν προειρημένων πό-
λεων, εὐθαρσῶς ἔσχε πρὸς τὰς μελλού-
σας ἐπιβολάς· διὰ τὸ τὴν ὑποτεταγμέ-
νην χώραν ταῖς πόλεσι ταύταις, ῥᾳ-
δίως δύνασθαι παντὶ τῷ στρατοπέδῳ χο-
ρηγεῖν, καὶ δαψιλῆ παρασκευάζειν τὰ
κατεπείγοντα πρὸς τὴν χρείαν. ἀσφα-
λισάμενος δὲ φρουραῖς ταύτας, ὑπερέ-
βαλε τὴν ὀρεινὴν, καὶ παρῆν ἐπὶ Ἀταβύ-
ριον· ὃ κεῖται μὲν ἐπὶ λόφου μαστοειδοῦς,
τὴν δὲ πρόσβασιν ἔχει πλεῖον ἢ πεντε-
καίδεκα σταδίων. χρησάμενος δὲ κατὰ
τὸν καιρὸν τοῦτον ἐνέδρᾳ καὶ στρατηγή-
ματι, κατέσχε τὴν πόλιν. προσκαλε-

periore loco inimicos eſt aggreſſus, fugam effuſam capeſſit Nicolaus. Perierunt ex iis inter fugiendum, ad duo millia: nec pauciores vivi ſunt capti. qui ſupererant cuncti ad Sidonem ſe recipiunt. Perigenes qui de prælio maritimo ſpe lætiore jam erat, ut cladem terra eſſe acceptam videt, conſternatus animo, retro ipſe quoque concedens eadem petit loca. Antiochus cum exercitu profectus, ad Sidonem ſigna conſtituit: urbis tamen oppugnationem non cenſuit ſibi tentandam: quod & rerum neceſſariarum copia abundaret, & hominibus, ſive habitatoribus ſive recentibus profugis eſſet refertiſſima. Igitur aſſumptis legionibus Philoteriam ducit: Diogneto vero navarcho dat negotium, ut claſſe Tyrum appellat. Philoteria ad lacum ipſum eſt ſita, quem Iordanes amnis influit: qui inde egreſſus, per planitiem Scythopoleos dictæ urbis labitur. Hiſce duobus oppidis in deditionem acceptis, Rex ad reliqua incepta, bonæ ſpei jam plenus, ſeſe comparabat: quia ſubiecti illis agri alendo exercitui abunde ſuppetebant, & quæcunque uſui eſſent ad res gerendas largiter ſubminiſtrabant. præſidio deinde in has inducto, & montibus ſuperatis proxime Atabyrium acceſſit. Id oppidum in colle ſitum eſt, ex plano leniter ſe attollente, ad cujus ſummum verticem ſtadia numerantur quindecim. eo loci Antiochus dolo atque inſidiis inimicos aggreſſus, urbem occupavit. nam

levibus prœliis oppidanos laceſſens, quum anteſignanos ſuos procedere quam longiſſime juſſiſſet, mox repente converſis qui fugiebant, & iis coortis qui fuerant in inſidiis locati, acre prælium fecit, & multos eorum occidit: ac tandem inſecutus ipſe, eum cunctis terrorem iniecit, ut primo impetu hanc quoque urbem caperet. Eo tempore Keræas è numero præfectorum Ptolemæi, ad Antiochum defecit : qui munifice illum ſuſcipiens, animos multorum è ducibus Regis Ægyptii erexit. itaque non multo poſt Hippolochus Theſſalus abductis de Ptolemaico exercitu equitibus quadringentis, ad ipſum transfugit. mox Antiochus poſtquam præſidio Atabyrium firmaſſet, caſtra movit. inter eundum oppida Pellam, Camum, Gephrum dedita ſibi accipit. Hic adeo felix rerum ſucceſſus, adjacentis Arabię populos movit, ut cohortationibus mutuis incitati, communibus ſuffragiis ſe illi omnes adjungerent. Qua nova ſpe auctus Rex, opibuſque Arabum ſubnixus, in Galatidem devenit, eaque potitus Abila in poteſtatem redigit, & ſimul omnes qui pro ferenda ope eò occurrerant : qui quidem Niciam ducem habebant, virum neceſſitudine & cognatione Meneæ junctum. Reſtabant adhuc Gadara, locus opinione hominum prę cęteris omnibus illius tractus eximie munitus. ad hunc Rex admovit exercitum, molituſque opera oppidanos ita terruit, ut in deditionem extemplo venerint. Secundum hæc, factus certior magnum hoſtium numerum in vrbem Arabiæ Rabath-ben-Ammon (Rabatamana alii vo-

σώμενος γὰρ εἰς ἀκροβολισμὸν τοὺς ἀπὸ τῆς πόλεως, καὶ συνεκβιβάσας ἐπὶ πολὺ τοὺς προκινδυνεύοντας, κἄπειτα πάλιν ἐκ μεταβολῆς τῶν φευγόντων, καὶ διὰ ἀναστάσεως τῶν ἐγκαθημένων συμβαλὼν, πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε· τέλος δ' ἐπακολουθήσας καὶ προκαταπληξάμενος, ἐξ ἐφόδου παρέλαβε καὶ ταύτην τὴν πόλιν. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, Κεραίας, εἷς τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον τεταγμένων ὑπάρχων, ἀπέστη πρὸς αὐτόν. ᾧ χρησάμενος μεγαλοπρεπῶς, πολλοὺς ἐμετεώρισε τῶν παρὰ τοῖς ἐναντίοις ἡγεμόνων. Ἱππόλοχος γοῦν ὁ Θετταλὸς, οὐ μετὰ πολὺ τετρακοσίους ἱππεῖς ἧκεν ἔχων πρὸς αὐτὸν τῶν ὑπὸ Πτολεμαῖον ταττομένων. ἀσφαλισάμενος δὲ καὶ τὸ Ἀταβύριον, ἀνέζευξε. καὶ προάγων, παρέλαβε Πέλλαν, καὶ Καμοῦν, καὶ Γεφροῦν. Τοιαύτης δὲ γενομένης τῆς εὐροίας, 71
οἱ τὴν παρακειμένην Ἀραβίαν κατοικοῦντες, παρακαλέσαντες σφᾶς αὐτοὺς ὁμοθυμαδὸν αὐτῷ προσέθεντο πάντες. προσλαβὼν δὲ καὶ τὴν παρὰ τούτων ἐλπίδα καὶ χορηγίαν, προῆγε. καὶ κατασχὼν εἰς τὴν Γαλάτιν, κύριος γίνεται Ἀβίλων, καὶ τῶν εἰς αὐτὴν παραβεβοηθηκότων· ὧν ἡγεῖτο Νικίας, ἀναγκαῖος ὢν καὶ συγγενὴς Μενέου. καταλειπομένων δ' ἔτι τῶν Γαδάρων, ἃ δοκεῖ τῶν κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους ὀχυρότητι διαφέρειν, προσστρατοπεδεύσας αὐτοῖς, καὶ συστησάμενος ἔργα, ταχέως κατεπλήξατο, καὶ παρέλαβε τὴν πόλιν. μετὰ δὲ ταῦτα πυνθανόμενος εἰς τὰ Ῥαβατάμανα τῆς

Ἀραβίας πλείους ἠθροισμένους τῶν πολεμίων, πορθεῖν καὶ κατατρέχειν τὴν τῶν προσκεχωρηκότων Ἀράβων αὐτῷ χώραν· πάντ᾽ ἐν ἐλάττονι θέμενος, ὥρμησε καὶ προσεστρατοπέδευσε τοῖς βουνοῖς, ἐφ᾽ ὧν κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν. περιελθὼν δὲ, καὶ συνθεασάμενος τὸν λόφον, κατὰ δύο τόπους μόνον ἔχοντα πρόσοδον, ταύτῃ προσέβαινε, καὶ κατὰ τούτους συνίστατο τοὺς τόπους, τὰς τῶν μηχανημάτων κατασκευάς. ἀποδοὺς δὲ τὴν ἐπιμέλειαν τῶν ἔργων, τῶν μὲν Νικάρχῳ, τῶν δὲ Θεοδότῳ, τὸ λοιπὸν αὐτὸς ἤδη κοινὸν αὐτὸν παρεσκεύαζε κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν ἐπίσκεψιν τῆς ἑκατέρου περὶ ταῦτα φιλοτιμίας. πολλὴν δὲ ποιουμένων σπουδὴν τῶν περὶ τὸν Θεόδοτον καὶ Νίκαρχον, καὶ συνεχῶς ἁμιλλωμένων πρὸς ἀλλήλους, περὶ τοῦ πότερος αὐτῶν φθάσει καταβαλὼν τὸ προκείμενον τῶν ἔργων τεῖχος· ταχέως συνέβη καὶ παρὰ τὴν προσδοκίαν, ἑκάτερον πεσεῖν τὸ μέρος. οὗ συμβάντος, ἐποιοῦντο νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν προσβολὰς, καὶ πᾶσαν προσέφερον βίαν, οὐδένα παραλείποντες καιρόν. συνεχῶς δὲ καταπειράζοντες τῆς πόλεως, οὐ μὴν ἤνυον τῆς ἐπιβολῆς οὐδὲν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν εἰς τὴν πόλιν συνδεδραμηκότων ἀνδρῶν· ἕως οὗ τῶν αἰχμαλώτων τινὸς ὑποδείξαντος τὸν ὑπόνομον, δι᾽ οὗ κατέβαινον ἐπὶ τὴν ὑδρείαν οἱ πολιορκούμενοι· τοῦτον ἀναρρήξαντες ἐνέφραξαν ὕλῃ καὶ λίθοις καὶ παντὶ τῷ τοιούτῳ γένει. τότε δὲ συνείξαντες οἱ κατὰ τὴν πόλιν διὰ τὴν ἀνυδρίαν, παρέδοσαν αὐτούς. Οὗ γενομένου, κυριεύσας τῶν Ῥαββαταμάνων ἐπὶ μὲν τούτων ἀπέλιπε Νίκαρχον μετὰ φυλακῆς τῆς

cant:) conveniſſe, & agros eorum Arabum qui ſe illi conjunxerant, populari, atque incurſionibus infeſtare; poſthabitis rebus omnibus, eò caſtra movet, ac prope illos terræ grumos tendit, quibus urbs eſt impoſita. deinde quum circuiſſet collem, eoque omni ex parte perſpecto, deprehendiſſet, duos tantum aditus eum habere, illac copias admovet, machinarumque fabricam utroque loco inſtituit. operum curam partim Nicarcho, partim Theodoto ſeparatim mandat: ipſe interim quæ utrobique fiebant, pari diligentia curat, & utriuſque horum ſtudium atque contentionem animorum peræquè obſervat. utroque autem egregiam operam navante, & aſſidua æmulatione certantibus ambobus, uter prior obiectam ſuis tormentis murorum partem dejiceret; evenit, ut celeriter & opinione hominum citius pars utraque mænium rueret. quod ut factum, dies pariter ac noctes, ſine ulla intermiſſione impetus dabant regii, ſummaque vi irruptionem tentabant. qui tamen aſſidui conatus & tentamenta, in irritum tantiſper ceciderunt, propter hominum multitudinem, quæ in urbem ſe receperat, donec captivorum aliquis ſubterraneum obſidentibus meatum oſtendit, per quem obſeſſi aquatum deſcendebant. hoc igitur refracto, & materia, ſaxis, cæteriſque id genus rebus obſtructo, aquæ inopia oppidanos adegit, ut victos demum ſeſe faterentur, & deditionem facerent. Hoc modo Rex urbe Rabatamanis potitus, Nicarchum ibi cum idoneo præſidio reliquit;

reliquit; juſſiſque Hippolocho & Keræa qui à Ptolemæo defecerant cum quinque peditum millibus ad vicina Samariæ loca proficiſci, ut provinciæ illi præſiderent, & omnes qui ſuum imperium agnoſcerent ab hoſtium vi atque injuriis tutarentur: ipſe Ptolemaidem verſus caſtra movet, eo loci hibernaturus; ita enim conſtituerat. Eadem ęſtate Pedneliſſenſes à Selgenſibus obſeſſi, jamq; de ſalute periclitantes, per legatos opem ab Achæo petierunt. quorum petitioni quum libenter ille annuiſſet, oppidani in promiſſi auxilii ſpe acquieſcentes, obſidionem forti animo ſuſtinebant. Achæus peditum ſex millia, equites quingentos duce Garſyere opitulatum Pedneliſſenſibus miſit. Selgenſes ut adventare auxilia ſenſerunt, majore copiarum ſuarum parte fauces ad Climacem quam vocant, ſive Scalam, occupant; & aditum quidem ad Saporda pręſidio tenent: tranſitus vero omnes ac tramites corrumpunt. Garſyeres in Milyadem impreſſione facta, caſtriſque admotis urbi, quam Creton-polin dicunt, ut animadvertit, obſeſſis ab infeſto hoſte illis locis, nulla ratione pergi poſſe ulterius; dolum hujuſmodi comminiſcitur. motis caſtris retro agmen ducit, quaſi propter præoccupatas fauces ferendæ opis conſilio cogeretur abſiſtere. Selgenſes facile rem credere; & quia ex deſperatione ſententiam Garſyeris mutaſſet, pars in caſtra, pars in urbem redire. etenim meſſis jam tempus inſtabat.

ἁρμοζούσης. Ἱππόλοχον δὲ καὶ Κεραίαν τοὺς ἀποστάτας, μετὰ πεζῶν πεντακισχιλίων ἐξαποστείλας ἐπὶ τοὺς κατὰ Σαμάρειαν τόπους, καὶ συντάξας προσταθῆναι, καὶ πᾶσι τὴν ἀσφάλειαν προκατασκευάζειν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ταττομένοις· ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ὡς ἐπὶ Πτολεμαΐδος, ἐκεῖ ποιεῖσθαι διεγνωκὼς τὴν παραχειμασίαν. Κατὰ δὲ τὴν αὐτὴν θερείαν Πεδνηλισσεῖς πολιορκούμενοι, καὶ κινδυνεύοντες ὑπὸ Σελγέων, διεπέμψαντο περὶ βοηθείας πρὸς Ἀχαιόν. τοῦ δ' ἀσμένως ὑπακούσαντος, οὗτοι μὲν εὐθαρσῶς ὑπέμενον τὴν πολιορκίαν, προσανέχοντες ταῖς ἐλπίσι τῆς βοηθείας. ὁ δ' Ἀχαιὸς προχειρισάμενος Γαρσύηριν μετὰ πεζῶν ἑξακισχιλίων, ἱππέων δὲ πεντακοσίων, ἐξαπέστειλε σπουδῇ παραβοηθήσοντα τοῖς Πεδνηλισσεῦσιν. οἱ δὲ Σελγεῖς συνέντες τὴν παρουσίαν τῆς βοηθείας, προκατελάβοντο τὰ στενὰ τὰ περὶ τὴν καλουμένην Κλίμακα, τῷ πλείονι μέρει τῆς ἑαυτῶν δυνάμεως· καὶ τὴν μὲν εἰσβολὴν τὴν ἐπὶ Σάπορδα κατεῖχον, τὰς δὲ διόδους καὶ παραβάσεις πάσας ἔφθειρον. ὁ δὲ Γαρσύηρις ἐμβαλὼν εἰς τὴν Μιλυάδα, καὶ καταστρατοπεδεύσας περὶ τὴν καλουμένην Κρητῶν πόλιν, ἐπεὶ συνῄσθετο προκατεχομένων τῶν τόπων ἀδύνατον ὂν τὴν εἰς τοὔμπροσθεν πορείαν, ἐπινοεῖ τινα δόλον τοιοῦτον. ἀναζεύξας, ἦγε πάλιν εἰς τοὐπίσω τὴν πορείαν, ὡς ἀπεγνωκὼς τὴν βοήθειαν, διὰ τὸ προκατέχεσθαι τοὺς τόπους. οἱ δὲ Σελγεῖς προχείρως πιστεύσαντες, ὡς ἀπεγνωκότος βοηθεῖν Γαρσυήριδος, οἱ μὲν εἰς τὸ στρατόπεδον ἀνεχώρησαν, οἱ δ' εἰς τὴν πόλιν, διὰ τὸ κατεπείγειν τὴν τοῦ σίτου κομιδήν. 72

ὁ δὲ Γαρσύηρις ἐξ ἐπιστροφῆς ἐνεργὸν ποιησάμενος τὴν πορείαν, ἧκε πρὸς τὰς ὑπερβολάς. καταλαβὼν δὲ ἐρήμους, ταύτας μὲν ἠσφαλίσατο φυλακαῖς, Φάϋλον ἐπὶ πάντων καταστήσας· αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς στρατιᾶς εἰς Πέργην καταίρας, ἐντεῦθεν ἐποιεῖτο τὰς διαπρεσβείας, πρός τε τοὺς ἄλλους τοὺς τὴν Πισιδικὴν κατοικοῦντας, καὶ πρὸς τὴν Παμφυλίαν· ὑποδεικνύων μὲν τὸ τῶν Σελγέων βάρος, παρακαλῶν δὲ πάντας πρὸς τὴν Ἀχαιοῦ συμμαχίαν, καὶ πρὸς τὴν

73 βοήθειαν τοῖς Πεδνηλισσεῦσιν. οἱ δὲ Σελγεῖς κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον στρατηγὸν ἐξαπεσταλκότες μετὰ δυνάμεως, ἤλπιζον καταπληξάμενοι ταῖς τῶν τόπων ἐμπειρίαις, ἐκβαλεῖν τὸν Φάϋλον ἐκ τῶν ὀχυρωμάτων. οὐ καθικόμενοι δὲ τῆς προθέσεως, ἀλλὰ πολλοὺς ἀποβαλόντες τῶν στρατιωτῶν ἐν ταῖς προσβολαῖς, ταύτης μὲν τῆς ἐλπίδος ἀπέστησαν· τῇ δὲ πολιορκίᾳ καὶ τοῖς ἔργοις οὐχ ἧττον, ἀλλὰ μᾶλλον ἢ πρὸ τοῦ προσεκαρτέρουν. τῷ δὲ Γαρσύηρι, Ἐτεννεῖς μὲν οἱ τῆς Πισιδικῆς τὴν ὑπὲρ Σίδης ὀρεινὴν κατοικοῦντες, ὀκτακισχιλίους ὁπλίτας ἔπεμψαν· Ἀσπένδιοι δὲ τοὺς ἡμίσεις. Σιδῆται δὲ, τὰ μὲν στοχαζόμενοι τῆς πρὸς Ἀντίοχον εὐνοίας, τὸ δὲ πλεῖον διὰ τὸ πρὸς Ἀσπενδίους μῖσος, οὐ μετέσχον τῆς βοηθείας. ὁ δὲ Γαρσύηρις ἀναλαβὼν τούς τε τῶν βεβοηθηκότων καὶ τὰς ἰδίας δυνάμεις, ἧκε πρὸς τὴν Πεδνηλισσὸν, πεπεισμένος, ἐξ ἐφόδου λύσειν τὴν πολιορκίαν· οὐ καταπληττομένων δὲ τῶν Σελγέων, λαβὼν σύμμετρον ἀπόστημα, κατεστρατοπέδευσε. τῶν δὲ Πεδνηλισσέων πιεζομέ-

Garſyeris itinere converſo, ductoque raptim agmine, ad juga illa montium pervenit: quæ nactus præſidio nudata, ipſe præſidiis firmat, & ſummæ rei Phaylum præficit. deinde cum exercitu Pergam profectus, dimiſſis circa nuntiis, tum alios Piſidiæ populos ſollicitat, tum etiam Pamphylios: ponenſque illis ob oculos, quam gravis immineret omnibus Selgenſium civitas; ad ſocietatem Achæi ineundam, & auxilia Pydneliſſenſibus mittenda, cunctos hortabatur. Per eoſdem dies, miſſo duce cum exercitu, venerant in ſpem Selgenſes, propter eximiam locorum peritiam, terrorem incutere ſe Phaylo poſſe, & munitionibus dejicere. qui conatus quum fuiſſet irritus, multoſque etiam ſuorum, dum invaſionem ſępius tentant, amiſiſſent; huic quidem ſpei renuntiant: in obſidionis & operum faciendorum curam, acrius etiam quàm antea incumbunt. Etennenſes qui montana Piſidiæ ſupra Sidam colunt, octo millia hominum gravis armaturæ Garſyeri ſubmittunt: Aſpendii quatuor millia. Siditæ quod amicitiam Antiochi reſpicerent; ac multo magis, quod Aſpendiorum odio flagrarent; ad ferendam obſeſſis opem non conſenſerunt. Garſyeris & ſociorum auxilia & ſuas copias aſſumens, ad Pedneliſſum accedit; perſuaſus, primo impetu obſidionem ſe ſoluturum. ſed quum ejus adventu nihil terrerentur Selgenſes; modico intervallo ab eorum caſtra ipſe communit. Premebantur interim rerum omnium inopiâ Pedneliſſenſes: quibus laborantibus, ut qua

poſſet;

poſſet cunque fieri ratione ſubveniret Garſyeris, duo millia armatorum parat, traditoque illorum unicuique modio frumenti ſilentio noctis urbem jubet ingredi. Selgenſes re cognita, hoſtibus ad obſiſtendum occurrunt: acciditque, ut frumento omni Selgenſes potirentur, maxima eorum parte qui importabant occiſa. quo ſucceſſu elati, non ſolum urbem, ſed etiam Garſyerim in ſuis caſtris oppugnare incipiunt. Amant enim Selgenſes in bellis conſilia uſque ad temeritatem audacia. Itaque ergo tunc quoque idoneo intra vallum relicto præſidio, reliquum exercitum variis locis circa hoſtium caſtra diſponunt; magnaque audacia impetum ſimul undique faciunt. Garſyeris, inopinato malo omni ex parte circumventus, vallo etiam nonnullis jam locis proruto, ubi ad ultimum periculi rem videt perductam, de rebus ſummis prope jam deſperans, equites via quadam, quæ ab inimicis non cuſtodiebatur, emittit. Selgenſes rati hos terrore perculſos imminentis periculi metum fugâ prævertere, nulla eorum ratione habita, contemptui ſimpliciter rem habent: illi hoſtium aciem circumequitare; deinde ut à tergo horum conſtiterunt, irruere, acerrimumque prælium ciere. quo facto, Garſyeris peditibus, licet jam inclinatis in fugam, redit virtus in animos, iterumq; in adverſum hoſtem converſi, irruentibus fortiter obſiſtunt. ita Selgenſes undique preſſi, ad extremum conjiciunt ſe in pedes. Inter hæc Pedneliſſenſes eos qui relicti in caſtris fuerant aggreſſi, vallo ex-

των ὑπὸ τῆς ἐνδείας, ὁ Γαρσύηρις
σπεύδων ποιεῖν τὰ δυνατὰ, δισχιλίους
ἑτοιμάσας ἄνδρας, καὶ δοὺς ἑκάστῳ
μέδιμνον πυροῦ, νυκτὸς εἰς τὴν Πεδνη-
λισσὸν εἰσέπεμπε. τῶν δὲ Σελγέων
συνέντων τὸ γινόμενον, καὶ παρα-
βοηθησάντων, συνέβη τῶν μὲν ἀν-
δρῶν τῶν εἰσφερόντων κατακοπῆ-
ναι τοὺς πλείστους, τοῦ δὲ σίτου παν-
τὸς κυριεῦσαι τοὺς Σελγεῖς. οἷς
ἐπαρθέντες ἐνεχείρησαν οὐ μόνον τὴν
πόλιν, ἀλλὰ καὶ τοὺς περὶ τὸν Γαρσύη-
ριν πολιορκεῖν. ἔχουσι γὰρ δή τι τολ-
μηρὸν ἀεὶ καὶ παράβολον ἐν τοῖς πο-
λέμοις οἱ Σελγεῖς. διὸ καὶ τότε
καταλιπόντες φυλακὴν τὴν ἀναγ-
καίαν τοῦ χάρακος, τοῖς λοιποῖς πε-
ριστάντες κατὰ πλείους τόπους, ἅμα
προσέβαλλον εὐθαρσῶς τῇ τῶν ὑπε-
ναντίων παρεμβολῇ. πανταχόθεν δὲ
τοῦ κινδύνου παραδόξως περιεστῶτος,
κατὰ δέ τινας τόπους, καὶ τοῦ χάρακος
ἤδη διασπωμένου, θεωρῶν ὁ Γαρ-
σύηρις τὸ συμβαῖνον, καὶ μοχθηρὰς
ἐλπίδας ἔχων ὑπὲρ τῶν ὅλων, ἐξέ-
πεμψε τοὺς ἱππεῖς κατά τινα τόπον
ἀφυλακτούμενον. οὓς νομίσαντες οἱ
Σελγεῖς καταπεπληγμένους, καὶ
δεδιότας τὸ μέλλον ἀποχωρήσειν, οὐ
προσεῖχον, ἀλλ' ἁπλῶς ὠλιγώρησαν.
οἱ δὲ περιιππεύσαντες, καὶ γενόμε-
νοι κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις, ἐνέ-
βαλον, καὶ προσέφερον τὰς χεῖρας
ἐρρωμένως. οὗ συμβαίνοντος, ἀνα-
θαρρήσαντες οἱ τοῦ Γαρσυήριδος πε-
ζοὶ, καίπερ ἤδη τετραμμένοι, πά-
λιν ἐκ μεταβολῆς ἠμύνοντο τοὺς εἰσ-
πίπτοντας. ἐξ οὗ περιεχόμενοι παν-
ταχόθεν οἱ Σελγεῖς, τέλος εἰς φυγὴν
ὥρμησαν. ἅμα δὲ τούτοις οἱ Πεδνη- 74
λισσεῖς ἐπιθέμενοι, τοὺς ἐν τῷ χά-
ρακι περιλειφθέντας ἐξέβαλον.

γινομένης δὲ τῆς φυγῆς ἐπὶ πολὺν τόπον, ἔπεσον μὲν οὐκ ἐλάττους μυρίων· τῶν δὲ λοιπῶν, οἱ μὲν σύμμαχοι πάντες εἰς τὴν οἰκείαν, οἱ δὲ Σελγεῖς διὰ τῆς ὀρεινῆς εἰς τὴν αὑτῶν πατρίδα κατέφυγον. ὁ δὲ Γαρσύηρις ἀναζεύξας, ἐκ ποδὸς εἵπετο τοῖς φεύγουσι· σπεύδων διελθεῖν τὰς δυσχωρίας, καὶ συνεγγίσαι τῇ πόλει, πρὶν ἢ στῆναι ἢ βουλεύσασθαί τι τοὺς πεφευγότας ὑπὲρ τῆς αὐτοῦ παρουσίας. οὗτος μὲν οὖν ἧκε μετὰ τῆς δυνάμεως πρὸς τὴν πόλιν. οἱ δὲ Σελγεῖς, δυσελπιστοῦντες μὲν ἐπὶ τοῖς συμμάχοις διὰ τὴν κοινὴν περιπέτειαν, ἐκπεπληγμένοι δὲ ταῖς ψυχαῖς διὰ τὸ γεγονὸς ἀτύχημα, περίφοβοι τελέως ἦσαν, καὶ περὶ σφῶν αὐτῶν καὶ περὶ τῆς πατρίδος. Διὸ συνελθόντες εἰς ἐκκλησίαν, ἐβουλεύσαντο πρεσβευτὴν ἐκπέμπειν ἕνα τῶν πολιτῶν Λόγβασιν, ὃς ἐγεγόνει μὲν ἐπὶ πολὺ συνήθης καὶ ξένος Ἀντιόχου, τοῦ μεταλλάξαντος τὸν βίον ἐπὶ Θρᾳκης· δοθείσης δ᾽ ἐν παρακαταθήκῃ καὶ Λαοδίκης αὐτῷ τῆς Ἀχαιοῦ γενομένης γυναικός, ἐτετρόφει ταύτην ὡς θυγατέρα, καὶ διαφερόντως ἐπεφιλοστοργήκει τὴν παρθένον. δι᾽ ἃ νομίζοντες οἱ Σελγεῖς εὐφυέστατον ἔχειν πρεσβευτὴν πρὸς τὰ παρεστῶτα, τοῦτον ἐξαπέστειλαν. ὃς ποιησάμενος ἰδίᾳ τὴν ἔντευξιν πρὸς Γαρσύηριν, τοσοῦτον κατὰ τὴν προαίρεσιν ἀπέσχετο, τοῦ βοηθεῖν τῇ πατρίδι κατὰ τὸ δέον· ὥστε τἀναντία παρεκάλει τὸν Γαρσύηριν, σπουδῇ πέμπειν ἐπὶ τὸν Ἀχαιὸν, ἀναδεχόμενος ἐγχειριεῖν αὐτοῖς τὴν πόλιν. ὁ μὲν οὖν Γαρσύηρις δεξάμενος ἑτοίμως τὴν ἐλπίδα, πρὸς μὲν τὸν Ἀχαιὸν ἐξέπεμψε τοὺς ἐπισπασο-

trudunt. quum autem in varia loca eaque longinqua fugerent, non pauciores decem millibus illorum ceciderunt. quod ad cæteros, ſocii domum quiſque ſuam repetunt: Selgenſes quoque per aſpreta montium in patriam fugâ evadunt. Garſyeris è veſtigio motis caſtris, fugientibus inſtare. feſtinabat enim ſaltum anguſtum ſuperare, & prius urbi caſtra admovere, quàm ſatis conſtaret hoſtibus mens è fuga, ad conſultandum ſuper ipſius adventu. Et ille quidem cum exercitu ad Selgam acceſſit. Selgenſes verò, qui exiguam de cætero ſpem in ſociis propter communem caſum ponebant, ipſi in tanta clade pavore torpentes, de ſua & patriæ ſalute anxii, male metuebant. Igitur concione advocata, viſum illis, legatum mittere Logbaſim civem ſuum, longo amicitiæ uſu jureque hoſpitii Antiocho illi qui in Thracia obiit, quondam junctum: quique Laodicen quæ poſtea Achæo nupſerat, fidei ſuæ commendatam, ut filiam educaverat, ſingulari charitate puellam complexus. propterea Selgenſes, aptiſſimum ad preſentem neceſſitatem legatum habere ſe rati, illum miſerunt. Logbaſis re arcanò cum Garſyere communicata, adeo fuit alieno animo à procuranda pro eo ac debuit, patriæ ſalute; ut contra Garſyerim ultro monuerit, quàm primum ut faceret Achæum de ſua voluntate certiorem; qui tradere illi urbem cogitaret, ejuſque rei curam in ſe reciperet. Garſyeris oblatam ſpem prompto animo accipiens, ad Achæum miſit, qui allato hujus rei

nuntio

nuntio illum arceſſerent. cum Selgenſibus interim pactus inducias, feriendi fœderis tempus ex alio in aliud proferebat, ſuper aliqua conditione illius ſubinde controverſiam movens, aut aliquam comminiſcens cauſſam, donec adveniret Achæus, & daretur Logbaſi tempus, ad colloquia & proditionem moliendam. Dum hæc aguntur & ultro citroque ad colloquendum commeatur, cepere milites familiarius è caſtris annonæ parandæ gratiâ in oppidum ventitare. quæ res multis ſæpe jam exitio fuit. Ut mihi videatur homo, quum omnium animalium verſutiſſimum habeatur, omnium eſſe decipi facillimum. quot enim caſtra, quot munitiones, quot quantæque urbes, hoc genere perfidiæ ſunt proditæ? Atque hæc calamitas quum adeo continuè, adeoque evidenter multis jam inciderit; fit tamen neſcio quomodo, ut ad hujuſmodi fraudes ſemper rudes ac novi exiſtamus. Cauſſa autem hujus rei eſt, quòd priorum caſus à quibus in aliquo eſt offenſum, ut in numerato habeamus & ad manum, operam non ponimus. ſed frumenti quidem & pecuniæ copiam, itemque murorum telorumque fabricas, adverſus incerta & inopinata caſuum, vexatione magna ſumptuque nobis comparamus: rem verò omnium facillimam, omniumque, ubi aliquid adverſi increpuit, utiliſſimam, hanc omnes ſuſque deq; habemus: quum præſertim facile queamus, honeſto fruentes otio atque oblectatione animi, ex hiſtoria & curioſa diligentique rerum ante actarum notitia,

μένους καὶ διασαφήσοντας περὶ τῶν ἐνεστώτων. πρὸς δὲ τοὺς Σελγεῖς ἀνοχὰς ποιησάμενος, εἷλκε τὸν χρόνον τῶν συνθηκῶν ἀεὶ, ὑπὲρ τῶν κατὰ μέρος ἀντιλογίας καὶ σκήψεις εἰσφερόμενος, χάριν τοῦ προσδέξασθαι μὲν τὸν Ἀχαιὸν, δοῦναι δὲ ἀναστροφὴν τῷ Λογβάσει, πρὸς τὰς ἐντεύξεις καὶ παρασκευὰς τῆς ἐπιβολῆς. κατὰ δὲ 75
τὸν καιρὸν τοῦτον πλεονάκις συμπορευομένων πρὸς ἀλλήλους εἰς σύλλογον, ἐγίνετό τις συνήθεια τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου, παρεισιόντων πρὸς τὰς σιταρχίας εἰς τὴν πόλιν. ὃ δὴ καὶ πολλοῖς πολλάκις ἤδη παραίτιον γέγονε τῆς ἀπωλείας. Καί μοι δοκεῖ πάντων τῶν ζώων εὐπαραλογιστότατον ὑπάρχειν ἄνθρωπος, δοκοῦν εἶναι πανουργότατον. πόσαι μὲν γὰρ παρεμβολαὶ καὶ φρούρια, πόσαι δὲ καὶ πηλίκαι πόλεις, τούτῳ τῷ τρόπῳ παρεσπόνδηνται; Καὶ τούτων οὕτω συνεχῶς καὶ προφανῶς πολλοῖς ἤδη συμβεβηκότων, οὐκ οἶδ' ὅπως καινοί τινες ἀεὶ καὶ νέοι πρὸς τὰς τοιαύτας ἀπάτας πεφύκαμεν. Τούτου δ' αἴτιόν ἐστιν, ὅτι τὰς τῶν πρότερον ἐπταικότων ἐν ἑκάστοις περιπετείας, οὐ ποιούμεθα προχείρους· ἀλλὰ σίτου μὲν καὶ χρημάτων πλῆθος, ἔτι δὲ τειχῶν καὶ βελῶν κατασκευὰς, μετὰ πολλῆς ταλαιπωρίας καὶ δαπάνης ἑτοιμαζόμεθα πρὸς τὰ παράδοξα τῶν συμβαινόντων· ὃ δ' ἐστὶ ῥᾷστον μὲν τῶν ὄντων, μεγίστας δὲ παρέχεται τὰς χρείας ἐν τοῖς ἐπισφαλέσι καιροῖς, τοῦτο πάντες καταλιγωροῦμεν. καὶ ταῦτα, δυνάμενοι μετ' εὐσχήμονος ἀναπαύσεως ἅμα καὶ διαγωγῆς, ἐκ τῆς ἱστορίας καὶ πολυπραγμοσύνης περιποιεῖσθαι

τὴν τοιαύτην ἐμπειρίαν. Πλὴν ὁ
μὲν Ἀχαιὸς ἧκε πρὸς τὸν καιρόν. οἱ
δὲ Σελγεῖς συμμίξαντες αὐτῷ, με-
γάλας εἶχον ἐλπίδας, ὡς ὁλοσχερεῦς
τινὸς τευξόμενοι φιλανθρωπίας. ὁ
δὲ Λόγβασις ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ κα-
τὰ βραχὺ συνηθροικὼς εἰς τὴν ἰδίαν
οἰκίαν, τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου παρεισπ-
εόντων στρατιωτῶν, συνεβούλευε τοῖς
πολίταις μὴ παρεῖναι τὸν καιρὸν
ἀλλὰ πράττειν βλέποντας εἰς τὴν ὑπο-
δεικνυμένην φιλανθρωπίαν ὑπ' Α-
χαιοῦ, καὶ τέλος ἐπιθεῖναι ταῖς συν-
θήκαις, πανδημεὶ βουλευσαμένους
ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων. ταχὺ δὲ συναθροι-
σθείσης τῆς ἐκκλησίας, οὗτοι μὲν ἐβου-
λεύοντο, καλέσαντες καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν
φυλακείων ἅπαντας, ὡς τέλος ἐπι-
76 θήσοντας τοῖς προκειμένοις. ὁ δὲ
Λόγβασις ἀποδοὺς τὸ σύνθημα τοῦ
καιροῦ τοῖς ὑπεναντίοις, ἡτοίμαζε τοὺς
συνηθροισμένους κατὰ τὴν οἰκίαν. διε-
σκεύαζε δὲ καὶ καθωπλίζετο μετὰ τῶν
υἱῶν αὐτὸς ἅμα πρὸς τὸν κίνδυνον. τῶν
δὲ πολεμίων, ὁ μὲν Ἀχαιὸς τοὺς ἡμί-
σεις ἔχων, προσέβαινε πρὸς αὐτὴν τὴν
πόλιν· ὁ δὲ Γαρσύηρις τοὺς ὑπολει-
πομένους ἀναλαβὼν, προῆγεν ὡς ἐπὶ
τὸ Κεσβέδιον καλούμενον. τοῦτο δ'
ἐστὶ μὲν Διὸς ἱερὸν, κεῖται δ' εὐ-
φυῶς κατὰ τῆς πόλεως· ἄκρας γὰρ λαμ-
βάνει διάθεσιν. Συνθεασαμένου δέ
τινος κατὰ τύχην αἰπόλου τὸ συμβαῖ-
νον, καὶ προσαγγείλαντος πρὸς τὴν
ἐκκλησίαν, οἱ μὲν ἐπὶ τὸ Κεσβέδιον
ὥρμων μετὰ σπουδῆς, οἱ δ' ἐπὶ τὰ
φυλακεῖα. τὸ δὲ πλῆθος ὑπὸ τοῦ θυ-
μοῦ, ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Λογβάσιος.
καταφανοῦς δὲ τῆς πράξεως γενομένης,
οἱ μὲν αὐτῶν ἐπὶ τὸ στέγος ἀναβάντες,
οἱ δὲ ταῖς αὐλείοις βιασάμενοι, τὸν

hanc nobis peritiam atque prudentiam parare. Enimvero Achæus ad conſtitutum tempus præſto fuit. Selgenſes autem cum eo collocuti, magni in ſpe erant, eximiam ſe aliquam illius humanitatem eſſe experturos. Logbaſis inter hæc contractis paullatim domi ſuæ militibus, qui ſubinde è caſtris urbem ingrediebantur, civibus ſuadere inſtitit, ne occaſionem elabi ſinerent: ſed tantam hanc humanitatem, quam præ ſe ferat Achæus ſpectantes, agerent ſi quid agerent, ac tandem populo univerſo ad deliberandum de re præſenti convocato, fœdus inchoatum perducerent ad exitum. & illi quidem congregata mox concione, iis etiam evocatis, qui in ſtationibus cuſtodias agebant, tanquam inſtitutum pridem negotium confecturi, in commune conſultabant. Logbaſis dato hoſtibus ſigno, quam habebat domi congregatam manum præparare: ſe quoque ipſum & filios ſuos ad certamen comparare, armiſque inſtruere. Quod ad hoſtes, Achæus quidem cum altera copiarum parte ad urbem ipſam gradum faciebat: Garſyeris verò cum parte altera Ceſbedium quod vocant petebat. Jovis id templum eſt, urbi opportune imminens: arcis enim inſtar habet. Caſu evenit, ut caprarius quidam appropinquantem muris hoſtem animadverteret: qui ubi rei nuntium ad concionem attulit, extemplo pars Ceſbedium accurrunt; pars ſtationes ſuas repetunt. turba iræ furore percita Logbaſis domum petit. ibi proditione omni palàm facta, alii tecta conſcendere, alii per veſtibuli fores irrumpere,

rumpere, & Logbaſim filioſque & cæteros omnes unâ cum his ibidem trucidare. Poſt hæc ſervis per præconem ad pileum vocatis, partitis viribus ſuis ad propugnationem locorum opportunorum diſcedunt. Garſyeris ut præoccupatum videt Cesbedium, incepto abſtitit. Achæo vero per portas irrumpere conante Selgenſes urbe egreſſi, ſeptingentos ex hoſtibus (ii erant Myſii) cæde proſtraverunt: cæterorum impetum repulerunt. His ita peractis Achæus & Garſyeris in caſtra ſunt reverſi. At Selgenſes, metuentes ſibi ab inteſtina ſeditione; metuentes etiam ab imminente ipſorum cervicibus hoſte, ſeniores cum velamentis ad Achæum mittunt, & pace facta his conditionibus bellum finiunt: UT QUADRINGENTA TALENTA STATIM PENDANT: ET PEDNELISSENSIUM CAPTIVOS REDDANT: DEINDE POST ALIQUOD TEMPUS, TRECENTA ALIA TALENTA ADJICIANT. Hoc igitur modo Selgenſes, quum ſcelere impio Logbaſis in periculum patriæ amittendæ veniſſent; virtute ſua patriam ſervarunt; neque aut libertatem aut eam, quæ ipſis intercedit cum Lacedæmoniis cognationem, dehoneſtarunt. Achæus poſtquam Milyadem & partem Pamphyliæ maximam ſui juris feciſſet, vaſis conclamatis Sardes proficiſcitur: ubi continuum cum Attalo bellum gerens, etiam Pruſiæ minabatur; eratque omnibus qui cis Taurum Aſiam colunt formidabilis ac gravis. Quo tempore autem

τε Λόγβασιν καὶ τοὺς υἱούς, ἅμα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους πάντας αὐτοῦ κατεφόνευσαν. μετὰ δὲ ταῦτα κηρύξαντες τοῖς δούλοις ἐλευθερίαν, καὶ διελόντες σφᾶς αὐτοὺς ἐβοήθουν ἐπὶ τοὺς εὐκαίρους τῶν τόπων. ὁ μὲν οὖν Γαρσύηρις ἰδὼν προκατεχόμενον τὸ Κεσβέδιον, ἀπέστη τῆς προθέσεως. τοῦ δ' Ἀχαιοῦ βιαζομένου πρὸς αὐτὰς τὰς πύλας, ἐξελθόντες οἱ Σελγεῖς, ἑπτακοσίους μὲν κατέβαλον τῶν Μυσῶν· τοὺς δὲ λοιποὺς ἀπέστησαν τῆς ὁρμῆς. μετὰ δὲ ταύτην τὴν πρᾶξιν ὁ μὲν Ἀχαιὸς καὶ Γαρσύηρις, ἀνεχώρησαν εἰς τὴν αὑτῶν παρεμβολήν. οἱ δὲ Σελγεῖς δεδιότες μὲν τὰς ἐν αὐτοῖς στάσεις, δεδιότες δὲ καὶ τὴν τῶν πολεμίων ἐπιστρατοπεδείαν, ἐξέπεμψαν μεθ' ἱκετηριῶν τοὺς πρεσβυτέρους. καὶ σπονδὰς ποιησάμενοι, διελύσαντο τὸν πόλεμον ἐπὶ τούτοις· ΕΦ' ΩΙ ΠΑΡΑΧΡΗΜΑ ΜΕΝ ΔΟΥΝΑΙ ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΑ ΤΑΛΑΝΤΑ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΤΩΝ ΠΕΔΝΗΛΙΣΣΕΩΝ ΑΙΧΜΑΛΩΤΟΥΣ· ΜΕΤΑ ΔΕ ΤΙΝΑ ΧΡΟΝΟΝ, ΕΤΕΡΑ ΠΡΟΣΘΕΙΝΑΙ ΤΡΙΑΚΟΣΙΑ. Σελγεῖς μὲν δὴ οὕτω διὰ τὴν Λογβάσιος ἀσέβειαν τῇ πατρίδι κινδυνεύσαντες, διὰ τὴν σφετέραν εὐτολμίαν, τήν τε πατρίδα διετήρησαν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν οὐ κατῄσχυναν, καὶ τὴν ὑπάρχουσαν αὐτοῖς πρὸς Λακεδαιμονίους συγγένειαν. Ἀχαιὸς δὲ ποιησάμενος ὑφ' 77
ἑαυτὸν τὴν Μιλυάδα καὶ τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Παμφυλίας ἀνέζευξε· καὶ παραγενόμενος εἰς Σάρδεις, ἐπολέμει μὲν Ἀττάλῳ συνεχῶς, ἀνετείνετο δὲ Προυσίᾳ· πᾶσι δ' ἦν φοβερὸς καὶ βαρὺς τοῖς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου κατοικοῦσι. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν καθ' ὃν

Ἀχαιὸς ἐποιεῖτο τὴν ἐπὶ τοὺς Σελγεῖς στρατείαν, Ἄτταλος ἔχων τοὺς * Αἰγοσάγας Γαλάτας, ἐπεπορεύετο τὰς κατὰ τὴν Αἰολίδα πόλεις, καὶ τὰς συνεχεῖς ταύταις, ὅσαι πρότερον Ἀχαιῷ προσκεχωρήκεισαν διὰ τὸν φόβον. ὧν αἱ μὲν πλείους ἐθελοντὶ αὐτῷ προσέθεντο καὶ μετὰ χάριτος· ὀλίγαι δέ τινες τῆς βίας προσεδεήθησαν. ἦσαν δὲ δὴ τότε μεταθέμεναι πρὸς αὐτὸν, πρῶτον μὲν Κύμη καὶ Σμύρνα, καὶ Φώκαια· μετὰ δὲ ταύτας, Αἰγαιεῖς καὶ Τημνῖται προσεχώρησαν, καταπλαγέντες τὴν ἔφοδον. ἦκον δὲ καὶ παρὰ Τηΐων καὶ Κολοφωνίων πρέσβεις, ἐγχειρίζοντες σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὰς πόλεις. προσδεξάμενος δὲ καὶ τούτους ἐπὶ ταῖς συνθήκαις, αἷς καὶ τὸ πρότερον, καὶ λαβὼν ὁμήρους, ἐχρημάτισε τοῖς παρὰ τῶν Σμυρναίων πρεσβευταῖς φιλανθρώπως, διὰ τὸ μάλιστα τούτους τετηρηκέναι τὴν πρὸς αὐτὸν πίστιν. προελθὼν δὲ κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ διαβὰς τὸν Λύκον ποταμὸν, προῆγεν ἐπὶ τὰς τῶν Μυσῶν κατοικίας. ἀπὸ δὲ τούτων γενόμενος, ἧκε πρὸς Καρσέας. καταπληξάμενος δὲ τούτους, ὁμοίως τε καὶ τοὺς τὰ Δίδυμα τείχη φυλάττοντας, παρέλαβε καὶ ταῦτα τὰ χωρία, Θεμιστοκλέους αὐτὰ παραδόντος· ὃς ἐτύγχανε στρατηγὸς ὑπ' Ἀχαιοῦ καταλελειμμένος τῶν τόπων τούτων. ὁρμήσας δ' ἐντεῦθεν καὶ καταφθείρας τὸ Ἀπίας πεδίον, ὑπερέβαλε τὸ καλούμενον ὄρος Πελεκᾶντα, καὶ κατέζευξε
78 περὶ τὸν Μέγιστον ποταμόν. οὗ γενομένης ἐκλείψεως σελήνης, πάλαι δυσχερῶς φέροντες οἱ Γαλάται τὰς ἐν ταῖς πορείαις κακοπαθείας, ἅτε ποιούμενοι τὴν στρατείαν μετὰ γυναικῶν, καὶ τέκνων ἑπομένων αὐτοῖς τούτων ἐν

Achæus in expeditione contra Selgenſes erat occupatus, Attalus Ægoſages, (ſive ii ſunt Tectoſages) Gallos ſecum habens, per Æolidis urbes agmen ductabat, & per finitimas iſtis, quæ priùs metu ſe Achæo dediderant. Harum pleraſque voluntate colentium recepit: ut etiam beneficii loco rem ducerent. Paucæ quædam ut vis admoveretur exſpectarunt. Inter eas quæ ultro ſe ei adjunxerunt, fuere, primò Cuma, Smyrna, Phocæa: deinde Ægæenſes, & Temnitæ adventu illius perterriti, deditionem fecerunt. Adiere Achæum & à Tejis Colophoniiſque legati, ſe urbeſque ſuas illius fidei permittentes. quos ubi in eaſdem fœderis leges recepiſſet atque ante, obſidibus etiam acceptis, Smyrnæorum legatis cum ſingulari benignitate operam dedit: conſtantiſſime enim hic populus in ejus fide præ cæteris manſerat. Continuato deinde itinere, trajectoque amne Lyco, ad ea quæ Myſi habitant loca, venit. quorum ut emenſus eſt fines, Carſenſium attigit. & hos & præſidium quod Didyma-Tiche cuſtodiebat ita terruit, ut caſtellum utrumque Themiſtocles, quem iis locis Achæus diſcedens præfecerat, ipſi traderet. profectus inde, Apiæ campum populatus, Pelecantem quem vocant montem ſuperavit. & ſuper Megiſtum amnem poſuit caſtra. Eò loci quum Luna defeciſſet, Galli moleſtias itineris ægre jampridem ferentes, (ut quos in expeditione uxores liberique plauſtris vecti ſequebantur,) tunc loco

oſtenti

oſtenti quod acciderat de Luna ducentes, ulterius ſe progreſſuros negarunt. Enimvero Rex Attalus, cui nulli admodum uſui hi erant; qui etiam videbat eos tota illa expeditione ab agmine ſeparatos, caſtra ſeorſum metari, parere prorſus velle nemini, ſuperbi denique & elati ſpiritus viros eſſe; quod conſilium caperet, non mediocriter anxius ſollicituſq; erat. Simul enim angebat eum hic metus, ne forte inclinatis ad Achæum animis, res ſuas invaderent: ſimul ne malam inde famam nanciſceretur metuebat, ſi velut indagine cinctos à milite ſuo omnes contrucidaret: quum ſatis conſtaret, eos fidem ipſius ſecutos in Aſiam trajeciſſe. Propter hæc Attalus præſente occaſione ratus ſibi eſſe utendum, pollicitus in præſentia ſe ad eum locum per quem trajecerant, tutò ut deducerentur curaturum; agros ad colendum idoneos aſſignaturum; de cætero, quoties aliquid deinceps æquum à ſe poſtularent, pro ſua virili ſe ipſos adjuturum promiſit. Atque ita Rex deductis ad Helleſpontum Gallis iſtis; item Lampſacenis, Alexandrenſibus atque Ilienſibus, quod in ipſius fide manſiſſent, benigne appellatis, cum exercitu Pergamum eſt reverſus. Ineunte vere Antiochus & Ptolemæus præparatis rebus omnibus, in eo jam erant, ut expeditionem ſuſceptam, prælio terminarent. Ptolemæus igitur, peditum ſeptuaginta millia, equitum quinque, beſtias tres & ſeptuaginta, ſecum trahens, Alexandria movet. Antiochus cognito hoſtem adventare & ipſe copias ſuas in

ταῖς ἁμάξαις· τότε σημειωσάμενοι
τὸ γεγονὸς, οὐκ ἂν ἔφασαν ἔτι προελ-
θεῖν εἰς τὸ πρόσθεν. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἄτ-
ταλος, χρείαν μὲν ἐξ αὐτῶν οὐδεμίαν
ὁλοσχερῆ κομιζόμενος· θεωρῶν δ' ἀπο-
σπωμένους ἐν ταῖς πορείαις, καὶ
καθ' ἑαυτοὺς στρατοπεδεύοντας, καὶ τὸ
ὅλον ἀπειθοῦντας καὶ πεφρονηματι-
σμένους, εἰς ἀμηχανίαν ἐνέπιπτεν
οὐ τὴν τυχοῦσαν· ἅμα μὲν γὰρ ἠγωνία μὴ
πρὸς τὸν Ἀχαιὸν ἀπονεύσαντες συνε-
πίθωνται τοῖς αὐτοῦ πράγμασιν· ἅμα
δ' ὑφεωρᾶτο τὴν ἐξακολουθήσουσαν
αὐτῷ φήμην, ἐὰν περιστήσας τοὺς
στρατιώτας διαφθείρῃ πάντας, τοὺς
δοκοῦντας διὰ τῆς ἰδίας πίστεως πε-
ποιῆσθαι τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διά-
βασιν. Διὸ τῆς προειρημένης ἀφορ-
μῆς λαβόμενος, ἐπηγγείλατο κατὰ
μὲν τὸ παρὸν ἀποκαταστήσειν αὐτοὺς
πρὸς τὴν διάβασιν, καὶ τόπον
δώσειν εὐφυῆ πρὸς κατοικίαν· μετὰ
δὲ ταῦτα συμπράξειν εἰς ὁπόσα
ἂν αὐτὸν παρακαλῶσι τῶν δυνατῶν
καὶ καλῶς ἐχόντων. Ἄτταλος μὲν
οὖν ἀποκαταστήσας τοὺς * Αἰγο-
σάγας εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ χρη-
ματίσας φιλανθρώπως Λαμψα-
κηνοῖς, Ἀλεξανδρεῦσιν, Ἰλιεῦσι,
διὰ τὸ τετηρηκέναι τούτους τὴν πρὸς
αὐτὸν πίστιν, ἀνεχώρησε μετὰ τῆς
δυνάμεως εἰς Πέργαμον. Ἀντίο- 79
χος δὲ καὶ Πτολεμαῖος τῆς ἐαρι-
νῆς ὥρας ἐνισταμένης, ἑτοίμους ἔ-
χοντες τὰς παρασκευὰς, ἐγίνοντο
πρὸς τὸ διὰ μάχης κρίνειν τὴν
ἔφοδον. οἱ μὲν οὖν περὶ τὸν Πτο-
λεμαῖον ὥρμησαν ἐκ τῆς Ἀλεξαν-
δρείας, ἔχοντες πεζῶν μὲν εἰς ἑπτὰ
μυριάδας, ἱππεῖς δὲ πεντακισχι-
λίους, ἐλέφαντας ἑβδομήκοντα τρεῖς.
Ἀντίοχος δὲ γνοὺς τὴν ἔφοδον αὐτῶν,

συνῆγε

συνῆγε τὰς δυνάμεις. ἦσαν αὗται, Δᾶαι μὲν καὶ Καρμάνιοι καὶ Κίλικες, εἰς τὸν τῶν εὐζώνων τρόπον καθωπλισμένοι περὶ πεντακισχιλίους. τούτων δ' ἀμφω τὴν ἐπιμέλειαν εἶχε καὶ τὴν ἡγεμονίαν, Βύττακος ὁ Μακεδών. ὑπὸ δὲ Θεόδοτον τὸν Αἰτωλὸν τὸν ποιησάμενον τὴν προδοσίαν, ἦσαν ἐκ πάσης ἐκλελεγμένοι τῆς βασιλείας, καθωπλισμένοι δ' εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον, ἄνδρες δισμύριοι. τούτων οἱ πλείονες Ἀργυράσπιδες. τὸ δὲ τῆς φάλαγγος πλῆθος, ἦν εἰς δισμυρίους. ἧς ἡγεῖτο Νίκαρχος καὶ Θεόδοτος ὁ καλούμενος Ἡμιόλιος. πρὸς δὲ τούτοις Ἀγριᾶνες καὶ Πέρσαι τοξόται καὶ σφενδονῆται δισχίλιοι. μετὰ δὲ τούτων, χίλιοι Θρᾶκες· ὧν ἡγεῖτο Μενέδημος ὁ Ἀλαβανδεύς. ὑπῆρχον δὲ καὶ Μήδων καὶ Κισσίων καὶ Καδδουσίων καὶ Καρμανίων, οἱ πάντες εἰς πεντακισχιλίους, οἷς ἀκούειν Ἀσπασιανοῦ προσετέτακτο τοῦ Μήδου. Ἄραβες δὲ καί τινες τῶν τούτοις προσχώρων, ἦσαν μὲν εἰς μυρίους· ὑπετάττοντο δὲ Ζαβδιφίλῳ. τῶν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος μισθοφόρων ἡγεῖτο μὲν Ἱππόλοχος Θετταλός· ὑπῆρχον δὲ τὸν ἀριθμὸν εἰς πεντακισχιλίους. Κρῆτας δὲ χιλίους καὶ πεντακοσίους εἶχε τοὺς μετ' Εὐρυλόχου· χιλίους δὲ Νεοκρῆτας τοὺς ὑπὸ Ζέλην τὸν Γορτύνιον ταττομένους. οἷς ἅμα συνῆσαν ἀκοντισταὶ Λυδοὶ πεντακόσιοι. καὶ Καρδάκες οἱ μετὰ Λυσιμάχου τοῦ Γαλάτου χίλιοι. τῶν δ' ἱππέων ἦν τὸ πᾶν πλῆθος εἰς ἑξακισχιλίους. εἶχε δὲ τῶν μὲν τετρακισχιλίων τὴν ἡγεμονίαν, Ἀντίπατρος ὁ τοῦ βασιλέως ἀδελφιδοῦς. ἐπὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐτέτακτο Θεμίσων. καὶ τῆς μὲν Ἀντιόχου δυνάμεως τὸ πλῆθος ἦν, πεζοὶ μὲν ἑξακισμύριοι καὶ δισχίλιοι. σὺν δὲ τούτοις ἱππεῖς ἑξακισχίλιοι.

unum cogit. Erant autem in ejus exercitu hi: Daæ, Carmani, Cilices, ad inſtar expeditorum ornati: quorum & curam & ducatum Byttaco Macedoni dederat. Theodotus Ætolus, qui Ptolemæum prodiderat, viginti hominum millibus præerat, ex univerſo delectis regno, Macedonico armatu: & erant pleriq; eorum argenteis clypeis inſignes. pariter & phalanx viginti millium ipſa quoque numerum ferme explebat; erantque hujus duces Nicarchus & Theodotus cognomento Hemiolius. Aderant præterea Agrianes & Perſæ, ſagittarii & funditores bis mille: & unâ cum his mille Thraces, duce Menedemo Alabandenſi. aderant & Medorum, Ciſſiorum, Cadduſiorum, & Carmanorum ad quinque millia: qui parere Aſpaſiano Medo juſſi. Arabes & è finitimis populis alii, decem fere millium ſummam efficiebant, & ducem Zabdiphilum ſequebantur. mercede conductorum è Græcia manus ad millia quinque accedebat, eratque eis præfectus Hippolochus Theſſalus. habebat & Cretenſes mille quingentos, ductore Eurylocho: & Neocretas mille, quibus Zebes Gortynius imperabat. unâ cum his & Lydi jaculatores erant quingenti. item Cardaces ſub Lyſimacho Gallo mille. Equitatus verò univerſi numerus ad ſex millia accedebat: quorum millia quatuor ducem agnoſcebant Antipatrum, Regis fratre natum: cæteris præerat Themiſon. Summa totius exercitus Antiochi; peditum duo & ſeptuaginta millia; equitum ſex: elephanti duo

duo ſupra centum. Ptolemæus Peluſium profectus, in ea primum urbe caſtra poſuit. Ibi aſſumptis qui ſequebantur à tergo, poſtquam frumentum exercitui eſſet menſus movet caſtra, pergitque ire; per terram carentem aqua propter Caſium montem, & ea quæ vocant Barathra iter habens. Gazam ut ventum, & pars exercitus iterum ibi eſt aſſumpta, placide leniterque ut antè proceſſit. Quintis caſtris quò deſtinaverat pervenit, ibique ſtadia quinquaginta ab oppido Raphia ſigna conſtituit. Hæc urbs Cœlen Syriam ex Ægypto petenti, poſt Rhinocorura occurrit prima omnium è Syriacis. Per eoſdem dies etiam Antiochus eodem cum exercitu advenit: qui urbem Raphiam prætervectus, decem ferme ſtadia ab hoſte, locum caſtris noctu cepit. Ac primo quidem caſtra caſtris collata hoc intervallo habebant. Poſt paucos verò dies Antiochus, partim ut commodiore loco minus commodum mutaret; partim ut animis ſuorum audaciam adderet, propius Ptolemæum conſedit: non longiore ſtadiorum quinque intervallo inter utraque caſtra relicto. Quo tempore ſepe factum, ut qui aquatum & pabulatum exibant, manus inter ſe conſererent: ſed & medio inter caſtra ſpatio, modò equitum, modò peditum velitationes commiſſæ. Eodem etiam tempore Theodotus, facinus eſt auſus Ætolicę quidem, ſed tamen virilis prorſus audaciæ. Quia enim in Ptolemæi aula antea verſatus fuerat, ac propterea mores illius & vitæ quotidianæ conſuetudinem notam habebat; duobus

θηρία δὲ δυσὶ πλείω τῶν ἑκατόν. Πτολεμαῖος δὲ ποιησάμενος τὴν πορείαν 80 ἐπὶ Πηλουσίου, τὸ μὲν πρῶτον ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κατέζευξε. προσαναλαβὼν δὲ τοὺς ἐφελκομένους, καὶ σιτομετρήσας τὴν δύναμιν, ἐκίνει καὶ προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν, παρὰ τὸ Κάσιον καὶ τὰ Βάραθρα καλούμενα διὰ τῆς ἀνύδρου. παραγενόμενος δ' εἰς Γάζαν, καὶ προσαναλαβὼν αὐτοῦ τὴν δύναμιν, αὖθις προῄει βάδην. διανύσας δ' ἐπὶ τὸ προκείμενον, πεμπταῖος κατεστρατοπέδευσε, πεντήκοντα σταδίους ἀπέχων Ῥαφίας. ἣ κεῖται μετὰ Ῥινοκόρουρα, πρώτη τῶν κατὰ Κοίλην Συρίαν πόλεων ὡς πρὸς τὴν Αἴγυπτον. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς καιροὺς Ἀντίοχος ἧκε τὴν δύναμιν ἔχων, καὶ παραλλάξας τὴν προειρημένην πόλιν, κατεστρατοπέδευσε νυκτός, ἀπέχων τῶν ὑπεναντίων ὡς δέκα σταδίους. τὸ μὲν πρῶτον ἐν τούτῳ τῷ διαστήματι γεγονότες, ἀντεστρατοπέδευον ἀλλήλοις. μετὰ δέ τινας ἡμέρας Ἀντίοχος ἅμα τόπων βουλόμενος εὐφυεστέρων μεταλαβεῖν, καὶ ταῖς δυνάμεσιν ἐμποιῆσαι θάρσος, προσεστρατοπέδευσε τοῖς περὶ Πτολεμαῖον, ὥστε μὴ πλεῖον τῶν πέντε σταδίων τοὺς χάρακας ἀπέχειν ἀλλήλων. ἐν ᾧ καιρῷ περί τε τὰς ὑδρείας καὶ προνομὰς ἐγίνοντο συμπλοκαὶ πλείους. ὁμοίως δὲ καὶ μεταξὺ τῶν στρατοπέδων ἀκροβολισμοὶ συνίσταντο, ποτὲ μὲν ἱππέων, ποτὲ δὲ καὶ πεζῶν. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Θεόδοτος Αἰτωλικῇ μέν, 81 οὐκ ἀνάνδρῳ δ' ἐπεβάλετο τόλμῃ καὶ πράξει. Συνειδὼς γὰρ ἐκ τῆς προγεγενημένης συμβιώσεως τὴν τοῦ βασιλέως αἵρεσιν καὶ δίαιταν ὁποία τις ἦν, εἰσπορεύεται τρίτος

γενόμενος

γενόμενος ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν εἰς τὸν τῶν πολεμίων χάρακα. κατὰ μὲν οὖν τὴν ὄψιν, ἄγνωστος ἦν διὰ τὸ σκότος· κατὰ δὲ τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν ἄλλην περιβολὴν, ἀνεπισήμαντος, διὰ τὸ ποικίλην εἶναι καὶ ἐκείνων τὴν ἐνδυμενίαν. ἐστοχασμένος δ' ἐν ταῖς πρότερον ἡμέραις τῆς τοῦ βασιλέως σκηνῆς, διὰ τὸ παντελῶς συνεγγὺς γίνεσθαι τοὺς ἀκροβολισμοὺς, ὥρμησε θρασέως ἐπ' αὐτήν. καὶ τοὺς μὲν πρώτους πάντας διελθὼν ἔλαθε. παραπεσὼν δ' εἰς τὴν σκηνὴν, ἐν ᾗ χρηματίζειν εἰώθει καὶ δειπνεῖν ὁ βασιλεὺς, πάντα τόπον ἐρευνήσας, τοῦ μὲν βασιλέως ἀπέτυχε, διὰ τὸ τὸν μὲν Πτολεμαῖον ἐκτὸς τῆς ἐπιφανοῦς καὶ χρηματιστικῆς σκηνῆς ποιεῖσθαι τὴν ἀνάπαυσιν. δύο δέ τινας τῶν αὐτοῦ κοιμωμένων τραυματίσας, καὶ τὸν ἰατρὸν τοῦ βασιλέως Ἀνδρέαν ἀποκτείνας, ἀνεχώρησε μετ' ἀσφαλείας εἰς τὴν ἑαυτοῦ παρεμβολήν· βραχέα θορυβηθεὶς ἤδη περὶ τὴν τοῦ χάρακος ἔκπτωσιν. τῇ μέντοι τόλμῃ συντετελεκὼς τὴν πρόθεσιν· τῇ δὲ προνοίᾳ διεσφαλμένος, διὰ τὸ μὴ καλῶς ἐξητακέναι ποῦ τὴν ἀνάπαυσιν ὁ Πτολεμαῖος εἰώθει ποι-
82 εῖσθαι. οἱ δὲ βασιλεῖς πένθ' ἡμέρας ἀντιστρατοπεδεύσαντες ἀλλήλοις, ἔγνωσαν ἀμφότεροι διὰ μάχης κρίνειν τὰ πράγματα. καταρχομένων δὲ τῶν περὶ τὸν Πτολεμαῖον κινεῖν τὴν δύναμιν ἐκ τοῦ χάρακος, εὐθέως οἱ περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀντεξῆγον. καὶ τὰς μὲν φάλαγγας ἀμφότεροι καὶ τοὺς ἐπιλέκτους τοὺς εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένους, κατὰ πρόσωπον ἀλλήλων ἔταξαν. τὰ δὲ κέρατα, Πτολεμαίῳ μὲν ἑκάτερα τουτονὶ συνίσταντο τὸν τρόπον. Πολυκράτης μὲν εἶχε μετὰ τῶν ὑφ'

tantum comitatus, ſub lucem hoſtile vallum intrat. & à vultu ille quidem dignoſci non poterat propter tenebras; à veſte autem & cætero cultu notabilis non erat, quum etiam in illis caſtris varius ornatus reperiretur. obſervato autem ſuperioribus diebus loco tabernaculi regii; (admodum enim exiguo inde intervallo velitationes erant editæ:) magna audacia eo fecit impetum. ac primò quidem obvios omnes fefellit: verùm ubi in tentorium illud irrupit, in quo reſponſa dare adeuntibus & cœnare ſolitus Rex erat, omnes ſcrutatus angulos, à Rege aberravit; qui extra inſigne illud tabernaculum & prætorium ſuum, alibi tum forte quieſcebat. cæterum ex iis qui ibi cubabant duobus vulneratis, Andrea etiam archiatro obtruncato, ſine diſcrimine in caſtra ſua ſe recepit: tum demum cum vallo erumpebat leviter interpellatus: quod ad audaciam attinet, voti ſui compos: imprudentiâ tantum lapſus, quia parum diligenter locum inquiſiverat, ubi quietem capere moris haberet Ptolemæus. Poſtquam per dies quinque oppoſita invicem caſtra Reges habuiſſent, viſum utrique eſt, prælio jam decernendum. Quum igitur prior Ptolemæus ſuos vallo eduxiſſet, extemplo Antiochus quoque educere è caſtris & aciem contra dirigere. Phalanges ſuas ambo & delectorum aciem armatu Macedonico inſtructorum adverſis invicem frontibus collocarunt. cornua Ptolemæus ordinaverat hoc modo. Lævum curabat Polycrates cum iis equitibus qui ducatum ejus ſeque-

ſequebantur. inter hos & phalangem, primi erant Cretenſes ad latus ipſum equitum. ſequebantur Regii prætoriani, quos agema vocant. deinde cetrati duce Socrate; hi Libyas contingebant, qui Macedonum armis erant ornati. Dextrum cornu tenebat Echecrates Theſſalus, equites habens quibus præerat. ad lævam Echecratis Gallos & Thraces locaverat. deinceps Phoxidam cum mercenariis Græcis, qui Ægyptiacæ phalangi adhærebant. ex elephantis quadraginta in lævo cornu fuerant locati, ubi Ptolemæus ipſe pugnam erat facturus. tres & triginta dextrum cornu & mercenarios equites protegebant. Antiochus vero beſtias ſexaginta quibus erat præpoſitus Philippus ejus collactaneus, ante cornu dextrum; ubi dimicaturus ipſe erat cum Ptolemæo, locat. horum à tergo equites bis mille duce Antipatro ſtare juſſit. quibus totidem alios in modum forcipis diſpoſitos adjunxit. juxta equites in fronte aciei Cretenſes ſtatuit: deinde eos qui mercede fuerant è Græcia acciti. inter hos & Macedonicam armaturam, quinque illa interpoſuit millia, quæ Byttaco Macedoni parebant. lævam deinde aciem dirigens, in ipſo quidem cornu equites bis mille poſuit, quorum dux Themiſon. his Cardacas applicuit & Lydos jaculatores: deinde expeditorum tria millia ſub Menedemi ducatu. his adhærebant Ciſſii, Medi, & Carmani: his Arabes, &

ἑαυτὸν ἱππέων, τὸ λαιὸν κέρας. τούτου δὲ καὶ τῆς φάλαγγος μεταξὺ Κρῆτες ἦσαν παρ' αὐτοὺς τοὺς ἱππεῖς. ἑξῆς δὲ τούτοις, τὸ βασιλικὸν ἄγημα. μετὰ δὲ τούτους, οἱ μετὰ Σωκράτους πελτασταὶ, συνάπτοντες τοῖς Λίβυσι τοῖς εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένοις. ἐπὶ δὲ τοῦ δεξιοῦ κέρως, Ἐχεκράτης ἦν ὁ Θετταλὸς, ἔχων τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἱππεῖς. παρὰ δὲ τοῦτον ἐκ τῶν εὐωνύμων ἵσταντο Γαλάται καὶ Θρᾶκες. ἑξῆς δὲ τούτοις, Φοξίδας εἶχε τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος μισθοφόρους, συνάπτοντας τοῖς τῶν Αἰγυπτίων φαλαγγίταις. τῶν δὲ θηρίων, τὰ μὲν τετταράκοντα κατὰ τὸ λαιὸν ἦν, ἐφ' οὗ Πτολεμαῖος αὐτὸς ἔμελλε ποιεῖσθαι τὸν κίνδυνον. τὰ δὲ τριάκοντα καὶ τρία πρὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἐτέτακτο, κατ' αὐτοὺς τοὺς μισθοφόρους ἱππεῖς. Ἀντίοχος δὲ τοὺς μὲν ἑξήκοντα τῶν ἐλεφάντων, ἐφ' ὧν ἦν Φίλιππος ὁ σύντροφος αὐτοῦ, πρὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος προέστησε, καθ' ὃ ποιεῖσθαι τὸν κίνδυνον αὐτὸς ἔμελλε πρὸς τοὺς περὶ τὸν Πτολεμαῖον. τούτων δὲ κατόπιν δισχιλίους μὲν ἱππεῖς τοὺς ὑπ' Ἀντίπατρον ταττομένους ἐπέστησε, δισχιλίους δὲ ἐν ἐπικαμπίῳ παρενέβαλε. παρὰ δὲ τοὺς ἱππεῖς ἐν μετώπῳ τοὺς Κρῆτας ἔστησε. τούτοις δ' ἑξῆς ἐπέταξε τοὺς ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος μισθοφόρους. μεταξὺ δὲ τούτων καὶ τῶν εἰς τὸν Μακεδονικὸν τρόπον καθωπλισμένων, τοὺς μετὰ Βυττάκου τοῦ Μακεδόνος ὄντας πεντακισχιλίους παρενέβαλε. τῆς δ' εὐωνύμου τάξεως, ἐπ' αὐτὸ μὲν τὸ κέρας ἔθηκε δισχιλίους ἱππεῖς. ὧν ἡγεῖτο Θεμίσων. παρὰ δὲ τούτους Κάρδακας καὶ Λυδοὺς ἀκοντιστάς· ἑξῆς δὲ τούτοις, τοὺς ὑπὸ Μενεδήμου εὐζώνους, ὄντας εἰς τρισχιλίους. μετὰ δὲ τούτους, Κισσίους καὶ Μήδους καὶ Καρμανίους· παρὰ δὲ τούτους Ἀρα-

τοὺς Ἄραβας ἅμα τοῖς προσχώροις
ταξιάρχοις ἐπὶ τῇ φάλαγγι. τὰ δὲ κα-
τάλοιπα τῶν θηρίων τοῦ βασιλικοῦ κέ-
ρατος προεξέταξε τοῦ λαιοῦ. τῶν βα-
σιλικῶν ἐν τῇ γεγονότων παίδων ἐπι-
83 στήσας, Μυΐσκον τὸν σύντροφον. τοῦτον δὲ
τὸν τρόπον τῶν δυνάμεων ἐκτεταγμέ-
νων, ἐπιπορευθέντες οἱ βασιλεῖς ἀμ-
φότεροι κατὰ τὸ πρόσωπον, τὰς αὐτῶν
τάξεις παρακαλοῦντες ἅμα τοῖς ἡγε-
μόσι καὶ φίλοις. μεγίστας δ᾽ ἐν τοῖς
φαλαγγίταις ἐλπίδας ἔχοντες ἀμ-
φότεροι, πλείστην καὶ σπουδὴν καὶ πα-
ράκλησιν ἐποιοῦντο περὶ ταύτας τὰς
τάξεις. Πτολεμαίῳ μὲν Ἀνδρομάχου
καὶ Σωσιβίου καὶ τῆς ἀδελφῆς Ἀρσι-
νόης, τῷ δὲ Ἀντιόχῳ, Θεοδότου καὶ
Νικάρχου συμπαρακαλούντων, διὰ
τὸ παρ᾽ ἑκατέρων τούτους ἔχειν τὰς τῶν
φαλαγγιτῶν ἡγεμονίας. ἦν δὲ πα-
ραπλήσιος ὁ νοῦς τῶν ὑπὸ ἑκατέρου
παρακαλουμένων. ἴδιον μὲν γὰρ ἔργον
ἐπιφανὲς καὶ κατηξιωμένον προφέ-
ρεσθαι τοῖς παρακαλουμένοις, οὐδέ-
τερος αὐτῶν εἶχε, διὰ τὸ προσφά-
τως παρειληφέναι τὰς ἀρχάς.
τῆς δὲ τῶν προγόνων δόξης, καὶ τῶν
ἐκείνοις πεπραγμένων ἀναμιμνή-
σκοντες, φρόνημα καὶ θάρσος
τοῖς φαλαγγίταις ἐπειρῶντο πα-
ριστάναι. μάλιστα δὲ τὰς ἐξ αὐ-
τοῦ εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ὑποδεικνύν-
τες, καὶ κατ᾽ ἰδίαν τοὺς ἡγεμόνας, καὶ
κοινῇ πάντας τοὺς ἀγωνίζεσθαι μέλ-
λοντας, ἠξίουν καὶ παρεκάλουν ἀν-
δρωδῶς καὶ γενναίως χρήσασθαι τῷ
παρόντι κινδύνῳ. Ταῦτα δὲ καὶ τού-
τοις παραπλήσια λέγοντες, τὰ μὲν
δι᾽ αὐτῶν, τὰ δὲ καὶ διὰ τῶν ἑρμηνέων
84 παρίππευον. ἐπεὶ δὲ παρῆσαν ἤδη ὁ
Πτολεμαῖος μὲν μετὰ τῆς ἀδελφῆς ἐπὶ
τὸ πέρας τῆς παρατάξεως εὐώνυμον.

finitimi populi, qui jam phalangem ipſam contingebant. reliquos elephantos cornui ſiniſtro præpoſuit, præfecto illis Myiſco inter pueros regios in aula quondam educato. Ad hunc modum inſtructis utrinque copiis, uterque Rex amicis ac ducibus comitatus aciei frontem obequitans, ſuos alloqui cepit. & quum in ſuis ambo phalangitis, (legionarios poſſis dicere,) ſpem maximam reponerent, ad horum cohortes incitandas adhortandaſque, plurimum ſtudii poſuerunt. ac Ptolemæo quidem Andromachus & Soſibius cum Arſinoe ipſius ſorore; Antiocho verò Theodotus & Nicarchus ſuos monendo rogandoque ſecundas agebant: hi enim erant in utroque exercitu legionariorum duces. Porrò quæ irritandi militis cauſſa utraque ex parte dicebantur à Regibus, ea diſſimili argumento non erant. neuter namque illorum facinus ullum ſuum inſigne ac memorabile habebat in medium proferre: ut pote qui non multo antè regna illa ſuſcepiſſent. itaque gloria & rebus geſtis majorum commemorandis erigere phalangitarum animos & ad prælium accendere conabantur. ante omnia verò maximis propoſitis premiis, qua privatim duces, quà omnes in commune qui dimicaturi erant, orare, hortari, ut generoſo fortique animo præſentem pugnam capeſſerent. Hæc & ſimilia his Reges, partim per ſe, partim per interpretes dicere. Mox ut pervenere Ptolemæus quidem & ſoror ipſius ad aciei ſuæ lævum cornu: Antiochus

verò

verò cum regia equitum turma, claſſicum incinere juſſis tubicinibus, prę͏lium elephantis commiſerunt. ac fuerunt è Ptolemaïcis beſtiæ nonnullęquę in hoſtem ſumma vi atque impetu connitendo irruerunt. cum quidem cerneres eos qui è turribus pugnabant, acre prælium ciere: ſariſſis quas manibus tenebant, è proximo rem gerentes, ſeque invicem cędentes: pulchrius tamen adhuc ſpectaculum erant, belluæ ipſæ totis viribus inter ſe decertantes, & cum impetu aliæ in alias irruentes. nam elephanti hoc fere modo inter ſe pugnant. complexi invicem, dentibus commiſſis, quanta maxima vi pollent in eodem veſtigio connituntur, de ſtatione dimicantes, donec victor tandem alter evadat, & alterius proboſcidem impulſu ſuo dimoveat: ubi verò ſemel inclinatæ beſtiæ latus patet, ſic dentibus ut taurus cornibus victor infert vulnera. ceterum belluarum Ptolemęi plereque certamen detrectabant. quod enim Libycis elephantis accidere ſolet; ut neque odorem, neque barritum ferant Indicarum; ſed cum magnitudine, tum robore illarum, ut equidem arbitror, perterritæ, propere antè quam appropinquent, fugiant; tunc quoque uſu venit. Quum igitur conſternatæ belluę omnes ante ſe ordines in fugam averterent, Ptolemęi agema illis urgentibus eſt inclinatum. Antiochus circumducto ſupra beſtias agmine in Polycratem & equitatum cui ipſe præerat, dedit impetum: ſimul, præter interius elephantorum latus Gręcorum mercenarii qui circa phalangem fuerant

τ̄ σφετέρας, Ἀντίοχος δὲ μετὰ τ̄ βασιλικῆς ἴλης ἐπὶ τὸ δεξιὸν, σημήναντες τὸ πολεμικὸν, προσέβαλον πρῶτον τοῖς θηρίοις. ὀλίγα μὲν οὖν τινὰ τ̄ παρὰ Πτολεμαίου συνήρεισε τοῖς ἐναντίοις· ἐφ' ὧν ἐποίουν ἀγῶνα καλὸν οἱ πυργομαχοῦντες, ἐκ χειρὸς ταῖς σαρίσαις διαδορατιζόμενοι καὶ τύπτοντες ἀλλήλους. ἔτι δὲ κάλλιω τὰ θηρία, βιαιομαχοῦντα καὶ συμπίπτοντα κατὰ πρόσωπον αὐτοῖς. ἔστι γὰρ ἡ τῶν ζώων μάχη τοιαύτη τις· συμπλέξαντα καὶ παρεμβαλόντα τοὺς ὀδόντας εἰς ἀλλήλους ὠθεῖ τῇ βίᾳ διερειδόμενα περὶ τῆς χώρας, ἕως ἂν κατακρατήσαν τῇ δυνάμει θάτερον, παρώσῃ τὴν θατέρου προνομήν. ὅταν δ' ἅπαξ ἐγκλίναν πλάγιον λάβῃ, τιτρώσκει τοῖς ὀδοῦσι, καθάπερ οἱ ταῦροι τοῖς κέρασι. τὰ δὲ πλεῖστα τῶν τοῦ Πτολεμαίου θηρίων, ἀπεδειλία τὴν μάχην· ὅπερ ἔθος ἐστὶ ποιεῖν τοῖς Λιβυκοῖς ἐλέφασι. τὴν γὰρ ὀσμὴν καὶ φωνὴν οὐ μένουσιν, ἀλλὰ καὶ καταπεπληγμένοι τὸ μέγεθος καὶ τὴν δύναμιν, ὥς γε μοι δοκεῖ, φεύγουσιν εὐθέως ἐξ ἀποστήματος τοὺς Ἰνδικοὺς ἐλέφαντας· ὃ καὶ τότε συνέβη γενέσθαι. τούτων δὲ διαταραχθέντων, καὶ τὰς πρὸ αὐτῶν τάξεις συνωθουμένων, τὸ μὲν ἄγημα τὸ τοῦ Πτολεμαίου πιεζόμενον ὑπὸ τῶν θηρίων, ἐνέκλινε. τοῖς δὲ περὶ τὸν Πολυκράτην, καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦτον ἱππεῦσι διαπεπτυγμένοις, οἵ τε περὶ τ̄ Ἀντίοχον ὑπὲρ τὰ θηρία περικεράσαντες καὶ προσπίπτοντες, ἐνέβαλον. ἅμα δὲ τούτοις τῶν ἐλεφάντων ἐντὸς, οἱ περὶ τ̄ φάλαγγα τ̄ Ἑλλήνων μισθοφόροι

φόροι περιπίπτοντες, τοὺς τοῦ Πτολεμαίου πελταστὰς ἐξέωσαν, προσυγκεχυκότων ἤδη καὶ τὰς τούτων τά-
85 ξεις τῶν θηρίων. τὸ μὲν οὖν εὐώνυμον τοῦ Πτολεμαίου τὸν τρόπον τοῦτον πιεζόμενον ἐνέκλινε πᾶν. Ἐχεκράτης δ᾽ ὁ τὸ δεξιὸν κέρας ἔχων, τὸ μὲν πρῶτον ἐκαραδόκει τὴν τῶν προειρημένων κεράτων σύμπτωσιν· ἐπεὶ δὲ τὸν μὲν κονιορτὸν ἑώρα κατὰ τῶν ἰδίων φερόμενον, τὰ δὲ παρ᾽ αὐτοῖς θηρία τὸ παράπαν οὐδὲ προσιέναι τολμῶντα τοῖς ὑπεναντίοις· τῷ μὲν Φοξίδᾳ παρήγγειλε, τοὺς ἀπὸ Ἑλλάδος ἔχοντι μισθοφόρους, συμβαλεῖν τοῖς κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ τεταγμένοις. αὐτὸς δ᾽ ἐξαγαγὼν κατὰ κέρας τοὺς ἱππεῖς καὶ τοὺς ὑπὸ τὰ θηρία τεταγμένους, τῆς μὲν ἐφόδου τῶν θηρίων ἐκτὸς ἐγένετο· τοὺς δὲ τῶν πολεμίων ἱππεῖς, οὓς μὲν ὑπερβαίνων, οἷς δὲ κατὰ κέρας ἐμβάλλων ταχέως ἐτρέψατο. τὸ δὲ παραπλήσιον ὅ, τε Φοξίδας, καὶ πάντες οἱ περὶ αὐτὸν ἐποίησαν. προσπεσόντες γὰρ τοῖς Ἄραψι καὶ τοῖς Μήδοις, ἠνάγκασαν ἀποστραφέντας φυγεῖν προτροπάδην. τὸ μὲν οὖν δεξιὸν τῶν περὶ τὸν Ἀντίοχον ἐνίκα, τὸ δ᾽ εὐώνυμον ἡττᾶτο. τὸν δὲ προειρημένον τρόπον αἱ φάλαγγες ἀμφοτέρων τῶν κεράτων αὐτῶν ἐψιλωμένων, ἔμενον ἀκέραιοι κατὰ μέσον τὸ πεδίον, ἀμφηρίστους ἔχουσαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον Ἀντίοχος μὲν ἠγωνίζετο τῷ κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας προτερήματι· Πτολεμαῖος δὲ τὴν ἀποχώρησιν ὑπὸ τὴν φάλαγγα πεποιημένος, τότε προελθὼν εἰς μέσον, καὶ φανεὶς ταῖς δυνάμεσι, τοὺς μὲν ὑπεναντίους κατεπλήξατο, τοῖς δὲ παρ᾽

conſtituti, Ptolemæi cetratos impellunt, quorum jam ante ordines beſtiæ turbaverant. Ac læuum quidem Ptolemæi cornu hoc pacto oppreſſum, omni ex parte in fugam inclinavit. Echecrates verò qui dextro curabat, principio quidem illorum de quibus diximus cornuum concurſum opperiebatur; poſtea verò quàm pulverem ingentem ferri in ſuos vidit, beſtias autem quæ à ſuis partibus ſtabant, ne accedere quidem ullo modo ad hoſtem velle; Phoxidę Gręcorum mercenariorum ductori mandat, ut oppoſitos ſibi inimicos invaderet: ipſe equitibus longo agmine adverſus eos qui pone elephantos ſtabant, eductis, extra periculum poſitus ab incurſu beſtiarum, hoſtilem equitatum, aliorum terga petens, alios à latere adoriens, in fugā cito avertit. idem & Phoxidas & omnes qui circa illum erant fecerunt: in Arabes namque & Medos facta impreſſione, terga dare & fugam effuſam capeſſere omnes coegerunt. Igitur dextrum quidem Antiochi cornu vincere, at ſiniſtrum vinci. & quum hoc pacto phalanges amborum nudatę ſuis cornibus eſſent, ipſę interim medio campo integræ manebant, inter ſpem metumque de futuro pariter fluctuantes. Quæ cum agebantur, Antiochus in dextro cornu cum maxime proſperam pugnam faciebat. Ptolemæus verò qui ad phalangem ſe receperat, in mediam progreſſus aciem, ubi tum in utriuſque exercitus conſpectum venit, pavorem inimicis, at ſuis

alacrita-

alacritatem ingentem & pugnæ ardorem ingeneravit. Igitur Andromachus & Soſibius ſariſſas repente inclinare, & in hoſtem ducere. Ac delecti quidem è terra Syria milites, aliquando reſtiterunt in acie: at qui Nicarchi ductu regebantur, vix primum ſuſtinentes impetum ceſſerunt pugnamque omiſerunt. Antiochus, ut rerum imperitus ac juvenis, quia ipſe ex adverſo ſtantes hoſtes vicerat, cæteras quoque ſui exercitus partes vincere omnes ratus, fugientes perſequebatur. tandem verò ab aliquo è ſenioribus quid ageretur monitus attendere, quum ille pulverem ei indicaret, qui e media acie ad caſtra ipſius ferebatur; tum demum re cognita, in eum locum ubi ſteterat acies accurrere cum prætorianorum ſigno conatus: ubi omnes ſuos fugæ ſe mandaſſe comperit, etiam ipſe Raphiam conceſſit: perſuaſus, quod in ſe fuiſſet, vincere ſe: utut propter aliorum degeneres animos & formidinem univerſa dimicatione victum ſe intelligeret. Ptolemæus proſperum ſummæ rerum eventum per phalangem conſecutus; per equites vero & mercenarios dextri ſui cornu multis fugientium hoſtium occiſis, è pugna ſe recipiens, in caſtris unde militem eduxerat nocte illa manſit. poſtridie verò ejus diei ſublatis ſuorum corporibus humatiſque, inimicorum autem ſpoliatis, movet ſigna & Raphiam ducit. Antiochus ſtatim à fuga iis ſuorum in unum collectis, qui catervatim conglobati fugerant, extra urbem munire caſtra voluerat: ſed quia plerique illorum intra mœnia penetrave-

αὐτῶν μεγάλην ὁρμὴν ἐνειργάσατο, καὶ προθυμίαν. διὸ καὶ καταβαλόντες παραχρῆμα τὰς σαρίσας οἱ περὶ τὸν Ἀνδρόμαχον καὶ Σωσίβιον ἐπῆγον. οἱ μὲν οὖν ἐπίλεκτοι τῶν Συριακῶν, βραχύν τινα χρόνον ἀντέστησαν· οἱ δὲ μετὰ τοῦ Νικάρχου ταχέως ἐγκλίναντες ὑπεχώρουν. ὁ δ' Ἀντίοχος, ὡς ἂν ἄπειρος καὶ νέος, ὑπολαμβάνων ἐκ τοῦ καθ' ἑαυτὸν μέρους, καὶ τὰ λοιπὰ παραπλησίως αὐτοῦ πάντα νικᾶν, ἐπέκειτο τοῖς φεύγουσιν· ὀψὲ δέ ποτε τῶν πρεσβυτέρων τινὸς, ἐπιστήσαντος αὐτὸν, καὶ δείξαντος φερόμενον τὸν κονιορτὸν ἀπὸ τῆς φάλαγγος ἐπὶ τὴν ἑαυτῶν παρεμβολὴν, τότε συννοήσας τὸ γινόμενον, ἀνατρέχειν ἐπεχείρει μετὰ τῆς βασιλικῆς ἐπὶ τὸν τῆς παρατάξεως τόπον σημαίας· καταλαβὼν δὲ τοὺς παρ' αὐτοῦ πάντας πεφευγότας, οὕτως ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν Ῥαφίαν· τὸ μὲν καθ' ἑαυτὸν μέρος πεπεισμένος νικᾶν· διὰ δὲ τὴν τῶν ἄλλων ἀγέννειαν καὶ δειλίαν, ἐσφάλθαι νομίζων τοῖς ὅλοις. 86

Πτολεμαῖος δὲ διὰ μὲν τῆς φάλαγγος τὰ ὅλα διακεκρίνας, διὰ δὲ τῶν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ κέρατος ἱππέων καὶ μισθοφόρων, πολλοὺς ἀποκτείνας κατὰ τὸ δίωγμα τῶν ὑπεναντίων· τότε μὲν ἀναχωρήσας, ἐπὶ τῆς ὑπαρχούσης ηὐλίσθη παρεμβολῆς. τῇ δ' ἐπαύριον, τοὺς μὲν ἰδίους νεκροὺς ἀνελόμενος καὶ θάψας, τοὺς δὲ τῶν ἐναντίων σκυλεύσας, ἀνέζευξε, καὶ προσῆγε πρὸς τὴν Ῥαφίαν. ὁ δ' Ἀντίοχος ἐκ τῆς φυγῆς ἐβούλετο μὲν εὐθέως ἔξω στρατοπεδεύειν, συναθροίσας τοὺς ἐν τοῖς συστήμασι πεφευγότας· τῶν δὲ πλείστων εἰς τὴν πόλιν πεποιημένων τὴν ἀποχώρησιν, ἠναγκάσθη καὶ

αὐτὸς εἰσελθεῖν. οὗτος μὲν οὖν ὑπὸ τὴν ἑωθινὴν ἐξαγαγὼν τὸ σωζόμενον μέρος τῆς δυνάμεως, διέτεινε πρὸς Γάζαν. κἀκεῖ καταστρατοπεδεύσας καὶ διαπεμψάμενος περὶ τῆς τῶν νεκρῶν ἀναιρέσεως, ἐκήδευσε τοὺς τεθνεῶτας ὑποσπόνδους. ἦσαν δ' οἱ τετελευτηκότες τῶν παρ' Ἀντιόχου, πεζοὶ μὲν οὐ πολὺ λείποντες μυρίων, ἱππεῖς δὲ πλείους τριακοσίων· ζωγρείᾳ δ' ἑάλωσαν ὑπὲρ τοὺς τετρακισχιλίους. ἐλέφαντες δὲ τρεῖς μὲν παραχρῆμα, δύο δ' ἐκ τῶν τραυμάτων ἀπέθανον. τῶν δὲ παρὰ Πτολεμαίου, πεζοὶ μὲν εἰς χιλίους καὶ πεντακοσίους ἐτελεύτησαν, ἱππεῖς δὲ εἰς ἑπτακοσίους· τῶν δ' ἐλεφάντων ἑκκαίδεκα μὲν ἀπέθανον, ἠρέθησαν δ' αὐτῶν οἱ πλείους. ἡ μὲν οὖν περὶ Ῥαφίαν μάχη γενομένη τοῖς βασιλεῦσι περὶ Κοίλης Συρίας, τοῦτον ἀπετελέσθη τὸν τρόπον.

Μετὰ δὲ τὴν τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν, Ἀντίοχος μὲν ἐποιεῖτο τὴν ἀποχώρησιν εἰς τὴν οἰκείαν μετὰ τῆς δυνάμεως· Πτολεμαῖος δὲ τήν τε Ῥαφίαν καὶ τὰς ἄλλας πόλεις ἐξ ἐφόδου παρελάμβανε· πάντων τῶν πολιτευμάτων ἁμιλλωμένων ὑπὲρ τοῦ φθάσαι τοὺς πέλας περὶ τὴν ἀποκατάστασιν καὶ μετάθεσιν τὴν πρὸς αὐτόν. Ἴσως μὲν οὖν εἰώθασι πάντες περὶ τοὺς τοιούτους καιροὺς, ἁρμόζεσθαί πως ἀεὶ πρὸς τὸ παρόν· μάλιστα δὲ τὸ κατ' ἐκείνους τοὺς τόπους γένος τῶν ἀνθρώπων εὐφυὲς καὶ πρόχειρον πρὸς τὰς ἐκ τοῦ καιροῦ χάριτας. Τότε δὲ τῆς εὐνοίας προκαθηγουμένης πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας βασιλεῖς, εἰκότως τοῦτο συνέβαινε γίνεσθαι. Τῇ γὰρ οἰκίᾳ ταύτῃ μᾶλλον ἀεί πως οἱ κατὰ

rant, ipſe quoque ingredi fuit coactus. Is igitur prima luce reliquiis exercitus eductis, Gazam contendit. ubi poſitis caſtris, ad Ptolemæum de tollendis cadaveribus mittit: impetrataque ab eo venia, mortuis juſta facit. Deſideravit autem è ſuis Antiochus non multo pauciores decem millibus peditum: equites trecentos & eo plures. capti ſunt vivi ſupra CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ. Elephanti in conflictu periere tres, è vulneribus poſtea duo. E Ptolemaïcis occiſi ſunt pedites mille & quingenti: equites ſeptingenti. ex elephantis ſedecim ſunt trucidati; reliquorum pars major capta. Hic fuit ejus pugnæ exitus, quam de Cœlæ Syriæ imperio ad Raphiam Reges pugnarunt.

Sepultis ſuorum cadaveribus, Rex Antiochus cum reliquis copiis domum eſt reverſus. Ptolemæus & Raphiam & reliquas urbes, ut ad quamque acceſſerat, à civibus ſibi traditas recepit: quum omnes civitates in dominatu ipſius inſtaurando & deficiendo ad illum, de celeritate inter ſe certarent. Eſt ſane mos hic cunctis mortalibus in ejuſmodi temporibus, ut præſenti fortunæ ſemper ſe accommodent: eximie tamen ejus regionis populi præ cæteris accommodato ingenio ſunt promptoque ad id genus obſequia, ſi qua forte occaſio ea poſtulaverit. Tunc vero quum jam ante animos hominum benevolentia erga Ægypti Reges occupaſſet, non mirum eſt id accidiſſe. Fit enim neſcio quomodo, ut Cœlæ Syriæ populi adveneratio-

venerationem hujus regiæ magis inclinent. Itaque ad demerendam ejus gratiam, nullum blandimenti genus prætermittentes, coronis, ſacrificiis, altaribus cæteroque ejus generis cultu Ptolemæum honorarunt. Antiochus ſimulac cognominem ſibi urbem eſt ingreſſus, Antipatrum fratris filium, & Theodotum Hemiolium legatos de pace ad Ptolemæum mittit. admodum enim verebatur, ne ab hoſtibus bello peteretur. & quum propter acceptam cladem ſubditorum ſuorum multitudini parum fideret; etiam ab Achæo, ne hac occaſione adverſus ſe uteretur, ſibi metuebat. Quorum omnium nihil reputans animo Ptolemæus, victoria tam inopinata contentus, & omnino Cœlæ Syriæ imperium recuperaſſe preter ſpem ſatis habens, adeo non erat alienus à quiete, ut plus etiam quàm par eſſet, ejus deſiderio tangeretur: impellente ignavia & cæteris animi morbis, qui per univerſam vitam fuerunt illi familiares. Itaque ergo, ubi Antipater cum reliquis legatis ad eum venit, minaciter paululum eos allocutus, & de Antiochi queſtus injuriis, inducias in annum eis conceſſit. ac deinde firmando fœderi Soſibium miſit. ipſe verò tres in Syria ac Phœnicia menſes moratus, ad componendum ſingularum civitatum ſtatum; mox, omnibus illis locis Prætorem relinquens Andromachum Aſpendium, cum ſorore & amicis ad repetendam Alexandriam caſtra movet: impoſito eo fine huic bello, quem ſubditi, reliquæ ejus vitæ atque inſtitutorum gnari, ſatis mirari non poterant. An-

Κοίλην Συρίαν ὄχλοι προσκυνοῦσι. Διόπερ οὐκ ἀπέλιπον ὑπερβολὴν θρησκείας, στεφάνοις καὶ θυσίαις καὶ βωμοῖς, καὶ παντὶ τοιούτῳ τρόπῳ τιμῶντες τὸν Πτολεμαῖον. 87 Ἀντίοχος δὲ παραγενόμενος εἰς τὴν ἐπώνυμον αὐτοῦ πόλιν, εὐθέως ἐξέπεμψε τοὺς περὶ τὸν Ἀντίπατρον, τὸν ἀδελφιδοῦν καὶ Θεόδοτον τὸν Ἡμιόλιον πρεσβευτὰς πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὑπὲρ εἰρήνης καὶ διαλύσεως, ἀγωνιῶν τὴν τῶν ὑπεναντίων ἔφοδον. ἠπίστει μὲν γὰρ τοῖς ὄχλοις διὰ τὸ γεγονὸς ἐλάττωμα περὶ αὐτόν· ἐφοβεῖτο δὲ τὸν Ἀχαιὸν, μὴ συνεπίθηται τοῖς καιροῖς. Πτολεμαῖος δὲ τούτων οὐδὲν συλλογιζόμενος, ἀλλ᾽ ἀσμενίζων ἐπὶ τῷ γεγονότι προτερήματι διὰ τὸ παράδοξον, καὶ συλλήβδην ἐπὶ τῷ Κοίλην Συρίαν κεκτῆσθαι παραδόξως, οὐκ ἀλλότριος ἦν τῆς ἡσυχίας, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τὸ δέον οἰκεῖος, ἑλκόμενος ὑπὸ τῆς συνήθους ἐν τῷ βίῳ ῥᾳθυμίας καὶ καχεξίας. πλὴν παραγενομένων τῶν περὶ τὸν Ἀντίπατρον, βραχέα προσανατεινθεὶς καὶ καταμεμψάμενος ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις τὸν Ἀντίοχον, συνεχώρησε σπονδὰς ἐνιαυσίους. ταύτας μὲν ἐπικυρώσοντα τὰς διαλύσεις ἐξαπέστειλε Σωσίβιον· αὐτὸς δὲ διατρίψας ἐπὶ τρεῖς μῆνας ἐν τοῖς κατὰ Συρίαν καὶ Φοινίκην τόποις, καὶ καθιστάμενος τὰς πόλεις, μετὰ ταῦτα καταλιπὼν τὸν Ἀνδρόμαχον τὸν Ἀσπένδιον στρατηγὸν ἐπὶ πάντων τῶν προειρημένων τόπων, ἀνέζευξε μετὰ τῆς ἀδελφῆς καὶ τῶν φίλων ἐπ᾽ Ἀλεξανδρείας· παράδοξον τοῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ πρὸς τὴν τοῦ λοιποῦ βίου προαίρεσιν τέλος ἐπιτεθεικὼς τῷ πολέμῳ. Ἀντίοχος

ἤδη καὶ περὶ τὰς σπονδὰς ἀσφαλισάμενος τὰ πρὸς τὸν Σωσίβιον, ἐγίνετο κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, περὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ἀχαιὸν παρασκευήν. τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ἀσίαν ἐν τούτοις ἦν.

88 Ῥόδιοι δὲ κατὰ τοὺς προειρημένους καιροὺς ἐπειλημμένοι τῆς ἀφορμῆς τῆς κατὰ τὸν σεισμὸν τὸν γενόμενον παρ' αὐτοῖς βραχεῖ χρόνῳ πρότερον, ἐν ᾧ συνέβη τόν τε κολοσσὸν τὸν μέγαν πεσεῖν, καὶ τὰ πλεῖστα τῶν τειχῶν καὶ τῶν νεωρίων, οὕτως ἐχείριζον νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς τὸ γεγονός, ὡς μὴ βλάβης, διορθώσεως δὲ μᾶλλον αὐτοῖς αἴτιον γενέσθαι τὸ σύμπτωμα. Τοσοῦτον ἀγνοία καὶ ῥᾳθυμία διαφέρει παρ' ἀνθρώποις ἐπιμελείας καὶ φρονήσεως, περί τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ τὰς κοινὰς πολιτείας· ὥστε τοῖς μὲν καὶ τὰς ἐπιτυχίας βλάβην ἐπιφέρειν, τοῖς δὲ καὶ τὰς περιπετείας ἐπανορθώσεως γίνεσθαι παραιτίας. οἱ γοῦν Ῥόδιοι τότε παρὰ τὸν χειρισμὸν τὸ μὲν σύμπτωμα ποιοῦντες μέγα καὶ δεινόν, αὐτοὶ δὲ σεμνῶς καὶ προστατικῶς κατὰ τὰς πρεσβείας χρώμενοι ταῖς ἐντεύξεσι καὶ ταῖς κατὰ μέρος ὁμιλίαις· εἰς τοῦτ' ἤγαγον τὰς πόλεις, καὶ μάλιστα τοὺς βασιλεῖς, ὥστε μὴ μόνον λαμβάνειν δωρεὰς ὑπερβαλλούσας, ἀλλὰ καὶ χάριν προσοφείλειν αὐτοῖς τοὺς διδόντας. Ἱέρων γὰρ καὶ Γέλων, οὐ μόνον ἔδωκαν ἑβδομήκοντα καὶ πέντε ἀργυρίου τάλαντα, πρὸς τὴν εἰς ἔλαιον τοῖς ἐν τῷ γυμνασίῳ χορηγίαν, τὰ μὲν παραχρῆμα, τὰ δὲ ἐν χρόνῳ βραχεῖ παντελῶς· ἀλλὰ καὶ λέβητας ἀργυροῦς, καὶ

tiochus, ubi fœdus cum Soſibio af-ſirmaſſet, ad belliũ contra Achæum, ſicut antea propoſuerat, ſe comparabat. Et Aſiæ quidem res in hoc ſtatu erant. Per idem tempus Rhodii occaſione terræmotus uſi, quo paullo ante fuerant conquaſſati, quo & magnus coloſſus corruerat, & murorum ac navalium magna pars fuerat dejecta, in ea calamitate tam prudenter ac ſollerter ſe geſſerunt, ut emolumento potius quàm damno, is caſus illis cederet. Adeo enim cum in privata tum in publica re multum inter homines differunt imprudentia ignaviaque ab diligentia & prudentia; ut ſi quis illis utatur, huic etiam res bene geſta male vertat: has ſi quis adhibeat, etiam graviſſimi caſus utilitatem ipſi concilient. Rhodii igitur ea tempeſtate hoc modo res ſuas adminiſtrantes, dum cladem acceptam mirifice exaggerant, dumque in legationibus quas propterea obibant, ſive cum iis agerent, ad quos miſſi erant, ſive aliquem privatim alloquerentur, graviter omnia & cum dignatione ac ſtudio Reip. adjuvandæ faciunt; eò civitates, Regeſque, ſed maxime illos, adduxerunt; ut non ſolum dona ingentia ab iis acciperent, verum etiam illos ipſos qui ea darent, tanquam pro magno beneficio obſtrictos in poſterum ſibi haberent. Nam Hiero quidem & Gelo non tantum argenti talenta ſeptuaginta quinque, ad præbendum iis oleum, qui in gymnaſio exercebantur, largiti ſunt: eamq; ſummam partim in præſenti pecunia, partim minimo ſpatio interjecto, numerarunt: ſed etiam lebetes argenteos ſuis cum baſibus, &

hydrias

hydrias aliquot in ipſorum urbe dedicarunt. Adhæc ad ſacra facienda decem talenta iis dederunt: ad frequentandam urbem incolis, alia decem. ut efficeret data pecunię ſumma in unum collecta, talenta centum. Pręterea omnibus qui Rhodú navigarent, immunitatem conceſſerunt Catapultas etiam, trium cubitorum eis dederunt quinquaginta. poſtremo quum tam multa eſſent largiti, quaſi beneficium ab Rhodiis accepiſſent, ſtatuas in eorum Digmate geminas poſuerunt; Populum videlicet Rhodiorum à Populo Syracuſano coronatum. Promiſit & Ptolemæus iiſdem argenti trecenta talenta: frumenti artabarum decies centena millia. materiam ad fabricandas quinqueremes decem; triremes totidem. trabes è picea ad menſuram cubitorum quadraginta millium: æreæ pecuniæ mille pondo: ſtuppæ tria millia pondo: vela & malos ter mille: ad coloſſum reficiendum, tria millia talentum: architectos centum: operas miniſtrantes, trecentos quinquaginta: & ad horum annonas, talenta quatuordecim per annos ſingulos. ad hæc in ſumptus ludorum & ſacrorum frumenti artabarum millia duodecim. item ad alimoniam decem triremium, vicies mille artabas. quorum omnium pleraque ſtatim dedit: pecuniæ vero totius partem tertiam. Similiter Antigonus, trabes cubitorum ſenorum denorum, & deinceps ad octonos uſque cubitos, in uſum cuneorum, decies mille. aſſeres ſeptenorū cubitorū, quinquies mille. ferri, tria millia pondo: picis, mille pondo. liquidæ picis nec coctæ, me-

βάσεις τούτων, καί τινας ὑδρίας ἀνέθεσαν. Πρὸς δὲ τούτοις εἰς τὰς θυσίας δέκα τάλαντα, καὶ εἰς τὴν ἐπαύξησιν τῶν πολιτῶν ἄλλα δέκα· χάριν τοῦ τὴν πᾶσαν εἰς ἑκατὸν τάλαντα γίγνεσθαι δωρεάν. καὶ μὴν ἀτέλειαν τοῖς πρὸς αὐτοὺς πλοϊζομένοις ἔδοσαν, καὶ πεντήκοντα καταπέλτας τριπήχεις. καὶ τελευταῖον τοσαῦτα δόντες, ὡς προσοφείλοντες χάριν, ἔστησαν ἀνδριάντας ἐν τῷ τῶν Ῥοδίων Δείγματι, στεφανούμενον τὸν Δῆμον τῶν Ῥοδίων, ὑπὸ τοῦ Δήμου τῶν Συρακουσίων. 89 Ἐπηγγείλατο δὲ καὶ Πτολεμαῖος αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα τριακόσια, καὶ σίτου μυριάδας ἀρταβῶν ἑκατόν· ξύλα δὲ ναυπηγήσιμα δέκα πεντήρων, καὶ δέκα τριήρων. πευκίνων τετραγώνων πήχεις ἐμμέτρους τετρακισμυρίους. καὶ χαλκοῦ νομίσματος τάλαντα χίλια. στυππίου τρισχίλια· ὀθονίων ἱστοὺς τρισχιλίους. εἰς τὴν τοῦ κολοσσοῦ κατασκευήν, τάλαντα τρισχίλια· οἰκοδόμους ἑκατόν, ὑπουργοὺς τριακοσίους καὶ πεντήκοντα· καὶ τούτοις καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ὀψώνιον, τάλαντα δεκατέτταρα. πρὸς δὲ τούτοις, εἰς τοὺς ἀγῶνας καὶ τὰς θυσίας ἀρτάβας πυροῦ μυρίας δισχιλίας. καὶ μὴν εἰς σιτομετρίαν δέκα τριήρων, ἀρτάβας δισμυρίας. καὶ τούτων ἔδωκε τὰ μὲν πλεῖστα παραχρῆμα, τοῦ δ' ἀργυρίου παντὸς τὸ τρίτον μέρος. παραπλησίως Ἀντίγονος, ξύλα ἀπὸ ἑκκαιδεκαπήχους ἕως ὀκταπήχους εἰς σφηκίσκων λόγον, μύρια· στρωτῆρας ἑπταπήχεις πεντακισχιλίους, σιδήρου τάλαντα τρισχίλια, πίττης τάλαντα χίλια, ἄλλης ὠμῆς με-

τρητὰς χιλίας· ἀργυρίου αὐτοῖς τούτοις ἑκατὸν ἐπηγγείλατο τάλαντα. Χρυσηῒς δ' ἡ γυνή, δέκα μὲν σίτου μυριάδας, τρισχίλια δὲ μολίβδου τάλαντα. Σέλευκος δ' ὁ πατὴρ Ἀντιόχου, χωρὶς μὲν ἀτέλειαν τοῖς εἰς τὴν αὐτοῦ βασιλείαν πλοϊζομένοις· χωρὶς δὲ πεντήρεις μὲν δέκα κατεσκευασμένας, σίτου δ' εἴκοσι μυριάδας. καὶ μὴν ξύλων καὶ ῥητίνης καὶ τριχὸς, μυριάδας πηχῶν, καὶ ταλάντων χιλιάδας. Παραπλήσια δὲ τούτοις Προυσίας καὶ Μιθριδάτης· ἔτι γ' οἱ κατὰ τὴν Ἀσίαν ὄντες δυνάσται τότε, λέγω δὲ Λυσανίαν, Ὀλυμπίχον, Λιμναῖον. τάς γε μὴν πόλεις τὰς συνεπιλαμβανομένας αὐτοῖς κατὰ δύναμιν, οὐδ' ἂν ἐξαριθμήσαιτο ῥᾳδίως οὐδείς. ὥστ' ὅταν μὲν τις εἰς τὸν χρόνον ἐμβλέψῃ καὶ τὴν ἀρχήν, ἀφ' οὗ συμβαίνει τὴν πόλιν αὐτῶν συνῳκίσθαι, καὶ λίαν θαυμάζειν· ὡς βραχεῖ χρόνῳ μεγάλην ἐπίδοσιν εἴληφε, περί τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως· ὅταν δ' εἰς τὴν εὐκαιρίαν τοῦ τόπου καὶ τὴν ἔξωθεν ἐπιφορὰν καὶ συμπλήρωσιν τῆς εὐδαιμονίας, μηκέτι θαυμάζειν· μικροῦ δ' ἐλλείπειν δοκεῖν τοῦ καθήκοντος. ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι χάριν πρῶτον μὲν τῆς Ῥοδίων περὶ τὰ κοινὰ προστασίας· ἐκεῖνοι γάρ εἰσιν ἄξιοι, καὶ ζήλου. δεύτερον δὲ τῆς τῶν νῦν βασιλέων μικροδοσίας, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων μικροληψίας· ἵνα μήθ' οἱ βασιλεῖς τέτταρα καὶ πέντε προϊέμενοι τάλαντα δοκῶσί τι ποιεῖν μέγα, καὶ ζητῶσι τὴν αὐτὴν ὑπάρχειν αὐτοῖς εὔνοιαν καὶ τιμὴν παρὰ τῶν

tretas mille: argenti inſuper pollicitus eſt talenta centum. Chryſeis fœmina nobilis, menſuras frumenti centies mille: plumbi tria millia pondo. Seleucus pater Antiochi, præter immunitatem Rhodiis omnibus conceſſam, qui in ditionem ipſius navibus appellerent; preter quinqueremes inſtructas decem, & menſurarum frumenti ducenta millia: hoc amplius, materię, reſinę & crinis, aliquot dena millia cubitorum, & millena pondo. Similia his Pruſias & Mithridates, & qui tempeſtate illa per Aſiam rerum potiebantur dynaſtæ; Lyſaniam dico, Olympichum, Limnæum. Civitatium vero, quę Rhodiorum caſum pro ſuis quæque viribus ſublevarunt, vix numerum facile aliquis ineat. Ut ſi tempus ſpectes à quo cepit urbs illorum inſtaurata civibus frequentari, ingens ſubeat admiratio, qui tam brevi ſpatio ſive privatæ ſive publicæ illorum opes eò creverint: ſin autem loci opportunitatem cogites, & rerum copiam ab exteris collatarum, ne quid ei deeſſet, quo minus beata foret civitas, deſinas mirari; ac propemodum cenſeas, minus quam par erat, res ipſorum florere. Atque hęc dicta nobis ſunto, cum ut Rhodiorum ſtudium erga rem ſuam publicam declaremus: digni enim ſunt, quos laudent atque æmulentur omnes: tum etiam ut Reges intelligant, quàm ſint hodie tenues ipſorum largitiones: & populi ac civitates, quàm exigua ſint, quę ab illis accipiunt. quò neque Reges, ubi quatuor aut quinq; talenta profuderint, magnum aliquid ſe præſtitiſſe putent; paremq; ſibi benevolentiam atque honorem à Græcis haberi poſtulent,

ſtulent,

ſtulent,atq; antiquis Regibus haberi ſolitus: & civitates, veterum largitionum magnitudinem ob oculos ſibi ponentes, pro parvis & vilibus beneficiis maximos honores per imprudentiam ne rependant: ſed memores, longè præſtare cæteris mortalibus Græcos, pro meritis ſuis unumquenque honorare ſtudeant. Quum autem æſtas jam eſſet inchoata, Prętore Ætolorum Ageta, jamque Aratus ſenior Achęorum Pręturam iniſſet; (in eo enim eramus, cum à ſociali bello deflexit oratio:) Lycurgus Spartanus ex Ætolia patriam repetiit. Ephori enim comperto falſam eſſe criminationem cujus cauſſâ exilio fuerat affectus, miſere qui illum accirent ac revocarent. Hic igitur cum Pyrrhia Ætolo, qui apud Eleos Prætorem tunc agebat, de facienda in fines Meſſeniorum impreſſione, tractabat. Aratus verò & peregrinum militem licentia corruptum acceperat; & urbes invenerat, conferendæ in eam rem pecuniæ parum ſtudioſas: quoniam Eperatus Prætor, de quo ſupra dictum, Rempublicam male atque ignavè geſſerat. Verumtamen, ubi Achæos fuiſſet cohortatus, & ſuper ea re decretum ab iis abſtuliſſet, in curam apparandi belli ſtrenue cepit incumbere. Porrò ab Achæis decreta fuerant hæc. Peditum mercede conductorum octo millia eſſe alenda; equites quingentos. ex Achaïca pube dilectum eſſe habendum, peditum CIↃ CIↃ CIↃ, equitum trecentorum. Ad quem numerum conficiendum Megalopolitanos chalcaſpidas, (hi à clypeo æneo quem geſtabant ſic dicti,)

Ἑλλήνων, ἣν οἱ πρὸ τοῦ βασιλεῖς εἶχον· αἵ τε πόλεις λαμβάνουσαι πρὸ ὀφθαλμῶν τὸ μέγεθος τῶν πρότερον δωρεῶν, μὴ λανθάνωσιν ἐπὶ μικροῖς καὶ τοῖς τυχοῦσι νῦν, τὰς μεγίστας καὶ καλλίστας προϊέναι τιμάς· ἀλλὰ πειρῶνται τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις τηρεῖν· ὡς πλεῖστον διαφέρουσιν Ἕλληνες τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. Ἄρτι 91
ſemper, modo neſcio quo, ut Peloponneſii, quos ad vitam manſuetam & hominibus convenientem natura finxit accommodatiſſimos ſupra omnes mortales; iidem tamen omnium minime, ad ſuperiora quidem certe tempora quod attinet, ejus vitæ fructum caperent: quum potius fuerit illis quod ait Euripides, *-perpetim Laborioſa vita, ab armis inquies.* Quod equidem puto non temere eis uſuvenire. Nam qui ad imperandum naturâ ſint facti, & libertatis retinentes, de principe loco cedere cuiquam neſcii, inter ſe continenter præliantur. Athenienſes verò metu Macedonum liberati, firma jam frui videbantur pace; & quum Euryclidæ ac Micyonis conſiliis civitas illa regeretur, nullius prorſus rei communionem cum reliquis Græcis habentes, ſtudia rectorum ſuorum ſecuti, & animorum inclinationem; erga omnes Reges, ſed Ptolemæum maxime, honorum profuſi, nullum non decretorum aut præconiorum genus ſciſcere ſuſtinebant: culpa eorum qui Rempublicam adminiſtrabant, omni propemodum honeſti cura abjecta. Ptolemæo autem ſtatim poſtquam hæc geſta ſunt, cum Ægyptiis bellum gerere contigit. Is enim Rex cum adverſus Antiochum Ægyptios armavit, conſilio uſus eſt, ut in præſens non inutili, ita in poſterum pernitioſo. Secunda namque ad Raphiam pugna inflati, dicto audientes eſſe Regi non amplius dignabantur, ducem & auctorem requirentes; tanquam idoneis ad illi reſiſtendum

συνέβαινε γεγονέναι παρὰ τοῖς
πλείστοις περὶ τὰ τοιαῦτα, διὰ τὴν
συνέχειαν τῶν προγεγονότων πολέμων.
οὐ γὰρ οἶδ᾽ ὅπως ἀεί ποτε Πελοπον-
νήσιοι, τῶν ἄλλων ἀνθρώπων οἰκειότα-
τα πρὸς τὸν ἥμερον καὶ τὸν ἀνθρώπινον
βίον ἔχοντες, ἥκιστα πάντων ἀπολε-
λαύκασιν αὐτοῦ, κατά γε τοὺς ἀνώ-
τερον χρόνους· μᾶλλον δέ πως κατὰ τὸν
Εὐριπίδην, ἦσαν ἀεὶ πλησίμοχθοί
τινες, καὶ οὔποτε ἥσυχοι δορί. τοῦτο
δέ μοι δοκοῦσιν πάσχειν εἰκότως.
ἅπαντες γὰρ ἡγεμονικοὶ καὶ φιλελεύ-
θεροι ταῖς φύσεσιν ὄντες, μάχονται
συνεχῶς πρὸς ἀλλήλους, ἀπαρα-
χωρήτως διακείμενοι περὶ τῶν πρω-
τείων. Ἀθηναῖοι δὲ τὸν ἐκ Μακε-
δονίας φόβον ἀπεδέδυντο, καὶ τὴν
ἐλευθερίαν ἔχειν ἐδόκουν ἤδη βε-
βαίως. χρώμενοι δὲ προστάταις
Εὐρυκλείδᾳ καὶ Μικίωνι, τῶν μὲν
ἄλλων Ἑλληνικῶν πράξεων οὐδ᾽
ὁποίας μετεῖχον· ἀκολουθοῦντες
δὲ τῇ τῶν προεστώτων αἱρέσει, καὶ
ταῖς τούτων ὁρμαῖς, εἰς πάντας
τοὺς βασιλεῖς ἐξεκέχυντο, καὶ μά-
λιστα τούτων εἰς Πτολεμαῖον· καὶ πᾶν
γένος ὑπέμενον ψηφισμάτων καὶ
κηρυγμάτων, βραχύν τινα λόγον
ποιούμενοι τοῦ καθήκοντος, διὰ τὴν τῶν
προεστώτων ἀκρισίαν. Πτολεμαίῳ 107
γε μὴν εὐθέως ἀπὸ τούτων τῶν καιρῶν
συνέβαινε γίνεσθαι τὸν πρὸς τοὺς Αἰ-
γυπτίους πόλεμον. Ὁ γὰρ προειρημέ-
νος βασιλεὺς καθοπλίσας τοὺς Αἰ-
γυπτίους, ἐπὶ τὸν πρὸς Ἀντίοχον πόλε-
μον, πρὸς μὲν τὸ παρὸν ἐνδεχομένως
ἐβουλεύσατο, τοῦ δὲ μέλλοντος ἠστόχη-
σε. Φρονηματισθέντες γὰρ ἐκ τοῦ περὶ
Ῥαφίαν προτερήματος, οὐκ ἔτι τὸ
προσταττόμενον οἷοί τ᾽ ἦσαν ὑπομένειν,
ἀλλ᾽ ἐζήτουν ἡγεμόνα καὶ πρόσωπον,

ὡς ἱκανοὶ

ὡς ἱκανοὶ βοηθεῖν ὄντες αὐτοῖς. ὃ καὶ τέλος ἐποίησαν, οὐ μετὰ πολὺν χρόνον. Ἀντίοχος δὲ μεγάλῃ παρασκευῇ χρησάμενος ἐν τῷ χειμῶνι, μετὰ ταῦτα τῆς θερείας ἐπιγενομένης, ὑπερέβαλε τὸν Ταῦρον. καὶ συνθέμενος πρὸς Ἄτταλον τὸν βασιλέα κοινοπραγίαν, ἐνίστατο τὸν πρὸς Ἀχαιὸν πόλεμον. Αἰτωλοὶ δὲ παραυτὰ μὲν εὐδοκοῦντες τῇ γενομένῃ διαλύσει πρὸς τοὺς Ἀχαιούς, ὡς ἂν μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῖς τοῦ πολέμου προκεχωρηκότος· διὸ καὶ στρατηγὸν Ἀγέλαον εἵλοντο τὸν Ναυπάκτιον, δοκοῦντα πλεῖστα συμβεβλῆσθαι πρὸς τὰς διαλύσεις. οὐδένα δὲ χρόνον διαλιπόντες δυσηρέστουν καὶ κατεμέμφοντο τὸν Ἀγέλαον, ὡς ὑποτετμημένον πάσας αὐτῶν τὰς ἔξωθεν ὠφελείας, καὶ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας· διὰ τὸ μὴ πρός τινας, πρὸς πάντας δὲ τοὺς Ἕλληνας πεποιῆσθαι τὴν εἰρήνην. ὁ δὲ προειρημένος ἀνὴρ ὑποφέρων τὴν προειρημένην τοιαύτην ἀλογίαν καὶ μέμψιν, παρακατεῖχε τὰς ὁρμὰς αὐτῶν· διὸ καὶ καρτερεῖν οὗτοι μὲν
108 ἠναγκάζοντο παρὰ φύσιν. ὁ δὲ βασιλεὺς Φίλιππος ἀνακομισθεὶς κατὰ θάλατταν ἀπὸ τῶν διαλύσεων εἰς Μακεδονίαν, καὶ καταλαβὼν τὸν Σκερδιλαΐδαν ἐπὶ τῇ προφάσει τῶν προσοφειλομένων χρημάτων, πρὸς ἃ καὶ τὰ περὶ τὴν Λευκάδα πλοῖα παρεσπόνδησε, καὶ τότε τὸ μὲν Πελαγονίας πόλισμα διηρπακότα, τὸ προσαγορευόμενον Πισσαῖον, τὰς δὲ Δασσαρήτιδος προσηγμένον πόλεις, τὰς μὲν Φοιβάτιδας ἐπαγγελίαις, Ἀντιπάτρειαν, Χρυσονδίονα, Γερτοῦντα· πολλὴν δὲ καὶ τῆς συνορούσης ταύταις Μακεδονίας ἐπιδεδραμηκότι· παραυτίκα μὲν ὥρμησε

viribus præditi. quod & ad extremum fecerunt; idque haud ita multo poſt. Antiochus bello per hiemem magna cura adornato, ineunte æſtate Taurum ſuperat, & facta cum Attalo ſocietate, Achæum bello eſt aggreſſus. Ætoli, quibus parum ex animi ſententia bellum ſucceſſerat, repente illi quidem pace confecta lætari: eamque adeo ob cauſſam Agelaum Naupactium, cujus maxime operâ atque auctoritate res inter ipſos & Achæos videbantur fuiſſe compoſitæ, Prætorem gentis Ætolorum conſtituerunt. iidem tamen ne minimo quidem ſpatio temporis interjecto, ægre ferre, & Agelaum incuſare: omnem quippe ſibi ab exteris populis prædas agendi occaſionem eſſe præciſam: omnes in poſterum ſpes commodorum ereptas; non cum his aut illis Græciæ populis conciliata pace, ſed cum univerſis. Sed enim vir ille tantam hanc iſtorum amentiam & querelas patienter ferens, impetus eorum cohibebat: ita ut quantumuis repugnante natura, tolerare tamen cogerentur. Philippus Rex ſtatim à pace navibus in Macedoniam eſt revectus: ubi quum inveniſſet Scerdilaïdam, occaſione debitæ adhuc ſibi pecuniæ, (cujus etiam gratiâ naves Leucade per fidem circumvenerat:) Pelagoniæ oppidum, quod Piſſęum nuncupant, recens diripuiſſe; Daſſaretidis etiam urbes ſibi adjunxiſſe, & pollicitationibus illexiſſe Phœbatides, puta, Antipatriam, Chryſondiona, Gertunta; ad hæc finitimæ Macedoniæ multos agros incurſaſſe: extemplo quidem ad re-

ad recuperandas urbes quæ defecerant, agmen duxit: ſed mox juſtum bellum adverſus Scerdilaïdam ſibi ſuſcipiendum eſſe ſtatuit: ante omnia neceſſarium judicans, ut res in Illyrico componeret, cum ad alia quæ moliebatur, tum ad trajectionem in Italiam. Demetrius namque adeo Regis animum ad hanc ſpem & inceptionem dies noctesque inflammabat, ut etiam dormiens de iis rebus ſomniaret, totuſque eſſet in bello Italico. Hoc autem Demetrius faciebat, non adeo quod Philippo cuperet, (vix enim tertio loco aliquam hujus rationem habebat:) ſed magis quia Romanos oderat: maximè vero ſe & commoda ſua ſpectabat. perſuaſus enim erat, hanc unicam ſibi rationem ſupereſſe, recuperandæ dominationis quam in Pharo inſula habuerat. Cæterum Philippus cum exercitu profectus, urbes quas ſupra diximus recepit. occupavit etiam in Daſſaretide Creonium & Geruntem. circa Lychnidium lacum Enchelanas, Ceraca, Sationem, Bœos: in ditione Calicœnorum, Bantiam: & in finibus Piſſantinorum quos vocant, Orgyſum. quibus rebus confectis, hiematum copias dimiſit. Hæc eſt hiems, qua Hannibal, præcipuis quibuſque locis Italiæ devaſtatis, ad Geryonem in Apulia hibernaturus erat. quo tempore Romani crearunt Conſules Aulum Terentium, & L. Æmilium. Philippus dum in hibernis erat cogitare cepit, ad ea quæ parabat opus ſibi eſſe navibus, & nauticis miniſteriis; non quidem ad prælii navalis uſum: nam ut copiis navalibus dimi-

μετὰ τῆς δυνάμεως, ὡς ἀνακτησόμενος τὰς ἀφεστηκυίας πόλεις. καθόλου δ' ἔκρινε πολεμεῖν πρὸς τὸν Σκερδιλαΐδαν, νομίζων ἀναγκαιότατον εἶναι προευτρεπίσασθαι τὰ κατὰ τὴν Ἰλλυρίδα, πρός τε τὰς ἄλλας ἐπιβολάς, καὶ μάλιστα πρὸς τὴν εἰς Ἰταλίαν διάβασιν. Ὁ γὰρ Δημήτριος οὕτως ἐξέκαιε τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν ἐπιβολὴν τῷ βασιλεῖ ταύτην συνεχῶς, ὥστε κατὰ τοὺς ὕπνους τὸν Φίλιππον ταῦτ' ὀνειρώττειν, καὶ περὶ ταύτας εἶναι τὰς πράξεις. ἐποίει δὲ ταῦτα Δημήτριος, οὐ Φιλίππου χάριν, (τούτῳ μὲν γὰρ τρίτην ἴσως ἐν τούτοις ἔνεμε μερίδα) μᾶλλον δὲ τῆς πρὸς Ῥωμαίους δυσμενείας· τὸ δὲ πλεῖστον ἕνεκεν αὑτοῦ καὶ τῶν ἰδίων ἐλπίδων. μόνως γὰρ οὕτως ἐπέπειστο τὴν ἐν τῷ Φάρῳ δυναστείαν κατακτήσασθαι πάλιν. πλὴν ὅ γε Φίλιππος στρατεύσας, ἀνεκτήσατο μὲν τὰς προειρημένας πόλεις· κατελάβετο δὲ τῆς μὲν Δασσαρήτιδος, Κρεώνιον καὶ Γεροῦντα. τῆς δὲ περὶ τὴν Λυχνιδίαν λίμνην, Ἐγχελάνας, Κέρακα, Σατίωνα, Βοιούς. τῆς δὲ Καλικοινῶν χώρας, Βαντίαν. ἔτι δὲ τῶν καλουμένων Πισσαντίνων, Ὀργυσσόν. ἐπιτελεσάμενος δὲ ταῦτα, διαφῆκε τὰς δυνάμεις εἰς παραχειμασίαν. ἦν δ' ὁ χειμὼν οὗτος καθ' ὃν Ἀννίβας πεπορθηκὼς τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τῆς Ἰταλίας, ἔμελλε περὶ τὸ Γερούνιον τῆς Δαυνίας ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν. Ῥωμαῖοι δὲ τότε κατέστησαν στρατηγοὺς, Αὖλον Τερέντιον καὶ Λεύκιον Αἰμίλιον. Φίλιππος δὲ κατὰ τὴν παραχει- 109
μασίαν ἀναλογιζόμενος, ὅτι πρὸς τὰς ἐπιβολὰς αὐτοῦ χρεία πλοίων ἐστὶ, καὶ τῆς κατὰ θάλατταν ὑπηρεσίας, καὶ ταύτης οὐχ ὡς πρὸς ναυμαχίαν· τοῦτο μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἤλπισε

δυνατὸς

δυνατὸς εἶναι Ῥωμαίοις διαναυμαχεῖν· ἀλλὰ μᾶλλον ἕως τοῦ παρακομίζειν στρατιώτας, καὶ θᾶττον διαίρειν οὗ πρόθοιτο, καὶ ἵνα παραδόξως ἐπιφαίνοιτο τοῖς πολεμίοις. διόπερ ὑπολαβὼν ἀρίστην εἶναι πρὸς τοῦτο τὴν τῶν Ἰλλυριῶν ναυπηγίαν, ἑκατὸν ἐπεβάλετο λέμβους κατασκευάζειν, σχεδὸν πρῶτος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ βασιλέων. καταρτίσας δὲ τούτους, συνῆγε τὰς δυνάμεις ἀρχομένης θερείας. καὶ βραχέα προσασκήσας τοὺς Μακεδόνας ἐν ταῖς εἰρεσίαις, ἀνήχθη. Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν Ἀντίοχος μὲν ὑπερεβάλετο τὸν Ταῦρον· Φίλιππος δὲ ποιησάμενος τὸν πλοῦν δι' Εὐρίπου καὶ τὸν περὶ Μαλέαν, ἧκε πρὸς τοὺς περὶ Κεφαλληνίαν καὶ Λευκάδα τόπους· ἐν οἷς καθορμισθεὶς, ἐκαραδόκει, πολυπραγμονῶν τὸν τῶν Ῥωμαίων στόλον. πυνθανόμενος δὲ τοὺς περὶ τὸ Λιλύβαιον αὐτοῦ ὁρμεῖν, θαῤῥήσας ἀνήχθη· καὶ προῆγε ποιούμενος
110 τὸν πλοῦν ὡς ἐπ' Ἀπολλωνίας. ἤδη δὲ συνεγγίζοντος αὐτοῦ τοῖς περὶ τὸν Λῷον ποταμὸν τόποις, ὃς ῥεῖ παρὰ τὴν τῶν Ἀπολλωνιατῶν πόλιν, ἐμπίπτει πανικὸν, παραπλήσιον τοῖς γινομένοις ἐπὶ τῶν πεζικῶν στρατοπέδων. τῶν γὰρ ἐπὶ τῆς οὐραγίας πλεόντων τινὲς λέμβοι καθορμισθέντες εἰς τὴν νῆσον, ἣ καλεῖται μὲν Σάσων, κεῖται δὲ κατὰ τὴν εἰσβολὴν τὴν εἰς τὸν Ἰόνιον πόρον, ἧκον ὑπὸ νύκτα πρὸς τὸν Φίλιππον φάσκοντες συνωρμικέναι τινὰς αὐτοῖς πλέοντας ἀπὸ πορθμοῦ· τούτους δ' ἀπαγγέλλειν, ὅτι καταλίποιεν ἐν Ῥηγίῳ πεντήρεις Ῥωμαϊκὰς πλεούσας ἐπ' Ἀπολλωνίας καὶ πρὸς Σκερδιλαΐδαν. ὁ δὲ Φίλιππος ὑπολαβὼν ὅσον

care cum populo Romano poſſet, ne ſperabat quidem: ſed potius ad transportandum militem: ut citius quò deſtinabat trajiceret, & hoſtes non cogitantes opprimeret. Iccirco ratus accommodatiſſimas ad ſuos uſus eas naves eſſe, quas Illyrici fabricant; centum lembos, primus fere omnium Regum Macedoniæ, conſtrui juſſit. quos ubi rebus neceſſariis inſtruxiſſet, ineunte æſtate copias contrahit; & poſtquam paulliſper in remigatione Macedones exercuiſſet, claſſe proficiſcitur; idque tempore eodem, quo Antiochus Taurum montem ſuperabat. Philippus ubi per Euripum copias trajeciſſet, Maleam etiam flexiſſet, ad Cephalleniæ & Leucadi vicina loca pervenit: ibique navibus in portum ejectis, claſſem Romanam ſollicite obſervabat, omnia ſedulo inquirens. quum eſſet ei allatum naves quæ Lilybæi erant, in anchoris ibi ſtare, vela in altum dedit, tanquam peteret Apolloniam. Ubi autem ventum prope amnis Loji, (ſive is potius eſt Aous,) oſtia, qui Apolloniatarum urbem præterlabitur, Panicus terror, iis ſimilis qui occupare exercitus terreſtres ſolent, claſſem invadit. Nam ex iis lembis qui in extremo claſſis erant agmine, nonnulli portum ingreſſi ejus inſulæ quæ Saſo dicitur, ſita autem eſt in Jonii maris introitu, noctu ad Philippum venerunt nuntiantes quoſdam unâ ſecum eodem appuliſſe, qui è freto veniebant. ab iſtis audiſſe, relictas à ſe Rhegii quinqueremes Romanorum, quæ Apolloniam &

ad Scerdilaïdam tendebant. Philippus jamjam affuturam hoſtilem claſſem ſuſpicans, metu perculſus, retro navigandi dat ſignum. quo in reditu quum nullus ſervatus eſſet ordo, navibus paſſim diſſipatis, continvata diem noctemque navigatione, poſtridie Cephalleniam appulit: ibique refectis nonnihil animis conſedit: præ ſe ferens cauſſam reditui præbuiſſe nonnulla, quæ in Peloponneſo facere deſtinabat. Non erat autem in totum falſus nuntius qui terrorem hunc Philippo attulerat. Nam Scerdilaïdas ubi comperiſſet Philippum plures lembos per hiemem parare; arbitrans claſſe illum ad ſe venturum, ad Romanos miſerat, qui rem ſignificarent, & auxilium eos poſcerent. Romani decem naves è claſſe Lilybetana ei ſubmiſerant; eas nempe quæ Rhegii erant conſpectę: quas niſi tanto cum pavore Philippus reformidaſſet, illud erat cum maxime tempus, quo deſtinata perficere in Illyrico poterat: Romanis tota mente totiſque viribus ad Cannenſe prelium converſis. ipſaſq; adeo naves capturum eum fuiſſe ratio promittit. nunc eo nuntio perterrefactus, ſine damno ille quidem, ſed non ſine ignominia in Macedoniam ſe recepit. Per idem tempus quod Pruſias fecit, non eſt relatu indignum. Galli quos propter opinionem virtutis Attalus ad bellum contra Achæum ex Europa acciverat; quum à dicto Rege diſceſſiſſent, ob eas quas antea commemoravimus ſuſpiciones, petulanter flagitioſi ac violenti urbes ad Helleſpontum agebant ferebant. qui quum Ilienſes ad extre-

οὔπω τὸν στόλον ἐπ' αὐτὸν παρεῖναι, περίφοβος γενόμενος, καὶ ταχέως ἀνασπάσας τὰς ἀγκύρας, αὖθις εἰς τοὐπίσω παρήγγελλε πλεῖν. οὐδενὶ δὲ κόσμῳ ποιησάμενος τὴν ἀναζυγὴν καὶ τὸν ἀνάπλουν, δευτεραῖος εἰς Κεφαλληνίαν κατῆρε· συνεχῶς ἡμέραν καὶ νύκτα τὸν πλοῦν ποιούμενος. βραχὺ δέ τι θαρρήσας, ἐνταῦθα κατέμεινε, ποιῶν ἔμφασιν, ὡς ἐπί τινας τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πράξεων ἐπεστροφάς. συνέβη δὲ ... ψευδῶς γενέσθαι τὸν ὅλον φόβον περὶ αὐτόν. ὁ γὰρ Σκερδιλαΐδας ἀκούων κατὰ χειμῶνα λέμβους ναυπηγεῖσθαι τὸν Φίλιππον πλείους, καὶ προσδοκῶν αὑτοῦ τὴν κατὰ θάλατταν παρουσίαν, διεπέμπετο πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, διασαφῶν ταῦτα, καὶ παρακαλῶν βοηθεῖν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι δέκα νῆας ἀπὸ τοῦ περὶ τὸ Λιλύβαιον ἐξαπέστελλον στόλου, ταύτην τὴν περὶ Ῥήγιον ὀφθεῖσαν. ἣν Φίλιππος εἰ μὴ πτοηθεὶς ἀλόγως ἔφυγε, τῶν περὶ τὴν Ἰλλυρίδα πράξεων μάλιστ' ἂν τότε καθίκετο, διὰ τὸ τοὺς Ῥωμαίους πάσαις ταῖς ἐπινοίαις καὶ παρασκευαῖς, περὶ τὸν Ἀννίβαν καὶ τὴν περὶ Κάνναν μάχην γενέσθαι· τῶν τε πλοίων ἐκ τοῦ κατὰ λόγον ἐγκρατὴς ἂν ἐγεγόνει. νῦν δὲ διαταραχθεὶς ὑπὸ τῆς προσαγγελίας, ἀβλαβῆ μὲν, οὐκ εὐσχήμονα δ' ἐποιήσατο τὴν ἀναχώρησιν εἰς Μακεδονίαν.

11 Ἐπράχθη δέ τι κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ Προυσίᾳ μνήμης ἄξιον. τῶν γὰρ Γαλατῶν, οὓς διεβίβασεν ἐκ τῆς Εὐρώπης ὁ βασιλεὺς Ἄτταλος εἰς τὸν πρὸς Ἀχαιὸν πόλεμον, διὰ τὴν ἐπ' ἀνδρείᾳ δόξαν τούτων χωρισθέντων τοῦ προειρημένου βασιλέως, διὰ τὰς ἄρτι ῥηθείσας ὑποψίας, καὶ πορθούντων μετὰ πολλῆς ἀσελγείας καὶ βίας τὰς ἐφ' Ἑλλησπόντου πόλεις· τὸ δὲ τελευταῖον καὶ πολιορ-

κεῖν

κεῖν τοὺς Ἰλιεῖς ἐπιβαλλομένων· ἐγένετό μέν τις οὐκ ἀγεννὴς περὶ ταῦτα πρᾶξις, καὶ ὑπὸ τῶν περὶ τὴν Τρωάδα κατοικούντων Ἀλεξανδρέων. Θεμίστην γὰρ ἐξαποστείλαντες μετ᾽ ἀνδρῶν τετρακισχιλίων, ἔλυσαν μὲν τὴν Ἰλιέων πολιορκίαν· ἐξέβαλον δ᾽ ἐκ πάσης τῆς Τρωάδος τοὺς Γαλάτας, ἐμποδίζοντες ταῖς χορηγίαις, καὶ διαλυμαινόμενοι τὰς ἐπιβολὰς αὐτῶν. οἱ δὲ Γαλάται καταλαβόντες τὴν Ἀρίσβαν καλουμένην ἐν τῇ τῶν Ἀβυδηνῶν χώρᾳ, λοιπὸν ἐπεβάλλοντο καὶ προσεπολέμουν ταῖς περὶ τούτους τοὺς τόπους ἐκτισμέναις πόλεσιν. ἐφ᾽ οὓς στρατεύσας μετὰ δυνάμεως Προυσίας, καὶ παραταξάμενος, τοὺς μὲν ἄνδρας κατ᾽ αὐτὸν τὸν κίνδυνον ἐν χειρῶν νόμῳ διέφθειρε· τὰ δὲ τέκνα σχεδὸν ἅπαντα καὶ τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἐν τῇ παρεμβολῇ κατέσφαξε· τὴν δ᾽ ἀποσκευὴν ἐφῆκε διαρπάσαι τοῖς ἠγωνισμένοις. πράξας δὲ ταῦτα, μεγάλου μὲν ἀπέλυσε φόβου καὶ κινδύνου, τὰς ἐφ᾽ Ἑλλησπόντῳ πόλεις· καλὸν δὲ παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις ἀπέλιπε, τοῦ μὴ ῥᾳδίαν ποιεῖσθαι τοὺς ἐκ τῆς Εὐρώπης βαρβάρους, τὴν εἰς τὴν Ἀσίαν διάβασιν. τὰ μὲν οὖν περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν Ἀσίαν, ἐν τούτοις ἦν. τὰ δὲ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, τῆς περὶ Κάννας μάχης ἐπιτελεσθείσης, τὰ πλεῖστα μετετίθετο πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἡμῖν δεδήλωται. Ἡμεῖς δὲ νῦν μὲν ἐπὶ τούτων τῶν καιρῶν τῆς διηγήσεως λήξαιμεν, ἐπεὶ διεληλύθαμεν ἃς περιέχει τῶν τε κατὰ τὴν Ἀσίαν, καὶ τῶν Ἑλληνικῶν πράξεων, ἡ τετταρακοστὴ τῶν Ὀλυμπιάδων πρὸς ταῖς ἑκατόν. ἐν δὲ τῇ μετὰ ταῦτα βίβλῳ βραχέα προσαναμνήσαντες τῆς ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ προκατασκευῆς, ἐπὶ τὸν περὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας λόγον ἐπάνιμεν κατὰ τὰς ἐν ἀρχαῖς ὑποσχέσεις.

mum obſidere eſſent aggreſſi, egregium ſane facinus ab Alexandrenſibus qui Troadem colunt eſt editum. miſſo enim Themiſta cum quatuor militum millibus, non ſolum Ilienſes obſidione liberarunt; ſed etiam ex univerſa Troade Gallos ejecerunt, impediendo commeatus, & eorum conatibus ſe opponendo. Galli occupata in Abydena ditione urbe, quam Ariſbam dicunt, cætera ejus tractus oppida ex inſidiis conabantur invadere & aſſiduum cum illis bellum gerebant· Adverſus hos igitur expeditionem Pruſias ſuſcepit, & acie dimicavit. ac viros quidem in ipſo prælio dum manus conferuntur, contrucidavit: ſobolem verò propemodum omnem atque conjugia in ipſis caſtris jugulavit: utenſilia victori militi diripienda conceſſit. qua victoria Rex & Helleſpontiacas urbes magno metu ac periculo abſolvit: & exemplum poſteris præclarum dedit, ne qui in Europa ſunt Barbari, temere in Aſiam transire velint. Rerum igitur Græcanicarum & Aſiaticarum, hic tum fuit ſtatus. In Italia vero, ſicut ſupra oſtendimus, poſt pugnam ad Cannas, pleraque omnia ad Carthaginienſes deficiebant. Nos vero expoſitis rebus geſtis, quæ in XL ſupra centeſimam Olympiadem incidunt, narrationem in hoc tempore terminabimus: libro autem ſequente, ſi quæ in iſto ſunt præſtructa breviter in memoriam revocaverimus, ad ſermonem de Reipublicæ Romanæ forma, ſicut initio propoſuimus, nos conferemus.

ΕΚ ΤΩΝ

ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ

ΚΑΤ᾽ ΕΠΙΤΟΜΗΝ.

EX LIBRIS

HISTORIARUM

POLYBII MEGALOPOLITANI

EXCERPTA SIVE EPITOMÆ.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΚΤΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΩΝ ΠΟΛΥΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ.

E POLYBII MEGALOPOLITANI SEXTA

HISTORIA EXCERPTA.

Rerumpublicarũ variæ formæ. Origo & mutatio formæ unius in alteram, quæ ſecundum naturam accidit. Optimã Remp. eſſe, quæ ſit ex omnibus formis compoſita: cujuſmodi erat Romana.

DE Rebuspublicis Græcorum agenti, quę modò incrementum cepere, modò funditus everſæ contrariam fortunam ſunt expertæ, & præteritos caſus commemorare, & de iis quæ impendent, pronuntiare facile eſt. nam

Τὰ τῶν πολιτευμάτων εἴδη· ἡ γένεσις καὶ κατὰ φύσιν μεταβολὴ τῶν πολιτειῶν εἰς ἀλλήλας. ὅτι ἀρίστη πολιτεία ἡ ἐκ πάντων τῶν εἰδῶν συνεστῶσα. καὶ ὅτι ἡ τῶν Ῥωμαίων ἐστὶ τοιαύτη.

ΤΩΝ μὲν γὰρ Ἑλληνικῶν πολιτευμάτων ὅσα πολλάκις μὲν ηὔξηται, πολλάκις δὲ τὴν εἰς τἀναντία μεταβολὴν ὁλοσχερῶς πεῖραν εἴληφε, ῥᾳδίαν εἶναι συμβαίνει καὶ τὴν ὑπὲρ τῶν προγεγονότων ἐξήγησιν, καὶ τὴν ὑπὲρ τοῦ μέλ- 1

λοιπῆς ἀπόφασιν. τό, τε γὰρ ἐξαγγεῖλαι τὰ γινωσκόμενα ῥᾴδιον· τό, τε προειπεῖν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, στοχαζόμενον ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων, εὐμαρές. περὶ δὲ τῆς Ῥωμαίων οὐδ' ὅλως εὐχερές, οὔτε περὶ τῶν παρόντων ἐξηγήσασθαι, διὰ τὴν ποικιλίαν τῆς πολιτείας· οὔτε περὶ τοῦ μέλλοντος προειπεῖν διὰ τὴν ἄγνοιαν τῶν προγεγονότων περὶ αὐτοὺς ἰδιωμάτων καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν. Διόπερ οὐ τῆς τυχούσης ἐπιστάσεως προσδεῖται, καὶ θεωρίας, εἰ μέλλοι τις τὰ διαφέροντα καθαρίως ἐν αὐτῇ συνόψεσθαι. συμβαίνει δὴ τοὺς πλείστους τῶν βουλομένων διδασκαλικῶς ἡμῖν ὑποδεικνύειν περὶ τῶν τοιούτων, τρία γένη λέγειν πολιτειῶν· ὧν τὸ μὲν καλοῦσι βασιλείαν, τὸ δ' ἀριστοκρατίαν, τὸ δὲ τρίτον δημοκρατίαν. δοκεῖ δέ μοι πάνυ τις εἰκότως ἂν ἐπαπορῆσαι πρὸς αὐτούς, πότερον ὡς μόνας ταύτας, ἢ καὶ νὴ Δί' ὡς ἀρίστας ἡμῖν εἰσηγοῦνται τῶν πολιτειῶν. κατ' ἀμφότερα γὰρ ἀγνοεῖν μοι δοκοῦσι· δῆλον γάρ, ὡς ἀρίστην μὲν ἡγητέον πολιτείαν τὴν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἰδιωμάτων συνεστῶσαν. τούτου γὰρ τοῦ μέρους οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλ' ἔργῳ πεῖραν εἰλήφαμεν· Λυκούργου συστήσαντος πρώτου κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τὸ Λακεδαιμονίων πολίτευμα. Καί τοι οὐδ' ὡς μόνας ταύτας προσδεκτέον· καὶ γὰρ μοναρχικὰς καὶ τυραννικὰς ἤδη τινὰς τεθεάμεθα πολιτείας, αἳ πλεῖστον διαφέρουσαι βασιλείας, παραπλήσιον ἔχειν τι ταύτῃ δοκοῦσιν· ᾗ

& narrare quæ ſcias, pronum: & futura prædicere, conjecturâ ex iis quæ jam acciderunt ductâ, haut ſane difficile eſt. De Romana verò dicenti, & præſentem ſtatum explicare arduum propter multiplicem ejus varietatem: & de futuro præſagire aliquid; ob ignorationem propriorum illi populo morum, atque inſtitutorum quibus antea publicè privatimque eſt uſus. Itaque non mediocri attentione & diligenti inquiſitione opus, ſi quis velit, quæ ſunt in ea eximia, quibus differt ab aliis, clarè breviterque cognoſcere. Quum autem qui de hujuſmodi rebus via & arte diſſerere inſtituunt, tres Rerumpublicarum formas enumerent; quarum unam vocant regnum, alteram optimatium principatum, tertiam populi imperium: videtur mihi jure optimo quæſiturus aliquis ab iſtis, utrum has Reipublicæ formas in medium afferant ut ſolas, an ut omnium videlicet optimas. nam equidem utrovis modo errare eos exiſtimo: quum eam Rempublicam cenſeri debere optimam liquidò conſtet, quæ ex omnibus illis quas diximus formis ſit compoſita. cujus rei probationem non ratione ſolùm collectam, ſed uſu etiam & experientia firmatam habemus; poſtquam primus omnium Lycurgus ad hoc inſtar publicam rem Lacedæmoniorum inſtituit. Sed neque illud admittendum, ſolas eſſe has Reipublicæ formas. Vidimus enim Monarchicas nonnullas & Tyrannicas dominationes, quæ quum longiſſimè à Regno diſcreparent, aliquid tamen illi ſimile videbantur habere. quam etiam

etiam ob cauſſam ſolent omnes qui dominantur ſoli, quantum fieri ejus poteſt, Regnum ementiri, eoque uti nomine. Multæ præterea civitates extiterunt à paucis gubernatæ, non abhorrentes in ſpeciem ab optimatium principatu: à quo tamen, ut verbo abſolvam, plurimùm diſtant. idem etiam fit in populi imperio. Verè autem dici hæc à nobis, ex his clarum. neq; enim unius dominationem omnem Regnum eſſe ſtatim exiſtimandum: ſed eam demum quæ à volentibus conceditur: & quæ conſilio potius quàm metu aut vi regitur. ita nec ubicunque paucorum eſt potentia, par eſt arbitrari eſſe optimatium principatum: verùm ubi juſtiſſimi prudentiſſimique viri per electionem rerum ſumma potiuntur. Similiter nec populi imperium jure dixeris, ubi penes quamlibet turbã poteſtas eſt faciendi quicquid voluerit aut propoſuerit: ſed ubi patrius mos viget deos colendi, parentes honorandi, ſeniores reverendi, legibus parendi: ii ſunt cœtus, apud quos ſi vincit illud quod pluribus viſum fuerit, populi imperium eſſe dici jure poteſt. Itaque genera Rerumpublicarum ſtatui ſex debent: tria quę omnium ore jactantur, quęque modò poſita ſunt à nobis: tria, cognatæ cum his naturæ. dominatũ dico unius, paucorum & turbæ vulgaris. Ac prima quidem ſine ulla arte & naturæ impetu conſtituitur, unius dominatio: hanc ſequitur atque adeo ex ea originem habet cum acceſſit ars & emendatio, Regnum. quod ubi ad congenita mala degeneravit, nempe tyrannidem; Regibus ſubla-

καὶ συμψεύδονται καὶ συγχρῶνται πάντες οἱ μόναρχοι, καθ' ὅσον οἷοί τ' εἰσὶ, τῷ τῆς βασιλείας ὀνόματι. Καὶ μὴν ὀλιγαρχικὰ πολιτεύματα καὶ πλείω γέγονε, δοκοῦντα παρόμοιον ἔχειν τι τοῖς ἀριστοκρατικοῖς, ἃ πλεῖστον, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διεστᾶσιν. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ περὶ δημοκρατίας.
2 Ὅτι δ' ἀληθές ἐστι τὸ λεγόμενον, ἐκ τούτων συμφανές. οὔτε γὰρ πᾶσαν δήπου μοναρχίαν εὐθέως βασιλείαν ῥητέον· ἀλλὰ μόνην τὴν ἐξ ἑκόντων συγχωρουμένην, καὶ τῇ γνώμῃ τὸ πλεῖον ἢ φόβῳ καὶ βίᾳ κυβερνωμένην. οὐδὲ μὴν πᾶσαν ὀλιγαρχίαν ἀριστοκρατίαν νομιστέον· ἀλλὰ ταύτην ἥτις ἂν κατ' ἐκλογὴν ὑπὸ τῶν δικαιοτάτων καὶ φρονιμωτάτων ἀνδρῶν βραβεύηται. παραπλησίως οὐδὲ δημοκρατίαν ἐν ᾗ πᾶν πλῆθος κύριόν ἐστι ποιεῖν ὅ, τι ποτ' ἂν αὐτὸ βουληθῇ καὶ προθῆται· παρ' ᾧ δὲ πάτριόν ἐστι καὶ σύνηθες θεοὺς σέβεσθαι, γονεῖς θεραπεύειν, πρεσβυτέρους αἰδεῖσθαι, νόμοις πείθεσθαι· ἀλλὰ παρὰ τοῖς τοιούτοις συστήμασιν ὅταν τὸ τοῖς πλείοσι δόξαν νικᾷ, τοῦτο δεῖ καλεῖν δημοκρατίαν. Διὸ καὶ γένη μὲν ἓξ εἶναι ῥητέον πολιτειῶν· τρία μὲν ἃ πάντες θρυλλοῦσι, καὶ νῦν προείρηται· τρία δὲ τὰ τούτοις συμφυῆ, λέγω δὲ μοναρχίαν, ὀλιγαρχίαν, ὀχλοκρατίαν. πρώτη μὲν οὖν ἀκατασκεύως καὶ φυσικῶς συνίσταται μοναρχία· ταύτῃ δ' ἕπεται καὶ ἐκ ταύτης γεννᾶται μετὰ κατασκευῆς καὶ διορθώσεως βασιλεία. μεταβαλλούσης δὲ ταύτης εἰς τὰ συμφυῆ κακὰ, λέγω δὴ εἰς τυραννίδα· αὖθις ἐκ τῆς τούτων

καταλύσεως, ἀριστοκρατία φύεται. καὶ μὴν ταύτης εἰς ὀλιγαρχίαν ἐκτραπείσης κατὰ φύσιν, τοῦ δὲ πλήθους ὀργῇ μετελθόντος τὰς τῶν προεστώτων ἀδικίας, γεννᾶται δῆμος. ἐκ δὲ τῆς τούτου πάλιν ὕβρεως, καὶ παρανομίας, ἀποπληροῦται σὺν χρόνοις ὀχλοκρατία. γνοίη δ' ἂν τις σαφέστατα περὶ τούτων, ὡς ἀληθῶς ἐστιν, οἷα δὴ νῦν εἶπον, ἐπὶ τὰς ἑκάστων κατὰ φύσιν ἀρχὰς καὶ γενέσεις καὶ μεταβολὰς ἐπιστήσας. ὁ γὰρ συνιδὼν ἕκαστον αὐτῶν ὡς φύεται, μόνος ἂν οὗτος δύναιτο συνιδεῖν καὶ τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν ἀκμὴν, καὶ τὴν μεταβολὴν ἑκάστων καὶ τὸ τέλος, πότε καὶ πῶς, καὶ ποῦ καταντήσει πάλιν. μάλιστα δ' ἐπὶ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας τοῦτον ἁρμόζειν τὸν τρόπον ὑπείληφα τῆς ἐξηγήσεως, διὰ τὸ κατὰ φύσιν αὐτὴν ἀπ' ἀρχῆς εἰληφέναι τήν τε σύστασιν καὶ τὴν αὔξησιν.

3 Ἀκριβέστερον μὲν οὖν ἴσως ὁ περὶ τῆς κατὰ φύσιν μεταβολῆς τῶν πολιτειῶν εἰς ἀλλήλας, διευκρινεῖται λόγος παρὰ Πλάτωνι, καί τισιν ἑτέροις τῶν φιλοσόφων· ποικίλος δὲ ὢν καὶ διὰ πλειόνων λεγόμενος, ὀλίγοις ἐφικτός ἐστιν· διόπερ ὅσον ἀνήκειν ὑπολαμβάνομεν αὐτοῦ πρὸς τὴν πραγματικὴν ἱστορίαν, καὶ τὴν κοινὴν ἐπίνοιαν, τοῦτο πειρασόμεθα κεφαλαιωδῶς διελθεῖν. καὶ γὰρ ἂν ἐλλιπές τι δόξῃ διὰ τῆς καθολικῆς ἐμφάσεως, ὁ κατὰ μέρος λόγος τῶν ἑξῆς ῥηθησομένων ἱκανὴν ἀνταπόδοσιν ποιήσει τῶν νῦν ἐπαπορηθέντων. Ποίας οὖν ἀρ-

tis naſcitur optimatium principatus. hoc quoque in paucorum dominationem, ut natura eſt hominum, verſo; ubi multitudo ira incenſa principum injurias fuerit ulta, exoritur populi imperium. rurſuſq; ex hujus inſolentia & legum contemptu emergit tandem turbæ potentatus. Vera eſſe quæ de his rebus diximus, facilè quis intelligat, ſi uniuscujuſque generis naturalia principia, exortus & mutationes ad animum revocaverit. Is enim demum qui norit quænam ſint uniuſcujuſque Rerumpublicarum principia naturalia; etiam incrementum & florentiſſimum ſtatum ac mutationem cujuſque & finem poterit cognoſcere, quando quove modo ſit eventurus; & quò tandem quæque forma ſit reditura. Hanc autem explicationis rationem Romanæ cum primis Reipublicæ aptam fore exiſtimavi, quoniam & à principio fundata, & poſtea amplificata eſt convenienter naturæ. Equidem non negaverim locum illum de naturali ac mutua invicem Rerumpublicarum converſione à Platone & aliis nonnullis philoſophis accuratius eſſe tractatum diſputatumque: verum ea diſquiſitio quum à paucis percipiatur, quòd & varia ſit & prolixa; ex ea nos quantum capit hiſtoria rerum geſtarum narrationem veram ſeriamque profeſſa, & communis hominum intelligentia, tantùm ſummatim delibabimus. nam ſi deeſſe aliquid univerſali huic inſpectioni videbitur, quæ deinceps ſigillatim ſunt exponenda, omnibus abundè ſatisfacient de quibus fuerit nunc dubitatum.

Quænam

Quænam igitur principia exiſtere ſocietatum civilium dicimus, & ex quo primum eas naſci? Quoties aut propter diluvia, aut ob peſtilentes tempeſtates, aut ſterilitatem fructuum, aut ſimilibus aliis de cauſſis, humani generis interitus contigit: (quales & jam antè fuiſſe accepimus, & rurſus ſæpe venturos ratio vincit:) omnia tunc videlicet mortalium inventa circa quæ occupantur, omnes artes pereunt. ubi autem ex iis quaſi ſeminibus quæ ſuperfuerint, progreſſu temporis hominum multitudo iterum fuerit propagata: tum enimvero ſicut in aliis fit animalibus, etiam in hominibus uſuvenit quando coadunantur. (nam & hoc rationi conſentaneum, ut ejuſdem generis animalia eodem congregentur propter naturæ infirmitatem:) tum inquam neceſſe eſt, ut qui robore corporis & præſentia animi atque audacia præſtat cæteris, ducatum atque imperium in cæteros obtineat: quod ipſum in aliis quoque animalibus, quæ non opinionibus adventitiis ſed unius naturæ inſtinctu ducuntur, quum cernimus uſuvenire, naturæ id opus eſſe certiſſimum debemus credere. nam & in illis ducum officio ſine controverſia robuſtiſſimos quoſque fungi videmus: putà, tauros, apros, gallos gallinaceos, & id genus alia animalia. Ac principio quidem hujuſmodi fuiſſe & hominum vitam probabile eſt; dum cōmuni animantium more in unum gregem coeunt, & fortiſſimos ac valentiſſimos ſequuntur. hi robore metiuntur imperium: quod jure appelles unius dominationem.

χὰς λέγω, καὶ πόθεν φημὶ φύεσθαι τὰς πολιτείας πρῶτον; Ὅταν ἢ διὰ κατακλυσμοὺς, ἢ διὰ λοιμικὰς περιστάσεις, ἢ δι' ἀφορίας καρπῶν, ἢ δι' ἄλλας τοιαύτας αἰτίας φθορὰ γένηται τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, οἵας ἤδη γεγονέναι παρειλήφαμεν, καὶ πάλιν πολλάκις ἔσεσθαι ὁ λόγος αἱρεῖ· τότε δὴ συμφθειρομένων πάντων τῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ τεχνῶν, ὅταν ἐκ τῶν περιλειφθέντων οἱονεὶ σπερμάτων αὖθις αὐξηθῇ σὺν χρόνῳ πλῆθος ἀνθρώπων, τότε δήπου, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων, καὶ ἐπὶ τούτων συναθροιζομένων, ὅπερ εἰκὸς καὶ τοῦτο τὸ ὁμόφυλον συναγελάζεσθαι, διὰ τὴν τῆς φύσεως ἀσθένειαν· ἀνάγκη τὸν τῇ σωματικῇ ῥώμῃ καὶ τῇ ψυχικῇ τόλμῃ διαφέροντα, τοῦτον ἡγεῖσθαι, καὶ κρατεῖν· καθάπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων γενῶν τῶν ἀδοξοποιήτων ζώων θεωροῦμεν. τοῦτο χρὴ φύσεως ἔργον ἀληθινώτατον νομίζειν· παρ' οἷς ὁμολογουμένως τοὺς ἰσχυροτάτους ὁρῶμεν ἡγουμένους· λέγω δὲ ταύρους, κάπρους, ἀλεκτρυόνας, τὰ τούτοις παραπλήσια. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς εἰκὸς τοιούτους εἶναι καὶ τοὺς τῶν ἀνθρώπων βίους ζωηδὸν συναθροιζομένων, τοῖς ἀλκιμωτάτοις καὶ δυναμικωτάτοις ἑπομένων. οἷς ὅρος μὲν ἐστὶ τῆς ἀρχῆς ἰσχύς· ὄνομα δ' ἂν εἴποι τις μοναρχίαν. ἐπειδὰν δὲ τοῖς συστήμασι διὰ τὸν

poſtea verò quàm procedente

χρόνον ὑπογίνηται συντροφία καὶ συνήθεια, τότ' ἀρχὴ βασιλείας φύεται· καὶ τότε πρώτως ἔννοια γίνεται τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου τοῖς ἀνθρώποις, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις.

4 ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀρχῆς, καὶ τῆς γενέσεως τῶν εἰρημένων τοιόσδε. Πάντων γὰρ πρὸς τὰς συνουσίας ὁρμώντων κατὰ φύσιν, ἐκ δὲ τούτων παιδοποιίας ἀποτελουμένης· ὁπότε τις τῶν ἐκτραφέντων εἰς ἡλικίαν ἱκόμενος, μὴ νέμοι χάριν, μηδ' ἀμύνοι τούτοις οἷς ἐκτραφείη· ἀλλά που τἀναντία κακῶς λέγειν ἢ δρᾶν τούτοις ἐγχειροίη· δῆλον ὡς δυσαρεστεῖν καὶ προσκόπτειν εἰκὸς τοὺς συνόντας καὶ συνιδόντας τὴν γεγενημένην ἐκ τῶν γεννησάντων ἐπιμέλειαν, καὶ κακοπάθειαν περὶ τὰ τέκνα καὶ τὴν τούτων θεραπείαν καὶ τροφήν. τοῦ γὰρ γένους τῶν ἀνθρώπων ταύτῃ διαφέροντος τῶν ἄλλων ζώων, ᾗ μόνοις αὐτοῖς μέτεστι νοῦ καὶ λογισμοῦ· φανερὸν ὡς οὐκ εἰκὸς παραδραμεῖν αὐτοὺς τὴν προειρημένην διαφοράν, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων· ἀλλ' ἐπισημαίνεσθαι τὸ γινόμενον, καὶ δυσαρεστεῖσθαι τοῖς παροῦσι· προορωμένους τὸ μέλλον, καὶ συλλογιζομένους, ὅτι τὸ παραπλήσιον ἑκάστοις αὐτῶν συγκυρήσει. Καὶ μὴν ὅταν πού πάλιν ἕτερος ὑπὸ θατέρου τυχὼν ἐπικουρίας ἢ βοηθείας ἐν τοῖς δεινοῖς, μὴ νέμῃ τῷ σώσαντι χάριν, ἀλλά ποτε καὶ βλάπτειν ἐγχειρῇ τοῦτον· φανερὸν ὡς εἰκὸς τῷ τοιούτῳ δυσαρεστεῖσθαι καὶ προσκόπτειν τοὺς εἰδότας, συναγανακτοῦντας μὲν τῷ πέλας, ἀναφέροντας δ' ἐπ' αὐτοὺς τὸ παραπλήσιον· ἐξ ὧν ὑπογίγνεταί τις ἔννοια παρ' ἑκάστῳ

metuentibus. Hinc ſuborta eſt in

tempore inter hos cœtus communis educatio & vitæ conſuetudo conſecuta fuerit; ab eo principio Regnum exiſtit: incipitque tum primum honeſti juſtique & eorum quæ ſunt his contraria, animis hominum oboriri notitia. Porrò illud primordium, & modus quo ea confiunt quæ diximus, hic eſt. Nam quum ad conjunctionem maris & fœminæ naturaliter omnes ſtimulentur, ex eoque liberi naſcantur: quoties adultus aliquis eorum qui educati fuerint, gratiam non refert neque iis ſubvenit à quibus fuerit alitus; ſed è contrario dictis factiſve eos aggreditur lædere: perſpicuum eſt iniquo animo rem ferre, graviterque offendi eos qui forte interſunt, & quanta cura atque ærumna parentes liberos curaverint atque alverint, notum habent. Quoniam enim homo à cæteris animantibus hoc differt, quòd mentis & rationis ſit particeps, non eſt profectò ſimile veri, ipſos hanc voluntatum diverſitatem inobſervatam prætermiſſuros, quod faciunt aliæ animantes; ſed admiſſum delictum revocaturos ad animum, & præſentem ſtatum damnaturos: ut qui futura proſpicientes, facilè ſibi quoque eadem eſſe eventura intelligant. Rurſus autem ſi aliquis ab alio opem ac præſidium in periculis nactus, auctori ſuę ſalutis gratiam non rependat, aut fortaſſe etiam ultro factū eat injuriam: quis dubitat talem hominem apud omnes qui reſciverint, in offenſa gravi futurum? ſimul alterius vocem indignantibus cunctis; & ne ſimilis injuriæ exemplum ad ſe perveniat, ſingulorum animis notio quædam

officii,

officii, & contemplatio vis illius quã habet: in quo juſtitiæ & origo eſt & finis. Similiter rurſus quando aliquis in periculis acriter pro omnibus propugnat, idemque feras valentiſſimas ſubſiſtit, & earum ſuſtinet impetus; non eſt dubitandum quin hunc acclamationibus proſequatur fauſtis multitudo, benevolum animum ſimul ſignificans, & patroni honorem ei deferens. eum verò qui contraria huic faciat, vituperationem conſequi & offenſionem omnium. ex quo etiam fit probabile, exiſtere in animis vulgi turpis atque honeſti quandam contemplationem, & ejus diſcriminis quo hæc invicem ſeparantur. atque ita honeſtum quidem propter utilitatem æmulari imitarique homines: id verò fugere quod ſit turpe. Quando igitur is qui cæteris præeſt, & viribus plurimum valet, illis, quos diximus laudem nactos, ſemper favet, protegitque eos ſua potentia in colloquiis cum multitudine: jamque ipſe à ſubditis exiſtimari cepit facultate præditus tribuendi unicuique quod ejus meritis cõveniat: non amplius vim veriti, ſed animis potius ac voluntate conſentientes, ejus ſe poteſtati ſubjiciunt, & ad conſervandum ipſi imperium cuncti conſpirant: ac licet ad ultimam ſenectutem pervenerit, paribus omnes animis illum defendunt, & adverſus eos qui ejus dominationi inſidias ſtruunt, nullũ non certamen ſubeunt. atq; hoc pacto, quũ à ferocia & robore ad rationẽ principatus fuerit tranſlatus, pro eo quod erat monarchus invidioſo nomine, ſenſim nemine animadvertente Rex evadit. Hęc eſt prima apud homines honeſti & juſti à natura profecta notio, & eorum quæ his ſunt contraria.

τῆς τοῦ καθήκοντος δυνάμεως καὶ θεωρίας· ὅπερ ἐστὶν ἀρχὴ καὶ τέλος δικαιοσύνης. Ὁμοίως πάλιν, ὅταν ἀμύνῃ μέν τις πρὸ πάντων ἐν τοῖς δεινοῖς, ὑφίστηται δὲ καὶ μένῃ τὰς ἐπιφορὰς τῶν ἀλκιμωτάτων ζώων· εἰκὸς μὲν τὸν τοιοῦτον ὑπὸ τοῦ πλήθους ἐπισημασίας τυγχάνειν εὐνοϊκῆς καὶ προστατικῆς· τὸν δὲ τἀναντία τούτῳ πράττοντα καταγνώσεως καὶ προσκοπῆς· ἐξ οὗ πάλιν εὔλογον ὑπογίνεσθαί τινα θεωρίαν παρὰ τοῖς πολλοῖς αἰσχροῦ καὶ καλοῦ, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἄλληλα διαφορᾶς. καὶ τὸ μὲν ζήλου καὶ μιμήσεως τυγχάνειν διὰ τὸ συμφέρον· τὸ δὲ φυγῆς. ὅταν * ἐν οἷς ὁ προεστὼς καὶ τὴν μεγίστην δύναμιν ἔχων ἀεὶ συνεπισχύῃ τοῖς προειρημένοις κατὰ τὰς τῶν πολλῶν διαλήξεις, καὶ δόξῃ τοῖς ὑποταττομένοις διανεμητικὸς εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν ἑκάστοις· οὐκ ἔτι τὴν βίαν δεδιότες, τῇ δὲ γνώμῃ τὸ πλεῖον εὐδοκοῦντες, ὑποτάττονται καὶ συσσώζουσι τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, κἂν ὅλως ᾖ γηραιός· ὁμοθυμαδὸν ἐπαμύνοντες καὶ διαγωνιζόμενοι πρὸς τοὺς ἐπιβουλεύοντας αὐτοῦ τῇ δυναστείᾳ· καὶ δὴ τῷ τοιούτῳ τρόπῳ βασιλεὺς ἐκ μονάρχου λανθάνει γενόμενος· ὅταν παρὰ τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς ἰσχύος μεταλάβῃ τὴν ἡγεμονίαν ὁ λογισμός. Αὕτη καλοῦ καὶ δικαίου πρώτη 5
παρ' ἀνθρώποις κατὰ φύσιν ἔννοια καὶ τῶν ἐναντίων τούτοις·

αὕτη βαſιλείας ἀληθινῆς ἀρχὴ καὶ γένεσις. οὐ γὰρ μόνον αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τούτων ἐπὶ πολὺ διαφυλάττουσι τὰς ἀρχὰς· πεπεισμένοι, τοὺς ἐκ τοιούτων γεγονότας, καὶ τραφέντας ὑπὸ τοιούτοις, παραπλησίως ἕξειν καὶ τὰς προαιρέσεις. Ἐὰν δέ ποτε τοῖς ἐκγόνοις δυσαρεστήσωσι, ποιοῦνται μετὰ ταῦτα τὴν αἵρεσιν τῶν ἀρχόντων καὶ βασιλέων, οὐκ ἔτι κατὰ τὰς σωματικὰς καὶ θυμικὰς δυνάμεις, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς τῆς γνώμης, καὶ τοῦ λογισμοῦ διαφοράς· πεῖραν εἰληφότες ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων τῆς ἐξ ἀμφοῖν παραλλαγῆς. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐνεγήρασκον ταῖς βασιλείαις οἱ κριθέντες ἅπαξ, καὶ τυχόντες τῆς ἐξουσίας ταύτης· τόπους τε διαφέροντας ὀχυρούμενοι, καὶ τειχίζοντες, καὶ χώραν κατακτώμενοι· τὸ μὲν τῆς ἀσφαλείας χάριν, τὸ δὲ τῆς δαψιλείας τῶν ἐπιτηδείων τοῖς ὑποτεταγμένοις· ἅμα δὲ περὶ ταῦτα σπουδάζοντες ἐκτὸς ἦσαν πάσης διαβολῆς καὶ φθόνου, διὰ τὸ μήτε περὶ τὴν ἐσθῆτα μεγάλας ποιεῖσθαι τὰς παραλλαγάς, μήτε περὶ τὴν βρῶσιν καὶ πόσιν· ἀλλὰ παραπλήσιον ἔχειν τὴν βιοτείαν τοῖς ἄλλοις, ὁμόσε ποιούμενοι τοῖς πολλοῖς ἀεὶ τὴν δίαιταν. ἐπεὶ δ' ἐκ διαδοχῆς καὶ κατὰ γένος τὰς ἀρχὰς παραλαμβάνοντες, ἕτοιμα μὲν εἶχον ἤδη τὰ πρὸς τὴν ἀσφάλειαν, ἕτοιμα δὲ καὶ πλείω τῶν ἱκανῶν τὰ πρὸς τὴν τροφήν· τότε δὴ ταῖς ἐπιθυμίαις ἑπόμενοι διὰ τὴν περιουσίαν, ἐξάλλους μὲν ἐσθῆτας ὑπέλαβον δεῖν ἔχειν

Hęc veri regni origo, hinc ortus. non ſolum enim ipſis, ſed & ſoboli per longum tempus imperium ſubditi conſervant: perſuaſi, talibus viris prognatos, & à talibus educatos, animis quoque & voluntatibus pares eis futuros. Quod ſi horum poſteri tandem diſplicuerint, magiſtratus de cætero ac reges ſibi eligunt, non utique eos qui corporis robore aut ſpiritus ferocia præſtent: ſed eos qui ſapientia & prudentia excellant: ut qui rebus ipſis fuerint edocti, quantum inter hos atque illos ſit diſcriminis. Ac primis quidem temporibus qui electione populorum regiam poteſtatem ſemel fuerant adepti, in regnis ſuis conſeneſcebant: loca opportuna munientes, ac mœnibus cingentes, & ditionem quiſque ſuam amplificantes; partim ſecuritatis cauſa, partim ut ſubditis rerum ad victum neceſſariarum uberem copiam exhiberent. ſimul dum his animum intendebant, extra offenſam atque invidiam hominum erant. quia neque cultu admodum diverſo à cæteris utebantur, neque victu: ſed vitæ genus reliquis ſimile uſurpantes, unâ cum multitudine aſſiduè verſabantur. Ubi verò qui ex ſucceſſione generis regna ſuſcipiebant, quæ ad ſecuritatem deſiderabantur, comparata habuerunt; comparata etiam quæ ſunt ad victum neceſſaria, & multo quidem plura quàm erat neceſſe: tum enimvero cupiditatibus obſecuti, ob ſuperfluentem rerum omnium copiam, arbitrati ſunt debere prin-

cipes

cipes alio quàm ſubditos uti cultu; aliis & variis ad luxum frui voluptatibus atque apparatibus; in uſu item Veneris quamvis illicitæ contradicendi ſibi nemini jus eſſe: & quum ex aliis facinoribus invidiam atque offenſionem ſibi conflarent: ex aliis odium hominum atque iram infeſtam in ſe accenderent, de regno facta eſt tyrannis: ſimul autem ejus tollendæ fundamenta jaciebantur, & in caput dominantium conſpiratio inibatur. cujus quidem auctores erant non deterrimi civium: ſed generoſiſſimi quique & maximi animi atque audaciſſimi. hi enim ſunt qui principum injurias minimè omnium ferre poſſunt. Populo autem, ubi duces nactus eſt, connitente ad Regum pernitiem propter dictas cauſſas, & regno & unius dominatione de Republica ſublatis, principium originemque habuit optimatium principatus. Nam iis qui monarchiam ſuſtulerant, hanc è veſtigio quaſi mercedem populus rependebat, ut rectoribus illis uteretur, ſeque ipſis permitteret. illi porro contenti honore traditę ſibi Reipub. communem utilitatem omnibus rebus anteferre, & ſingulari cura ac ſtudio & ſollicitudine cuncta tum privatorum tum Reip. adminiſtrare. Verùm ubi rurſus traditam ſibi à patribus filii eam poteſtatem obtinuiſſent, homines qui malorum periculum nullum unquam fecerant, nullum æquabilitatis nec libertatis civilis; ſed a pueris innutriti fuerant paternis honoribus & dignitatibus: quum alii avaritiæ & injuſtæ opum cupiditati ſe dedidiſ-

τοὺς ἡγουμένους τῶν ὑποταττομένων, ἐξάλλους δὲ καὶ ποικίλας τὰς περὶ τὴν τροφὴν ἀπολαύσεις καὶ παρασκευάς, ἀναντιρρήτους δὲ καὶ παρὰ τῶν μὴ προσηκόντων τὰς τῶν Ἀφροδισίων χρείας καὶ συνουσίας· ἐφ' οἷς μὲν φθόνου γινομένου καὶ προσκοπῆς, ἐφ' οἷς δὲ μίσους ἐκκαιομένου, καὶ δυσμενικῆς ὀργῆς, ἐγίνετο μὲν ἐκ τῆς βασιλείας τυραννίς· ἀρχὴ δὲ καταλύσεως ἐγεννᾶτο, καὶ σύστασις ἐπιβουλῆς τοῖς ἡγουμένοις· ἣν οὐκ ἐκ τῶν χειρίστων, ἀλλ' ἐκ τῶν γενναιοτάτων καὶ μεγαλοψυχοτάτων, ἔτι δὲ θαρραλεωτάτων ἀνδρῶν συνέβαινε γίνεσθαι· διὰ τὸ τοὺς τοιούτους ἥκιστα δύνασθαι φέρειν τὰς τῶν ἐφεστώτων ὕβρεις. τοῦ δὲ πλήθους ὅταν 6 λάβῃ προστάτας, συνεπισχύοντος κατὰ τῶν ἡγουμένων, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας· τὸ μὲν τῆς βασιλείας καὶ μοναρχίας εἶδος ἄρδην ἀνῃρεῖτο, τὸ δὲ τῆς ἀριστοκρατίας αὖθις ἀρχὴν ἐλάμβανε καὶ γένεσιν. Τοῖς γὰρ καταλύσασι τοὺς μονάρχους, οἱονεὶ χάριν ἐκ χειρὸς ἀποδιδόντες οἱ πολλοί, τούτοις ἐχρῶντο προστάταις, καὶ τούτοις ἐπέτρεπον περὶ σφῶν. οἱ δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἀσμενίζοντες τὴν ἐπιτροπήν, οὐδὲν προυργιαίτερον ἐποιοῦντο τοῦ κοινῇ συμφέροντος, καὶ κηδεμονικῶς καὶ φυλακτικῶς ἕκαστα χειρίζοντες, καὶ τοῖς κατ' ἰδίαν, καὶ τὰ κοινὰ τοῦ πλήθους. ὅτε δὲ διαδέξαιντο πάλιν παῖδες παρὰ πατέρων τὴν αὐτὴν ἐξουσίαν, ἄπειροι μὲν ὄντες κακῶν, ἄπειροι δὲ καθόλου πολιτικῆς ἰσότητος καὶ παρρησίας, τεθραμμένοι δ' ἐξ ἀρχῆς ἐν ταῖς τῶν πατέρων ἐξουσίαις, καὶ προαγωγαῖς· ὁρμήσαντες οἱ μὲν ἐπὶ πλεονεξίαν καὶ φιλαργυρίαν ἄδικον, οἱ δ' ἐπὶ

μέθας

μέθας καὶ τὰς ἅμα ταύταις ἀπλήστους εὐωχίας· οἱ δ' ἐπὶ τὰς τῶν γυναικῶν ὕβρεις καὶ παίδων ἁρπαγάς· μετέστησαν μὲν τὴν ἀριστοκρατίαν εἰς ὀλιγαρχίαν· ταχὺ δὲ κατεσκεύασαν ἐν τοῖς πλήθεσι πάλιν τὰ παραπλήσια τοῖς ἄρτι ῥηθεῖσι. διὸ καὶ παραπλήσιον συνέβαινε τὸ τέλος αὐτῶν γίνεσθαι τῆς καταστροφῆς τοῖς περὶ τοὺς τυράννους ἀτυχήμασιν. ἐπειδὰν γάρ τις συνθεασάμενος τὸν φθόνον καὶ τὸ μῖσος κατ' αὐτῶν, τὸ παρὰ τοῖς πολίταις ὑπάρχον, κἄπειτα θαῤῥήσῃ λέγειν ἢ πράττειν τι κατὰ τῶν προεστώτων, πᾶν ἕτοιμον καὶ συνεργὸν λαμβάνει τὸ πλῆθος· λοιπὸν, οὓς μὲν φονεύσαντες, … οὔτε βασιλέα προΐστασθαι τολμῶσιν· ἔτι δεδιότες τὴν τῶν προτέρων ἀδικίαν· οὔτε πλείοσιν ἐπιτρέπειν τὰ κοινὰ θαῤῥοῦσι· παρὰ πόδας αὐτοῖς οὔσης τῆς πρότερον ἀγνοίας· μόνης δὲ σφίσι καταλειπομένης ἐλπίδος ἀκεραίου τῆς ἐν αὑτοῖς, ἐπὶ ταύτην καταφέρονται· καὶ τὴν μὲν πολιτείαν ἐξ ὀλιγαρχικῆς δημοκρατίαν ἐποίησαν, τὴν δὲ τῶν κοινῶν πρόνοιαν καὶ πίστιν εἰς σφᾶς αὐτοὺς ἀνέλαβον. Καὶ μέχρι μὲν ἂν ἔτι σώζωνταί τινες τῶν ὑπεροχῆς καὶ δυναστείας πεῖραν εἰληφότων, ἀσμενίζοντες τῇ παρούσῃ καταστάσει, περὶ πλείστου ποιοῦνται τὴν ἰσηγορίαν, καὶ τὴν παῤῥησίαν. ὅταν δ' ἐπιγένωνται νέοι, καὶ παισὶ παίδων πάλιν ἡ δημοκρατία παραδοθῇ, τότ' οὐκ ἔτι διὰ τὸ σύνηθες ἐν μεγάλῳ τιθέμενοι τὸ τῆς ἰσηγορίας καὶ παῤῥησίας, ζητοῦσι πλέον ἔχειν τῶν πολλῶν· μάλιστα δ' εἰς τοῦτ' plus poſſe quàm cæteri ſatagunt.

ſent, alii ebrietati & helluationibus quæ illam comitari ſolent: quidam ad ſtupra mulieribus inferenda, aut pueros rapiendos animum adjeciſſent: mutarunt illi quidem optimatium principatum in paucorum dominationem: cęterùm in animis populorum eoſdem affectus excitarunt cum iis de quibus diximus. itaque parem & ipſi exitum fecerunt illi, quem tyranni habuerunt cùm eos oppreſſit calamitas. Poſtquam enim obſervaſſet aliquis quanta invidia & odio flagrarent apud populum; auſus mox vel dicto vel facto eos laceſſere, ilicet multitudinem univerſam pręſto habuit, quę conatus ipſius adjuvaret. poſtremò aliis optimatium occiſis, aliis in exilium pulſis, neque Regem ſuis rebus audent pręficere; metu illius injuſtitię qua priores uſi fuerunt: neq; autem pluribus Rempub. tradere ſuſtinent; errore ob oculos adhuc verſante, quem antea admiſerant. quum igitur ſola adhuc illis integra ſpes reſtaret quam in ſeſe ponant; hanc ſecuti, Rempub. à paucorum dominatione ad populi imperium transferunt: & publicarum rerum curam ac vim dominatus ſuſcipiunt ipſi. Et dum quidem ſuperſunt adhuc eorum nonnulli, qui potentiam dominationemque paucorum ſunt experti; in pręſenti ſtatu acquieſcentes, antiquius æqualitate & libertate civium nihil habent. ſed poſtquam nova ſoboles eſt exorta, & ad eorum nepotes populi imperium pervenit: tum enimvero æqualitatis & libertatis bonum parvi facientes, ut pote cui aſſueverunt, eſtque hoc vitium iis potiſſimùm fami-

familiare, qui divitiis alios antecedunt, demum, ad ambiendos honores converſi, quia hos per ſe & propria virtute conſequi non valent, ineſcando & omni genere largitionis corrumpendo populo rem familiarem ſuam dilapidant. porro ubi ſemel iſti pro ſua ſtulta aviditate dignitatum, multitudinem largitionibus inhiare & ex iis veſci docuerunt; ſtatim incipit populi imperium labefactari: ſucceditque ejus loco vis ac manuum violentia. aſſueta enim plebs de alieno vivere, & in aliorum fortunis ſpes vitæ reponere, magni animi audacemque nacta ducem, cui aditum ad honores publicos paupertas præcludit, populi imperium in manuum violentiam convertit. cum quidem coitione facta, cædibus, exiliis, diviſionibus novis agrorum uſq; eò ſævit, donec tandem efferata, dominum rurſus nanciſcatur qui rerum potiatur ſolus. Hic orbis eſt quo in ſeſe Reſpublicæ revoluuntur: hic naturæ ordo, per quem Rerump. ſtatus mutatur, transformatur, & rurſus eodem redit. Quæ ſi quis accuratè cognita habuerit, de iis quæ Remp. manent, dicere aggreſſus, in ratione temporum ille quidem fortaſſe falletur: at quo loco ſit quæque illarum, incrementóne propior an ruinę, & in quam formam ſit immutanda; vix eſt ut in hoc fallatur: ſi modò ira atque invidia vacuus, ſententiam ſuper ea re ſuam pronuntiaverit. Ad Romanā quidē certè quod attinet, hoc potiſſimū inquiſitionis genere intelligemus, quo pacto ab initio conſtituta, deinde aucta, & ad hunc ſtatum florentiſſimū quo nunc viget, perducta fuerit: & ſimiliter

ἐμπίπτουσιν οἱ ταῖς οὐσίαις ὑπερέχοντες. λοιπὸν ὅταν ὁρμήσωσιν ἐπὶ τὸ φιλαρχεῖν, καὶ μὴ δύνωνται δι' αὐτῶν καὶ διὰ τῆς ἰδίας ἀρετῆς τυγχάνειν, τούτων διαφθείρουσι τὰς οὐσίας, δελεάζοντες καὶ λυμαινόμενοι τὰ πλήθη καὶ πάντα τρόπον. ἐξ ὧν ὅταν ἅπαξ δωροδόκους καὶ δωροφάγους κατασκευάσωσι τοὺς πολλοὺς διὰ τὴν ἄφρονα δοξοφαγίαν, τότ' ἤδη πάλιν τὸ μὲν τῆς δημοκρατίας καταλύεται· μεθίσταται δ' εἰς βίαν καὶ χειροκρατίαν ἡ δημοκρατία. συνειθισμένον γὰρ τὸ πλῆθος ἐσθίειν τὰ ἀλλότρια, καὶ τὰς ἐλπίδας ἔχειν τοῦ ζῆν ἐπὶ τοῖς τῶν πέλας, ὅταν λάβῃ προστάτην μεγαλόφρονα καὶ τολμηρόν, ἐκκλειόμενον δὲ διὰ πενίαν τῶν ἐν τῇ πολιτείᾳ τιμίων· τότε δὴ χειροκρατίαν ἀποτελεῖ, καὶ τότε συναθροιζόμενον ποιεῖ σφαγάς, φυγάς, γῆς ἀναδασμούς· ἕως ἂν ἀποτεθηριωμένον πάλιν εὕρῃ δεσπότην καὶ μόναρχον. Αὕτη πολιτειῶν ἀνακύκλωσις· αὕτη φύσεως οἰκονομία, καθ' ἣν μεταβάλλει καὶ μεθίσταται, καὶ πάλιν εἰς αὐτὰ καταντᾷ τὰ κατὰ τὰς πολιτείας. Ταῦτά τις σαφῶς ἐπεγνωκώς, χρόνοις μὲν ἴσως διαμαρτήσεται λέγων ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος περὶ πολιτείας· τὸ δὲ ποῦ τῆς αὐξήσεως ἕκαστόν ἐστιν ἢ τῆς φθορᾶς, ἢ ποῦ μεταστήσεται, σπανίως ἂν διασφάλλοιτο, χωρὶς ὀργῆς ἢ φθόνου ποιούμενος τὴν ἀπόφασιν. Καὶ μὴν περί γε τῆς Ῥωμαίων πολιτείας κατὰ ταύτην τὴν ἐπίστασιν μάλιστ' ἂν ἔλθοιμεν εἰς γνῶσιν καὶ τῆς συστάσεως, καὶ τῆς αὐξήσεως, καὶ τῆς ἀκμῆς, ὁμοίως δὲ καὶ

τῆς

τῆς εἰς τοὔμπαλιν ἐσομένης ἐκ τούτων μεταβολῆς. εἰ γάρ τινα καὶ ἑτέραν πολιτείαν, ὡς ἀρτίως εἶπα, καὶ ταύτην συμβαίνει κατὰ φύσιν ἀπ' ἀρχῆς ἐσχηκυῖαν τὴν σύστασιν, καὶ τὴν αὔξησιν, κατὰ φύσιν ἕξειν καὶ τὴν εἰς τἀναντία μεταβολήν. σκοπεῖν δ' ἔξεσται διὰ τῶν μετὰ ταῦτα ῥηθησομένων.

8 Νῦν δ' ἐπὶ βραχὺ ποιησόμεθα μνήμην περὶ τῆς Λυκούργου νομοθεσίας· ἔστι γὰρ οὐκ ἀνοίκειος ὁ λόγος τῆς προθέσεως. Ἐκεῖνος γὰρ ἕκαστα τῶν προειρημένων συννοήσας ἀναγκαίως καὶ φυσικῶς ἐπιτελούμενα, καὶ συλλογισάμενος, ὅτι πᾶν εἶδος πολιτείας ἁπλοῦν καὶ κατὰ μίαν συνεστηκὸς δύναμιν, ἐπισφαλὲς γίνεται, διὰ τὸ ταχέως εἰς τὴν οἰκείαν καὶ φύσει παρεπομένην ἐκτρέπεσθαι κακίαν. καθάπερ γὰρ σιδήρῳ μὲν ἰός, ξύλοις δὲ θρῖπες καὶ τερηδόνες συμφυεῖς εἰσι λῦμαι, δι' ἃς κἂν πάσας τὰς ἔξωθεν διαφύγωσι βλάβας, ὑπ' αὐτῶν φθείρονται τῶν συγγενομένων· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τῶν πολιτειῶν συγγίνεται κατὰ φύσιν ἑκάστῃ καὶ παρέπεταί τις κακία· βασιλείᾳ μὲν ὁ μοναρχικὸς λεγόμενος τρόπος, ἀριστοκρατίᾳ δὲ ὁ τῆς ὀλιγαρχίας, δημοκρατίᾳ δὲ ὁ θηριώδης καὶ χειροκρατικός· εἰς οὓς οὐχ οἷόν τε μὴ οὐ πάντα τὰ προειρημένα σὺν χρόνῳ ποιεῖσθαι τὰς μεταστάσεις κατὰ τὸν ἄρτι λόγον. ἃ προϊδόμενος Λυκοῦργος, οὐχ ἁπλῆν, οὐδὲ μονοειδῆ συνεστήσατο τὴν πολιτείαν, ἀλλὰ πάσας ὁμοῦ συνήθροιζε τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἰδιότητας τῶν ἀρίστων πολιτευμάτων· ἵνα μηδὲν αὐξανόμενον ὑπὲρ

quænam in contrarium illam maneat mutatio. hæc enim Reſp. ut ſi quæ alia ex omnibus, quod antea dixi, ſecundum naturam conſtituta atque aucta; & mutationem in contrarium ſecundum naturam habebit. quod clarius oſtendent quæ deinceps dicentur. Nunc de latis à Lycurgo legibus pauca dicemus: neque enim à propoſito alienus eſt hic ſermo. Animadverterat ille vir neceſſaria naturæ lege omnia iſta evenire, ſtatueratque apud ſe quamlibet Reip. formam ſimplicem & uno genere conſtantē, periculoſam eſſe: quia facilè ad proprium ſibi vitium quod ipſam natura comitatur, deflectit. ſicut enim rubigo ferro, coſſi & teredines ligno congenitæ peſtes inſunt; adeo ut quamvis nihil extrinſecus illa læſerit, per ea tamen quæ cum ipſis ſunt nata, intereant: ſic etiam naturæ legibus ſimul cum ſingulis Rerump. formis naſcitur aliquod vitium quod aſſiduè illas comitatur: puta, regnum, monarchicus qui dicitur ſtatus; optimatium principatum, dominatio paucorum; imperium populi, ferinæ ſimilis potentia, quando obtinet manuum violentia. in quæ vitia quominus ſingulæ Rerump. formæ, prout antea diximus, converſæ tandem mutentur, vitari non poteſt. Hæc igitur quum providiſſet Lycurgus, non ſimplicem neque uniformem Remp. conſtituit: ſed optimarum quarumque Rerump. virtutes omnes ac proprietates in unum copulavit: ne ſi qua illarum ſupra modum augeretur, ad vitia congenita deflecteret: ſed dum cujuſque vis mutuo

omnium

fractæ, nulli amplius uſui, fruſtra geſtabantur. Scutum verò illis erat è boum corio, ad inſtar eorum umbilicatorum liborum quæ ſacrificiis moris eſt imponere: ut neque ad congreſſus uti illis poſſent, quia vim ad reſiſtendum non habebant: & ubi imbribus corrupta atque in corii naturam reſoluta erant; quæ ante non magno uſui eſſent; jam planè inutilia evadebant. quare quum magiſtrâ experientiâ has reprobarent, Grecanicam armorum ſtructuram ſuæ loco facilè uſurparunt. per quam & ſtatim primum illum mucronis ictum dirigi rectè atque efficacem eſſe contingit; eo quòd ita conficitur haſta, ut ſtabilis ſit non tremula: & ſimiliter verſâ haſtâ cuſpidis uſum firmum eſſe ac violentum. Eadem ratio & in ſcutis: nam & cum ictus inferuntur, & cum hoſtis invaditur, firmis & tenſis uti eis licet. quod ut animadverterunt, citò ſunt imitati. Romani enim, ut ſi qui alii, mores facilè mutant, ut quod eſt melius æmulentur. Tribuni militum poſtquam hujuſmodi partitionem inſtituerunt, & hæc ſuper armis dederunt mandata, unumquemque domum remittunt. ubi verò dies adeſt, ad quam ſe conventuros jurarunt; adſunt pariter omnes, eo quem deſignavit Conſul loco. fere autem ſeparatim uterque Conſul locum ſuis legionibus ad conveniendum edicit. utrique enim eorum pars auxiliorum attribuitur, & Romanæ legiones duæ. omnes porro qui ſunt conſcripti, adveniunt indubitanter & neceſſario: quippe alia nulla prorſus

eorum

eorum qui ſacramento dixerint excuſatio admittitur, præter auſpicium & ea quæ ſunt impoſſibilia. Ubi cum Romanis etiam ſocii ſunt congregati, omnia inter illos adminiſtrant, & ſuum cuique munus diſponunt viri à Conſulibus conſtituti, quos vocant Præfectos, numero duodecim. Hi ante omnia ex univerſo cœtu Sociorum qui adſunt, Conſulibus appoſitiſſimos ad omnia quæ virtute vera eguerint, equites pediteſque ſeligunt, quos vocant Extraordinarios: ſi Græcè vertas, *Ἐπιλέκτους* vox ſignificat. Auxiliorum autem multitudo omnis eſt, peditum quidem par, ut plurimùm, legionibus Romanis: equitum verò dupla. ex his ſumunt ad Extraordinarios, ex equitibus quidem tertiam fere partem: è peditibus quintam. reliquos in partes duas tribuunt: earumque alteram dextrum cornu vel alam; alteram ſiniſtrum nominant. His rite paratis, Tribuni militum legiones unà cum auxiliis accipiunt, & metari caſtra incipiunt. Eſt autem apud illos una & ſimplex circa caſtrametationes obſervatio; qua omni tempore ac loco utuntur. propterea viſum mihi opportunum jam eſſe, ut quantum ejus fieri verbis poterit, efficiam, quò audientes modum rationemque illorum cognoſcant, diſponendi copias in agmine ducendo, metandis caſtris & acie inſtruenda. Nam quis adeo alienus ſit ab iis quæ pulchra ſunt & honeſta, ut paullo accuratius animum iſtis nolit intendere? quæ ſi ſemel perceperit, rei inter alias

συγχωρουμένης προφάσεως τοῖς ἐξορκισθεῖσι, πλὴν ὀρνιθείας καὶ τῶν ἀδυνάτων. Ἀθροισθέντων δὲ καὶ τῶν συμμάχων ὁμοῦ τοῖς Ῥωμαίοις, τὴν μὲν οἰκονομίαν καὶ τὸν χειρισμὸν ποιοῦνται, τούτων αὐτῶν οἱ καθεσταμένοι μὲν ὑπὸ τῶν ὑπάτων ἄρχοντες, προσαγορευόμενοι δὲ Πραιφέκτοι, δώδεκα τὸν ἀριθμὸν ὄντες. οἳ πρῶτον μὲν τοῖς ὑπάτοις τοὺς ἐπιτηδειοτάτους πρὸς τὴν ἀληθινὴν χρείαν ἐκ πάντων τῶν παραγεγονότων συμμάχων ἱππεῖς καὶ πεζοὺς ἐκλέγουσι, τοὺς καλουμένους Ἐκτραορδιναρίους, ὃ μεθερμηνευόμενον, ἐπιλέκτους δηλοῖ. τὸ δὲ πλῆθος γίνεται τὸ πᾶν τῶν συμμάχων, τὸ μὲν τῶν πεζῶν, παρισὸν τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, ὡς τὸ πολύ· τὸ δὲ τῶν ἱππέων, τριπλάσιον. ἐκ δὲ τούτων λαμβάνουσι τῶν μὲν ἱππέων εἰς τοὺς ἐπιλέκτους, ἐπιεικῶς τὸ τρίτον μέρος· τῶν δὲ πεζῶν, τὸ πέμπτον. τοὺς δὲ λοιποὺς διεῖλον εἰς δύο μέρη, καὶ καλοῦσι τὸ μὲν δεξιὸν, τὸ δ᾽ εὐώνυμον κέρας. Τούτων δ᾽ εὐτρεπῶν γενομένων, παραλαβόντες οἱ χιλίαρχοι τοὺς Ῥωμαίους ὁμοῦ καὶ τοὺς συμμάχους, καταστρατοπεδεύουσιν· ἑνὸς ὑπάρχοντος παρ᾽ αὐτοῖς θεωρήματος ἁπλοῦ περὶ τὰς παρεμβολὰς, ᾧ χρῶνται πρὸς πάντα καιρὸν καὶ τόπον. Διὸ καὶ δοκεῖ μοι πρέπειν τῷ καιρῷ, τὸ πειραθῆναι καθόσον οἷόν τε τῷ λόγῳ τοὺς ἀκούοντας εἰς ἔννοιαν ἀγαγεῖν τοῦ περὶ τὰς πορείας καὶ στρατοπεδείας καὶ παρατάξεις χειρισμοῦ τῶν δυνάμεων. τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀπειροκάλως πρὸς τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα τῶν ἔργων, ὃς οὐκ ἂν βουληθείη μικρῷ ἐπιμελέστερον ἐπιστῆσαι περὶ τῶν τοιούτων, ὑπὲρ ὧν ἅπαξ ἀκούσας, ἐπι-

σήμων ἔσται πράγματος ἑνὸς τῶν ἀξίων λόγου καὶ γνώσεως;

25 Ἔστι δὲ τὸ γένος αὐτῶν τῆς στρατοπεδείας τοιόνδε. Τοῦ κριθέντος ἀεὶ τόπου πρὸς στρατοπεδείαν, τούτου τὸν ἐπιτηδειότατον εἰς σύνοψιν ἅμα καὶ παραγγελίαν, ἡ τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴ καταλαμβάνει. τεθείσης δὲ τῆς σημαίας, οὗ μέλλουσι πηγνύναι ταύτην, ἀπομετρεῖται πέριξ τῆς σημαίας τετράγωνος τόπος· ὥστε πάσας τὰς πλευρὰς ἑκατὸν ἀπέχειν πόδας τῆς σημαίας, τὸ δ' ἐμβαδὸν γίνεσθαι τετράπλεθρον. τούτου δὲ τοῦ σχήματος ἀεὶ παρὰ μίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευράν, ἥτις ἂν ἐπιτηδειοτάτη φανῇ πρός τε τὰς ὑδρείας καὶ προνομάς, παρεμβάλλεται τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα τὸν τρόπον τοῦτον. Ἐξ ὑπαρχόντων χιλιάρχων ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ κατὰ τὸν ἄρτι λόγον· δυεῖν δὲ στρατοπέδων ὄντων τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀεὶ μεθ' ἑκατέρου τῶν ὑπάτων· φανερὸν ὅτι δώδεκα χιλιάρχους ἀνάγκη συστρατεύειν ἑκατέρῳ τῶν ὑπάτων. τιθέασι δὴ τὰς τούτων σκηνὰς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἁπάσας, ἥ τις ἐστὶ παράλληλος τῇ τοῦ τετραγώνου προκριθείσῃ πλευρᾷ, πεντήκοντα δ' ἀπέχει πόδας ἀπ' αὐτῆς· ἵπποις ἅμα δ' ὑποζυγίοις καὶ τῇ λοιπῇ τῶν χιλιάρχων ἀποσκευῇ τόπος. αἱ δὲ σκηναὶ τοῦ προειρημένου σχήματος εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμέναι, γίνονται πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν· ἣν νοείσθω καὶ καλείσθω δὲ καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον. ἀφεστᾶσι δ' ἀλλήλων μὲν ἴσον αἱ τῶν χιλιάρχων σκηναί. τοσοῦτον δὲ τόπον, ὥστε παρ' ὅλον τὸ πλάτος ἀεὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων παρήκειν. Ἀπομετρηθέντων δὲ πάλιν ἑκατὸν ποδῶν εἰς τὸ

memorabilis ac dignæ notitia evadet peritus?

Eſt autem caſtrametatio Romanorum hujuſmodi. Quoties locus caſtris eſt captus, partem illius quæ ad proſpiciendum & dandum mandata fuerit commodiſſima, Prætorium occupat. Vexillo autem eo loci poſito ubi Prætorium ſunt fixuri, ſpatium quadratum circa ipſum vexillum ſic metiuntur, ut ab eo latera omnia centum diſtent pedes: ac jugerum quatuor fiat area. Ad unum ſemper figuræ hujus aſpectum ac latus, quod aquationibus pabulationibuſque opportuniſſimum viſum fuerit, Romanæ legiones iſto modo collocantur. Sunt in quaque legione Tribuni ſex, ut modò dicebamus: & quum binas uterque Conſulum legiones ſecum habeat: palàm eſt, duodecim in utriuſque exercitu Tribunos neceſſariò verſari. Statuunt igitur horum omnia tentoria ad lineam unam rectam; cujus omnes partes à quadrati illius latere quod electum fuerit, pari intervallo diſtant. abeſt autem ab eo pedes L: eſt ibi capiendis equis, jumentis & reliquis Tribunorum impedimentis locus. porrò tentoria locantur deſcriptæ jam figuræ averſa, extrorſum ſpectantia. eam intelligat lector univerſæ figuræ frontem eſſe; planeque ita ſemper à nobis vocabitur. Sejuncta ſunt invicem Tribunorum tabernacula pari intervallo: eoque tanto, ut per totam latitudinem Romanarum legionum porrigantur. Rurſus initâ menſurâ pedum centum frontem

tem verſus è regione omnium iſtorum tabernaculorum, ab ea linea quæ latitudinem hanc definit, & à dictis tentoriis æqualiter omni parte diſtat; inde, inquam, legiones locare incipiunt: quo in negotio ita ſe gerunt. Dictam lineam in duo ſecantes, lineæ ab eo puncto ad rectos angulos ductæ, equites legionis utriuſque adverſos inter ſe applicant: invicem disjunctos pedum quinquaginta intervallo: cujus medium ſectio illa obtinet. Eſt autem tabernaculorum in equite & pedite par ac ſimilis ratio. Efficitur namque univerſa & manipuli & turmarum figura ſive pedatura quadrata: eaque ad interjectas vias ſpectans, longitudinis quidem modum habet definitum juxta ipſam viam; eſt enim centum pedum: ut plurimum verò etiam ut profunditas ſive latitudo eandem menſuram habeat efficere conantur, præterquam in Sociis. quoties autem plenioribus legionibus utuntur, & longitudinis & latitudinis modum æqua proportione adaugent. Fit autem metatio hæc equitum oppoſita mediis Tribunorum tentoriis, ſimilis vico transverſa regione ducto ad modò dictam lineam rectam, & eum locum qui eſt ante tabernacula Tribunorum. Et eſt revera vicorum ſimilis hæc omnis ſpecies intercurrentium viarum: ut pote ſecundum quas ab utroque latere partim manipuli partim turmæ porrectas in longum ſuas metationes habeant. Cæterùm à tergo dictorum equitum, Triarios legionis utriuſque iis applicant; ſingulos nempe manipulos ſingulis turmis, figura ſimili. ita

πρόσθεν κατὰ πάσας τὰς σκηνάς, λοι-
πὸν ἀπὸ τοῦ τὸ πλάτος ὁριζούσης
εὐθείας, ἥ τις γίνεται παράλληλος
ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἀπὸ ταύ-
της ἄρχονται ποιεῖσθαι τὰς τῶν στρατοπέ-
δων παρεμβολάς, χειρίζοντες τὸν
τρόπον τοῦτον. Διχοτομήσαντες τὴν 26
προειρημένην εὐθεῖαν, ἀπὸ τούτου τοῦ
σημείου πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ, τοὺς
ἱππεῖς αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἑκατέρου τοῦ
στρατοπέδου παρεμβάλλουσι, πεντή-
κοντα διέχοντας πόδας ἀλλήλων, μέ-
σην ποιοῦντες τὴν τομὴν τοῦ διαστήμα-
τος. ἔστι δ' ἥ τε τῶν ἱππέων καὶ τῶν πε-
ζῶν σκηνοποιία παραπλήσιος· γί-
νεται γὰρ τὸ ὅλον σχῆμα καὶ τῆς σημαίας
καὶ τῶν οὐλαμῶν τετράγωνον. τοῦτο δὲ
βλέπει μὲν εἰς τὰς διόδους, ἔχει δὲ
τὸ μὲν μῆκος ὡρισμένον, τὸ παρὰ
τὴν δίοδον· ἔστι γὰρ ἑκατὸν ποδῶν·
ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ, καὶ τὸ βάθος ἴσον
πειρῶνται ποιεῖν, πλὴν τῶν συμμά-
χων. ὅταν δὲ τοῖς μείζοσι στρατοπέ-
δοις χρῶνται, τὸ κατὰ λόγον καὶ τοῦ
μήκους καὶ τοῦ βάθους προστιθέασι. γινο-
μένης δὲ τῆς τῶν ἱππέων παρεμβολῆς
κατὰ μέσας τὰς τῶν χιλιάρχων
σκηνάς, οἱονεὶ ῥύμης τινὸς ἐπικαρ-
σίου πρὸς τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν εὐ-
θεῖαν, καὶ τὸν πρὸ τῶν χιλιάρχων
τόπον· τῷ γὰρ ὄντι ῥύμαις παρα-
πλήσιον ἀποτελεῖται τὸ τῶν διόδων
σχῆμα πασῶν, ὡς ἂν ἐξ ἑκατέρου
τοῦ μέρους, αἷς μὲν ταγμάτων,
αἷς δ' οὐλαμῶν ἐπὶ τὸ μῆκος παρ-
εμβεβληκότων· πλὴν τοῖς προει- 27
ρημένοις ἱππεῦσιν κατόπιν τοὺς ἐξ
ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων Τρια-
ρίους κατ' οὐλαμὸν ἑκάστην σημαίαν
ἐν ὁμοίῳ σχήματι τιθέασι· συμψαυ-

ὄντων μὲν τῶν σχημάτων ἀλλήλοις, βλεπόντων δ' ἔμπαλιν πρὸς τὰς ἐναντίας τοῖς ἱππεῦσιν ἐπιφανείας, ἥμισυ ποιοῦντες τὸ βάθος τοῦ μήκους ἑκάστης σημαίας· τῷ καὶ κατὰ τὸ πλῆθος ἡμίσεις ὡς ἐπίπαν εἶναι τούτους τῶν ἄλλων μερῶν. διόπερ ἀνίσων ὄντων πολλάκις τῶν ἀνδρῶν, ἰσάζειν ἀεὶ συμβαίνει πάντα τὰ μέρη κατὰ τὸ μῆκος, διὰ τὴν τοῦ βάθους διαφοράν. Αὖθις δὲ πεντήκοντα πόδας ἀφ' ἑκατέρων τούτων ἀπολιπόντες, ἀντίους παρεμβάλλουσι τοῖς Τριαρίοις τοὺς Πρίγκιπας. νευόντων δὲ καὶ τούτων εἰς τὰ προειρημένα διαστήματα, δύο αὖται πάλιν ἀποτελοῦνται ῥῦμαι, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας λαμβάνουσαι, καὶ τὰς εἰσβολὰς ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσιν, ἐκ τοῦ πρὸ τῶν χιλιάρχων ἑκατομπέδου διαστήματος· λήγουσαι δὲ πρὸς τὴν κατάντικρυ τῶν χιλιάρχων πλευρὰν τοῦ χάρακος, ἣν ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα κατὰ πρόσωπον εἶναι τοῦ παντὸς σχήματος. μετὰ δὲ τοὺς Πρίγκιπας ὄπισθεν τούτων ὁμοίως ἔμπαλιν βλέποντας, συμψαύοντας δὲ τὰ σχήματα τιθέντες, τοὺς Ἀστάτους παρεμβάλλουσι. δέκα δὲ σημαίας ἐχόντων ἁπάντων τῶν μερῶν κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς διαίρεσιν, πάσας ἴσας συμβαίνει γίνεσθαι τὰς ῥύμας καὶ κατὰ τὸ μῆκος, καὶ τὰς ἀποτομὰς ἰσάζειν αὐτῶν τὰς πρὸς τῇ κατὰ τὸ πρόσωπον πλευρᾷ τοῦ χάρακος· πρὸς ἣν καὶ τὰς τελευταίας σημαίας ἐπιστρέφοντες στρατοπεδεύουσιν.
28 Ἀπὸ δὲ τῶν Ἀστάτων πεντήκοντα πάλιν διαλείποντες πόδας, τοὺς τῶν συμμάχων ἱππεῖς ἀντίους παρεμβάλλουσι τούτους, ποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας, καὶ λήγοντες ἐπὶ τὴν αὐτήν. ἔστι δὲ τὸ πλῆθος τῶν

ut tangentibus ſe mutuò pedaturis eò reſpiciant Triarii, unde equites ſunt averſi. latitudinem etiam cujuſque manipuli dimidiam longitudinis faciunt. quia & ipſi dimidio fere ſuperantur à cæteris partibus. qua ratione quum impar ſæpe ſit numerus virorum, ſemper tamen metationum longitudo eſt æqualis; propter latitudinis variationem. Rurſus autem intervallo pedum quinquaginta ab horum utriſque adverſos Triariis Principes interjiciunt. quibus ad illud quod commemoravimus intervallum vergentibus, duæ ecce rurſus fiunt ſtrigæ, principia atque aditus ab eâdem rectâ lineâ ſumentes cum equitibus: area nempe illa centum pedum, quæ ante Tribunorum eſt ſedem. deſinentes verò in latus ambientis caſtra valli, Tribunis adverſum, quod initio poſuimus univerſæ figuræ frontem eſſe. Proximè Principes, ac pone eos, interſerunt Haſtatos, retrorſus iterum ſpectantes, & pedaturis ſe invicem contingentibus. Quum autem in quaque legionis parte ſint manipuli decem, prout principio eam diviſimus, ſtrigæ omnes pari ſunt longitudine, & earum quoque extrema æqualiter pertinent ad latus quod eſt frons caſtrorum. quò etiam converſi poſtremi manipuli tendunt. Ab Haſtatis relicto iterum quinquaginta pedum intervallo, Sociorum equites locant adverſos: ab eadem cum ſuperioribus linea incipientes, in eadem recta deſinentes. Multitudo Sociorum, ut

jam ſupra dixi, peditum quidem par admodum eſt Romanis legionibus; detractis Extraordinariis jam facta minor: equitum dupla: quo etiam ex numero pars tertia in Extraordinarios eſt detracta. iccirco in caſtrametationum pedaturis inſtituendis, pro rata ad horum latitudinem adjiciendo, ut longitudine pares ſint Romanis legionibus efficere conantur. Ubi jam ſunt abſolutæ intercurrentes viæ (quinque omnino hæ ſunt) manipulos auxiliorum equitibus apponunt ab illis averſos, itidem ut antea: & latitudinem his ad portionem augent. ſpectant autem hi manipuli vallum verſus, & verſus latera ab utraque parte. In ſingulis autem manipulis prima hinc & inde tabernacula Centuriones occupant. Simul, dum eo quem indicavi modo, equites utrinque diſponunt, ſextam turmam à quinta ſpatio pedum quinquaginta ſeparant. idemque in peditum quoque manipulis obſervant: ita ut fiat hæc quoque tranſitio pervia per medias legiones: quę ratione quidem ſtrigarum tranſverſa regione ducitur: ratione vero tabernaculorum ubi tendunt Tribuni, lineam rectam facit æqualiter ab iis diſtantem. Hanc Romani quia ſecundum quintos ordines pergit, Quintanam nominant. Qui autem poſticæ parti tabernaculorum ubi tendunt Tribuni ſubjacet locus, & vacuo circa prętorium ſpatio utrinque adjacet, ejus unam partem occupat Forum; alteram Quæſtor & res exercitui neceſſariæ quæ illum ſequuntur. Ab extremo vero in utraque parte Tribunitio tentorio, à tergo quaſi inflexam

συμμάχων, ὡς ἐπάνω προεῖπα, τὸ μὲν τῶν πεζῶν πάρισον τοῖς Ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, λεῖπον τοῖς ἐπιλέκτοις· τὸ δὲ τῶν ἱππέων διπλάσιον· ἀφῃρημένου καὶ τούτων τοῦ τρίτου μέρους εἰς τοὺς ἐπιλέκτους. διὸ καὶ τὸ βάθος αὔξοντες τούτοις πρὸς λόγον ἐν τοῖς στρατοπεδευτικοῖς σχήμασι, πειρῶνται κατὰ τὸ μῆκος ἐξισοῦν τοῖς τῶν Ῥωμαίων στρατοπέδοις. Ἀπετελεσθεισῶν δὲ τῶν ἁπασῶν πέντε διόδων, αὖθις εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμένας ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσι τιθέασι τὰς τῶν συμμαχικῶν πεζῶν σημαίας, αὔξοντες τὸ βάθος πρὸς λόγον, βλεπούσας δὲ πρὸς τὸν χάρακα, καὶ πρὸς τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας ἑκατέρας. καθ' ἑκάστην δὲ σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ' ἑκατέρου τοῦ μέρους σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσιν. ἅμα δὲ τὸν προειρημένον τρόπον παρεμβάλλοντες καθ' ἕκαστον μέρος τὸν ἕκτον οὐλαμὸν, ἀπὸ τοῦ πέμπτου πεντήκοντα πόδας ἀφιστᾶσι. παραπλησίως δὲ καὶ τὰς τῶν πεζῶν τάξεις· ὥστε γίγνεσθαι καὶ ταύτην ἄλλην διὰ μέσων τῶν στρατοπέδων δίοδον, ἐπικάρσιον μὲν πρὸς τὰς ῥύμας, παράλληλον δὲ ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἣν καλοῦσι πέμπτην, διὰ τὸ παρὰ τὰ πέμπτα τάγματα παρήκειν. Ὁ δ' ὑπὸ τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς ὄπισθεν τόπος ὑποπεπτωκὼς, ἐξ ἑκατέρου δὲ τοῦ μέρους τοῦ τῆς στρατηγοῦ παραστάσεως παρακείμενος, ὁ μὲν εἰς ἀγορὰν γίνεται τόπος, ὁ δ' ἕτερος τῷ τε ταμιείῳ, καὶ ταῖς ἅμα τούτῳ χορηγίαις. ἀπὸ δὲ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τελευταίας τῶν χιλιάρχων σκηνῆς, κατόπιν οἷον ἐπικάμ-

πον ἔχοντες τάξιν πρὸς τὰς σκηνάς, οἱ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ἀπόλεκτοι, καί τινες τῶν ἐθελοντηδὸν στρατευομένων τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι. πάντες οὗτοι στρατοπεδεύουσι παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων τοῦ χάρακος ἐπιφανείας· βλέποντες οἱ μὲν ἐπὶ τὰς τοῦ ταμιείου παρασκευάς, οἱ δ' ἐκ θατέρου μέρους εἰς τὴν ἀγοράν. ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνει τούτοις, μὴ μόνον στρατοπεδεύειν σύνεγγυς τῶν ὑπάτων, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς πορείας, καὶ κατὰ τὰς ἄλλας χρείας περὶ τὸν ὕπατον καὶ τὸν ταμίαν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τὴν ὅλην διατριβήν.

29 ἀντίκεινται δὲ τούτοις ἐπὶ τὸν χάρακα βλέποντες οἱ τὰς παραπλησίους χρείας παρεχόμενοι πεζοὶ τοῖς προειρημένοις ἱππεῦσιν. Ἑξῆς δὲ τούτοις ὁδὸς ἀπολείπεται πλάτος ποδῶν ἑκατόν, παράλληλος μὲν ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς· ἐπὶ θάτερα δὲ τῆς ἀγορᾶς, καὶ τοῦ στρατηγίου, καὶ τοῦ ταμιείου παρατείνουσα, παρὰ πάντα τὰ προειρημένα μέρη τοῦ χάρακος. παρὰ δὲ τὴν ἀνωτέρω πλευρὰν ταύτης, οἱ τῶν συμμάχων ἱππεῖς ἐπίλεκτοι στρατοπεδεύουσι, βλέποντες ἐπὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ στρατήγιον, καὶ τὸ ταμιεῖον. κατὰ μέσον δὲ τὴν τούτων τῶν ἱππέων παρεμβολήν, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ στρατηγίου ἐπιφάνειαν, δίοδος ἀπολείπεται πεντήκοντα ποδῶν· φέρουσα μὲν ἐπὶ τὴν ὄπισθεν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας, τῇ δὲ θέσει πρὸς ὀρθὰς κειμένη τῇ προειρημένῃ πλατείᾳ. τοῖς δ' ἱππεῦσι τούτοις ἀντίστοιχοι τίθενται πάλιν οἱ τῶν συμμάχων ἐπίλεκτοι πεζοί, βλέποντες πρὸς τὸν χάρακα, καὶ τὴν ὄπισθεν ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης στρατοπεδείας. Τὸ δ' ἀπολειπόμενον ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τούτων κένωμα παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλα-

efficientes cum ipſis tabernaculis figuram, metantur Selecti ex equitibus Extraordinariis, & eorum nonnulli qui ultro in gratiam Conſulis militant. omnes hi ſecundum latera caſtrorum locati, ſpectant partim Queſtorii apparatus, partim qui his ſunt oppoſiti, Forum. Ac fere ſolent iſti non metari tantùm prope Conſulem: verùm etiam quoties agmen ducitur, aut aliud quod eorum fit quę uſus poſtulat, Conſulem & Quæſtorem obſervare, & circa eos continenter agere. Opponuntur his ſpectantes vallum verſus pedites, qui ſimilia modo dictis equitibus miniſteria obeunt. Secundum iſtos via relinquitur pedes centum lata: quæ è regione tabernaculorum tribunitiorum directa, & à parte altera Fori, Prętorii ac Quæſtorii, omnibus his locis prætenta ad vallum uſque porrigitur. Ad ſuperius viæ hujuſce latus extraordinarii Sociorum equites caſtrametantur; Forum ſimul & Prętorium ac Quæſtorium è regione habentes. horum prætenturæ circa medium, & ex adverſo ejus loci quem occupat Prætorium via relinquitur pedum L. quæ ad poſticum latus caſtrorum ferens ſitus ſui ratione latæ quam diximus viæ ad angulos rectos incumbit. Rurſus pone equites iſtos locantur auxiliorum pedites Extraordinarii, vallum & univerſorum caſtrorum averſa reſpicientes. Quod reſtat vacui ſpatii ad latera hinc & inde extraneis attribuitur, & ſociis ſi qui

forte

forte propter aliquam occaſionem advenerint. Hæc quum ita ſe habeant, univerſa quidem caſtrorum forma eſt quadrata æquilatera: at ſtrigarum in iis directiones & reliqua partium diſpoſitio ſpeciem urbi ſimilem præbet. Porrò vallum inter ac tabernacula ſpatium quaquaverſum pedum ducentorum interjiciunt. & eſt illis hic inanis locus ad res multas easque eximias magno uſui. Nam & ut induci educique ritu ac commode legiones queant præſtat id ſpatium: quippe omnes ex adverſo ſuæ quiſque ſtrigæ in locum hunc inanem ſe effundunt: neque in eandem viam concurſu facto omnium, ſeſe invicem evertunt ac conculcant. ad hæc, prædam, ſive pecudum quæ è vicinis locis ſubinde abiguntur, ſive illam quæ hoſtibus adimitur, horſum cogunt & per noctes tuentur. Maximum verò eſt quòd in nocturnis invaſionibus neque ignis neque telum ad eos pertingit, niſi perquam rariſſime: & id quoque fere ſine ullo damno; cum propter intervalli longitudinem, tum propter circumpoſita tentoria. Quum igitur data exploratаque ſit quà peditum quà equitum multitudo in ſingulis legionibus, ſive quatuor millium, ſive quinque eas facere voluerint: poſita etiam profunditatis, longitudinis & latitudinis indicia: hoc amplius intervalla arctiorum & latiorum viarum, pariterque alia hoc genus omnia quum data ſint; facile erit cupientibus magnitudinem ſpatii totius, atque adeo caſtrorum univerſum ambitum, ſi-

γίων παρεμβολὰς δίδοται τοῖς ἀλλοφύλοις, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ καιροῦ προσγινομένοις συμμάχοις. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα γίνεται τῆς στρατοπεδείας τετράγωνον ἰσόπλευρον· τὰ δὲ κατὰ μέρος ἤδη τῆς τε ῥυμοτομίας ἐν αὐτῇ, καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας, πόλει παραπλησίαν ἔχει τὴν διάθεσιν. Τὸν δὲ χάρακα τῶν σκηνῶν ἀφιστᾶσι κατὰ πάσας τὰς ἐπιφανείας διακοσίους πόδας. οὗτο δὲ τὸ κένωμα, πολλὰς καὶ δοκίμους αὐτοῖς παρέχεται χρείας. πρός τε γὰρ τὰς εἰσαγωγὰς, καὶ τὰς ἐξαγωγὰς τῶν στρατοπέδων εὐφυῶς ἔχει· ἕκαστοι γὰρ κατὰ τὰς ἑαυτῶν ῥύμας εἰς τοῦτο τὸ κένωμα ποιοῦνται τὴν ἔξοδον, ἀλλ' οὐκ εἰς μίαν συμπίπτοντες ἀνατρέπουσι καὶ συμπατοῦσιν ἀλλήλους· τάς τε τῶν παραγομένων θρεμμάτων, καὶ τὰς ἐκ τῶν πολεμίων λείας εἰς τοῦτο παράγοντες ἀσφαλῶς τηροῦσι τὰς νύκτας. τὸ δὲ μέγιστον, ἐν ταῖς ἐπιθέσεσι ταῖς νυκτεριναῖς, οὔτε πῦρ οὔτε βέλος ἐξικνεῖται πρὸς αὐτοὺς, πλὴν τελείως ὀλίγων. γίνεται δὲ καὶ ταῦτα σχεδὸν ἀβλαβῆ, διά τε τὸ μέγεθος τῆς ἀποστάσεως, καὶ διὰ τὴν τῶν σκηνῶν περίστασιν. Δεδομένου δὲ τοῦ πλήθους, καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων, καθ' ἑκατέραν τὴν πρόθεσιν, ἄν τε τετρακισχιλίους, ἄν τε πεντακισχιλίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον ποιῶσι· παραπλησίως δὲ καὶ τῶν σημείων τοῦ τε βάθους καὶ τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλάτους δεδομένου· πρὸς δὲ τούτοις τῶν κατὰ τὰς διόδους καὶ πλατείας διαστημάτων· ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων δεδομένων· συμβαίνει τοῖς βουλομένοις συνεφιστάνειν καὶ τοῦ χωρίου τὸ μέγεθος, καὶ τὸν ὅλον περί-

μέτρον τῆς παρεμβολῆς. Ἐὰν δέ ποτε πλεονάζῃ τὸ τῶν συμμάχων πλῆθος, ἢ τῶν ἐξ ἀρχῆς συστρατευομένων, ἢ τῶν ἐκ τοῦ καιροῦ προσγινομένων· τοῖς μὲν ἐκ τοῦ καιροῦ, πρὸς τοῖς προειρημένοις καὶ τοὺς παρὰ τὸ στρατήγιον ἀναπληροῦσι τόπους· τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ ταμιεῖον, συναγαγόντες εἰς αὐτὸν τὸν κατεπείγοντα πρὸς τὴν χρείαν τόπον. τοῖς δ᾽ ἐξ ἀρχῆς συνεκπορευομένοις, ἐὰν ᾖ πλῆθος ἱκανώτερον, ῥύμην μίαν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας προστιθέασι. Πάντων δὲ τῶν τεττάρων στρατοπέδων, καὶ τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων εἰς ἕνα χάρακα συναθροισθέντων· οὐδὲν ἕτερον δεῖ νοεῖν, πλὴν δύο στρατείας κατὰ τὸν ἄρτι λόγον παρεμβεβληκυίας ἀντεστραμμένας αὑταῖς συνηρμόσθαι, συναπτούσας κατὰ τὰς τῶν ἐπιλέκτων ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβολάς. οὓς ἐποιοῦμεν εἰς τὴν ὀπίσω βλέποντας ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης παρεμβολῆς. ὅτε δὴ συμβαίνει γίνεσθαι τὸ μὲν σχῆμα παραμῆκες, τὸ δὲ χωρίον διπλάσιον τοῦ πρόσθεν, τὴν δὲ περίμετρον ἡμιόλιον. ὅταν μὲν οὖν συμβαίνῃ τοὺς ὑπάτους ἀμφοτέρους ὁμοῦ στρατοπεδεύειν, οὕτως ἀεὶ χρῶνται τῇ στρατοπεδείᾳ. ὅταν δὲ χωρίς, τὰ ἄλλα μὲν ὡσαύτως, τὴν δ᾽ ἀγορὰν, καὶ τὸ ταμιεῖον, καὶ τὸ στρατήγιον, μέσον

31 τιθέασι τῶν δυεῖν στρατοπέδων. Μετὰ δὲ τὴν στρατοπεδείαν συναθροισθέντες οἱ χιλίαρχοι, τοὺς ἐκ τοῦ στρατοπέδου πάντας ἐλευθέρους ὁμοῦ καὶ δούλους ὁρκίζουσι, καθ᾽ ἕνα ποιούμενοι τὸν ὁρκισμόν. ὁ δ᾽ ὅρκος ἐστὶν ΜΗΔΕΝ ΕΚ ΤΗΣ ΠΑΡΕΜΒΟΛΗΣ ΚΛΕΨΕΙΝ· ΑΛΛΑ

mul intelligere. Quòd ſi major aliquando Sociorum adſit copia, qui vel ab initio expeditionis comites fuerint, vel pro tempore poſtea advenerint: iſtis quidem quos occaſio adduxit, præter jam dicta, etiam vacua circa Prætorium loca complent: Forum & Quæſtorium in eundem, quem potiſſimum præſens utilitas ſuggeſſerit, conferentes locum. Iis verò qui ab initio comitantur, locandis, ſi major eorum ſit numerus, ſtrigam unam ab utraque parte Romanarum legionum, ad ſuperiorem metaturam, in lateribus caſtrorum apponunt. At ſi quatuor legiones & Conſules ambo intra unum vallum fuerint congregati; aliud nihil fingere animo debes, niſi duos exercitus expoſito jam modo locatos, cohærere inter ſe, invicem ſibi obverſos, contingentes ſeſe qua parte utriuſque exercitus Extraordinarii, quos ſtatuebamus tergum univerſorum caſtrorum ſpectare, metantur. cum quidem uſuvenit, ut figura ſit oblonga, ſpatium prioris duplum, circuitus ſeſquialter. Ac quoties quidem Coss. ambo juncta habent caſtra, ſemper hoc modo illa diſponuntur: quoties verò ſeparata; cætera quidem ut dictum eſt antea locant; Forum verò, Quæſtorium & Prętorium in medio conſtituunt utriuſque exercitus. Peracta metatione caſtrorum, conveniunt in unum Tribuni, & ab omnibus qui in legione quaque ſunt liberi aut ſervi, jusjurandum exigunt, viritim ſingulis jurantibus. Eſt illud hujuſmodi: NIHIL E CASTRIS SE FURATURUM: VERUM

ETSI QUID FORTE ALIQUIS INVENERIT, AD TRIBUNOS RELATURUM. Secundum hæc manipulos Principum & Haſtatorum cujuſque legionis ordinant: duos ad curam loci ante Tribunorum tentoria. in hac namque lata via plerique Romanorum dies totos verſantur: propterea ut aſpergatur ac ſcopis mundetur diligenter, curam ſemper adhibent. è reliquis octodecim manipulis ternos ſinguli Tribuni ſortiuntur: tot enim ſunt in unaquaque legione ex ſuperiore noſtra tributione, Haſtatorum ac Principum manipuli: Tribuni autem militum ſex. Trium autem horum manipulorum quiſque ſuam vicem Tribuno hujuſmodi præſtant miniſterium. Ubi caſtris locus eſt captus, hi ſunt qui tentorium ſtatuere, & locum circa pavire ac complanare ſolent. & ſi quid ad utenſilium cuſtodiam fuerit ſepto claudendum, id quoque iſtis curæ. præſtant & binas excubias. harum ſingulas quaterni viri obeunt: quorum pars ante tabernacula, pars à tergo juxta equos ponitur in cuſtodia. Quum autem quiſque Tribunorum tres habeat manipulos, & in quoque eorum milites ſupra centum, præter Triarios & Velites, qui non miniſtrant, haut grave illis hoc munus eſt; quarto demum die vice ſua ad ſingulos manipulos redeunte: at Tribunorum tum commoditati ad ea quæ ſunt neceſſaria hac ratione conſulitur; tum etiam honori, ad dignitatem atque auctoritatem eis conciliandam. Triariorum verò manipuli à miniſtrando Tribunis ſunt liberi:

ΚΑΝ ΕΥΡῌ ΤΙΣ, ΤΟΥΤ' ΑΝΟΙΣΕΙΝ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΧΙΛΙΑΡΧΟΥΣ. Ἑξῆς δὲ τούτοις διέταξαν τὰς σημαίας ἐξ ἑκάστου στρατοπέδου τῶν Πριγκίπων, καὶ τῶν Ἁστάτων· δύο μὲν εἰς τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ τόπου τοῦ πρὸ τῶν χιλιάρχων. τὸ γὰρ διατρίβειν ἐν ταῖς καθημερίαις οἱ πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων ἐν ταύτῃ ποιοῦνται τῇ πλατείᾳ· διόπερ ἀεὶ σπουδάζουσι περὶ ταύτης, ὡς ῥαίνηται καὶ καλλύνηται σφίσιν ἐπιμελῶς. τῶν δὲ λοιπῶν ὀκτωκαίδεκα, τρεῖς ἕκαστος τῶν χιλιάρχων διαλαγχάνει. τοσαῦται γάρ εἰσι τῶν Ἁστάτων καὶ Πριγκίπων ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ σημαῖαι, κατὰ τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν διαίρεσιν· χιλίαρχοι δὲ ἕξ. τῶν δὲ τριῶν σημαιῶν ἀνὰ μέρος ἑκάστη ἑκάστῳ τῶν χιλιάρχων λειτουργεῖ λειτουργίαν τοιαύτην. ἐπειδὰν καταστρατοπεδεύσωσι, τὴν σκηνὴν ἱστᾶσιν οὗτοι, καὶ τὸν περὶ τὴν σκηνὴν τόπον ἐδαφίζουσι. κἄν τι περιφράξαι δέῃ τῶν σκευῶν ἀσφαλείας χάριν, οὗτοι φροντίζουσι. διδόασι δὲ καὶ φυλακεῖα δύο. τὸ δὲ φυλακεῖόν ἐστι ἐκ τεττάρων ἀνδρῶν, ὧν οἱ μὲν πρὸ τῆς σκηνῆς, οἱ δὲ κατόπιν παρὰ τοὺς ἵππους ποιοῦνται τὴν φυλακήν. οὐσῶν δὲ σημαιῶν ἑκάστῳ χιλιάρχῳ τριῶν, ἐν ἑκάστῃ δὲ τούτων ἀνδρῶν ὑπαρχόντων ὑπὲρ τοὺς ἑκατὸν, χωρὶς τῶν Τριαρίων καὶ γροσφομάχων (οὗτοι γὰρ οὐ λειτουργοῦσι) τὸ μὲν ἔργον γίνεται κοῦφον, διὰ τὸ παρὰ τετάρτην ἡμέραν ἑκάστῃ σημαίᾳ καθήκειν τὴν λειτουργίαν. τοῖς δὲ χιλιάρχοις ἅμα μὲν τὸ τῆς εὐχρηστίας ἀναγκαῖον, ἅμα δὲ τὸ τῆς τιμῆς, διὰ τῶν προειρημένων ἀποτελεῖται σεμνὸν καὶ προστατικόν· αἱ δὲ τῶν Τριαρίων σημαῖαι, τῆς μὲν τῶν χιλιάρχων παραλύονται λειτουργίας·

εἰς δὲ τοὺς τῶν ἱππέων οὐλαμοὺς ἑκάστη σημαία καθ' ἡμέραν δίδωσι φυλάκειον, ἀεὶ τῷ γειτνιῶντι κατόπιν τῶν οὐλαμῶν, οἵ τινες τηροῦσι μὲν καὶ τἆλλα, μάλιστα δὲ τοὺς ἵππους· ἵνα μήτ' ἐμπλεκόμενοι τοῖς δεσμοῖς, βλάπτωνται πρὸς τὰς χρείας· μήτε λυόμενοι καὶ προσπίπτοντες ἄλλοις ἵπποις ταραχὰς καὶ θορύβους ἐμποιῶσι τῷ στρατοπέδῳ. μία δ' ἐξ ἁπασῶν καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρακοιτεῖ· ἥτις ἅμα μὲν ἀσφάλειαν παρασκευάζει τῷ στρατηγῷ πρὸς τὰς ἐπιβουλάς, ἅμα
33 δὲ κατακοσμεῖ τὸ πρόσχημα τῆς ἀρχῆς. Τῆς δὲ ταφρείας καὶ χαρακοποιίας, δύο μὲν ἐπιβάλλουσι πλευραὶ τοῖς συμμάχοις, παρ' ἃς καὶ στρατοπεδεύει τὸ κέρας αὐτῶν ἑκάτερον· δύο δὲ τοῖς Ῥωμαίοις, ἑκατέρῳ τῷ στρατοπέδῳ μία. Διαιρεθείσης δὲ τῆς πλευρᾶς ἑκάστης κατὰ σημαίαν, τὴν μὲν κατὰ μέρος ἐπιμέλειαν οἱ ταξίαρχοι ποιοῦνται παρεστῶτες· τὴν δὲ καθόλου δοκιμασίαν τῆς πλευρᾶς, δύο τῶν χιλιάρχων. ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν τὴν κατὰ τὸ στρατόπεδον ἐπιμέλειαν οὗτοι ποιοῦνται· κατὰ δύο γὰρ σφᾶς αὐτοὺς διελόντες ἀνὰ μέρος τῶν ἑκμήνου τὸ δίμηνον ἄρχουσι, καὶ πάσης οἱ λαχόντες τῆς ἐν τοῖς ὑπαίθροις προΐστανται χρείας. ὁ δ' αὐτὸς τρόπος τῆς ἀρχῆς ἐστι καὶ τῶν Πραιφέκτων περὶ τοὺς συμμάχους. Οἱ δ' ἱππεῖς καὶ ταξίαρχοι, πάντες ἅμα τῷ φωτὶ παραγίνονται πρὸς τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνάς· οἱ δὲ χιλίαρχοι πρὸς τὸν ὕπατον· κἀκεῖνος μὲν τὸ κατεπεῖγον ἀεὶ παραγγέλλει τοῖς χιλιάρχοις, οἱ δὲ χιλίαρχοι τοῖς ἱππεῦσι καὶ ταξιάρχοις· οὗτοι δὲ τοῖς πολλοῖς, ὅταν ἑκάστων ὁ καιρὸς ᾖ. Τὴν δὲ τοῦ νυκτερινοῦ συνθήματος παράδοσιν ἀσφαλί-

ſed eorum ſinguli turmis equitum quotidie quaternos milites præbent, ad excubandum ei turmæ quæ à tergo proximè aſſidet. Hi cùm alia cuſtodiunt, tum equos maximè: ne aut vinculis impliciti fiant inutiles, aut ſoluti in alios equos incidant, & trepidationem ac tumultum in exercitu faciant. Unus porro è cunctis manipulis, ſuam quiſque vicem Imperatori excubat; qui & tutum ab inſidiis eum præſtat, & imperii majeſtatem ſimul ornat. Porrò in prædueenda foſſa & ſtruendo vallo, duo Sociis latera incumbunt, ad quæ ipſorum utraque ala metatur: duo reliqua Romanis; utrique legioni unum. Diviſo autem per manipulos unoquoque latere, quum per partes curent Centuriones, ipſi inſtantes operi: lateris univerſi probatio ad duos è Tribunis pertinet. Similiter & cæteram caſtrorum curam hi ſuſtinent. in binos enim dividentes ſeſe, mutua vice ſemeſtris ſpatii menſes duos imperant: ac quibus ſors evenit, ii omnibus quæ in caſtris geruntur, præſunt. Eadem eſt imperandi ratio & Præfectorum inter Socios. Ad Tribunorum tabernacula luce orta equites præſto ſunt, & ductores ordinum: Tribuni ſtatim ad Conſulem. hic quæ uſus poſtulat Tribunis mandat; Tribuni equitibus & Centurionibus: iſti militibus, ubi ſuum quæque res tempus eſt nacta. In nocturnæ teſſeræ traditione ne quid pec-

cetur,

cetur, hoc cavent modo. In unoquoque genere equitum peditumque, milites decimi ſigni in extremis partibus ſtrigarum metantur. è ſingulis iſtis decimis ordinibus unum inter omnes eligunt, quem ab excubandi munere liberant. Hic quotidie circa Solis occaſum ad Tribuni tentorium venit, & teſſera accepta (ea eſt, latior tabella inſcripta) revertitur: qui ut ad ſignum ſuum eſt reverſus, paruulum id lignum ac ſimul teſſeram adhibitis teſtibus proximi ordinis ductori tradit: ille ſimiliter, ſequentis Centurioni: atque idem omnes deinceps faciunt: donec ad primos ordines qui prope Tribunos tendunt, ſignum perveniat. hos oportet tabellam ad Tribunos referre dum adhuc lucet. Tribunus ſi omnes fuerint relatæ quas dederat; cognoſcit teſſeram ad omnes, & per omnes ad ſe veniſſe. ſin deſit aliqua, è veſtigio qui factum ſit hoc, inquirit: notum habens ex inſcriptione, cujus partis tabella non ſit allata. atque is per quem ſtetiſſe invenitur, mulcta condigna afficitur. Quod ad vigilias nocturnas, eæ adminiſtrantur à Romanis hoc modo. Imperatorem & Prætorium ejus cuſtodit manipulus ante fores ſolitus excubare. Tribunorum tabernacula & equitum turmas, qui ad id ſunt deſignati è ſingulis manipulis, ut ante diximus. Similiter etiam ad quemque ordinem excubias è ſuo numero omnes locant. reliquas Imperator ipſe diſponit.

ζονται τὸν τρόπον τοῦτον· καθ' ἕκαστον γένος καὶ τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν, οἱ ἐκ τῆς δεκάτης σημαίας ἐν τοῖς τελευταίοις μέρεσι στρατοπεδεύουσι κατὰ τὰς ῥύμας. ἐκ τούτων εἷς ἑκάστης ἀνὴρ λαμβάνεται κατ' ἐκλογὴν, ὃς τὸ μὲν κατὰ τὰς φυλακὰς λειτουργιῶν ἀπολύεται· παραγίνεται δὲ καθ' ἡμέραν δύοντος ἡλίου πρὸς τὴν τοῦ χιλιάρχου σκηνὴν, καὶ λαβὼν τὸ σύνθημα (τοῦτο δ' ἐστὶ πλατεῖον ἐπιγεγραμμένον) ἀπαλλάττεται πάλιν. ἀναχωρήσας δ' ἐπὶ τὴν αὑτοῦ σημαίαν, τότε ξυλήφιον παρέδωκε, καὶ τὸ σύνθημα μετὰ μαρτύρων τῷ τῆς ἐχομένης σημαίας ἡγεμόνι· παραπλησίως δὲ πάλιν οὗτος τῷ τῆς ἐχομένης· τὸ δ' ὅμοιον ἑξῆς ποιοῦσι πάντες, ἕως ἂν ἐπὶ τὰς πρώτας καὶ συνεγγὺς τοῖς χιλιάρχοις στρατοπεδευούσας σημαίας ἐξικνῆται. τούτους δὲ δεῖ τὸ πλατεῖον ἔτι φωτὸς ὄντος ἀναφέρειν πρὸς τοὺς χιλιάρχους. κἂν μὲν ἀνενεχθῇ πάντα τὰ δοθέντα, γινώσκει, διότι δέδοται τὸ σύνθημα πᾶσι, καὶ διὰ πάντων εἰς αὐτὸν ἥκει. ἐὰν δ' ἐλλείπῃ τι, παραχρῆμα ζητεῖ τὸ γεγονὸς, εἰδὼς ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς ἐκ ποίου μέρους οὐχ ἥκει τὸ πλατεῖον. οὗ δ' ἂν εὑρεθῇ τὸ κώλυμα, τυγχάνει τῆς καθηκούσης ζημίας. Τὰ δὲ 33
περὶ τὰς νυκτερινὰς φυλακὰς οὕτως οἰκονομεῖται παρ' αὐτοῖς. τὸν μὲν στρατηγὸν, καὶ τὴν τούτου σκηνὴν ἡ παρακοιτοῦσα σημαία φυλάττει. τοὺς δὲ τῶν χιλιάρχων καὶ τοὺς τῶν ἱππέων οὐλαμοὺς, οἱ διατεταγμένοι, κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, ἐξ ἑκάστης σημαίας. Ὁμοίως δὲ καὶ παρ' ἕκαστον τάγμα πάντες ἐξ ἑαυτῶν τιθέασι φυλακήν· τὰς δὲ λοιπὰς ὁ στρατηγὸς ἀποτάττει.

γίνονται

καθίστανται δὲ ὡς ἐπίπαν τρεῖς φυλακαὶ περὶ τὸ ταμιεῖον, καὶ παρ' ἕκαστον τῶν πρεσβευτῶν, καὶ συμβούλων δύο. τὰς δ' ἐκτὸς ἐπιφανείας οἱ γροσφομάχοι πληροῦσι, παρ' ὅλον καθ' ἡμέραν τὸν χάρακα παραφυλάττοντες. Αὕτη γὰρ ἐπιτέτακται τούτοις ἡ λειτουργία. ἐπὶ δὲ τῶν εἰσόδων ἀνὰ δέκα ποιοῦνται τούτων αὐτῶν τὰς προκοιτείας. τῶν δ' εἰς τὰς φυλακὰς ἀποδεχθέντων ἀφ' ἑκάστου φυλακείου, τὸν τὴν πρώτην μέλλοντα τηρεῖν, εἷς ἐξ ἑκάστης σημαίας οὐραγὸς ἄγει πρὸς τὸν χιλίαρχον ἑσπέρας. ὁ δὲ δίδωσι τούτοις πᾶσι ξυλήφια κατὰ φυλακὴν, βραχέα τελέως ἔχοντα χαρακτῆρα. λαβόντες δ' οὗτοι μὲν ἐπὶ τοὺς ἀποδεδειγμένους ἀπαλλάττονται τόπους. Ἡ δὲ τῆς ἐφοδείας πίστις, εἰς τοὺς ἱππεῖς ἀνατίθεται. Δεῖ γὰρ τὸν πρῶτον ἰλάρχην καθ' ἕκαστον στρατόπεδον ἑνὶ τῶν οὐραγῶν τῶν αὑτοῦ παραγγεῖλαι πρωῒ παράγγελμα τοιοῦτον· ἵνα τέτταρσιν οὗτος ἐμφανίσῃ νεανίσκοις τῶν ἐκ τῆς ἰδίας ἴλης πρὸ ἀρίστου τοῖς μέλλουσιν ἐφοδεύειν. μετὰ δὲ ταῦτα τῷ τῆς ἐχομένης ἴλης ἡγεμόνι δεῖ τὸν αὐτὸν ἀφ' ἑσπέρας παραγγεῖλαι, διότι τούτῳ καθήκει τὰ περὶ τῆς ἐφοδείας φροντίζειν εἰς τὴν αὔριον. τοῦτον δ' ἀκούσαντα, παραπλησίως ταὐτὰ δεῖ ποιεῖν τοῖς προειρημένοις εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ἑξῆς. οἱ δὲ προκριθέντες ὑπὸ τῶν οὐραγῶν, ἐκ τῆς πρώτης ἴλης τέτταρες, ἐπειδὰν διαλάχωσι τὰς φυλακὰς, πορεύονται πρὸς τὸν χιλίαρχον, καὶ γραφὴν λαμβάνουσι, τίνας καὶ πόσας ἐφοδεῦσαι δεῖ φυλακάς· μετὰ δὲ ταῦτα παρακοιτοῦσιν

fere autem ad Quæſtoris tutelam ternæ excubiæ conſtituuntur: ad Legatorum, qui concilium participant, binæ. at laterum exteriorum cuſtodiam velites agunt, qui propter vallum totum de die in excubiis manent. Hoc enim muneris eſt illis impoſitum. hi ad uniuſcujuſque portæ ac lateris cuſtodiam de ſuo numero denas collocant excubias. E ſingulis autem quaternionibus eorum qui ad cuſtodias ſunt deſtinati, ille qui primus in ſtatione eſt futurus, ad Tribunum veſpere deducitur ab agminis coactore cujuſque ſigni. Tribunus omnibus his pro ſingulis excubiis parvulas è ligno teſſellas tradit oppidò exiguas, quę nota quadam ſunt inſignitæ. illi his acceptis ad deſignatas quiſque ſtationes concedunt. At circuitionis fides curæ equitum demandatur. Oportet enim ut qui primi ſunt in quaque legione Turmarum præfecti, uni è ſuis coactoribus agminis mane hujuſmodi dent præceptum: ac juvenibus quatuor ſuæ turmæ ante prandium edicat, ipſos eſſe qui circumire debeant. deinde præfecto turmæ ſecundæ ſignificare idem tenetur ſub veſperam, pertinere ad ipſum circuitionis munus in diem ſequentem. Hunc quoque ſimiliter, ubi præceptum accepit, eadem facere cum jam dictis in proximum diem oportet; & ita alios quoque deinceps. Quatuor autem illi quos è prima turma agminis coactores elegerunt, vigilias inter ſe ſortiti, Tribunum adeunt, & ſcriptum ab eo accipiunt, quæ loca & quot vigilias obire oporteat: deinde ad primum mani-

manipulum Triariorum excubias agunt illi quatuor: quoniam ejus Centurioni cura incumbit ad quamque vigiliam buccina ſignum dandi. Ubi tempus venit, primam vigiliam circuit qui eam fuerit ſortitus, teſtes ſecum habens, ex amicis nonnullos. obit autem hic dictas ſtationes non circa vallum dumtaxat & portas, verumetiam circa manipulos omnes ac turmas. qui ſi primæ vigiliæ cuſtodes offenderit vigilantes, tenve illud lignum ab iis accipit. at ſi aliquis dormiens fuerit inventus, aut qui ſtationem deſerverit, atteſtatus eos qui adſunt, abit. conſimile fit & ab iis qui ſequentes vigilias luſtrant. Dandi autem ſigni buccina vigiliis ſingulis, quò circuitoribus cum vigilibus conveniat, curam gerunt ſuo quiſque die Centuriones primi manipuli Triariorum, ex utraque legione. Prima dein luce ſinguli qui perluſtraverunt vigilias ad Tribunum teſſeras deferunt: quæ ſi tot inveniantur quot fuerant datæ, inculpati diſcedunt: ſin pauciores aliquis referat quàm pro numero excubiarum, ex impreſſa nota de eo excubitorum quaternione cujus ratio non conſtat, inquirunt. quare cognita Centurionem vocat: hic deſignatos ad vigilias adducit: qui cum circuitore diſceptant. Quòd ſi penes vigiles culpa hæreat; confeſtim qui luſtravit, teſtificatum ſe eſſe proximos declarat. hoc enim faciat oportet. atque id ſi non fuerit factum, ad circuitorem redit culpa.

οἱ τέτταρες, παρὰ τὴν πρώτην σημαίαν τῶν Τριαρίων· ὁ γὰρ ταύτης ταξίαρχος τὴν ἐπιμέλειαν ποιεῖται τοῦ κατὰ φυλακὴν βουκανᾶν. Συνάψαντος δὲ τοῦ καιροῦ τὴν πρώτην ἐφοδεύει φυλακὴν ὁ ταύτην λαχών, ἔχων μετ' αὐτοῦ μάρτυρας τῶν φίλων. ἐπιπορεύεται δὲ τοὺς τεθέντας τόπους, οὐ μόνον τοὺς περὶ τὸν χάρακα καὶ τὰς εἰσόδους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κατὰ σημαίαν ἅπαντας, καὶ τοὺς κατ' οὐλαμόν. κἂν μὲν εὕρῃ τοὺς φυλάττοντας τὴν πρώτην ἐγρηγορότας, λαμβάνει παρὰ τούτων τὸ κάρφος. ἐὰν δ' εὕρῃ κοιμώμενον, ἢ λελοιπότα τινὰ τὸν τόπον, ἐπιμαρτυράμενος τοὺς σύνεγγυς, ἀπαλλάττεται. τὸ δὲ παραπλήσιον γίνεται καὶ ὑπὸ τῶν τὰς ἑξῆς φυλακὰς ἐφοδευόντων. τὴν δ' ἐπιμέλειαν τοῦ κατὰ φυλακὴν βουκανᾶν, ὡς ἀρτίως εἶπον, ἵνα σύμφωνον ᾖ τοῖς ἐφοδεύουσι πρὸς τοὺς φυλάττοντας, οἱ τῆς πρώτης σημαίας τῶν Τριαρίων ἐξ ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου ταξίαρχοι, καθ' ἡμέραν ποιοῦνται. τῶν δ' ἐφόδων ἕκαστος ἅμα τῷ φωτὶ πρὸς τὸν χιλίαρχον ἀναφέρει τὸ σύνθημα· κἂν μὲν ᾖ πάντα τὰ δεδομένα, ἀπαλλάττονται πάλιν. ἂν δέ τις ἐλάττω φέρῃ τοῦ πλήθους τῶν φυλακείων, ζητοῦσιν ἐκ τοῦ χαρακτῆρος, ποῖον ἐκ τῶν φυλακείων λείπει. τούτου δὲ γνωσθέντος, καλεῖ τὸν ταξίαρχον. οὗτος δ' ἄγει τοὺς ἀποταχθέντας εἰς τὴν φυλακήν· οὗτοι δὲ συγκρίνονται πρὸς τὸν ἔφοδον. ἐὰν μὲν οὖν ἐν τοῖς φύλαξιν ᾖ τὸ κακόν, εὐθέως δῆλός ἐστιν ὁ τὴν ἐφοδείαν ἔχων, ἐπιμαρτυράμενος τοὺς σύνεγγυς. ὀφείλει γὰρ οὕτω ποιεῖν. ἐὰν δὲ μηδὲν ᾖ τοιοῦτο γεγονός, εἰς τὸν ἔφοδον ἀναχωρεῖ τοὔγκλημα.

Καθ-

35 Καθίσαντος δὲ παραχρῆμα συνεδρίου, τῶν χιλιάρχων κρίνεται· κἂν καταδικασθῇ, ξυλοκοπεῖται. Τὸ δὲ τῆς ξυλοκοπίας ἐστὶ τοιοῦτον. λαβὼν ξύλον ὁ χιλίαρχος, τούτῳ τοῦ κατακριθέντος οἷον ἥψατο μόνον. οὗ γενομένου, πάντες οἱ τοῦ στρατοπέδου τύπτοντες τοῖς ξύλοις καὶ τοῖς λίθοις, τοὺς μὲν πλείστους ἐν αὐτῇ τῇ στρατοπεδείᾳ καταβάλλουσι· τοῖς δ' ἐκπεσουμένοις, οὐδ' ὣς ὑπάρχει σωτηρία. πῶς γάρ; οἷς οὔτ' εἰς τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτῶν ἐπανελθεῖν ἔξεστιν· οὔτε τῶν ἀναγκαίων οὐδεὶς ἐν οἰκίᾳ τολμήσειε δέξασθαι τὸν τοιοῦτον. διὸ τελείως οἱ περιπεσόντες ἅπαξ τοιαύτῃ συμφορᾷ καταφθείρονται. τὸ δ' αὐτὸ πάσχειν ὀφείλει τοῖς προειρημένοις, ὅ τε οὐραγὸς καὶ ὁ τῆς ἴλης ἡγεμών, ἐὰν μὴ παραγγείλωσιν, ὁ μὲν τοῖς ἐφόδοις, ὁ δὲ τῷ τῆς ἐχομένης ἴλης ἡγεμόνι τὸ δέον ἐν τῷ καθήκοντι καιρῷ. διόπερ οὕτως ἰσχυρᾶς οὔσης καὶ ἀπαραιτήτου τῆς τιμωρίας, ἀδιάπτωτα γίνεται παρ' αὐτοῖς τὰ κατὰ τὰς νυκτερινὰς φυλακάς. Δεῖ δὲ προσέχειν τοὺς μὲν στρατιώτας τοῖς χιλιάρχοις, τούτους δ' ἐπὶ τοῖς ὑπάτοις. κύριος δὲ ἐστὶ καὶ ζημιῶν ὁ χιλίαρχος, καὶ ἐνεχυράζων καὶ μαστιγῶν· τοὺς δὲ συμμάχους οἱ Πραιφέκτοι. Ξυλοκοπεῖται δὲ καὶ ὁ κλέψας τι τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου. καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ, παραπλησίως. καὶ ἐάν τις τῶν ἐν ἀκμῇ παρακεχρησμένος εὑρεθῇ τῷ σώματι. πρὸς δὲ τούτοις, ὁ τρὶς περὶ τῆς αὐτῆς αἰτίας ζημιωθείς. ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἀδικήματα κολάζουσιν· εἰς δ' ἀνανδρίαν τιθέασι καὶ στρατιωτικὴν αἰσχύνην τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων.

Statim igitur concilio advocato, Tribunus de ejus cauſa cognoſcit: &, ſi damnatus fuerit, fuſte percutitur. Fuſtuarium, pœna eſt hujuſmodi. Tribunus fuſtem capit; eoque condemnatum quaſi attingit ſolum. quo facto, omnes legionarii quà fuſtibus quà ſaxis inibi intra caſtra ut plurimum ſontem necant: ſed & ſi qui evaſerint, non tamen ſalvi propterea ſunt. nam quæ illis ſalus, quibus in patriam quidem redire non licet? & quos neceſſariorum nemo auſit tecto recipere? quamobrem qui ſemel in eam calamitatem inciderunt, planiſſimè pereunt. Idem quoque ſupplicium manet tam coactorem agminis, quàm turmæ prȩfectum, ſi maturè ille circuitores, hic ſequentis turmæ decurionem ſui officii non admonuerit. quare quum adeo vehementer & ſine ſpe veniæ delicta hæc puniantur, diſciplina nocturnarum excubiarum inoffenſo tenore ſervatur. Tenentur autem milites quidem Tribunos obſervare, iiſque auſcultare, Tribuni verò Conſulibus. Et habet Tribunus poteſtatem mulctæ dicendæ, pignoris capiendi, virgis aut fuſtibus cædendi: idem jus eſt Præfectis in Socios. Fuſte autem percutitur etiam is qui aliquid è caſtris fuerit furatus, item qui falſum teſtimonium dixerit: necnon ſi quis in flore ætatis male uſus corpore fuerit deprehenſus. ad hæc is cui ter eandem ob cauſſam mulcta fuerit irrogata. hæc quidem ut crimina puniunt: ignaviæ verò & flagitio militari vertunt hujuſmodi delicta: ſi qui

ſi qui præmii adipiſcendi cauſsâ forte aliquod facinus ſuum ad Tribunos falsò retulerint. ſimiliter ſi qui in ſtatione conſtituti locum ubi locati fuerant, formidinis ergo deſeruerint: itemque ſi quis in ipſo prælio armorum aliquam partem captus metu abjecerit. propterea nonnulli in ſtationibus ſuis manifeſtam mortem oppetunt ab hoſtibus oppreſſi, qui multis partibus ſint plures; dum imminentis ſupplicii metu aſſignatum ſibi locum deſerere nolunt. quidam verò excuſſo inter dimicandum ſcuto, aut enſe, aut alia parte armorum, temere conjiciunt ipſi ſeſe in hoſtes, ea ſpe quod aut recepturi ſint quæ amiſerant: aut, ſi quid evenerit ſecius, manifeſtam ignominiam & contumeliam ſuorum evitaturi. Si quando autem delicta eadem à pluribus contingat admitti, & manipuli univerſi hoſte urgente ceſſerint loco; ut omnes fuſte percutiant aut necent, non eſt moris illorum: ſed remedium ei malo invenerunt utile juxta ac terribile. Tribunus enim advocata concione deſertores in medium producit, eoſque atroci oratione increpat. qua demum finita, modò quinque ſortitur, modò octo, modò viginti; atque, ut verbo omnem obſervationem complectar, id ſemper agit, ut pro numero noxiorum decimus quiſq; ſemper eorum capiatur. Hos inquam ex omnibus qui ignavè ſe geſſerunt, arbitrio ſortis ſeligit, & inexorabiliter ſorte damnatos, fuſtuarii ſupplicio, quod antè deſcripſimus, afficit. reliquis hordeum pro tritico admetiens, extra caſtra & munitionem caſtrorum

ἐάν τινες ψευδῆ περὶ αὐτῶν ἀνδραγαθίαν ἀπαγγείλωσι τοῖς χιλιάρχοις, ἕνεκεν τοῦ τιμὰς λαβεῖν. ὁμοίως ἄν τινες εἰς ἐφεδρείαν ταχθέντες, φόβου χάριν λείπωσι τὸν δοθέντα τόπον. παραπλησίως ἐάν τις ἀποῤῥίψῃ τι τῶν ὅπλων κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον διὰ φόβον. διὸ καὶ τινὲς μὲν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις προδήλως ἀπόλλυνται, πολλαπλασίων αὐτοῖς ἐπιγινομένων, οὐ θέλοντες λιπεῖν τὴν τάξιν, δεδιότες τὴν οἰκείαν τιμωρίαν. ἔνιοι δὲ κατ' αὐτὸν τὸν κίνδυνον, ἐκβαλόντες θυρεὸν, ἢ μάχαιραν, ἤ τι τῶν ἄλλων ὅπλων παραλόγως, ῥίπτουσιν ἑαυτοὺς εἰς τοὺς πολεμίους, ἢ κυριεύσειν ἐλπίζοντες ὧν ἀπέβαλον, ἢ παθόντες τι, τὴν πρόδηλον αἰσχύνην διαφεύξεσθαι, καὶ τὴν τῶν οἰκείων ὕβριν. ἐὰν δέ ποτε τὰ αὐτὰ ταῦτα περὶ πλείους συμβῇ γενέσθαι, 36 καὶ σημαίας τινὰς ὁλοσχερῶς πιεσθείσας λιπεῖν τοὺς τόπους· τὸ μὲν ἅπαντας ξυλοκοπεῖν ἢ φονεύειν ἀποδοκιμάζουσι· λύσιν δὲ τοῦ πράγματος εὑρίσκονται, συμφέρουσαν ἅμα καὶ καταπληκτικήν. συναθροίσας γὰρ τὸ στρατόπεδον ὁ χιλίαρχος, καὶ προαγαγὼν εἰς τοὺς λελοιπότας, κατηγορεῖ πικρῶς. καὶ τὸ τέλος, ποτὲ μὲν πέντε, ποτὲ δὲ ὀκτὼ, ποτὲ δὲ εἴκοσι, τὸ δ' ὅλον πρὸς τὸ πλῆθος ἀεὶ στοχαζόμενος, ὥστε δέκατον μάλιστα γίνεσθαι τῶν ἡμαρτηκότων· τούτους ἐκ πάντων κληροῦται τῶν ἀποδεδειλιακότων, καὶ τοὺς μὲν λαχόντας ξυλοκοπεῖ κατὰ τὸν ἄρτι ῥηθέντα λόγον ἀπαραιτήτως. τοῖς δὲ λοιποῖς τὸ μέτρημα κριθὰς δοὺς ἀντὶ πυρῶν ἔξω κελεύει τοῦ χάρακος καὶ τῆς ἀσφαλείας ποι-

εῖσθαι

ἐκτὸς τὴν παρεμβολήν. λοιπὸν, τοῦ μὲν κινδύνου καὶ φόβου, τοῦ κατὰ τὸν κλῆρον, ἐπ' ἴσον ἐπικρεμαμένου πᾶσιν, ὡς ἂν ἀδήλου τοῦ συμπτώματος ὑπάρχοντος· τοῦ δὲ παραδειγματικοῦ μετὰ τὴν κριθοφαγίαν ὁμοίως συμβαίνοντος περὶ πάντας, τὸ δυνατὸν ἐκ τῶν ἐθιστικῶν εἴληπται, πρὸς κατάπληξιν καὶ διόρθωσιν τῶν συμπτωμάτων. Καλῶς δὲ καὶ τοὺς
37 νέους ἐκκαλοῦνται πρὸς τὸ κινδυνεύειν. ἐπειδὰν γὰρ γένηταί τις χρεία, καί τινες αὐτῶν ἀνδραγαθήσωσι, συναγαγὼν ὁ στρατηγὸς ἐκκλησίαν τοῦ στρατοπέδου, καὶ παραστησάμενος τοὺς δόξαντάς τι πεπραχέναι διαφέρον, πρῶτον μὲν ἐγκώμιον ὑπὲρ ἑκάστου λέγει, περί τε τῆς ἀνδραγαθίας, κἄν τι κατὰ τὸν βίον αὐτοῖς ἄλλο συνυπάρχῃ τῆς ἐπ' ἀγαθῷ μνήμης ἄξιον. μετὰ δὲ ταῦτα, τῷ μὲν τρώσαντι πολέμιον, γαῖσον δωρεῖται· τῷ δὲ καταβαλόντι καὶ σκυλεύσαντι, τῷ μὲν πεζῷ φιάλην, τῷ δ' ἱππεῖ φάλαρα. ἐξ ἀρχῆς δὲ γαῖσον μόνον. τυγχάνει δὲ τούτων οὐκ ἐὰν ἐν παρατάξει τις ἢ πόλεως καταλήψει τρώσῃ τινὰς, ἢ σκυλεύσῃ τῶν πολεμίων· ἀλλ' ἐὰν ἐν ἀκροβολισμοῖς, ἤ τισιν ἄλλοις τοιούτοις καιροῖς, ἐν οἷς μηδεμιᾶς ἀνάγκης οὔσης κατ' ἄνδρα κινδυνεύειν, αὐτοί τινες ἑκουσίως καὶ κατὰ προαίρεσιν αὑτοὺς εἰς τοῦτο διδόασιν. τοῖς δὲ πόλεως καταλαμβανομένης πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι, χρυσοῦν δίδωσι στέφανον. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς ὑπερασπίσαντας καὶ σώσαντάς τινας τῶν πολιτῶν, ἢ συμμάχων, ὅ, τε στρατηγὸς ἐπισημαίνεται δώροις· οἵ τε χιλίαρχοι τοὺς σωθέντας, ἐὰν μὲν ἑκόντες ποιῶσιν· εἰ δὲ μὴ, κρίναν-

tendere eos jubet. Atque ita quum periculum & metus ſortis ex æquo omnibus impendeat; nemo enim ſcit in quem ea ſit caſura: exemplum autem veſcendi ex hordeo in omnes pariter edatur: hoc inſtituto quam maximè poterat fieri, conſultum eſt utrique rei; ut & terror injiceretur, & acceptum detrimentum ſarciretur. Præclarè verò etiam juventutem ad pericula ſubeunda excitant. nam ubi prælium aliquod eſt commiſſum, ac juvenes aliqui fortiter ſe geſſerunt; Imperator advocato in concionem exercitu, productis prope ſe iis quorum præ cæteris virtus inſignis exſtitit, primùm quidem ſingulos illorum laudat à fortitudine: & ſi quid aliud in eorum vitâ fuerit quod commemorari cum ipſorum laude queat: deinde, ei qui hoſtem vulneraverit, haſtam donat: qui proſtraverit & ſpolia detraxerit, pediti quidem phialam, equiti verò phaleras. quanquam olim haſta ſola præmium erat. Cæterùm iſta conſequitur, non qui in juſto prælio ſignis collatis dimicans, aut in capienda urbe aliquos hoſtes ſauciaverit vel ſpoliaverit: verùm qui in velitationibus cum hoſte, aut aliis ejuſmodi occaſionibus, quando nulla neceſſitas quenquam dimicare viritim cogit, ipſi ſuamet ſponte ac propria voluntate eò deſcenderint. At quoties urbs capitur, auream iis coronam qui primi muros conſcenderint, donat. ſimiliter etiam eos qui vel cives vel Socios propugnaverint & ſervaverint, Imperator donis inſignit. & qui ſervati fuerunt, ſolent, ultrò, ſin minus, Tribuno poſt cauſſæ cognitionem

nem cogente, ſervatorem ſuum coronare. atque adeo per omnem vitam is qui ſervatus eſt, illum pro parente colit, omniaque ei tenetur præſtare quæ filius patri. Hac autem ſtimulatione, non eos tantùm qui præſentes audiunt ad pericula certatim & cum æmulatione adeunda excitant: ſed eos etiam qui ſunt domi. nam qui donis hoc genus ſunt donati, præter gloriam qua fruuntur inter legiones, & famam quam domi ſtatim conſequuntur: hoc amplius, reverſi in patriam feſtorum ludorumque ſolennia inſignes cultu agitant. nam ejuſmodi ornamenta geſtare ſolis licet iis, qui virtutis cauſſâ ab Imperatore fuerint iis honeſtati. Iidem ſpolia defigunt in maximè conſpicuis ædium ſuarum locis, ut ſint monumenta ac teſtimonia ſuæ virtutis. Qui igitur & pœnas & præmia militaria tantâ curâ ac ſtudio diſpenſent; meritò quoties bella ſuſcipiunt læto atque illuſtri fine ea terminant. Stipendii nomine pedites in diem accipiunt binos obolos: ordinum ductores duplum: equites drachmam. admetiuntur verò peditibus quidem, tritici partes circiter duas medimni Attici: equitibus verò hordei in menſem ſeptenos medimnos: tritici verò binos. Sociorum peditibus, par menſura datur ac Romanis: equitibus, tritici medimnus unus ſemis, hordei menſuræ ejuſcemodi quinæ: atque hoc Sociis quidem gratis donatur: Romanis ſive frumentum ſive veſtis tribuatur, aut etiam ſi quibus armis opus habuerint, horum omnium certa

τες συναναγκάζουσι τὸν σώσαντα στεφανοῦν. σέβεται δὲ τοῦτον καὶ παρ' ὅλον τὸν βίον ὁ σωθεὶς, ὡς πατέρα, καὶ πάντα δεῖ τούτῳ ποιεῖν αὐτὸν, ὡς τῷ γονεῖ. Ἐκ δὲ τῆς τοιαύτης παρορμήσεως, οὐ μόνον τοὺς ἀκούοντας καὶ παρόντας ἐκκαλοῦνται πρὸς τὴν ἐν τοῖς κινδύνοις ἅμιλλαν καὶ ζῆλον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐν οἴκῳ μένοντας. οἱ γὰρ τυχόντες τῶν τοιούτων δωρεῶν, χωρὶς τῆς ἐν τοῖς στρατοπέδοις εὐκλείας, καὶ τῆς ἐν οἴκῳ παραχρῆμα φήμης· καὶ μετὰ τὴν ἐπάνοδον τὴν εἰς τὴν πατρίδα, τάς τε πομπὰς ἐπισήμως πομπεύουσι, διὰ τὸ μόνοις ἐξεῖναι περιτίθεσθαι κόσμον τοῖς ὑπὸ τῶν στρατηγῶν ἐπ' ἀνδραγαθίᾳ τετιμημένοις· ἔν τε ταῖς οἰκίαις κατὰ τοὺς ἐπιφανεστάτους τόπους τιθέασι τὰ σκῦλα, σημεῖα ποιούμενοι καὶ μαρτύρια τῆς ἑαυτῶν ἀρετῆς. Τοιαύτης δ' ἐπιμελείας οὔσης καὶ σπουδῆς, περί τε τὰς τιμὰς καὶ τιμωρίας τὰς ἐν τοῖς στρατοπέδοις· εἰκότως καὶ τὰ τέλη τῶν πολεμικῶν πράξεων ἐπιτυχῆ καὶ λαμπρὰ γίνεται δι' αὐτῶν. Ὀψώνιον δ' οἱ μὲν πεζοὶ λαμβάνουσι τῆς ἡμέρας δύο ὀβολούς· οἱ δὲ ταξίαρχοι διπλοῦν· οἱ δ' ἱππεῖς δραχμήν· σιτομετροῦνται δ' οἱ μὲν πεζοὶ, πυρῶν, Ἀττικοῦ μεδίμνου δύο μέρη, μάλιστά πως. οἱ δ' ἱππεῖς κριθῶν μὲν ἑπτὰ μεδίμνους εἰς τὸν μῆνα, πυρῶν δὲ δύο. τῶν δὲ συμμάχων οἱ μὲν πεζοὶ τὸ ἴσον, οἱ δ' ἱππεῖς πυρῶν μὲν μέδιμνον ἕνα καὶ τρίτον μέρος, κριθῶν δὲ πέντε. δίδοται δὲ τοῖς μὲν συμμάχοις τοῦτ' ἐν δωρεᾷ· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις τοῦ τε σίτου καὶ τῆς ἐσθῆτος, κἄν τινος ὅπλου προσδεηθῶσι, πάντων τούτων ὁ ταμίας τὴν τεταγμένην τιμὴν ἐκ

τῶν ὀψωνίων ὑπολογίζεται.

38 Τὰς δ' ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἀναστρατοπεδείας ποιοῦνται τὸν τρόπον τοῦτον. Ὅταν τὸ πρῶτον σημήνῃ, καθαιροῦσι τὰς σκηνὰς, καὶ συντιθέασι τὰ φορτία πάντες. οὔτε δὲ καθελεῖν ἔξεστιν, οὔτ' ἀναστῆσαι πρότερον οὐδένα τῆς τῶν χιλιάρχων καὶ τοῦ στρατηγοῦ σκηνῆς. τὸ δὲ δεύτερον, ἀνατιθέασι τὰ σκευοφόρα τοῖς ὑποζυγίοις. ἐπὰν δὲ τὸ τρίτον σημήνῃ, προάγειν δεῖ τοὺς πρώτους, καὶ κινεῖν τὴν ὅλην παρεμβολήν. εἰς μὲν οὖν τὴν πρωτοπορείαν, ὡς ἐπίπαν, τιθέασι τοὺς ἐπιλέκτους. τούτοις δὲ τὸ τῶν συμμάχων δεξιὸν ἐπιβάλλει κέρας. ἑξῆς δὲ τούτοις ἕπεται τὰ τῶν προειρημένων ὑποζύγια. τῇ δὲ τούτων πορείᾳ τὸ πρῶτον τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀκολουθεῖ στρατόπεδον, ἔχον ὄπισθεν τὴν ἰδίαν ἀποσκευήν. ἐπὶ δὲ τούτῳ ἀκολουθεῖ τὸ δεύτερον στρατόπεδον, ἑπομένων αὐτῷ τῶν ἰδίων ὑποζυγίων, καὶ τῆς τῶν συμμάχων ἀποσκευῆς, τῶν ἀπὸ τῆς οὐραγίας τεταγμένων. τελευταῖον γὰρ ἐν τῇ πορείᾳ τάττεται τὸ τῶν συμμάχων εὐώνυμον κέρας. Οἱ δ' ἱππεῖς ποτὲ μὲν ἀπουραγοῦσι τοῖς αὐτῶν ἕκαστοι μέρεσι· ποτὲ δὲ παρὰ τὰ ὑποζύγια πλάγιοι παραπορεύονται, συνέχοντες ταῦτα, καὶ τὴν ἀσφάλειαν τούτοις παρασκευάζοντες. προσδοκίας δ' οὔσης κατὰ τὴν οὐραγίαν, τὰ μὲν ἄλλα παρ' αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἔχει τρόπον· αὐτοὶ δ' οἱ τῶν συμμάχων ἐπίλεκτοι, τὴν οὐραγίαν ἀντὶ τῆς πρωτοπορείας μεταλαμβάνουσι. παρὰ δὲ μίαν ἡμέραν τὰ μὲν ἡγεῖται τῶν στρατοπέδων καὶ τῶν κεράτων, τὰ δ' ἐν τάξει πάλιν ἕπεται ταῦτα κατόπιν· ἵνα τῆς περὶ τὰς ὑδρείας καὶ σιτολογίας ἀκεραιότητος πάντες ἐπ' ἴσον κοινωνῶσι, μεταλαμβάνοντες ἀεὶ τὴν ἐπὶ τῆς πρωτοπορείας ἐναλλὰξ τάξιν. Χρῶνται δὲ καὶ

pretia Quæſtor de ſtipendio deducit.

Profectionem è caſtris hoc modo inſtituunt. Simul datum eſt primò ſignum, tentoria omnes detendunt, & vaſa colligunt. cæterùm neque auferre neque figere ſuum cuiquam tabernaculum prius fas eſt, quàm Tribunorum & Imperatoris fuerint tenſa aut detenſa. Ubi autem editum iterum eſt ſignum, ſarcinas jumentis imponunt. at tertio dato ſigno primos oportet procedere, & tota caſtra movere. Et in primo quidem agmine ut plurimùm Extraordinarios locant. Succedit his Sociorum ala dextra. hos continuò ſequuntur prædictorum jumenta. horum agmen prima legio Romana excipit, ſuas à tergo ſarcinas habens. pone hos it ſecunda legio, ſequentibus propriis jumentis, & eorum Sociorum impedimentis, qui univerſum agmen cogunt. nam in noviſſimo agmine ſecunda Sociorum locatur ala. Equites modò ſuam quiſque partem à tergo conſequuntur: modò ad latera jumentis adequitant: continentes ea & ſecuritatem præſtantes. Quoties à tergo hoſtis exſpectatur, de cætero ordine nihil mutantes, ſolos Extraordinarios Sociorum à primo agmine ad ultimum traducunt. Alternis autem diebus & legionum & alarum altera præcedit: eædemque rurſus ſubſequuntur, ut ex æquo omnes aquatione ac pabulatione integra fruantur, primum in agmine locum ſuam quiſque vicem perpetuo occupantes. Eſt &

alius

alius itineris faciendi modus, quo utuntur quando periculum ab hoſte imminet, ac patentia nacti ſunt loca. Haſtatos enim, Principes ac Triarios in triplicem aciem diviſos ducunt paribus intervallis invicem diſtantes: jumentis manipulorum qui cæteris præeunt, ante omnes locatis: at primis manipulis ſecundorum jumenta ſubiiciuntur: ſecundis, tertiorum. & ſic impedimenta atque ordines alternatim locant. Hac ratione autem compoſito agmine, ſi quid ingruat periculi, modò ad lævam modò ad dextram agmen convertentes, manipulos extra jumenta in eam partem educunt, unde hoſtis paruerit. atque ita brevi tempore & motu unico, tum armatorum manus in acie reperitur inſtructa: (niſi forte inſuper oporteat Haſtatos evolvi:) tum jumenta & omnis multitudo quæ caſtra ſequitur pone terga ſtantium in acie ſubducta, commodam adverſus pericula ſtationem obtinent. Poſtquam prope illum locum agmen pervenit ubi caſtra ſunt facienda, præcedunt Tribunus & illi Centuriones quos moris eſt in eam rem eligere. Hi locum univerſum ubi metari oportet, contemplati, ante omnia convenientem Pretorio ſedem prout antè diximus, capiunt: & ad quem aſpectum latuſve ſpatii Prætorium ambientis legiones ſint locandæ ſtatuunt. quæ ubi delecta ſunt loca, Prætorii ambitum dimetiuntur: deinde rectam illam ad quam Tribunorum tabernacula defiguntur. mox aliam lineam rectam è regione prioris productam; unde incipit metatura le-

ἑτέρῳ γένει πορείας ἐν τοῖς ἐπισφαλέσι τῶν καιρῶν, ἐὰν ἀναπεπταμένους ἔχωσι τόπους. ἄγουσι γὰρ τριφαλαγγίαν παράλληλον τῶν Αστάτων καὶ Πριγκίπων καὶ Τριαρίων, τάττοντες τὰ τῶν ἡγουμένων σημαιῶν ὑποζύγια πρὸ πάντων· ἐπὶ δὲ ταῖς πρώταις σημαίαις τὰ τῶν δευτέρων· ἐπὶ δὲ ταῖς δευτέραις τὰ τῶν τρίτων. καὶ κατὰ λόγον οὕτως ἐναλλὰξ ἀεὶ τιθέντες τὰ ὑποζύγια ταῖς σημαίαις. οὕτω δὲ συντάξαντες τὴν πορείαν, ἐπειδὰν περιπίπτῃ τι τῶν δεινῶν, ποτὲ μὲν παρ' ἀσπίδα κλίναντες, ποτὲ δ' ἐπὶ δόρυ προάγουσι τὰς σημαίας ἐκ τῶν ὑποζυγίων πρὸς τὴν τῶν πολεμίων ἐπιφάνειαν. λοιπὸν, ἐν βραχεῖ χρόνῳ καὶ μιᾷ κινήσει τὸ μὲν τῶν ὁπλιτῶν σύστημα λαμβάνει παρατάξεως διάθεσιν, ἐὰν μή ποτε προσεξελίξαι δέῃ τοὺς Αστάτους· τὸ δὲ τῶν ὑποζυγίων καὶ τῶν παρεπομένων τούτοις πλῆθος ὑπὸ τοὺς παρατεταγμένους ὑποσταλὲν, ἔχει τὴν καθήκουσαν χώραν πρὸς τὸν κίνδυνον.

Ὅταν δὲ κατὰ τὰς πορείας ἐγγίζωσι 39 στρατοπεδεύειν, προπορεύονται χιλίαρχος καὶ τῶν ταξιάρχων οἱ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἀεὶ προχειρισθέντες. οἵτινες ἐπειδὰν συνθεάσωνται τὸν ὅλον τόπον, οὗ δεῖ στρατοπεδεύειν, ἐν αὐτῷ τούτῳ πρῶτον μὲν διέλαβον, τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴν οὗ δεήσει θεῖναι κατὰ τὸν ἄρτι λόγον· καὶ παρὰ ποίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευρὰν τῆς περὶ τὴν σκηνὴν περιστάσεως παρεμβαλεῖν τὰ στρατόπεδα. τούτων δὲ προκριθέντων, διαμετροῦνται τὴν περίστασιν τῆς σκηνῆς. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν εὐθεῖαν, ἐφ' ἧς αἱ σκηναὶ τίθενται τῶν χιλιάρχων. ἑξῆς δὲ τὴν ταύτης παράλληλον, ἀφ' ἧς ἄρχεται τὰ στρατόπεδα

παρεμβάλλειν. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰ ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς τῆς σκηνῆς κατεμετρήσαντο γραμμαῖς, περὶ ὧν ὑπεδείξαμεν ἄρτι διὰ πλειόνων κατὰ μέρος. γινομένων δὲ τούτων ἐν βραχεῖ χρόνῳ, διὰ τὸ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν καταμέτρησιν, ὡς ἁπάντων ὡρισμένων καὶ συνήθων ὄντων διαστημάτων· μετὰ δὲ ταῦτα σημαίας ἔπηξαν μίαν μὲν καὶ πρώτην, ἐν ᾧ δεῖ τόπῳ τίθεσθαι τὴν τοῦ στρατηγοῦ σκηνήν, δευτέραν δὲ τὴν ἐπὶ τῆς προῃρημένης πλευρᾶς, τρίτην ἐπὶ μέσης τῆς γραμμῆς ἐφ᾽ ἧς οἱ χιλίαρχοι σκηνοῦσι, τετάρτην παρ᾽ ἣν τίθενται τὰ στρατόπεδα. καὶ ταύτας μὲν ποιοῦσι φοινικᾶς, τὴν δὲ τοῦ στρατηγοῦ λευκήν· τὰ δ᾽ ἐπὶ θάτερα ποτὲ μὲν ψιλὰ δόρατα πηγνύουσι, ποτὲ δὲ σημαίας ἐκ τῶν ἄλλων χρωμάτων. γινομένων δὲ τούτων, ἑξῆς τὰς ῥύμας διεμέτρησαν, καὶ δόρατα κατέπηξαν ἐφ᾽ ἑκάστης ῥύμης· ἐξ ὧν εἰκότως ὅταν ἐγγίσῃ τὰ στρατόπεδα κατὰ τὰς πορείας, καὶ γίνεται σύνοπτος ὁ τόπος τῆς παρεμβολῆς· εὐθέως ἅπαντα γίνεται πᾶσι γνώριμα, τεκμαιρομένοις καὶ συλλογιζομένοις ἀπὸ τῆς τοῦ στρατηγοῦ σημαίας. λοιπὸν ἑκάστου σαφῶς γινώσκοντος ἐν ποίᾳ ῥύμῃ, καὶ ποίῳ τόπῳ τῆς ῥύμης σκηνοῖ, διὰ τὸ πάντας ἀεὶ τὸν αὐτὸν τόπον ἐπέχειν τῆς στρατοπεδείας, γίνεταί τι παραπλήσιον οἷον ὅταν εἰς πόλιν εἰσίῃ στρατόπεδον ἐγχώριον. καὶ γὰρ ἐκεῖ διακλίναντες ἀπὸ τῶν πυλῶν, εὐθέως ἕκαστοι προάγουσι, καὶ παραγίνονται πρὸς τὰς ἰδίας οἰκήσεις ἀδιαπτώτως, διὰ τὸ καθόλου καὶ κατὰ μέρος γινώσκειν, ποῦ τῆς πόλεώς ἐστιν αὐτοῖς ἡ καταλύσις. τὸ δὲ παραπλήσιον τούτοις καὶ περὶ τὰς Ῥωμαϊκὰς συμβαίνει στρατοπεδείας. ᾗ καὶ δοκοῦσι

gionum. Similiter etiam ſpatium quod ab altera parte eſt Prætorii, cujus particularem deſcriptionem pluribus antè ſumus perſecuti, lineis dimetiuntur. His brevi tempore expeditis, ut pote facili dimenſione, quum omnia intervalla ſint definita, & ex familiari uſu nota: mox vexillum defigere ſolent, unum quidem & primum eo loco ubi Prætorium eſt ponendum: alterum in electo latere: tertium in medio ejus lineæ ad quam Tribuni tendunt: quartum in ea ad quam legiones metantur. & cætera quidem punicea ſtatuunt: at Imperatorium vexillum eſt album. in iis quæ ſunt ab altera parte Prætorii, modò nudas haſtas defigunt, modò vexilla ex aliis coloribus. Secundum hæc ſtrigas ſtatim dimetiuntur, & in ſingulis earum haſtas figunt. ut meritò ſimulac appropinquarunt legiones, & locus caſtrorum poteſt conſpici, omnia confeſtim omnibus ſint nota, vexillo Imperatoris pro indicio utentibus ad cætera conjicienda. denique quum nemo ſit quin ſciat in qua ſtriga & qua ſtrigæ parte tendat: quia ſemper eundem ſinguli locum in caſtris occupant: ſimile quid evenit, ut cum urbem ſuam aliquis exercitus indigena ingreditur. tum enim rectà à portis divertentes alius aliò progrediuntur, & ad ſuas ædes ſine errore perveniunt. quia & in univerſum & per partes norunt in qua regione proprium cujuſque ſit diverſorium. ſimile inquam his eſt, quod in Romanorum caſtrametatione uſuvenit. Ac mihi videntur Romani eam potiſſi-

potiſſimum ob cauſſam, quia facilitati in hoc negotio ſtudebant, contrariam Græcis hac in parte viam inſtitiſſe. Græci enim quoties metantur caſtra, operepretium ducunt, ante omnia, loca à natura munita obſervare, & ſe illis accommodare: ſimul laborem ducendæ foſſæ fugientes: ſimul quia non æqualiter fidunt arte factis munitionibus, & iis quas ipſa locorum natura exhibet. Ea propter cùm in univerſorum caſtrorum poſitione coguntur figuram quamlibet aſſumere, dum locis obſequuntur: tum partes quoque ipſas variare aliter atque aliter pro ingenio loci. Unde evenit, ut in metandis caſtris nemo certus ſit de loco aut ſuo privatim, aut ordinis ſui. at Romani & percutiendæ foſſæ laborem, & vexationes id genus alias eo conſilio ſuſtinent, ut facilius res confiat, utque notâ & unicâ eademque ſemper caſtrametatione utantur. Quod igitur ad tractationem de legionibus Romanis attinet, maximè autem ad rationem ponendorum caſtrorum, ſummatim hæc dicta ſunto.

Ῥωμαῖοι καταδιώκοντες τὴν ἐν τούτοις εὐχέρειαν, τὴν ἐναντίαν ὁδὸν πορεύεσθαι τοῖς Ἕλλησι κατά γε τοῦτο τὸ μέρος. οἱ μὲν γὰρ Ἕλληνες ἐν τῷ στρατοπεδεύειν ἡγοῦνται κυριώτατον τὸ κατακολουθεῖν ταῖς ἐξ αὐτῶν τῶν τόπων ὀχυρότησιν· ἅμα μὲν ἐκκλίνοντες τὴν περὶ τὰς ταφρείας ταλαιπωρίαν· ἅμα δὲ νομίζοντες οὐχ ὁμοίας εἶναι τὰς χειροποιήτους ἀσφαλείας, ταῖς ἐξ αὐτῆς τῆς φύσεως ἐπὶ τῶν τόπων ὑπαρχούσαις ὀχυρότησιν. διὸ καὶ κατά τε τὴν τῆς ὅλης παρεμβολῆς θέσιν πᾶν ἀναγκάζονται σχῆμα μεταλαμβάνειν, ἑπόμενοι τοῖς τόποις, ποτὲ μέρη μεταλλάττειν ἄλλοτε πρὸς ἀλλήλους καὶ καταλλήλους τόπους. ἐξ ὧν ἄστατον ὑπάρχειν συμβαίνει καὶ τὸν κατ' ἰδίαν, καὶ τὸν κατὰ μέρος ἑκάστῳ τόπον τῆς στρατοπεδείας. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν περὶ τὰς τάφρους ταλαιπωρίαν, καὶ τἄλλα τὰ παρεπόμενα τούτοις ὑπομένειν αἱροῦνται χάριν τῆς εὐχερείας, καὶ τοῦ γνώριμον καὶ μίαν ἔχειν καὶ τὴν αὐτὴν ἀεὶ παρεμβολήν. τὰ μὲν οὖν ὁλοσχερέστερα μέρη τῆς περὶ τὰ στρατόπεδα θεωρίας, καὶ μάλιστα περὶ τὰς παρεμβολὰς, ταῦτ' ἐστίν.

Reſpublicæ antiquæ virtutis famâ celebratæ, & earum comparatio.

Cretenſem Remp. neque ſimilem ei fuiſſe quam Lycurgus inſtituit, neque laudabilem.

Lycurgi Remp. ad obtinendas in libertate res ſuas ſufficienter fuiſſe inſtitutam.

Πολιτεύματα παλαιὰ περὶ ὧν παραδέδοται ἡ ἐπ' ἀρετῇ φήμη, καὶ σύγκρισις αὐτῶν.

Ὅτι τὸ Κρητικὸν πολίτευμα οὔτε παρόμοιον τῷ τοῦ Λυκούργου, οὔτ' ἐπαινετόν.

Ὅτι τὸ τοῦ Λυκούργου πρὸς τὸ τὴν ἐλευθερίαν τηρεῖν, ἐστὶν αὐταρκές.

Ὅτι πρὸς πραγμάτων αὔξησιν τὸ Ῥωμαίων διαφέρει, δυναμικωτάτην ἔχον τὴν σύστασιν.

Τίς ἡ φθορὰ καὶ μεταβολὴ μέλλει γίνεσθαι τῆς Ῥωμαϊκῆς πολιτείας.

41 Σχεδὸν δὴ πάντες οἱ συγγραφεῖς περὶ τούτων ἡμῖν τῶν πολιτευμάτων παραδεδώκασι τὴν ἐπ' ἀρετῇ φήμην, περί τε τῆς Λακεδαιμονίων, καὶ Κρητῶν, καὶ Μαντινέων, ἔτι δὲ Καρχηδονίων· ἔνιοι δὲ καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων πολιτείας πεποίηνται μνήμην. ἐγὼ δὲ ταύτας μὲν ἐῶ· τὰς δ' Ἀθηναίων καὶ Θηβαίων οὐ πάνυ τι πολλοῦ προσδεῖσθαι πέπεισμαι λόγου, διὰ τὸ μήτε τὰς αὐξήσεις ἐσχηκέναι κατὰ λόγον, μήτε τὰς ἀκμὰς ἐπιμόνους, μήτε τὰς μεταβολὰς ἐσχηκέναι μετρίως. ἀλλ' ὥσπερ ἂν αὐτοματίσασαι τινὸς τύχης, σὺν καιρῷ λάμψασαι τὸ δὴ λεγόμενον, ἔτι δοκοῦσαι καὶ μέλλουσαι εὐτυχεῖν τῆς ἐναντίας πεῖραν εἰλήφεναι μεταβολῆς. Θηβαῖοι μὲν γὰρ, τῇ Λακεδαιμονίων ἀγνοίᾳ, καὶ τῷ τῶν συμμάχων πρὸς αὐτοὺς μίσει συνεπιθέμενοι διὰ τὴν ἑνὸς ἢ δυοῖν ἀρετὴν, ἢ καὶ δυοῖν τῶν τὰ προειρημένα συνιέντων, περιεποιήσαντο παρὰ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἐπ' ἀρετῇ φήμην. ὅτι γὰρ οὐχ ἡ τῆς πολιτείας σύστασις αἰτία τότ' ἐγίνετο Θηβαίοις τῶν εὐτυχημάτων, ἀλλ' ἡ τῶν προεστώτων ἀνδρῶν ἀρετή·

Romanæ Reipub. ad parandum imperium præſtantia, & in eam rem vires validiſſimæ ex ipſa illius forma.

Quæ mutatio & interitus Romanam. Rempublicam maneat.

OMNES fere ſcriptores Reſpublicas virtute præſtantes memoriæ prodiderunt iſtas: Lacedæmoniorum, Cretenſium, Mantinenſium, itemque Carthaginienſium. fuere & qui Athenienſium Reip. ac Thebanorum facerent mentionem. ego de illis nihil dico: Athenienſem verò atque Thebanam longa diſquiſitione opus non habere cenſeo: ut quæ neque incrementa rationi congrua ſunt nactæ, neque cum floruerunt in eo ſtatu manſerunt diu: neque mutationibus moderatè factis ſunt uſæ. hi enim populi ubi repentina quadam Fortuna per occaſionem fulſiſſent quod dici ſolet, dum adhuc crederentur ſplendorem ſuum cùm maximè obtinere, & in poſterum obtenturi, mutationem in contrarium ſunt experti. Nam Thebani quidem ad aggrediendum Lacedæmonios occaſione uſi, quam horum ſtultitia & odium quo flagrabant apud ſocios ipſis dabat, virtute unius aut alterius viri qui probè norant quę modò dixi, ipſi virtutis opinionem ac famam apud Græcos ſibi pepererunt. quod enim rebus feliciter tum geſtis non ipſa Reip. forma cauſſam præbuerit, ſed eorum virtus qui rebus tum præerant;

erant; è veſtigio Fortuna manifeſtum omnibus fecit. palàm enim eſt, & incrementum & florem ſuum & finem res Thebanorum habuiſſe intra illud ſpatium temporis, quo Epaminondas & Pelopidas vixerunt. itaque ſplendorem illum ac decus quo enituere tum Thebani, non civitati ipſorum, ſed illis viris par eſt adſcribere. Idem & de Republica Athenienſium eſt exiſtimandum. quę ſępius quidem fortaſſe, verùm excellenter tum floruit, quamdiu Themiſtoclis virtute ſuſtentabatur: mox propter mores diſſimiles contrariam & ipſa fortunam adiit. Semper enim populus Athenienſium navibus domino carentibus eſt ſimilis: in quibus quoties aut propter metum hoſtium, aut ob ſævientis tempeſtatis periculum, vectoribus voluntas inceſſit in unum conſentiendi, & gubernatori parendi; ſuo quiſque officio eximiè funguntur omnes: ubi verò reſumptis animis rectores aſpernari cœperint, & aliis alia autumantibus, ſententiis inter ſe diſſidere: tum enimvero quum pars navigationem cupiat perſequi, pars inſtet acriter gubernatori ut naves aliquò ejiciat; aliis rudentes explicantibus, aliis manu etiam injecta contrahere jubentibus; dum inter ſe rixantur cuncti & ſeditionem movent, tum procul ſpectantibus fœdum exiſtit ſpectaculum; tum ipſis qui in eadem jactantur navi, periculoſiſſimus eſt hic ſtatus. fitque adeo perſæpe, ut qui vaſtiſſima eluctati fuerint maria, & tempeſtates maximè inſignes, in ipſo portu & ad terram naufragium faciant. quod ſanè

παρὰ πόδας ἡ τύχη τοῦτο πᾶσιν ἐποίησε δῆλον. καὶ γὰρ συνηυξήθη καὶ συνήκμασε, καὶ συγκατελύθη τὰ Θηβαίων ἔργα τῷ τε Ἐπαμινώνδου καὶ τῷ Πελοπίδου βίῳ περιφανῶς. ἐξ ὧν οὐ τὴν πολιτείαν αἰτίαν, ἀλλὰ τοὺς ἄνδρας ἡγητέον τῆς τότε γενομένης περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν ἐπιφανείας. Τὸ δὲ 42
παραπλήσιον καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας διαληπτέον. καὶ γὰρ αὕτη πλεονάκις μὲν ἴσως, ἐκφανέστατα δὲ τῇ Θεμιστοκλέους ἀρετῇ συνανθήσασα, ταχέως τῆς ἐναντίας μεταβολῆς ἔλαβε πεῖραν διὰ τὴν ἀνωμαλίαν τῆς φύσεως. ἀεὶ γάρ ποτε τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον παραπλήσιον εἶναι συμβαίνει τοῖς ἀδεσπότοις σκάφεσι. καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων, ὅταν μὲν ἢ διὰ πολεμίων φόβον, ἢ διὰ περίστασιν χειμῶνος ὁρμὴ παραστῇ τοῖς ἐπιβάταις συμφρονεῖν καὶ προσέχειν τὸν νοῦν τῷ κυβερνήτῃ, γίνεται τὸ δέον ἐξ αὐτῶν διαφερόντως· ὅταν δὲ θαρρήσαντες ἄρξωνται καταφρονεῖν τῶν προεστώτων, καὶ στασιάζειν πρὸς ἀλλήλους διὰ τὸ μηκέτι δοκεῖν πᾶσι ταὐτά. τότε δή, τῶν μὲν ἔτι πλεῖν προαιρουμένων, τῶν δὲ κατεπειγόντων ὁρμίζειν τὸν κυβερνήτην, καὶ τῶν μὲν ἐκσειόντων τοὺς κάλους, τῶν δ' ἐπιλαμβανομένων καὶ στέλλεσθαι παρακελευομένων· αἰσχρὰ μὲν πρόσοψις γίνεται τοῖς ἔξωθεν θεωμένοις, διὰ τὴν ἐν ἀλλήλοις διαφοράν, καὶ στάσιν· ἐπισφαλὴς δὲ ἡ διάθεσις τοῖς μετέχουσι καὶ κοινωνοῦσι τοῦ πλοῦ. διὸ καὶ πολλάκις διαφυγόντες τὰ μέγιστα πελάγη, καὶ τοὺς ἐπιφανεστάτους χειμῶνας, ἐν τοῖς λιμέσι καὶ πρὸς τῇ γῇ ναυαγοῦσιν. ὃ δὴ καὶ τῇ τῶν Ἀθη-

ναίων πολιτείᾳ πλεονάκις ἤδη συμβέβηκε. διωσαμένη γὰρ ἐνίοτε τὰς μεγίστας καὶ δεινοτάτας περιστάσεις, διά τε τὴν τοῦ δήμου, καὶ τὴν τῶν προεστώτων ἀρετήν· ἐν ταῖς ἀπεριστάτοις ῥᾳστώναις εἰκῇ πως καὶ ἀλόγως ἐνίοτε σφάλ-
43 λεται. Διὸ καὶ περὶ μὲν ταύτης τε καὶ τῆς τῶν Θηβαίων οὐδὲν δεῖ πλείω λέγειν· ἐν αἷς ὄχλος χειρίζει τὰ ὅλα κατὰ τὴν ἰδίαν ὁρμήν, ὁ μὲν ὀξύτητι καὶ πικρίᾳ διαφέρων· ὁ δὲ βίᾳ καὶ θυμῷ συμπεπαιδευμένος. Ἐπὶ δὲ τὴν Κρητῶν μεταβάντες, ἄξιον ἐπιστῆσαι κατὰ δύο τρόπους, πῶς οἱ λογιώτατοι τῶν ἀρχαίων συγγραφέων Ἔφορος, Ξενοφῶν, Καλλισθένης, καὶ Πλάτων, πρῶτον μὲν ὁμοίαν εἶναί φασι καὶ τὴν αὐτὴν τῇ Λακεδαιμονίων· δεύτερον δ' ἐπαινετὴν ὑπάρχουσαν ἀποφαίνουσιν. ὧν οὐδέτερον ἀληθὲς εἶναί μοι δοκεῖ. σκοπεῖν δ' ἐκ τούτων πάρεσι. καὶ πρῶτον ὑπὲρ τῆς ἀνομοιότητος διέξιμεν. Τῆς μὲν δὴ Λακεδαιμονίων πολιτείας ἴδιον εἶναί φασι, πρῶτον μὲν τὰ περὶ τὰς ἐγγαίους κτήσεις· ὧν οὐδενὶ μέτεστι πλεῖον· ἀλλὰ πάντας τοὺς πολίτας ἴσον ἔχειν δεῖ τῆς πολιτικῆς χώρας. δεύτερον δὲ, τὰ περὶ τὴν τοῦ διαφόρου τίμησιν· ἧς εἰς τέλος ἀδοκίμου παρ' αὐτοῖς ὑπαρχούσης, ἄρδην ἐκ τῆς πολιτείας ἀνῃρῆσθαι συμβαίνει τὴν περὶ τὸ πλεῖον καὶ τοὔλαττον φιλονεικίαν. Τρίτον, παρὰ Λακεδαιμονίοις οἱ μὲν Βασιλεῖς ἀΐ-

Athenienſium Reip. ſæpius jam evenit. hæc enim pericula interdum ingentia maximeque terribilia quum propulſaſſet, populi & principum civitatis virtute; neſcio qua temeritate & præter omnem rationem, rebus tranquillis, cùm nullum erat periculum, in fraudem aliquando incidit. Itaque de Repub. Athenienſium ac Thebanorum, ubi proprium ſecuta impetum, regit omnia atq; adminiſtrat turba hominum, apud illos quidem pręcipiti & amarulento prę cæteris ingenio præditorum; apud hos violentiæ & iræ innutritorum; nihil attinet plura dicere. Nunc ad Cretenſium Remp. converſa oratione, duo circa illam conſiderare nos operępretium fuerit, quę ſunt ab eruditiſſimis ſcriptoribus antiquis prodita; Ephoro, Xenophonte, Calliſthene, Platone: qui illud primò dixerunt, ſimilem hanc eſſe atque adeo eandem cum Spartana: deinde laude dignam pronuntiant. quorum neutrum mihi quidem videtur eſſe verum. cæterum ex iis quę dicemus, erit uniuſcujuſque æſtimatio. prius autem de diſſimilitudine agemus. Ac Lacedæmoniorum quidem Reip. proprium eſſe ajunt, primum illud circa fundorum poſſeſſiones: quòd in ea parte nemo alium ſuperat: ſed omnes cives æqualem publici agri modum neceſſe eſt obtinere. alterum eſt circa pecuniæ & divitiarum æſtimationem. nam quum apud illos omnis tandem pecuniæ auctoritas eſſet adempta, evenit, ut contentio illa funditus è civitate deleretur, quæ ex eo ſolet manare, quòd plus minuſve aliquis poſſideat. Tertiò, apud Lacedæmonios Reges liberi-

que

que ipſorum perpetuum imperium habent: at qui dicuntur Senes, quoad viuunt: atque iſti ſunt quorùm auſpiciis & conſiliis publica omnia negotia tractantur. Apud Cretenſes contraria ſunt omnia: nam & agri modum pro cujuſque viribus producere in infinitum quod ajunt, per leges cuique licet: & pecunia apud hos adeo fit magni, ut non ſolùm neceſſaria, verumetiam honeſtiſſima cenſeatur ejus acquiſitio. denique ſordidi avarique mores adeo apud illos obtinent, ut ex omnibus hominibus ſolos Cretenſes ſit invenire, apud quos nullum lucrum turpe cenſetur. Accedit, quòd magiſtratus in Creta ſunt annui: & facies Reip. popularem ſtatum refert. ut ſæpe venerit in mentem nobis dubitare, quomodo res contrariam naturam ſortitas, prodiderint eſſe adfines inter ſe atque conjunctas. Qui præter illud quòd tantas haſce diverſitates non animadverterunt, longa inſuper oratione diſputant, dicentes; Solum inter omnes mortales Lycurgum, quę erant præcipua, vidiſſe. Quum enim omnis civitas duobus hiſce contineatur, fortitudine adverſus hoſtes, conſenſu inter cives: Lycurgum ajunt qui avaritiam ſuſtulerat, omnem ſimul domeſticam diſſenſionem ac ſeditionem de Rep. ſuſtuliſſe: ac propterea Lacedæmonios hac peſte liberatos, Rempub. omnium Græcarum optimam habere, & concordiam inter ſe colere. quæ ubi pronuntiarunt, quum ex comparatione intelligant Cretenſes ob inſitam animis ipſorum avaritiam, inter privatas diſcordias & publicas ſeditiones, cædes ac bella civilia plurimum

ἴδιον ἔχουσι τὴν ἀρχήν, οἱ δὲ προσαγορευόμενοι Γέροντες διὰ βίου· δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν πάντα χειρίζεται τὰ κατὰ τὴν πολιτείαν.

44 Παρὰ δὲ Κρηταιεῦσιν πάντα τούτοις ὑπάρχει τἀναντία· τήν τε γὰρ χώραν κατὰ δύναμιν αὐτοῖς ἐφιᾶσιν οἱ νόμοι, τὸ δὴ λεγόμενον εἰς ἄπειρον κτᾶσθαι· τό, τε διάφορον ἐκτετίμηται παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε μὴ μόνον ἀναγκαίαν, ἀλλὰ καὶ καλλίστην εἶναι δοκεῖν τὴν τούτου κτῆσιν. καθόλου δ' ὁ περὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν καὶ πλεονεξίαν τρόπος οὕτως ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις Κρηταιεῦσι τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν νομίζεσθαι κέρδος· καὶ μὴν τὰ κατὰ τὰς ἀρχὰς ἐπέτεια παρ' αὐτοῖς ἐστι, καὶ δημοκρατικὴν ἔχει διάθεσιν. ὥστε πολλάκις διαπορεῖν πῶς ἡμῖν περὶ τῶν τὴν ἐναντίαν φύσιν ἐχόντων, ὡς οἰκείων καὶ συγγενῶν ὄντων ἀλλήλοις ἐξηγγέλκασι. καὶ χωρὶς τοῦ παραβλέπειν τὰς τηλικαύτας διαφοράς, καὶ πολὺν δή τινα λόγον ἐν ἐπιμέτρῳ διατίθενται, φάσκοντες, τὸν Λυκοῦργον μόνον τῶν γεγονότων τὰ συνέχοντα τεθεωρηκέναι· δυοῖν γὰρ ὄντων δι' ὧν σώζεται πολίτευμα πᾶν, τῆς πρὸς τοὺς πολεμίους ἀνδρείας, καὶ τῆς πρὸς σφᾶς αὐτοὺς ὁμονοίας· ἀνῃρηκότα τὴν πλεονεξίαν, ἅμα ταύτῃ συνανῃρηκέναι πᾶσαν ἐμφύλιον διαφορὰν καὶ στάσιν· ᾗ καὶ Λακεδαιμονίους ἐκτὸς ὄντας τῶν κακῶν τούτων, κάλλιστα τῶν Ἑλλήνων τὰ πρὸς σφᾶς αὐτοὺς πολιτεύεσθαι καὶ συμφρονεῖν ταὐτά. ταῦτα δ' ἀποφηνάμενοι καὶ θεωροῦντες ἐκ παραθέσεως, Κρηταιεῖς, διὰ τὴν ἔμφυτον σφίσι πλεονεξίαν, ἐν πλείσταις ἰδίᾳ καὶ κατὰ κοινὸν στάσεσι καὶ φόνοις καὶ πολέμοις ἐμφυλίοις

ἀναστρεφομένους· οὐδὲν οἴονται πρὸς σφᾶς εἶναι, θαῤῥοῦσι δὲ λέγειν, ὡς ὁμοίων ὄντων τῶν πολιτευμάτων. ὁ δὲ Ἔφορος χωρὶς τῶν ὀνομάτων καὶ ταῖς λέξεσι κέχρηται ταῖς αὐταῖς, ὑπὲρ ἑκατέρας ποιούμενος τῆς πολιτείας ἐξήγησιν· ὥστε εἴ τις μὴ τοῖς κυρίοις ὀνόμασι προσέχοι, κατὰ μηδένα τρόπον ἂν δύναιτο διαγνῶναι, περὶ ὁποτέρας ποιεῖται τὴν διήγησιν. ἧ μὲν οὖν μοι δοκοῦσι διαφέρειν ἀλλήλων, ταῦτά ἐστι. ᾗ δὲ πάλιν οὔτ᾽ ἐπαινετὴν, οὔτε ζηλωτὴν ἡγούμεθ᾽ εἶναι τὴν Κρητικὴν πολιτείαν, νῦν ἤδη λέξομεν.
45 Ἐγὼ γὰρ οἶμαι δύο ἀρχὰς εἶναι πάσης πολιτείας, δι᾽ ὧν αἱρετὰς ἢ φευκτὰς συμβαίνει γίνεσθαι τάς τε δυνάμεις αὐτῶν καὶ τὰς συστάσεις· αὗται δ᾽ εἰσὶν ἔθη, καὶ νόμοι. τὰ μὲν αἱρετὰ, τούς τε κατ᾽ ἰδίαν βίους τῶν ἀνθρώπων ὁσίους ἀποτελεῖ καὶ σώφρονας, τό, τε κοινὸν ἦθος τῆς πόλεως ἥμερον ἀπεργάζεται, καὶ δίκαιον· τὰ δὲ φευκτὰ τοὐναντίον. ὥσπερ οὖν ὅταν τοὺς ἐθισμοὺς καὶ νόμους κατίδωμεν παρά τισι σπουδαίους ὑπάρχοντας, θαῤῥοῦντες ἀποφαινόμεθα καὶ τοὺς ἄνδρας ἐκ τούτων ἔσεσθαι, καὶ τὴν τούτων πολιτείαν σπουδαίαν· οὕτως ὅταν τούς τε κατ᾽ ἰδίαν βίους τινῶν πλεονεκτικοὺς, τάς τε κοινὰς πράξεις ἀδίκους θεωρήσωμεν· δῆλον ὡς εἰκὸς λέγειν καὶ τοὺς νόμους κεῖσθαι κακοὺς, καὶ τὰ κατὰ μέρος ἤθη, καὶ τὴν ὅλην πολιτείαν αὐτῶν εἶναι φαύλην. Καὶ μὴν οὔτε κατ᾽ ἰδίαν ἤθη δολιώτερα Κρηταιέων εὕροι τις ἂν, πλὴν τελείως ὀλίγων· οὔτε κατὰ κοινὸν ἐπιβολὰς ἀδικωτέρας. διόπερ οὔθ᾽ ὁμοίαν αὐτὴν ἡγούμενοι τῇ Λακεδαιμονίων, οὔτε μὴν ἄλλως αἱρετὴν, οὔτε ζη-

verſari; nihil tamen hoc ad ſe putant pertinere: audentque affirmare, ſimiles eſſe invicem haſce Reſpub. Ephorus ſanè in deſcribenda utraque Repub. iiſdem verbis eſt uſus, propriis dumtaxat nominibus exceptis. ad quæ ſi minus aliquis attenderit, de utra loquatur dignoſcere nullo modo queat. Et differentiæ quidem inter illas mihi videntur eſſe iſtæ. at cur neque laudatione dignam, neque æmulatione Creticam Reipub. formam judicem, jam dicam. Ego enim duo principia ſive fundamenta eſſe autumo cujuſlibet Reipub. propter quæ forma illius & conſtitutio vel optanda cenſeri debeat vel fugienda. & optanda quidem illa ſunt, quæ & civis cujuſque vitam privatim ſanctam reddunt & caſtam: & publica civitatis inſtituta manſueta atque juſta. fugienda verò quæ præſtant contrarium. Quemadmodum igitur quoties in aliquo populo mores legeſque laudabiles vigere exploratum habuerimus, & cives & ipſam Rempub. fore laudabilem non dubitamus affirmare: ſic cum & privatorum vitam avaritiæ deditam, & actiones publicas injuſtas alicubi obſervaverimus; quis dubitat meritò dici poſſe, & leges apud ipſos eſſe malas, & tam mores ſingulorum, quàm univerſam Remp. vituperabilem? Atqui neque civium ingenia magis veteratoria quàm Cretenſium, ullo invenias loco, ſi excipias oppidò pauca: neque publica conſilia magis iniqua. iccirco, qui nec ſimilem eam Spartanæ judicemus, neque aliâs dignam laude aut æmulatio-

latione, ex inſtituta comparatione eam explodimus. Sed nec Platonis Remp. (nam & hanc Philoſophi nonnulli dilaudant) ad comparationem adducere æquum fuerit. ut enim artifices aut athletas qui recepti in album non fuerint, neque ad id corpus præparaverint, ad athleticos agones & certamina non admittimus: ſic neque hæc Reſp. admitti per gratiam debet ad contendendum cum cæteris de loco principe, niſi prius aliquod opus ſuum verè demonſtraverit. ut enim res ſe habet ad hunc uſque diem, ſi quis quæ de illa ſunt ſcripta contendere inſtituerit cum Spartanorum, Romanorum & Carthaginienſium Repub. perinde fuerit, ut ſi quis ſtatuam aliquam deligat, & cum vivis ſpirantibuſque hominibus eam comparet. licet enim ad artem quod attinet, laudem omni ex parte ſtatua illa mereatur: comparationem tamen recti inanimatarum cum animatis imperfectam ac prorſus non convenientem viſum iri ſpectantibus probabile eſt. Quare his omiſſis, ad Laconicam iterum orationem convertimus. Igitur quod ad concordiam inter cives ſervandam, & finibus Laconicę ſecuritatem præſtandam, ad hæc libertatem tutò Spartæ conſervandam, puto equidem Lycurgum eas leges tuliſſe, & omnibus prudenter proſpexiſſe adeo præclarè, ut inventum divinius cenſeam quàm ut ab homine ſit profectum. æqualitas enim illa in poſſeſſionibus fundorum, & victus ille facilis ſimplexque ac communis, ut temperantem vitam cives inſtituerent, erat effecturus; & ut in Re-

λωτὴν, ἀποδοκιμάζομεν ἐκ τῆς προειρημένης συγκρίσεως. Καὶ μὴν οὐδὲ τὴν Πλάτωνος πολιτείαν δίκαιον παρεισάγειν· ἐπεὶ δὴ καὶ ταύτην τινὲς τῶν φιλοσόφων ἐξυμνοῦσιν. ὥσπερ γὰρ οὐδὲ τῶν τεχνιτῶν, ἢ τῶν ἀθλητῶν τούς γε μὴ νενεμημένους, ἢ σεσωμασκηκότας, παρίεμεν εἰς τοὺς ἀθλητικοὺς ἀγῶνας· οὐδὲ ταύτην χρὴ παρεισάγειν εἰς τὴν τῶν πρωτείων ἅμιλλαν, ἐὰν μὴ πρότερον ἐπιδείξηταί τι τῶν ἑαυτῆς ἔργων ἀληθινῶς. μέχρι δὲ τοῦ νῦν παραπλησίως ἂν ὁ περὶ αὐτῆς φανείη λόγος, ἀγόμενος εἰς σύγκρισιν πρὸς τὴν Σπαρτιατῶν καὶ Ῥωμαίων καὶ Καρχηδονίων πολιτείαν, ὡς ἂν εἰ τῶν ἀγαλμάτων τις ἓν προθέμενος, τοῦτο συγκρίνοι τοῖς ζῶσι καὶ πεπνυμένοις ἀνδράσιν. καὶ γὰρ ἂν ὅλως ἐπαινετὸν ὑπάρχῃ κατὰ τὴν τέχνην, τήν γε σύγκρισιν τῶν ἀψύχων τοῖς ἐμψύχοις ἐνδεῆ καὶ τελείως ἀπεμφαίνουσαν, εἰκὸς προσπίπτειν τοῖς θεωμένοις. Διόπερ ἀφέμενοι τούτων, ἐπὶ τὴν Λακωνικὴν ἐπάνιμεν πολιτείαν. Δοκεῖ δή μοι Λυκοῦργος πρὸς μὲν 46
τὸ σφίσιν ὁμονοεῖν τοὺς πολίτας, καὶ πρὸς τὸ τὴν Λακωνικὴν τηρεῖν ἀσφαλῶς, ἔτι δὲ τὴν ἐλευθερίαν διαφυλάττειν τῇ Σπάρτῃ βεβαίως, οὕτω νενομοθετηκέναι καὶ προνενοῆσθαι καλῶς, ὥστε θειοτέραν τὴν ἐπίνοιαν ἢ κατ' ἄνθρωπον αὐτοῦ νομίζειν. ἡ μὲν γὰρ περὶ τὰς κτήσεις ἰσότης, καὶ περὶ τὴν δίαιταν ἀφέλεια καὶ κοινότης, σώφρονας μὲν ἔμελλε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους παρασκευάζειν, ἀστασίαστον δὲ τὴν κοινὴν παρέξεσθαι

πολι-

πολιτείαν. ἡ δὲ πρὸς τοὺς πόνους καὶ πρὸς τὰ δεινὰ τῶν ἔργων ἄσκησις, ἀλκίμους καὶ γενναίους ἀποτελέσειν ἄνδρας. ἑκατέρων δὲ τούτων ὁμοῦ συνδραμόντων ἐς μίαν ψυχὴν ἢ πόλιν, ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης· οὔτ' ἐξ αὐτῶν φῦναι κακίαν εὐμαρὲς, οὔθ' ὑπὸ τῶν πέλας χειρωθῆναι ῥᾴδιον. Διόπερ οὕτω καὶ διὰ τούτων συστησάμενος πολιτείαν, βεβαίαν μὲν τῇ συμπάσῃ Λακωνικῇ παρεσκεύασε τὴν ἀσφάλειαν· πολυχρόνιον δὲ τοῖς Σπαρτιάταις αὐτοῖς ἀπέλιπε τὴν ἐλευθερίαν. πρὸς μὲν τοί γε τὴν τῶν πέλας κατάκτησιν καὶ πρὸς ἡγεμονίαν, καὶ καθόλου πρὸς πραγμάτων ἀμφισβήτησιν, οὔτ' ἐν τοῖς κατὰ μέρος, οὔτ' ἐν τοῖς ὅλοις δοκεῖ μοι προνοηθῆναι καθάπαξ οὐδέν. Λοιπὸν, ἢ τοιαύτην τινὰ προσεισαγαγεῖν δεῖ τοῖς πολίταις ἀνάγκην, ἢ πρόθεσιν, δι' ἧς ὥσπερ καὶ περὶ τοὺς κατ' ἰδίαν βίους αὐτάρκεις αὐτοὺς παρεσκεύασε καὶ λιτοὺς, οὕτω καὶ τὸ κοινὸν ἔθος τῆς πόλεως αὔταρκες ἔμελλε γίνεσθαι καὶ σῶφρον. νῦν δ' ἀφιλοτιμοτάτους καὶ νουνεχεστάτους ποιήσας περί τε τοὺς ἰδίους βίους καὶ τὰ τῆς σφετέρας πόλεως νόμιμα· πρὸς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας φιλοτιμοτάτους καὶ φιλαρχοτάτους καὶ πλεονεκτικωτάτους ἀπέλιπε.
47 τοῦτο μὲν γὰρ τίς οὐκ οἶδε; διότι πρῶτοι σχεδὸν τῶν Ἑλλήνων ἐπιθυμήσαντες τῆς τῶν ἀστυγειτόνων χώρας διὰ πλεονεξίαν, ἐπ' ἐξανδραποδισμῷ Μεσσηνίοις πόλεμον ἐξήνεγκαν; τοῦτο

pub. nulla ſeditio cooriretur. exercitatio verò in laboribus, & iis quæ terribilia habentur, fortes ac generoſos viros erat redditura. Quod ſi in eundem animum aut civitatem eandem hęc ſimul concurrerint, fortitudo inquam & temperantia; non facile eſt, ut aut vitium ex illis inſtitutis oriatur, aut externa vi domita jugo cujuſquam ſubjiciatur. Quum igitur hoc modo & rationibus hiſce civitatem fundaſſet, tum Laconicæ univerſæ ſecuritatem firmam paravit: tum Spartanis ipſis libertatem diuturnam reliquit. Cæterùm ad parandum ſibi in vicinos dominatum, & ad principatum, atque omnino ad imperii curam capeſſendam, prorſus nihil quicquam neq; in partibus Reip. neque in ſumma illius inſtituenda, videtur providiſſe. Itaque illud reſtabat, quò civib. ejuſmodi neceſſitatem imponeret, aut voluntatem animis ingeneraret; ut quemadmodum in vitæ privatæ ratione, pręſenti ſorte contentos ac frugi homines eſſe ipſos condocefecerat: ſic & publicos civitatis mores efficeret temperantes & fortunâ ſuâ contentos. nunc verò quum ad vitam quod attinet privatam, & publica etiam inſtituta inter ipſos, ab omni ambitione alieniſſimos & prudentiſſimos eos reddidiſſet: adverſus reliquos Græcos & ambitioſiſſimos eos reliquit, & dominandi ac diteſcendi ex alieno cupidiſſimos. nam quis eſt quin ſciat, primos ex omnibus Gręcis Spartanos cupiditate inflammatos vicini agri, propter avaritiam eo conſilio Meſſeniis bellum indixiſſe, ut victos ſub haſta venderent? quis item eſt

eſt qui ex hiſtoria non didicerit, eam fuiſſe tum pertinaciam Spartanorum, ut jurejurando fidem obſtringerent, non prius ab obſidione diſceſſuros, quàm per vim Meſſenen expugnaſſent? Sed & illud notum eſt omnibus, ipſos præ cupiditate dominandi Græcis, dicto fuiſſe audientes juſſis eorum quos pugnando vicerant. Perſas namque Græciam invadentes, ipſi pro libertate dimicantes vicerunt: iidem tamen reverſis in patriam ex fuga Perſis, pace per Antalcidam facta urbes Græcorum à ſe proditas tradiderunt: idque eo conſilio fecerunt, quò pecuniarum copiam haberent ad ſubjiciendos dominatui ſuo Græcos. cum quidem qua parte manca eſſet inſtitutio ſuæ Reipublicę, ab iis eſt animadverſum. quandiu enim finitimorum populorum atque adeo ipſius Peloponneſi imperium affectabant; copiis & commeatibus agri Laconici ſufficienter inſtruebantur: quum & haberent ad manum rerum neceſſariarum adparatus, & brevi tempore & domum ipſi repeterent, & ſua etiam conveherent: ubi verò mari claſſes emittere, ac terra expeditiones extra Peloponneſum ſuſcipere ceperunt: tum nimirum apparuit, neque ferream pecuniam, neque illam annuorum fructuū permutationem cum cęteris rebus quibus indigerent, Lycurgi legibus introductam, poſſe illis ſufficere. erat enim opus ad res gerendas communi pecunia, & copiis ab alienis regionibus cōparatis. quare ad colendos Regis Perſarum aditus coacti ſunt ſe conferre, inſulanis tributa indicere, ex omnibus denique Græcis pecuniam corrogare:

δὲ τίς οὐκ ἱστόρηκεν, ὡς διὰ φιλονεικίαν ἐνόρκους σφᾶς ἐποίησαν, μὴ πρόσθεν λύσειν τὴν πολιορκίαν, πρὶν ἢ κατὰ κράτος ἑλεῖν τὴν Μεσσήνην; καὶ μὴν τοῦτο γνώριμον ὑπάρχει πᾶσιν, ὡς διὰ τὴν ἐν τοῖς Ελλησιν φιλαρχίαν, οὓς ἐνίκησαν μαχόμενοι, τούτοις αὐτοῖς ὑπέμειναν ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. ἐπιπορευομένους μὲν γὰρ τοὺς Πέρσας ἐνίκων, διαγωνιζόμενοι περὶ τῆς τῶν Ελλήνων ἐλευθερίας. ἐπανελθοῦσι δὲ καὶ φυγοῦσιν προὔδωκαν ἐκδότους τὰς Ελληνίδας πόλεις κατὰ τὴν ἐπ' Ανταλκίδου γενομένην εἰρήνην, χάριν τοῦ χρημάτων εὐπορῆσαι πρὸς τὴν κατὰ τῶν Ελλήνων δυναστείαν· ὅτε δὴ καὶ τὸ τῆς νομοθεσίας ἐλλιπὲς συνώφθη παρ' αὐτοῖς. ἕως μὲν γὰρ τῆς τῶν ἀστυγειτόνων, ἔτι δὲ τῆς Πελοποννησίων αὐτῶν ἀρχῆς ἐφίεντο, συνεξεποιοῦντο ταῖς ἐκ τῆς Λακωνικῆς αὐτῆς ἐπαρκείαις καὶ χορηγίαις, προχείρους μὲν ἔχοντες τὰς τῶν ἐπιτηδείων παρασκευάς, ταχείας δὲ ποιούμενοι τὰς εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανόδους καὶ παρακομιδάς. ἐπεὶ δὲ στόλους μὲν ἐπεβάλλοντο κατὰ θάλατταν ἐκπέμπειν, στρατεύειν δὲ πεζικοῖς στρατοπέδοις ἔξω Πελοποννήσου· δῆλον ὡς οὔτε τὸ νόμισμα τὸ σιδηροῦν, οὔθ' ἡ τῶν ἐπετείων καρπῶν ἀλλαγὴ πρὸς τὰ λείποντα τῆς χρείας ἔμελλεν αὐτοῖς ἐξαρκεῖν κατὰ τὴν Λυκούργου νομοθεσίαν. προσεδεῖτο γὰρ τὰ πράγματα κοινοῦ νομίσματος, καὶ ξενικῆς παρασκευῆς. ὅθεν ἠναγκάσθησαν ἐπὶ θύρας μὲν πορεύεσθαι τὰς Περσῶν, φόρους δὲ τοῖς νησιώταις ἐπιτάττειν, ἀργυρολογεῖν δὲ πάντας τοὺς Ελληνας· 48

γνόντες

γνόντες ὡς οὐχ οἷόν τε κατὰ τὴν Λυκούργου νομοθεσίαν οὐχ ὅτι τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας, ἀλλ' οὐδὲ πραγμάτων ἀντιποιεῖσθαι τὸ παράπαν. τίνος οὖν χάριν εἰς ταῦτα παρεξέβην; ἵνα γένηται δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων συμφανὲς, ὅτι πρὸς μὲν τὸ τὰ σφέτερα βεβαίως διαφυλάττειν, καὶ πρὸς τὴν ἐλευθερίαν τηρεῖν, αὐτάρκης ἐστὶν ἡ τοῦ Λυκούργου νομοθεσία· καὶ τοῖς γε τοῦτο τὸ τέλος ἀποδεχομένοις τῆς πολιτείας συγχωρητέον, ὡς οὔτε ἐστὶν οὔτε γέγονεν οὐδὲν αἱρετώτερον τοῦ Λακωνικοῦ καταστήματος καὶ συντάγματος. εἰ δέ τις μειζόνων ἐφίεται, κἀκεῖνο κάλλιον καὶ σεμνότερον εἶναι νομίζει, τὸ πολλῶν μὲν ἡγεῖσθαι, πολλῶν δ' ἐπικρατεῖν καὶ δεσπόζειν, πάντας δ' εἰς αὐτὸν ἀποβλέπειν, καὶ νεύειν πρὸς αὐτούς· ταύτῃ δέ πῃ συγχωρητέον, τὸ μὲν Λακωνικὸν ἐνδεὲς εἶναι πολίτευμα, τὸ δὲ Ῥωμαίων διαφέρειν, καὶ δυναμικωτέραν ἔχειν τὴν σύστασιν. δῆλον δὲ τοῦτ' ἐξ αὐτῶν γέγονε τῶν πραγμάτων. Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ ὁρμήσαντες ἐπὶ τὸ καταχτήσασθαι τὴν τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίαν, ταχέως ἐκινδύνευσαν καὶ περὶ τῆς σφετέρας ἐλευθερίας. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν Ἰταλιωτῶν αὐτῶν ἐπιλαβόμενοι δυναστείας, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοὺς ἐποιήσαντο τὴν οἰκουμένην· οὐ μικρὰ πρὸς τὸ καθικέσθαι τῆς πράξεως ταύτης συμβαλλομένης αὐτοῖς τῆς εὐπορίας, καὶ τῆς ἑτοιμότητος τῆς κατὰ τὰς χορηγίας. Τὸ δὲ Καρχηδο-
49 νίων πολίτευμα, τὸ μὲν ἀνέκαθεν μοι δοκεῖ καλῶς κατά γε τὰς ὁλοσχερεῖς διαφορὰς συνεστάναι. καὶ γὰρ

qui probè jam ſcirent, ſi Lycurgi legibus ſtarent, nullam omnino rerum gerendarum fore ſibi facultatem: nedum ut Grecorum imperium poſſent ſibi vindicare. ſed quorſum hæc à propoſito digreſſio? ut rebus ipſis atteſtantibus docerem, inſtitutam à Lycurgo Remp. ad propriorum finium tuitionem, libertatiſque conſervationem abundè ſufficere: atque adeo iis qui Reip. hunc finem proponunt, debemus concedere; nullam eſſe aut fuiſſe unquam ullius civitatis compoſitionem aut ordinationem, quam Laconicæ jure poſſis anteponere. at ſi majora quis moliatur, & eo quem diximus fine pulchrius ac glorioſius ducat, præeſſe multis, latè imperare & dominari; eum denique eſſe ſe, ad quem omnes reſpiciant & inclinent: tum enimvero fatendum eſt; Laconicam Reip. formam eſſe imperfectam; & longè præſtare Romanam, ejuſque conſtitutionem ad vires parandas & imperium eſſe aptiorem. id verò ex ipſis rebus palàm eſt factum. Lacedæmonii enim quum ad occupandum Græciæ imperium ſe accinxiſſent, mox etiam libertatis propriæ periculum adierunt. at Romani populorum ipſius Italiæ dominationem ſemel nacti, brevi tempore orbem terrarum ſui juris fecerunt: non mediocriter hoc uno adjuti ad perficiendum iſtud inceptum, quòd rerum omnium copia abundabant, facillimeque cuncta ſubminiſtrabantur. Carthaginienſium Rempub. equidem puto ad ſummas illas differentias quod attinet, præclare fuiſſe initio conſtitutam. nam & Reges ſive

ſive Sufetes apud illos erant, & Senatus optimatibus convenientem potentiam habebat: & populus quoque poteſtatem habuit rerum nonnullarum, quę ad ejus curam pertinebant. ſumma denique Reſp. ſimili modo concinnata compactaque apud hos fuit, atque apud Romanos & Lacedæmonios. Verumenimvero ea tempeſtate qua bellum Hannibalicum Reſp. Carthaginienſis ſuſcepit, deterior illorum, potior Romanorum erat conditio. nam quum ſit cujuslibet corporis, civitatis aut actionis naturale aliquod creſcendi tempus, dein florem ſtatumque ſuum obtinendi, ac demum vergendi ad interitum; ſitque ita natura comparatum, ut tum maximè quæque vigeant, quando in illo perfecto ſuo ſunt ſtatu: hoc diſcriminis tum inter illas verſatum eſt civitates. quanto namque citius Carthaginienſis & prius quàm Romana ſuum illum præcipuum florem ac felicitatem fuerat adepta: tanto magis Carthago quidem defloruerat & effœta jam erat; Roma verò, integrâ vigente Reipub. forma, cùm maximè tum florebat. ideo etiam in rerum deliberationibus apud Carthaginienſes quidem plurimam populus auctoritatem ſibi vindicaverat, quę apud Romanos illibata, penes Senatum adhuc erat. ex quo factum, ut illic populo de omnibus conſultante; hic verò civium optimo quoque, vincerent in iis quę communiter geſſerunt Romanorum conſilia. qui etiam eandem ob cauſſam quum univerſa dimicatione eſſent victi, quia rectis utebantur conſiliis, ad extremum bello Carthaginienſes uicerunt. Jam ſi particulatim ſingula conſideremus, verbi gratia, quæ ad bellicos uſus ſpe-

βασιλεῖς ἦσαν παρ' αὐτοῖς, καὶ τὸ γερόντιον εἶχε τὴν ἀριστοκρατικὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἦν κύριον τῶν καθηκόντων αὐτῷ· καθόλου δὲ τὴν τῶν ὅλων ἁρμογὴν εἶχε παραπλησίαν τῇ Ῥωμαίων καὶ Λακεδαιμονίων. κατά γε μὴν τοὺς καιροὺς τούτους, καθ' οὓς εἰς τὸν Ἀννιβιακὸν ἐνέβαινε πόλεμον, χεῖρον ἦν τὸ Καρχηδονίων, ἄμεινον δὲ τὸ Ῥωμαίων. ἐπειδὴ γὰρ παντὸς καὶ σώματος καὶ πολιτείας καὶ πράξεως ἐστί τις αὔξησις κατὰ φύσιν, μετὰ δὲ ταύτην ἀκμή, κἄπειτα φθίσις, κράτιστα δ' αὐτῶν ἐστι πάντα τὰ κατὰ τὴν ἀκμήν· παρὰ τοῦτο καὶ τότε διέφερεν ἀλλήλων τὰ πολιτεύματα· καθ' ὅσον γὰρ ἡ Καρχηδονίων πρότερον ἴσχυε, καὶ πρότερον εὐτύχει τῆς Ῥωμαίων· κατὰ τοσοῦτον ἡ μὲν Καρχηδὼν ἤδη τότε παρήκμασεν· ἡ δὲ Ῥώμη μάλιστα τότ' εἶχε τὴν ἀκμὴν κατά γε τὴν τῆς πολιτείας σύστασιν. διὸ καὶ τὴν πλείστην δύναμιν ἐν τοῖς διαβουλίοις, παρὰ μὲν Καρχηδονίοις ὁ δῆμος ἤδη μετειλήφει, παρὰ δὲ Ῥωμαίοις ἀκμὴν εἶχεν ἡ σύγκλητος. ὅθεν παρ' οἷς μὲν τῶν πολλῶν βουλευομένων, παρ' οἷς δὲ τῶν ἀρίστων, κατίσχυε τὰ τῶν Ῥωμαίων διαβούλια περὶ τὰς κοινὰς πράξεις· ᾗ καὶ πταίσαντες τοῖς ὅλοις, τῷ βουλεύεσθαι καλῶς τέλος ἐπεκράτησαν τῷ πολέμῳ τῶν Καρχηδονίων. τά γε μὴν κατὰ μέρος, οἷον εὐθέως τὰ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας, τὸ μὲν πρὸς τὰ

κατὰ

κατὰ θάλατταν, ὅπερ εἰκὸς, ἄμεινον ἀσκοῦσι καὶ παρασκευάζονται Καρχηδόνιοι, διὰ τὸ καὶ πάτριον αὐτοῖς ὑπάρχειν ἐκ παλαιοῦ τὴν ἐμπειρίαν ταύτην, καὶ θαλαττουργεῖν μάλιστα πάντων ἀνθρώπων· τὸ δὲ περὶ τὰς πεζικὰς χρείας, πολὺ δή τι Ῥωμαῖοι πρὸς τὸ βέλτιον ἀσκοῦσι Καρχηδονίων. οἱ μὲν γὰρ τὴν ὅλην περὶ τοῦτον ποιοῦνται σπουδήν. Καρχηδόνιοι δὲ τῶν μὲν πεζικῶν εἰς τέλος ὀλιγωροῦσι· τῶν δ' ἱππικῶν βραχεῖάν τινα ποιοῦνται πρόνοιαν. αἴτιον δὲ τούτων ἐστὶν, ὅτι ξενικαῖς καὶ μισθοφόροις χρῶνται δυνάμεσι, Ῥωμαῖοι δ' ἐγχωρίοις καὶ πολιτικαῖς. ᾗ καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος, ταύτην τὴν πολιτείαν ἀποδεκτέον ἐκείνης μᾶλλον. ἡ μὲν γὰρ ἐν ταῖς τῶν μισθοφόρων εὐψυχίαις ἔχει τὰς ἐλπίδας ἀεὶ τῆς ἐλευθερίας· ἡ δὲ Ῥωμαίων ἐν ταῖς σφετέραις ἀρεταῖς, καὶ ταῖς τῶν συμμάχων ἐπαρκείαις. διὸ κἄν ποτε πταίσωσι κατὰ τὰς ἀρχὰς, Ῥωμαῖοι μὲν ἀναμάχονται τοῖς ὅλοις, Καρχηδόνιοι δὲ τἀναντία ..... ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενοι, καὶ τέκνων οὐδέποτε δύνανται λῆξαι τῆς ὀργῆς, ἀλλὰ μένουσι ψυχομαχοῦντες ἕως ἂν περιγένωνται τῶν ἐχθρῶν. διὸ καὶ περὶ τὰς ναυτικὰς δυνάμεις πολύ τι λειπόμενοι Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν ἐμπειρίαν, ὡς πρότερον εἶπον, τοῖς ὅλοις ἐπικρατοῦσι, διὰ τὰς τῶν ἀνδρῶν ἀρετάς. καίπερ γὰρ οὐ μικρὰ συμβαλλομένης εἰς τοὺς κατὰ θάλασσαν κινδύνους τῆς ναυμαχικῆς χρείας, ὅμως ἡ τῶν ἐπιβατῶν εὐψυχία πλείστην παρέχεται ῥοπὴν εἰς τὸ νικᾶν. Διαφέρουσι μὲν οὖν καὶ φύσει πάντες Ἰταλιῶται Φοινίκων καὶ

ſtant: res nauticas, uti par eſt, melius exercent meliuſque ad eas ſe comparant Carthaginienſes: ut qui hanc ſcientiam jam olim à majoribus ſuis acceperint: & qui uſu majore navigandi, cæteris mortalibus longè præſtent. Terreſtris verò militiæ exercitationibus Romani Carthaginienſes longo intervallo ſuperant. nam illi omne ſuum ſtudium ei curæ applicant: Carthaginienſes verò de pedeſtri quidem militia nihil quicquam prorſus curant: equeſtris rei levem aliquam curam habent. cujus rei cauſſa eſt, quod peregrino & mercenario milite utuntur; Romani domeſtico & urbano: iccirco etiam in iſta parte hæc potius quàm illa Reſp. laudem meretur: illa enim ſpem libertatis ſuæ in mercenariorum forti animo poſitam ſemper habet: Romana, in ſuorum virtute, & ſociorum auxiliis. itaque licet initio damnum aliquod gravius ſit acceptū, Romani quidem integros exercitus mox reparant: at Carthaginienſes è contrario facere idem non poſſunt. Adde quòd Romani patriam ac liberos propugnantes, iræ modum neſciunt imponere: ſed pervicacibus animis in propoſito pugnandi manent, donec hoſtem devicerint. Quare quum rei navalis uſu longè inferiores eſſent Romani, ut antea eſt dictum; virtute tamen civium ſuorum univerſi belli victores ſemper evadunt. etſi enim non parum ad prœlia navalia nauticæ rei ſcientia confert: plurimùm tamen ad victoriam claſſiarii militis virtus facit momenti. Sanè quidem & à natura hoc habent Italici populi, ut tam corporis robore quàm

quàm audacia ac præſentia animi Pœnos atque Afros ſuperent: ſed & inſtituta ſunt publica quæ juvenes eodem vehementer incitent. Unum ex his commemorare ſatis fuerit, ut hoc velut ſigno omnes intelligant, quantæ ſit Romanis curæ, quò juventus in viros evadat, omnia paratos perpeti, dummodo præclarum in patria nomen conſequantur. Nam quoties aliquis vir illuſtris apud illos migravit de vita; is cum funus effertur, præter reliquos honores quibus ornatur, in Forum ad Roſtra ut vocant, ſolet efferri: ſtans interdum, ut ſit omnibus conſpicuus, rarius jacens. ibi populi totius coronâ circumſtante, aut filius, ſi contingat filium ætate adultum ab eo eſſe relictum, atque ille præſens adſit: ſi minus, è ſanguine junctis aliquis, Roſtra conſcendit, defunctique laudes commemorat, & ſi quæ dum viveret, feliciter ab eo fuerint geſta. unde evenit, ut populus rediens in memoriam anteactorum, & ob oculos ſibi ea ponens, ſic afficiatur, non illi dumtaxat qui gerendis rebus quæ ſunt narratæ interfuerunt; ſed ii etiam qui planè alieni fuerunt ab iis quæ narrantur; ut publicus videatur is luctus eſſe, non eorum proprius ad quos funus pertinet. deinde ubi cadaver ſepelierunt, & juſta peregerunt, imaginem defuncti in celeberrima ædium parte ponunt, lignea quadam ædicula circumtectam. Eſt autem hæc imago, vultus ſimilitudo quàm accuratiſſimè expreſſa, tum deformatione figuræ tum & pigmentis. has imagines per ſolennitates publicas aperiunt & cum

Λιβύων, τῇ τε σωματικῇ ῥώμῃ, καὶ ταῖς ψυχικαῖς τόλμαις. Μεγάλην δὲ καὶ διὰ τῶν ἐθισμῶν πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ποιοῦνται τῶν νέων παρόρμησιν. ἓν δὲ ῥηθὲν ἱκανὸν ἔσται σημεῖον τῆς τοῦ πολιτεύματος σπουδῆς, ἣν ποιεῖ περὶ τὸ τοιούτους ἀποτελεῖν ἄνδρας, ὥστε πᾶν ὑπομένειν χάριν τοῦ τυχεῖν ἐν τῇ πατρίδι τῆς ἐπ' ἀρετῇ φήμης. Ὅταν γὰρ μεταλ- 51
λάξῃ τις παρ' αὐτοῖς τῶν ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, συντελουμένης τῆς ἐκφορᾶς κομίζεται μετὰ τοῦ λοιποῦ κόσμου πρὸς τοὺς καλουμένους Ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὰν, ποτὲ μὲν ἑστὼς ἐναργὴς, σπανίως δὲ κατακεκλιμένος. πέριξ δὲ παντὸς τοῦ δήμου στάντος, ἀναβὰς ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους, ἂν μὲν υἱὸς ἐν ἡλικίᾳ καταλείπηται, καὶ τύχῃ παρὼν οὗτος· εἰ δὲ μὴ, τῶν ἄλλων εἴ τις ἀπὸ γένους ὑπάρχῃ, λέγῃ περὶ τοῦ τετελευτηκότος τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς ἐπιτετευγμένας ἐν τῷ ζῆν πράξεις. δι' ὧν συμβαίνει τοὺς πολλοὺς ἀναμιμνησκομένους, καὶ λαμβάνοντας ὑπὸ τὴν ὄψιν τὰ γεγονότα, μὴ μόνον τοὺς κεκοινωνηκότας τῶν ἔργων, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐκτὸς, ἐπὶ τοσοῦτον γίνεσθαι συμπαθεῖς, ὥστε μὴ τῶν κινδυνευόντων ἴδιον, ἀλλὰ κοινὸν τοῦ δήμου φαίνεσθαι τὸ σύμπτωμα. μετὰ δὲ ταῦτα θάψαντες καὶ ποιήσαντες τὰ νομιζόμενα, τιθέασι τὴν εἰκόνα τοῦ μεταλλάξαντος εἰς τὸν ἐπιφανέστατον τόπον τῆς οἰκίας, ξύλινα ναΐδια περιτιθέντες. ἡ δὲ εἰκών ἐστι, πρόσωπον εἰς ὁμοιότητα διαφερόντως ἐξειργασμένον, καὶ κατὰ τὴν πλάσιν καὶ κατὰ τὴν ὑπογραφήν. ταύτας δὲ τὰς εἰκόνας ἔν τε ταῖς δημοτελέσι θυσίαις ἀνοίγον-

τῆς κοσμοῦσι φιλοτίμως. ἐπὰν δὲ τῶν
οἰκείων μεταλλάξῃ τις ἐπιφανής,
ἄγουσιν εἰς τὴν ἐκφοράν, περιτιθέν-
τες ὡς ὁμοιοτάτοις εἶναι δοκοῦσι
κατά τε τὸ μέγεθος, καὶ τὴν ἄλλην
περικοπήν. οὗτοι δὲ προσανα-
λαμβάνουσιν ἐσθῆτα, ἐὰν μὲν ὕπα-
τος ἢ στρατηγὸς ᾖ γεγονώς, περι-
πορφύρους· ἐὰν δὲ τιμητής, πορ-
φυρᾶς· ἐὰν δὲ καὶ τεθριαμβευκώς,
ἤ τι τοιοῦτον κατειργασμένος, δια-
χρύσους. αὐτοὶ μὲν οὖν ἐφ' ἁρμά-
των οὗτοι πορεύονται, ῥάβδοι δὲ
καὶ πελέκεις καὶ τἄλλα τὰ ταῖς
ἀρχαῖς εἰωθότα συμπαρακεῖσθαι,
προηγεῖται, κατὰ τὴν ἀξίαν ἑκά-
στῳ τῆς γεγενημένης κατὰ τὸν βίον
ἐν τῇ πολιτείᾳ προαγωγῆς. ὅταν
δ' ἐπὶ τοὺς Ἐμβόλους ἔλθωσι, κα-
θέζονται πάντες ἑξῆς ἐπὶ δίφρων ἐλε-
φαντίνων. οὗ κάλλιον οὐκ εὐμαρὲς ἰδεῖν
θέαμα νέῳ φιλοδόξῳ καὶ φιλαγάθῳ.
τὸ γὰρ τὰς τῶν ἐπ' ἀρετῇ δεδοξασμέ-
52 νων ἀνδρῶν εἰκόνας ἰδεῖν ὁμοῦ πάσας
οἱονεὶ ζώσας καὶ πεπνυμένας, τίν' οὐκ
ἂν παραστήσαι; τί δ' ἂν κάλλιον θέα-
μα τούτου φανείη; πλὴν ὅ γε λέγων
ὑπὲρ τοῦ θάπτεσθαι μέλλοντος, ἐπὰν
διέλθῃ τὸν περὶ τούτου λόγον, ἄρχε-
ται τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ προγενεστάτου
τῶν παρόντων, καὶ λέγει τὰς ἐπιτυ-
χίας ἑκάστου καὶ τὰς πράξεις· ἐξ ὧν
καινοποιουμένης ἀεὶ τῶν ἀγαθῶν
ἀνδρῶν τῆς ἐπ' ἀρετῇ φήμης, ἀθα-
νατίζεται μὲν ἡ τῶν καλόν τι δια-
πραξαμένων εὔκλεια· γνώριμος
δὲ τοῖς πολλοῖς καὶ παραδόσιμος
τοῖς ἐπιγινομένοις ἡ τῶν εὐεργετη-
σάντων τὴν πατρίδα γίνεται δό-
ξα. τὸ δὲ μέγιστον, οἱ νέοι πα-
ρορμῶνται πρὸς τὸ πᾶν ὑπομέ-
νειν ὑπὲρ τῶν κοινῶν πραγμάτων,

ſtudio exornant. cum autem illuſtris vir aliquis ex eadem gente vel familia diem clauſit ultimum, ad funeris elationem eas proferunt, & ut quàm ſimillimæ ſint defuncto, reliquum etiam corporis truncum adjiciunt. hæc porro ſimulacra togas aſſumunt; ſi vir Conſularis aut Prætorius quis fuerit, prætextas: ſi Cenſorius, purpureas: ſi triumphalis, aut ſimili quo alio honore functus, auro radiantes. & hi quidem curru vecti procedunt: at faſces & ſecures & quæcunque alia magiſtratus comitari ſolent inſignia, ibi quoque præcedunt: pro honore & dignitate quam quiſque in Repub. dum viveret, obtinvit. Ad Roſtra ut ventum, ordine omnes ſellis inſident eburneis: quo ſpectaculo nullum temere pulchrius juvenis veræ laudis ac virtutis amans queat intueri. quis eſt enim quem impetus ad laudem non capiat, cum imagines virorum quos ſua virtus fecit inſignes, velut vivas omnes ſpectet ac ſpirantes? aut hoc ſpectaculo quod poteſt aliud eſſe pulchrius? cæterùm qui mox ſepeliendum laudat, abſoluta hujus laudatione, ad alios orationem conferens, ab maximo natu omnium qui adſunt, orditur, & decora ſingulorum ac res geſtas commemorat: atque hoc modo, bonorum præſtanti laude ac famâ ſubinde renovatâ, eorum gloria qui facinus aliquod memorabile ediderunt, fit immortalis. nomen autem illorum qui de patria præclarè ſunt meriti, vulgo innoteſcens ad poſteritatis memoriam propagatur. &, quod longè maximum, juventus ad omnia ferenda excitatur,

tur, quò tandem illam indipiſcatur gloriam, quæ bonos ſolet comitari. Id verò probari vel his exemplis poteſt. Exſtitere namque inter Romanos multi, qui ſingulari certamine ſummam rerum ultro cernerent. nec pauci ad certum exitium caput ſuum devoverunt; pars in bello, ut cæteris eſſent ſaluti; pars in pace, ut Remp. in tuto collocarent. alii in imperio conſtituti filios ſuos præter omnem morem aut legem necaverunt, utilitatem patriæ vinculis proximitatis, etiam cum maxime neceſſariis & conjunctiſſimis, anteponentes. Ac multa quidem talium exemplorum apud Romanos narrantur: verùm unius nominatim in præſentia meminiſſe exempli & fidei cauſsâ ſatis fuerit. Fertur Horatius cui cognomen Cocliti, quum in primo aditu pontis, qui ad ipſam urbem Tiberi eſt impoſitus, adverſus hoſtes duos dimicaret; multitudine ingruentium adverſariorum animadverſa, metuens ne per vim in urbem irrumperent, converſus ad eos qui pone ſtabant, clamore magno juſſiſſe, ut celeriter pedem referrent ac pontem reſcinderent. quibus imperata facientibus, ſuſtentavit Cocles dum pons reſcinditur, quantumvis vulnera acciperet plurima: itaque irruentium hoſtium impetum inhibuit. quos non adeo vis Coclitis, ut præſentia animi conſtantiaque & audacia admiratione defixit. Ponte reſciſſo, hoſtes quidem à conatu ſunt depulſi: at Cocles in amnem cum armis ſeſe projiciens, ſpontaneam mortem oppetiit: ante-

χάριν τοῦ τυχεῖν τῆς συνακολουθούσης
τοῖς ἀγαθοῖς τῶν ἀνδρῶν εὐκλείας.
Πίστιν δ' ἔχει τὸ λεγόμενον ἐκ τού-
των. πολλοὶ μὲν γὰρ ἐμονομάχησαν
ἑκουσίως Ῥωμαίων ὑπὲρ τῆς τῶν ὅλων
κρίσεως· οὐκ ὀλίγοι δὲ προδή-
λους εἵλοντο θανάτους· τινὲς μὲν ἐν
πολέμῳ, τῆς τῶν ἄλλων ἕνεκεν σωτη-
ρίας· τινὲς δ' ἐν εἰρήνῃ, χάριν
τῆς τῶν κοινῶν πραγμάτων ἀσφα-
λείας. Καὶ μὴν ἀρχὰς ἔχοντες ἔ-
νιοι, τοὺς ἰδίους υἱοὺς παρὰ πᾶν ἔθος
ἢ νόμον ἀπέκτειναν· περὶ πλείονος
ποιούμενοι τὸ τῆς πατρίδος συμ-
φέρον, τῆς κατὰ φύσιν οἰκειότητος πρὸς
τοὺς ἀναγκαιοτάτους. πολλὰ μὲν οὖν
τοιαῦτα καὶ περὶ πολλῶν ἱστορεῖται
παρὰ Ῥωμαίοις· ἓν δὲ ἀρκοῦν ἔσται
πρὸς τὸ παρὸν ἐπ' ὀνόματος ῥηθέν,
ὑποδείγματος καὶ πίστεως ἕνεκεν.
Κόκλην γὰρ λέγεται τὸν Ὁράτιον ἐπι- 53
κληθέντα, διαγωνιζόμενον πρὸς δύο
τῶν ὑπεναντίων ἐπὶ τῷ κατ' ἀντικρὺς
τῆς γεφύρας πέρατι τῆς ἐπὶ τοῦ Τιβέρι-
δος, ἣ κεῖται πρὸ τῆς πόλεως· ἐπεὶ πλῆ-
θος ἐπιφερόμενον εἶδε τῶν βοηθούντων
τοῖς πολεμίοις, δείσαντα μὴ βια-
σάμενοι παραπέσωσιν εἰς τὴν πόλιν,
βοᾶν ἐπιστραφέντα τοῖς κατόπιν, ὡς
τάχος ἀναχωρήσαντας διασπᾶν τὴν
γέφυραν. τῶν δὲ πειθαρχησάντων, ἕως
μὲν οὗτοι διέσπων ὑπέμενε καὶ τραυ-
μάτων πλῆθος ἀναδεχόμενος, καὶ
διακατέσχε τὴν ἐπιφορὰν τῶν ἐχθρῶν·
οὐχ οὕτω τὴν δύναμιν, ὡς τὴν ὑπό-
στασιν αὐτοῦ καὶ τόλμαν καταπε-
πληγμένων τῶν ὑπεναντίων. Δια-
σπασθείσης δὲ τῆς γεφύρας, οἱ μὲν
πολέμιοι τῆς ὁρμῆς ἐκωλύθησαν· ὁ
δὲ Κόκλης ῥίψας ἑαυτὸν εἰς τὸν πο-
ταμὸν ἐν τοῖς ὅπλοις, κατὰ προαίρε-
σιν μετήλλαξε τὸν βίον, περὶ πλείονος

ποιησάμενος τὴν τῆς πατρίδος ἀσφάλειαν, καὶ τὴν ἐσομένην μετὰ ταῦτα περὶ αὑτὸν εὔκλειαν τῆς παρούσης ζωῆς, καὶ τοῦ καταλειπομένου βίου. τοιαύτη τις, ὡς ἔοικε, διὰ τῶν παρ' αὐτοῖς ἐθισμῶν ἐγγεννᾶται τοῖς νέοις ὁρμὴ καὶ φιλοτιμία πρὸς τὰ καλὰ τῶν ἔργων.

54 Καὶ μὴν τὰ περὶ τοὺς χρηματισμοὺς ἔθη καὶ νόμιμα, βελτίω παρὰ Ῥωμαίοις ἐστὶν, ἢ παρὰ Καρχηδονίοις. παρ' οἷς μὲν γὰρ οὐδὲν αἰσχρὸν τῶν ἀνηκόντων πρὸς κέρδος· παρ' οἷς δὲ οὐδὲν αἴσχιον τοῦ δωροδοκεῖσθαι καὶ τοῦ πλεονεκτεῖν ἀπὸ τῶν μὴ καθηκόντων. καθ' ὅσον γὰρ ἐν καλῷ τίθενται τὸν ἀπὸ τοῦ κρατίστου χρηματισμὸν, κατὰ τοσοῦτον πάλιν ἐν ὀνείδει ποιοῦνται τὴν ἐκ τῶν ἀπειρημένων πλεονεξίαν. σημεῖον δὲ τούτων· παρὰ μὲν Καρχηδονίοις δῶρα φανερῶς διδόντες λαμβάνουσι τὰς ἀρχάς· παρὰ δὲ Ῥωμαίοις θάνατός ἐστι περὶ τούτου πρόστιμον· ὅθεν, τῶν ἄθλων τῆς ἀρετῆς ἐναντίων τιθεμένων παρ' ἀμφοῖν, εἰκὸς ἀνόμοιον εἶναι καὶ τὴν παρασκευὴν ἑκατέρων πρὸς ταῦτα. Μεγίστην δέ μοι δοκεῖ διαφορὰν ἔχειν τὸ Ῥωμαίων πολίτευμα πρὸς τὸ βέλτιον, ἐν τῇ περὶ θεῶν διαλήψει. Καί μοι δοκεῖ τὸ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὀνειδιζόμενον, τοῦτο συνέχειν τὰ Ῥωμαίων πράγματα· λέγω δὲ τὴν δεισιδαιμονίαν. ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ ἐκτετραγῴδηται καὶ παρεισῆκται τοῦτο τὸ μέρος παρ' αὐτοῖς εἴς τε τοὺς κατ' ἰδίαν βίους καὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως, ὥστε μὴ καταλιπεῖν ὑπερβολήν· ὃ καὶ δόξειεν ἂν πολλοῖς εἶναι θαυμάσιον. ἐμοί γε μὴν δοκοῦσι τοῦ πλήθους χάριν τοῦτο πεποιηκέναι. εἰ μὲν γὰρ ἦν σοφῶν ἀν-

poſita ſalute patriæ, & gloria quæ mortuum ipſum manebat, præſenti vitæ, & iis qui adhuc illi ad vivendum ſupererant annis. Adeo nimirum magnus eſt ille impetus ad honeſta facinora, & æmulatio virtutis, quæ ex ipſorum inſtitutis, in animis juvenum ingeneratur. Jam quod ad rem familiarem augendam attinet, melioribus Romani quàm Carthaginienſes moribus atque inſtitutis utuntur. Nam apud hos, nihil turpe quod cum lucro ſit conjunctum: apud illos, nihil turpius quàm largitionibus corrumpi, & malis artibus rem facere. in quantum enim laudi ducunt, honeſtis rationibus congeſtas opes: in tantum divitias parum legitimis factis cumulaſſe probro vertunt. Argumentum hujus rei eſt: quòd Carthagine dignitates & honores palàm largitionibus redimuntur: Romæ idem feciſſe, crimen eſt capitale. Quum igitur apud hoſce duos populos contraria virtuti propoſita ſint prꝗmia; vias etiam quibus ad illas cives graſſantur, contrarias eſſe apud utroſque dubitare nemo debet. Sed nulla re æque prꝗſtare cæteris populis Romanos arbitror, ac opinione illa quam de diis habent. Atque adeo quæ res apud reliquos mortales vitio vertitur, ea ipſa continere Romanam Remp. mihi videtur: ſuperſtitionem dico. nam quod meritò multi mirentur, uſque eo apud hos ſuperſtitio in majus eſt exaggerata, & cum in privatam hominum vitam, tum in publica conſilia eſt inducta, ut non queat magis. quod equidem multitudinis cauſsâ factum ab illis exiſtimo. Enimvero ſi ex

ſi ex ſolis ſapientibus conſtitui poſſet Reſp. eſſet fortaſſe totum illud genus non neceſſarium: nunc quum omnis multitudo ſit levis, plena illicitarum cupiditatum, ira ęſtuet pręcipiti, & ad vim iracundiâ impellatur; hoc reſtat, ut terroribus nec manifeſtis, & ejuſmodi terribilibus figmentis vulgus cohibeatur. Iccirco videntur mihi veteres, nec temere nec ſine gravi cauſſâ iſtas de diis opiniones, & de pœnis apud Inferos in vulgus induxiſſe: contra autem, temere ac ſine ratione qui nunc vivunt illas rejicere. Itaque, ut de cæteris taceam, qui publicam pecuniam tractant, apud Græcos quidem ſi vel unum dumtaxat talentum fuerit eis creditum, decem reſcriptoribus adhibitis, ſigillis totidem, teſtibus autem duplo pluribus, fidem tamen ut ſervent impetrare ab iis nequeas. iidem apud Romanos quum & in magiſtratibus & in legationibus magnam pecunię vim tractent, propter unicam jurisjurandi religionem, fidem ſervant.& quum apud alios rarò aliquis inveniatur, qui publico manus abſtineat, quique ejuſmodi ſceleris purus ſit:apud Romanos contrà, ut manifeſti peculatus aliquis arguatur, rarò accidit. Sedenim manere humanas res omnes interitum ac mutationem, ne admonendi quidem ſumus. ipſa namque naturę neceſſitas ad firmandam huic rei fidem abundè ſufficit. quum autem duo modi ſint quibus Reſpub. omnes pereunt, vel extrinſecus illata peſte, vel in ipſis ingenerata:ejus quæ venit extrinſecus, incerta & inſtabilis eſt cognitio; ad illa autem mala quod

δρῶν πολίτευμα συναγαγεῖν, ἴσως οὐδὲν ἦν ἀναγκαῖος ὁ τοιοῦτος τρόπος. ἐπεὶ δὲ πᾶν πλῆθός ἐστιν ἐλαφρὸν καὶ πλῆρες ἐπιθυμιῶν παρανόμων, ὀργῆς ἀλόγου, θυμοῦ βιαίου, λείπεται τοῖς ἀδήλοις φόβοις, καὶ τῇ τοιαύτῃ τραγῳδίᾳ τὰ πλήθη συνέχειν. διόπερ οἱ παλαιοὶ δοκοῦσί μοι τὰς περὶ θεῶν ἐννοίας, καὶ τὰς περὶ τῶν ἐν ἅδου διαλήψεις οὐκ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν εἰς τὰ πλήθη παρεισαγαγεῖν· πολὺ δὲ μᾶλλον οἱ νῦν εἰκῇ καὶ ἀλόγως ἐκβάλλειν αὐτά. Τοιγαροῦν χωρὶς τῶν ἄλλων, οἱ τὰ κοινὰ χειρίζοντες, παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἐὰν τάλαντον μόνον πιστευθῶσιν ἀντιγραφεῖς ἔχοντες δέκα, καὶ σφραγῖδας τοσαύτας, καὶ μάρτυρας διπλασίους, οὐ δύνανται τηρεῖν τὴν πίστιν. παρὰ δὲ Ῥωμαίοις κατά τε τὰς ἀρχὰς καὶ πρεσβείας πολύ τι πλῆθος χρημάτων χειρίζοντες δι' αὐτῆς τῆς κατὰ τὸν ὅρκον πίστεως, τηροῦσι τὸ καθῆκον. καὶ παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις σπάνιόν ἐστιν εὑρεῖν ἀπεχόμενον ἄνδρα τῶν δημοσίων, καὶ καθαρεύοντα περὶ ταῦτα· παρὰ δὲ τοῖς Ῥωμαίοις σπάνιόν ἐστι τὸ λαβεῖν τινὰ πεφωραμένον ἐπὶ τοιαύτῃ πράξει.

55 Ὅτι μὲν οὖν πᾶσι τοῖς οὖσιν ὑπόκειται φθορὰ καὶ μεταβολὴ, σχεδὸν οὐ προσδεῖ λόγου. ἱκανὴ γὰρ ἡ τῆς φύσεως ἀνάγκη παραστῆσαι τὴν τοιαύτην πίστιν. δυοῖν δὲ τρόπων ὄντων καθ' οὓς φθείρεσθαι πέφυκε πᾶν γένος πολιτείας, τοῦ μὲν ἔξωθεν, τοῦ δ' ἐν αὐτοῖς φυομένου· τὸ μὲν ἐκτὸς ἄστατον ἔχειν

συμβαίνει τὴν θεωρίαν· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν, τεταγμένην. Τί μὲν δὴ πρῶτον φύεται γένος πολιτείας, καὶ τί δεύτερον, καὶ πῶς εἰς ἄλληλα μεταπίπτουσιν, εἴρηται πρόσθεν ἡμῖν. ὥστε τοὺς δυναμένους τὰς ἀρχὰς τῷ τέλει συνάπτειν τῆς ἐνεστώσης ὑποθέσεως, κἂν αὐτοὺς ἤδη προειπεῖν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος. ἔστι δὲ ὡς ἐγῷμαι δῆλον. Ὅταν γὰρ πολλοὺς καὶ μεγάλους κινδύνους διωσαμένη πολιτεία μετὰ ταῦτα εἰς ὑπεροχὴν καὶ δυναστείαν ἀδήριτον ἀφίκηται· φανερὸν, ὡς εἰσοικιζομένης εἰς αὐτὴν ἐπὶ πολὺ τῆς εὐδαιμονίας, συμβαίνει τοὺς μὲν βίους γίνεσθαι πολυτελεστέρους, τοὺς δ' ἄνδρας φιλονεικοτέρους τοῦ δέοντος περί τε τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἄλλας ἐπιβολάς. ὧν προβαινόντων ἐπὶ πλέον, ἄρξει μὲν τῆς ἐπὶ τὸ χεῖρον μεταβολῆς ἡ φιλαρχία, καὶ τὸ τῆς ἀδοξίας εἶδος. πρὸς δὲ τούτοις ἡ περὶ τοὺς βίους ἀλαζονεία καὶ πολυτέλεια. λήψεται δὲ τὴν ἐπιγραφὴν τῆς μεταβολῆς ὁ δῆμος, ὅταν ὑφ' ὧν μὲν ἀδικεῖσθαι δόξῃ διὰ τὴν πλεονεξίαν, ὑφ' ὧν δὲ χαυνωθῇ κολακευόμενος διὰ τὴν φιλαρχίαν· τότε γὰρ ἐξοργισθεὶς καὶ θυμῷ πάντα βουλευόμενος οὐκ ἔτι θελήσει πειθαρχεῖν, οὐδ' ἴσον ἔχειν τοῖς προεστῶσιν· ἀλλὰ πᾶν καὶ τὸ πλεῖστον αὐτός. οὗ γενομένου, τῶν μὲν ὀνομάτων τὸ κάλλιστον ἡ πολιτεία μεταλήψεται τὴν ἐλευθερίαν καὶ δημοκρατίαν· τῶν δὲ πραγμάτων τὸ χείριστον τὴν ὀχλοκρατίαν. Ἡμεῖς δ' ἐπειδὴ τήν τε σύστασιν

attinet, quæ ex ipſis Rebuſpub. originem habent, certa & definita eſt. Quæ primò naſcatur illarum forma, quę poſtea, & quomodo invicem mutentur alia in aliam, antea docuimus. Ut ſi qui in propoſito argumento extremis prima connectere potuerint, vel ipſi per ſe quid in poſterum immineat prædicere valeant. & verò manifeſta res eſt, ut equidem arbitror. Poſtquam enim civitas aliqua multa eaque magna pericula fuit eluctata; jamque ad principatum & potentiam non controverſam pervenit: palàm eſt ubi morâ longi temporis beata fortuna ſuam ſedem in ea civitate firmaverit, in mores luxum irrepere, in animos virorum ambitionem & pervicaciam, tum circa magiſtratus tum circa alia incepta. quæ ubi ſemel creverint mala, mutationis in deterius principium exiſtet ab honoribus per ambitionem petitis aut negatis: itemque ab illa arrogantia & luxu quo privatorum mores erunt depravati. perficiendæ verò mutationis auctor erit populus. cùm ab his quidem injuriâ affectus propter eorum avaritiam ac rapinas ſibi videbitur: ab aliis verò propter ambitionem aſſentatione corruptus & vano tumore fuerit inflatus. tunc enim incenſus ira, & ſolis iis quæ iracundia ſuggeſſerit utens conſiliis, parere amplius aut æquo jure agere cum prioribus magiſtratibus, detrectabit: verùm pro omnibus unus ipſe erit, plurimumque poterit. quo pacto mutatâ facie Reip. nomen quidem longè pulcherrimum civitas recipiet, libertatem inquam & popularem ſtatum. re verò ipsâ turbæ inconditæ dominationem experietur: quod malum eſt omnium longè gravissi-

viſſimum. Sed nos poſtquam conſtitutionem primam hujus Reip. & incrementum, itemque illum ejus ſtatum quo nunc maximè viget; ad hęc quid diſtet hæc à cæteris, & quibus rebus vel deterior vel melior hæc ſit aliis, inſtituto ſermoni de Rep. Romanâ finem heic faciam. Jam verò actionem unam ex illa parte hiſtorię quę temporibus cohęret unde ſumus digreſſi petitam, breviter hoc loco afferemus: ut non oratione ſolùm, ſed & rebus ipſis, producto in medium, more excellentium artificum, aliquo opere, quanta fuerit per illa tempora Reip. hujus vis, quantus vigor, clarè oſtendamus. Poſt victoriam de Romanis ad Cannas partam, Hannibal octo millibus hominum qui caſtra tuebantur, eſt potitus. His omnibus quum vitam conceſſiſſet, poteſtatem inſuper fecit mittendi ad ſuos de pretio redemptionis & reditu in patriam: illi decem è ſuo numero dignitate præcipuos in eam rem delegerunt: quos Hannibal jurijurando prius adactos, fore ſe redituros, Romam miſit. è decem verò illis unus, caſtris jam egreſſus, aliquid ſe oblitum dixit, & caſtra repetiit: deinde eo aſſumpto quod omiſerat, itineri denuo ſe accinxit; ratus ſimulato illo reditu fidem ſe præſtitiſſe, & religione jurisjurandi exoluiſſe. Romam ut ventum, rogare & orare legati Senatum ne captis reditum invideret: ſed ternas quemque drachmas pro ſe ſineret pendere, atque ad neceſſarios ſuos redire: per Hannibalem namque hoc licere ſibi affirmabant. dignos porro qui in patriam reverterentur ipſos eſſe: ut qui neque

καὶ τὴν αὔξησιν τῆς πολιτείας, ἔτι δὲ τὴν ἀκμὴν καὶ τὴν διάθεσιν, πρὸς δὲ τούτοις τὴν διαφορὰν πρὸς τὰς ἄλλας τοῦτε χεῖρον ἐν αὐτῇ καὶ βέλτιον διεληλύθαμεν· τὸν μὲν περὶ τῆς πολιτείας λόγον ὧδέ πως καταστρέφομεν. τῶν δὲ συναπτόντων μερῶν τῆς ἱστορίας τοῖς καιροῖς ἀφ' ὧν παρέβημεν παραλαβόντες, ἐπὶ βραχὺ μιᾶς πράξεως ποιησόμεθα κεφαλαιώδη μνήμην, 56
ἵνα μὴ τῷ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πράγμασιν, ὥσπερ ἀγαθοῦ τεχνίτου δεῖγμα τῶν ἔργων ἕν τι προενεγκάμενοι, φανερὰν ποιήσωμεν τῆς πολιτείας τὴν ἀκμὴν καὶ δύναμιν, οἵα τις ἦν κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους. Ἀννίβας γὰρ ἐπειδὴ τῇ περὶ Κάννας μάχῃ περιγενόμενος Ῥωμαίων ἐγκρατὴς ἐγένετο τῶν τὸν χάρακα φυλαττόντων ὀκτακισχιλίων, ζωγρήσας ἅπαντας συνεχώρησε διαπέμπεσθαι σφίσι πρὸς τοὺς ἐν οἴκῳ περὶ λύτρων καὶ σωτηρίας. τῶν δὲ προχειρισαμένων δέκα τοὺς ἐπιφανεστάτους, ὁρκίσας, ἦ μὴν ἐπανήξειν πρὸς αὐτὸν, ἐξέπεμψε τούτους. εἷς δὲ τῶν προχειρισθέντων ἐκπεπορευμένος ἐκ τοῦ χάρακος ἤδη, καί τι φήσας ἐπιλελῆσθαι, πάλιν ἀνέκαμψε, καὶ λαβὼν τὸ καταλειφθὲν, αὖθις ἀπελύετο· νομίζων διὰ τῆς ἀναχωρήσεως τετηρηκέναι τὴν πίστιν, καὶ λελυκέναι τὸν ὅρκον. ὧν παραγενομένων εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ δεομένων καὶ παρακαλούντων τὴν σύγκλητον μὴ φθονῆσαι τοῖς ἑαλωκόσι τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἐᾶσαι τρεῖς μνᾶς ἕκαστον καταβαλόντας σωθῆναι πρὸς τοὺς ἀναγκαίους· τοῦτο γὰρ συγχωρεῖν ἔφασαν τὸν Ἀννίβαν· εἶναι δ' ἀξίους σωτηρίας αὐτούς. οὔτε γὰρ ἀποδεδει-

λιακέναι κατὰ τὴν μάχην, οὔτ' ἀνάξιον οὐδὲν πεποιηκέναι τῆς Ῥώμης· ἀλλ' ἀπολειφθέντας τὸν χάρακα τηρεῖν, πάντων ἀπολομένων τῶν ἄλλων ἐν τῇ μάχῃ, τῷ καιρῷ περιληφθέντας ὑποχειρίους γενέσθαι τοῖς πολεμίοις. Ῥωμαῖοι δὲ μεγάλοις κατὰ τὰς μάχας περιπεπτωκότες ἐλαττώμασι, πάντων δ' ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἐστερημένοι τῶν τότε συμμάχων, ὅσον οὔπω δὲ προσδοκῶντες τὸν περὶ τῆς πατρίδος αὐτοῖς ἐκφέρεσθαι κίνδυνον· διακούσαντες τῶν λεγομένων, οὔτε τοῦ πρέποντος αὐτοῖς, εἴξαντες τῆς συμφορᾶς, ὠλιγώρησαν, οὔτε τῶν δεόντων οὐδὲν τοῖς λογισμοῖς παρεῖδον· ἀλλὰ συνιδόντες τὴν Ἀννίβου πρόθεσιν, ὅτι βούλεται διὰ τῆς πράξεως ταύτης, ἅμα μὲν εὐπορῆσαι χρημάτων, ἅμα δὲ τὸ φιλότιμον ἐν ταῖς μάχαις ἐξελέσθαι τῶν ἀντιταττομένων, ὑποδείξας ὅτι τοῖς ἡττημένοις ὅμως ἐλπὶς ἀπολείπεται σωτηρίας· τοσοῦτ' ἀπέσχον τοῦ ποιῆσαί τι τῶν ἀξιουμένων, ὥστε οὔτε τὸν τῶν οἰκείων ἔλεον, οὔτε τὰς ἐκ τῶν ἀνδρῶν ἐσομένας χρείας ἐποιήσαντο περὶ πλείονος· ἀλλὰ τοὺς μὲν Ἀννίβου λογισμοὺς, καὶ τὰς ἐν τούτοις ἐλπίδας ἀπέδειξαν κενάς, ἀπειπάμενοι τὴν διαλύτρωσιν τῶν ἀνδρῶν· τοῖς δὲ παρ' αὐτοῖς ἐνομοθέτησαν, ἢ νικᾶν μαχομένους, ἢ θνήσκειν· ὡς ἄλλης οὐδεμιᾶς ἐλπίδος ὑπαρχούσης εἰς σωτηρίαν αὐτοῖς ἡττημένοις. Διὸ καὶ ταῦτα προθέμενοι, τοὺς μὲν ἐννέα τῶν πρεσβευτῶν ἐθελοντὰς κατὰ τὸν ὅρκον ἀναχωροῦντας ἐξέπεμψαν· τὸν δὲ σοφισάμενον πρὸς τὸ λῦσαι τὸν ὅρκον, δήσαντες ἀποκατέστησαν πρὸς τοὺς πολεμίους· ὥστε τὸν Ἀννίβαν

in prælio ignavè ſe geſſiſſent, nec Romano nomine quicquam indignum admiſiſſent: ſed ad tuitionem caſtrorum relicti, ceteris omnibus in acie occiſis, deprehenſi à fortuna adverſa, in poteſtatem hoſtium veniſſent. Romani verò quamvis ingentes dimicando in acie clades acceperant; omnes propemodum ſocios tunc ſuos amiſerant; in exſpectatione denique erant ultimi periculi, quod patriæ ſuæ videbant imminere: nihilominus tamen audita petitione legatorum, neque honeſti decorique immemores, cedendo adverſis, ſe præbuerunt: neque fugit eos quicquam quominus rebus ſuis bene conſulerent. Hannibalis enim conſilio intellecto, qui eo pacto & pecuniarum copiam ſibi volebat parare, & ſimul acrem illam pervicaciam in dimicando hoſtibus ſuis adimere, oſtentatâ ipſis ſpe ſalutis ſi vinci contingeret: tantum afuit ut legatis concederent Romani quod petebant: ut contrà neque miſeratione proximorum moverentur, neque illius utilitatis quam erant captivi, ſi redirent, allaturi, rationem ullam ducerent: quin potius Hannibalis conſilia & ſpes inde pendentes, vetita captivorum redemptione, vanas reddiderunt. ſuis autem militibus legem tulerunt, ut aut vincerent pugnando aut morerentur: quippe viam ſalutis aliam nullam victis ſupereſſe. His igitur ita decretis, novem quidē legatos ſponte ſua ob juſiurandum revertentes, dimiſerunt: illum verò qui ad ſoluendam religionem fraudem adhibuerat, vinctum ad hoſtem remiſerunt. ex quo factum, ut non

ut non tam lætaretur Hannibal prælio victos à ſe Romanos: quàm admiratione conſtantiæ & magnitudinis animi, quibus in capiendis conſiliis iidem utebantur, perculſus frangeretur.

μὴ τοσοῦτον χαίρειν νικήσαντα τῇ μάχῃ Ῥωμαίους, ὡς συντρίβειν καταπλαγέντα τὸ στάσιμον καὶ τὸ μεγαλόψυχον τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς διαβουλίοις.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΒΔΟΜΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΩΝ

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ.

E POLYBII MEGA-LOPOLITANI SEPTIMA

HISTORIA EXCERPTA.

Τοποθεσία τῆς Λεοντίνων πόλεως τῆς ἐν Σικελίᾳ.

1 Η ΓΑΡ τῶν Λεοντίνων πόλις, τῷ μὲν ὅλῳ κλίματι τέτραπται πρὸς τὰς ἄρκτους· ἔστι δὲ διὰ μέσης αὐτῆς αὐλὼν ἐπίπεδος· ἐν ᾧ συμβαίνει τάς τε τῶν ἀρχείων καὶ δικαστηρίων κατασκευὰς, καὶ καθόλου τὴν ἀγορὰν ὑπάρχειν. τοῦ δ' αὐλῶνος παρ' ἑκατέραν τὴν πλευρὰν, παρήκει λόφος ἔχων ἀπορρῶγας συνεχῆ. τὰ δ' ἐπίπεδα τῶν λόφων τούτων ὑπὲρ τὰς ὀφρῦς, οἰκιῶν ἐστὶ πλήρη καὶ ναῶν. δύο δ' ἔχει πυλῶνας ἡ πόλις, ὧν ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ πρὸς μεσημβρίαν πέρα-

Situs urbis Leontinorum in Sicilia.

VRBS Leontinorum ſi totius loci inclinationem ſpectes, vergit ad Septentriones. per mediam verò urbem plana quædam porrigitur convallis: in qua & magiſtratuum eſt Curia, & judiciorum ſedes, denique Forum ipſum. utrumque hujus convallis latus colles prætexunt continuis præcipitiis aſperi: at quæ ſuper collium horum ſupercilia eſt planities, domibus templiſque eſt referta. Portæ oppidi ſunt duæ: una quæ ab extremo dictæ convallis meridionali,

Syracu-

Syracuſas ducit: altera quæ ab extremo Septentrionibus obverſo ad campos fert quos vocant Leontinos, & agrum coli aptum. præruptam rupem alterius collis, eam nempe quæ ad occaſum ſpectat amnis præterlabitur, quem dicunt Liſſum. ſub ima rupe continua ſeries extenditur domorum multarum, quæ pari intervallo omnes à fluvio diſtant. inter has & amnem illa quam diximus via eſt interjecta.

τος ἐστὶν τοῦ προειπον αὐλῶνος, φέρων ἐπὶ Συρακούσας· ὁ δ' ἕτερος ἐπὶ τοὺς πρὸς ἄρκτους, ἄγων ἐπὶ τὰ Λεοντῖνα καλούμενα πεδία, καὶ τὴν γεωργήσιμον χώραν. ὑπὸ δὲ τὴν μίαν ἀπορρῶγα τῶν πρὸς ταῖς δύσεις, παραρρεῖ ποταμὸς, ὃν καλοῦσι Λίσσον. τούτῳ δὲ κεῖνται παράλληλοι καὶ πλείους ὑπ' αὐτὸν τὸν κρημνὸν, οἰκίαι συνεχεῖς. ὧν μεταξὺ καὶ τοῦ ποταμοῦ συμβαίνει τὴν προειρημένην ὁδὸν ὑπάρχειν.

Formula jurisjurandi, quo fœdus ſanciverunt Hannibal Imperator exercitus Carthaginienſium & Xenophanes legatus Philippi Regis Macedoniæ.

Ὅρκος καὶ συνθῆκαι ἃς ἔθετο Αννίβας ὁ στρατηγὸς τῶν Καρχηδονίων πρὸς Ξενοφάνη τὸν Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος πρεσβευτήν.

HOC EST FOEDUS JUREJURANDO SANCITUM, QUOD ICIT HANNIBAL IMPERATOR, AC SIMUL CUM EO MAGO, MYRCAL, ET BARMOCAL, NEC NON SENATORES CARTHAGINIENSIUM QUI ADERANT, ET UNIVERSI CARTHAGINIENSES QUI IN EJUS EXERCITU ERANT, CUM XENOPHANE CLEOMACHI FILIO, ATHENIENSI, QUEM AD NOS MISIT PHILIPPUS REX, DEMETRII FILIUS, TAM SUO NOMINE, QUAM MACEDONUM ET SOCIORUM: ET EST FOEDUS HOC ICTUM CORAM JOVE ET JUNONE ATQUE APOLLINE: CORAM DEA CARTHAGINIENSIUM, HERCULE ET JOLAO ITEM

ΟΡΚΟΣ ΟΝ ΕΘΕΤΟ ΑΝ- 2
ΝΙΒΑΣ Ο ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ, ΜΑΓΩΝΟΣ, ΜΥΡΚΑΝΟΣ, ΒΑΡΜΟΚΑΡΟΣ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣΤΑΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΟΙ ΜΕΤ' ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΣΤΡΑΤΕΥΟΜΕΝΟΙ ΜΕΤ' ΑΥΤΟΥ, ΠΡΟΣ ΞΕΝΟΦΑΝΗ ΚΛΕΟΜΑΧΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΝ ΠΡΕΣΒΕΥΤΗΝ· ΟΝ ΑΠΕΣΤΕΙΛΕ ΠΡΟΣ ΗΜΑΣ ΦΙΛΙΠΠΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ, ΥΠΕΡ ΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΣΥΜΜΑΧΩΝ· ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ· ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΔΑΙΜΟΝΟΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ ΚΑΙ ΙΟΛΑΟΥ.

ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΑΡΕΩΣ, ΤΡΙΤΩΝΟΣ, ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ· ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΘΕΩΝ ΤΩΝ ΣΥΣΤΡΑΤΕΥΟΜΕΝΩΝ, ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗΣ ΚΑΙ ΓΗΣ· ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΠΟΤΑΜΩΝ ΚΑΙ ΛΕΙΜΟΝΩΝ ΚΑΙ ΥΔΑΤΩΝ. ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΠΑΝΤΩΝ ΘΕΩΝ ΟΣΟΙ ΚΑΤΕΧΟΥΣΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΑ· ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΘΕΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΟΣΟΙ ΜΑΚΕΔΟΝΙΑΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΑΛΛΗΝ ΕΛΛΑΔΑ ΚΑΤΕΧΟΥΣΙΝ. ΕΝΑΝΤΙΟΝ ΘΕΩΝ ΠΑΝΤΩΝ ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΣΤΡΑΤΕΙΑΝ, ΟΣΟΙ ΤΙΝΕΣ ΕΦΕΣΤΗΚΑΣΙΝ ΕΠΙ ΤΟΥΔΕ ΤΟΥ ΟΡΚΟΥ. ΑΝΝΙΒΑΣ Ο ΣΤΡΑΤΗΓΟΣ ΕΙΠΕ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΣ ΟΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣΤΑΙ ΟΙ ΜΕΤ' ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΠΑΝΤΕΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙ ΣΤΡΑΤΕΥΟΜΕΝΟΙ ΜΕΤ' ΑΥΤΟΥ ΕΑΝ ΔΟΚΗΙ ΥΜΙΝ ΚΑΙ ΗΜΙΝ, ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ ΤΟΥΤΟΝ ΘΕΣΘΑΙ ΠΕΡΙ ΦΙΛΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΛΗΣ, ΦΙΛΟΥΣ ΚΑΙ ΟΙΚΕΙΟΥΣ ΚΑΙ ΑΔΕΛΦΟΥΣ, ΕΦ' ΩΙΤ' ΕΙΝΑΙ ΣΩΖΟΜΕΝΟΥΣ ΥΠΟ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΦΙΛΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΜΑΚΕΔΟΝΩΝ, ΚΑΙ ΥΠΟ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ, ΟΣΟΙ ΕΙΣΙΝ ΑΥΤΩΝ ΣΥΜΜΑΧΟΙ ΚΥΡΙΟΥΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ ΚΑΙ ΑΝΝΙΒΑΝ ΤΟΝ ΣΤΡΑΤΗΓΟΝ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΜΕΤ' ΑΥΤΟΥ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΥΠΑΡΧΟΥΣ,

CORAM MARTE, TRITONE, NEPTUNO: CORAM DIIS EXPEDITIONIS COMITIBUS: SOLE ETIAM LUNA ET TELLURE: CORAM FLUVIIS, PRATIS, AQUIS: CORAM OMNIBUS DIIS QUI CARTHAGINEM IMPERIO TENENT: CORAM DIIS UNIVERSIS, QUI MACEDONIAM ET RELIQUAM TERRAM GRÆCIAM IMPERIO SUO OBTINENT: CORAM DIIS OMNIBUS PRÆSIDIBUS REI BELLICÆ, QUI HUIC SANCIENDO FOEDERI PRÆSENTES INTERVENIUNT. HANNIBAL IMPERATOR DIXIT, ET OMNES SENATORES QUI UNA CUM EO SUNT, ET QUICUNQUE CARTHAGINIENSES IN EJUS SUNT EXERCITU: EX ANIMI VESTRI NOSTRIQUE SENTENTIA FOEDUS HOC ESTO AMICITIÆ ET BENEVOLENTIÆ, UT AMICI SOCIETATE JUNCTI ET FRATRES IN POSTERUM SIMUS, HAC LEGE. A PHILIPPO ET MACEDONIBUS CÆTERISQUE GRÆCIS QUOTQUOT EORUM SOCII SALUS PROPUGNATOR DOMINORUM CARTHAGINIENSIUM ET HANNIBALIS IMPERATORIS ET EORUM QUI CUM IPSO SUNT: ITEM PRÆFECTORUM PROVINCIARUM DITIONIS CARTHAGINIENSIUM,

QUI-

QUICUNQUE IISDEM LEGIBUS UTUNTUR. UTICENSIUM QUOQUE ET OMNIUM CIVITATUM ET NATIONUM QUÆ CARTHAGINIENSIUM IMPERIO SUNT SUBDITÆ: OMNIUM MILITUM NOSTRORUM ET SOCIORUM, OMNIUM CIVITATUM AC NATIONUM AMICITIA NOBIS JUNCTARUM IN ITALIA GALLIA ET LIGURIA, ET SI QUI IN HAC REGIONE AMICITIA AC SOCIETATE NOBISCUM SE SUNT JUNCTURI: PARITER ET PHILIPPI REGIS SALUS ET MACEDONUM RELIQUORUMQUE GRÆCORUM SOCIORUM PROPUGNATOR, ATQUE IPSI CONSERVANTOR A CARTHAGINIENSIUM EXERCITIBUS, UTICENSIBUS ET CIVITATIBUS AC NATIONIBUS OMNIBUS QUÆ CARTHAGINIENSIBUS PARENT, SOCIIS EORUM ET MILITIBUS. AB OMNIBUS DENIQUE GENTIBUS ET CIVITATIBUS QUÆ PER ITALIAM, GALLIAM ET LIGURIAM, SOCIETATE NOBIS JUNCTÆ, AUT SI QUI PER ITALIAM AD NOSTRAM SOCIETATEM SUNT ACCESSURI: NON APPETEMUS ALII ALIOS OCCULTIS CONSILIIS: NEQUE INSIDIAS STRUEMUS INVICEM. CUM PROMPTITUDINE

ΟΣΟΙ ΤΟΙΣ ΑΥΤΟΙΣ ΝΟΜΟΙΣ ΧΡΩΝΤΑΙ. ΚΑΙ ΙΤΥΚΑΙΟΥΣ, ΚΑΙ ΟΣΑΙ ΠΟΛΕΙΣ ΚΑΙ ΕΘΝΗ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΥΠΗΚΟΑ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΣΤΡΑΤΙΩΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΣΥΜΜΑΧΟΥΣ. ΚΑΙ ΠΑΣΑΣ ΠΟΛΕΙΣ ΚΑΙ ΕΘΝΗ, ΠΡΟΣ ΑΣ ΕΣΤΙΝ ΗΜΙΝ Η ΤΕ ΦΙΛΙΑ ΤΩΝ ΕΝ ΙΤΑΛΙΑι ΚΑΙ ΚΕΛΤΙΑι, ΚΑΙ ΕΝ ΤΗι ΛΙΓΥΣΤΙΝΗι, ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΟΥΣ ΤΙΝΑΣ ΗΜΙΝ ΕΑΝ ΓΕΝΗΤΑΙ ΦΙΛΙΑ ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΙΑ ΕΝ ΤΑΥΤΗι ΤΗι ΧΩΡΑι· ΕΣΤΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟΣ Ο ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΚΑΙ ΜΑΚΕΔΟΝΕΣ, ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΕΛΛΗΝΩΝ ΟΙ ΣΥΜΜΑΧΟΙ ΣΩΖΟΜΕΝΟΙ ΚΑΙ ΦΥΛΑΤΤΟΜΕΝΟΙ ΥΠΟ ΤΩΝ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΩΝ ΣΥΣΤΡΑΤΕΥΟΜΕΝΩΝ, ΚΑΙ ΥΠΟ ΙΤΥΚΑΙΩΝ, ΚΑΙ ΥΠΟ ΠΑΣΩΝ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΕΘΝΩΝ, ΟΣΑ ΕΣΤΙ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΙΣ ΥΠΗΚΟΑ, ΚΑΙ ΣΥΜΜΑΧΩΝ, ΚΑΙ ΣΤΡΑΤΙΩΤΩΝ. ΚΑΙ ΥΠΟ ΠΑΝΤΩΝ ΕΘΝΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΝ, ΟΣΑ ΕΣΤΙΝ ΕΝ ΙΤΑΛΙΑι ΚΑΙ ΚΕΛΤΙΑι ΚΑΙ ΛΙΓΥΣΤΙΝΗι, ΚΑΙ ΥΠΟ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΟΣΟΙ ΑΝ ΓΕΝΩΝΤΑΙ ΣΥΜΜΑΧΟΙ ΕΝ ΤΟΙΣ ΚΑΤ' ΙΤΑΛΙΑΝ ΤΟΠΟΙΣ ΤΟΥΤΟΙΣ. ΟΥΚ ΕΠΙΒΟΥΛΕΥΣΟΜΕΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ, ΟΥΔΕ ΛΟΧΩι ΧΡΗΣΟΜΕΘΑ ΕΠ' ΑΛΛΗΛΟΙΣ. ΜΕΤΑ ΠΑΣΗΣ ΠΡΟΘΥΜΙΑΣ ΚΑΙ

ΕΥΝΟΙΑΣ ΑΝΕΥ ΔΟΛΟΥ ΚΑΙ ΕΠΙΒΟΥΛΗΣ ΕΣΟΜΕΘΑ ΠΟΛΕΜΙΟΙ ΤΟΙΣ ΠΡΟΣ ΚΑΡΧΗΔΟΝΙΟΥΣ ΠΟΛΕΜΟΥΣΙ, ΧΩΡΙΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΛΙΜΕΝΩΝ, ΠΡΟΣ ΟΥΣ ΗΜΙΝ ΕΙΣΙΝ ΟΡΚΟΙ ΚΑΙ ΦΙΛΙΑΙ. ΕΣΟΜΕΘΑ ΔΕ ΚΑΙ ΗΜΕΙΣ ΠΟΛΕΜΙΟΙ ΤΟΙΣ ΠΟΛΕΜΟΥΣΙ ΠΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΑ ΦΙΛΙΠΠΟΝ, ΧΩΡΙΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΕΘΝΩΝ, ΠΡΟΣ ΟΥΣ ΗΜΙΝ ΕΙΣΙΝ ΟΡΚΟΙ ΚΑΙ ΦΙΛΙΑΙ. ΕΣΕΣΘΑΙ ΔΕ ΚΑΙ ΥΜΙΝ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ ΟΣ ΕΣΤΙΝ ΗΜΙΝ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ, ΕΩΣ ΑΝ ΗΜΙΝ ΚΑΙ ΥΜΙΝ ΟΙ ΘΕΟΙ ΔΙΔΟΑΣΙ ΤΗΝ ΕΥΗΜΕΡΙΑΝ. ΒΟΗΘΗΣΕΙΝ ΔΕ ΚΑΙ ΗΜΙΝ ΩΝ ΑΝ ΧΡΕΙΑ Ηι, ΚΑΙ ΩΣ ΑΝ ΣΥΜΦΩΝΗΣΩΜΕΝ ΠΟΙΗΣΕΙΝ. ΤΩΝ ΔΕ ΘΕΩΝ ΟΥ ΔΟΝΤΩΝ ΥΜΙΝ ΚΑΙ ΗΜΙΝ * ΚΑΤΑ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ ΤΟΝ ΠΡΟΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΣΥΜΜΑΧΟΥΣ ΑΥΤΩΝ ΑΝ ΑΞΙΩΣΙ ΡΩΜΑΙΟΙΣ ΣΥΝΤΙΘΕΣΘΑΙ ΠΕΡΙ ΦΙΛΙΑΣ, ΣΥΝΘΗΣΟΜΕΘΑ· ΩΣΤ' ΕΙΝΑΙ ΠΡΟΣ ΥΜΑΣ ΤΗΝ ΑΥΤΗΝ ΦΙΛΙΑΝ· ΕΦ' Ωι ΤΕ ΜΗ ΕΞΕΙΝΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΑιΡΑΣΘΑΙ ΠΡΟΣ ΥΜΑΣ ΜΗΔΕΠΟΤΕ ΠΟΛΕΜΟΝ· ΜΗΔ' ΕΙΝΑΙ ΡΩΜΑΙΟΥΣ ΚΥΡΙΟΥΣ ΚΕΡΚΥΡΑΙΩΝ, ΜΗΔ' ΑΠΟΛΛΩΝΙΑΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙΔΑΜΝΙΩΝ, ΜΗΔΕ ΦΑΡΟΥ, ΜΗΔΕ ΔΙΜΑΛΛΗΣ ΚΑΙ ΠΑΡΘΙΝΩΝ, ΜΗΔ' ΑΤΙΝΤΑΝΙΑΣ.

ET BENEVOLENTIA SINE DOLO MALO AUT INSIDIIS HOSTIBUS CARTHAGINIENSIUM HOSTES ERIMUS: REGIBUS EXCEPTIS, CIVITATIBUS AC PORTIBUS QUIBUSCUM FOEDUS NOBIS EST ATQUE AMICITIA. SIMILITER ET IPSI ERIMUS HOSTES HOSTIUM REGIS PHILIPPI, REGIBUS EXCEPTIS, CIVITATIBUS ET GENTIBUS, QUIBUSCUM FOEDUS NOBIS EST ATQUE AMICITIA. BELLUM QUOD JAM NOBIS EST CUM ROMANIS, UT FUTURUM SIT ET VOBIS, DONEC NOBIS VOBISQUE DII LÆTUM EXITUM DUINT. SUBMINISTRABITIS AUTEM NOBIS EA QUORUM OPUS FUERIT, ET PROUT INTER NOS CONVENERIMUS, ITA FACIETIS. SIN DEORUM AUXILIUM VOBIS NOBISQUE IN HOC BELLO ADVERSUS ROMANOS, ET EJUS SOCIOS DEFUERIT, ET POSTULATUM A NOBIS FUERIT, UT AMICITIAM CUM ROMANIS JUNGAMUS: SIC JUNGEMUS, UT EADEM ILLA ET VOBISCUM SIT AMICITIA CUM IPSIS. IDQUE IIS LEGIBUS NE BELLUM VOBIS INDICERE FAS UNQUAM ILLIS SIT: NEVE IN POTESTATEM ROMANI HABEANT CORCYRÆOS, NEQUE APOLLONIATAS, NEQUE DYRRACHINOS, NEQUE PHARUM, NEQUE DIMALLEN, ET PARTHINOS, NEQUE ATINTANIAM. REDDUNTO

IIDEM

IIDEM ET DEMETRIO PHARIO OMNES ILLIUS PROPINQUOS ET NECESSARIOS, QUI INTRA ROMANORUM DITIONEM FUERINT. QUOD SI ADVERSUS VOS BELLUM ROMANI SUSCEPERINT, AUT ADVERSUS NOS, AUXILIA INVICEM AD ID BELLUM NOBIS SUBMINISTRABIMUS, PROUT FUERIT UTRISQUE OPUS. IDEM ERIT ET AB ALIIS SUSCEPTO BELLO, REGIBUS EXCEPTIS ET CIVITATIBUS ATQUE GENTIBUS, QUIBUSCUM FOEDERA SUNT NOBIS ATQUE AMICITIA. HUIC FOEDERI SI QUID NOBIS VEL DEMERE VEL ADJICERE VISUM ERIT, EX COMMUNI AMBORUM SENTENTIA DEMEMUS VEL ADJICIEMUS.

ΑΠΟΔΩΣΟΥΣΙ ΔΕ ΚΑΙ ΔΗΜΗΤΡΙΩι ΤΩι ΦΑΡΙΩι ΤΟΥΣ ΟΙΚΕΙΟΥΣ ΠΑΝΤΑΣ, ΟΙ ΕΙΣΙΝ ΕΝ ΤΩι ΚΟΙΝΩι ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ. ΕΑΝ ΔΕ ΑΙΡΩΝΤΑΙ ΡΩΜΑΙΟΙ ΠΡΟΣ ΥΜΑΣ ΠΟΛΕΜΟΝ, Η ΠΡΟΣ ΗΜΑΣ ΒΟΗΘΗΣΟΜΕΝ ΑΛΛΗΛΟΙΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΠΟΛΕΜΟΝ ΚΑΘΩΣ ΑΝ ΕΚΑΤΕΡΟΙΣ Ηι ΧΡΕΙΑ. ΟΜΟΙΩΣ ΔΕ ΚΑΙ ΕΑΝ ΤΙΝΕΣ ΑΛΛΟΙ ΧΩΡΙΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΚΑΙ ΠΟΛΕΩΝ ΚΑΙ ΕΘΝΩΝ, ΠΡΟΣ Α ΗΜΙΝ ΕΙΣΙΝ ΟΡΚΟΙ ΚΑΙ ΦΙΛΙΑΙ. ΕΑΝ ΔΕ ΔΟΚΗι ΗΜΙΝ ΑΦΕΛΕΙΝ Η ΠΡΟΣΘΕΙΝΑΙ ΠΡΟΣ ΤΟΝΔΕ ΤΟΝ ΟΡΚΟΝ, ΑΦΕΛΟΥΜΕΝ Η ΠΡΟΣΘΗΣΟΜΕΝ ΩΣ ΑΝ ΗΜΙΝ ΔΟΚΕΙ ΑΜΦΟΤΕΡΟΙΣ.

Demetrius Pharius ſuadet Philippo Regi Macedonum, ut præſidium in arcem Meſſenæ inducat dictam Ithomen; Aratus diſſuadet.

Ὅτι Δημητρίου τοῦ Φαρίου πείσαντος Φίλιππον τὸν Μακεδόνα εἰσάγειν φρουρὰν εἰς τὴν Ἰθωμάτην τῶν Μεσσηνίων ἄκραν, Ἄρατος συνεβούλευσε τὸ μή.

QUUM mactatæ victimæ exta de more oblata Philippo ad inſpiciendum fuiſſent: ille exta manibus ſuſcipit, ac leviter ſe inclinans in alteram partem, Arato illa oſtendens, quid ſacra ſignificarent interrogat: utrumne arce excedere an eam tenere? ibi tum Demetrius è re nata, Si vatis, inquit, mentem habes, excedere: ſin Regis ad res gerendas & parandum imperium idonei, eam ſervare: ne, ſi nunc omittas, aliud requiras opportunum tempus.

ΚΑΤΑ δὲ τὸν ἐθισμὸν ἐκ τῶν τυθέντων ἱερείων προσενεχθέντων αὐτῷ τῶν σπλάγχνων, δεξάμενος εἰς τὰς χεῖρας, καὶ βραχὺ διακλίνας, ἤρετο προτείνων τοῖς περὶ τὸν Ἄρατον, τί δοκεῖ τὰ ἱερεῖα σημαίνειν; πότερον ἐκχωρεῖν τῆς ἄκρας, ἢ κρατεῖν αὐτῆς. ὁ μὲν οὖν Δημήτριος αὐτόθεν ἐκ τοῦ προβεβηκότος· εἰ μὲν μάντεως φρένας ἔχεις, ἔφη, ἐκχωρεῖν τὴν ταχίστην· εἰ δὲ βασιλέως πραγματικοῦ, τηρεῖν αὐτήν, ἵνα μὴ νῦν ἀφεὶς ζητῇς ἕτερον ἐπιτήδειον καιρόν.

οὕτω

οὕτω γὰρ ἑκατέρων τῶν κεράτων κρατῶν, μόνως ἂν ὑποχείριον ἔχοις τὸν βοῦν· αἰνιττόμενος τὰ μὲν κέρατα, τὴν Ἰθωμάτην καὶ τὸν Ἀκροκόρινθον· τὴν δὲ Πελοπόννησον, τὸν βοῦν. ὁ δὲ Φίλιππος ἐπιστρέψας πρὸς τὸν Ἄρατον, σὺ δὲ ταὐτὰ συμβουλεύεις; ἔφη. τοῦ δ' ἐπισχόντος, αὐτὸν λέγειν ἠξίου τὸ φαινόμενον. ὁ δὲ διαπορήσας, εἰ μὲν χωρὶς ἔφη τοῦ παρασπονδῆσαι Μεσσηνίους, δύνῃ κρατεῖν· εἰ δὲ τοῦτον καταλαβὼν φρουρᾷ, πάσας ἀπολλύειν μέλλεις τὰς ἀκροπόλεις καὶ τὴν φρουρὰν, ἣν παρέλαβες παρ' Ἀντιγόνου, φρουρούμενος τοὺς συμμάχους, λέγων τὴν πίστιν· σκόπει μὴ καὶ νῦν κρεῖττον ἢ τοὺς ἄνδρας ἐξαγαγόντα, τὴν πίστιν αὐτοῦ καταλιπεῖν, καὶ ταύτῃ φρουρεῖν τοὺς Μεσσηνίους, ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς συμμάχους. ὁ Φίλιππος κατὰ μὲν τὴν ἰδίαν ὁρμὴν ἕτοιμος ἦν παρασπονδεῖν, ὡς ἐκ τῶν ὕστερον πραχθέντων ἐγένετο καταφανής. ἐπιτετιμημένος δὲ μικρῷ μὲν πρότερον ὑπὸ τοῦ νεωτέρου πικρῶς ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν ἀπωλείᾳ· τότε δὲ μετὰ παρρησίας ἅμα καὶ μετ' ἀξιώσεως λέγοντος τοῦ πρεσβυτέρου, καὶ δεομένου μὴ παρακοῦσαι τῶν λεγομένων, ἐνετράπη. καὶ λαβόμενος αὐτοῦ τῆς δεξιᾶς, Ἄγωμεν τοίνυν, ἔφη, πάλιν τὴν αὐτὴν ὁδόν.

hoc enim ſolo modo utrumque cornu tenens, bovem ipſum in poteſtate habebis. obſcurè deſignans per cornua Ithomatam & Acrocorinthum: per bovem, Peloponneſum. At Philippus ad Aratum converſus, Tu quoque idem ſuades? inquit. & quum ille taceret, ut ſuam aperiret ſententiam poſtulavit. ille aliquandiu cunctatus, Si quidem, ait, potes, fide quam Meſſeniis dediſti intemeratâ, tene: ſin Ithomam pręſidio occupans, omnes arces amiſſurus es atque illud præſidium ab Antigono acceptum, quo ſocios tibi ſervas, (fidem dicebat:) vide ne etiam nunc ſatius ſit, eductis militibus, fidem ibi relinquere, & per hanc Meſſenios cuſtodire, ſimiliter ut reliquos ſocios. Philippus ſi animo ſuo obſequeretur, paratus erat fidem frangere, ſicut ex iis quæ deinceps egit, palàm eſt factum: ſed quum à juniore quidem Arato paullo antè acriter fuiſſet objurgatus propter perniciem nonnullis illatam: tum verò ſenior liberè graviterque ſententiam dixiſſet, & rogaſſet ne ſuum aſpernaretur conſilium, pudore eſt inhibitus: itaque Aratum dextrâ prehendens, Ergo, inquit, eadem quâ venimus, ire pergamus.

Πῶς ἑάλω ἡ τῶν Σαρδέων πόλις ὑπ' Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως ἑνὸς ἀνδρὸς ἀγχινοίᾳ, Λαγόρα τοῦ Κρητός.

Quomodo Antiochus Rex Sardes ceperit unius viri ope atque ſollertia, Lagoræ Cretenſis.

4 ΠΕΡΙ δὲ τὰς Σάρδεις ἀπαυστοι καὶ συνεχεῖς ἀκροβολισμοὶ συνίσταντο, καὶ κιν-

CIRCA Sardes leves dimicationes & pugnæ ſine intermiſſione ulla continuè committe-

mittebantur noctu atque interdiu: quum milites nullum non genus inſidiandi aut indiatores captandi, invadendique ſeſe invicem comminiſcerentur. de quibus ſigillatim ſcribere non ſolùm inutile, verum & prolixum prorſus fuerit. Ei oppugnationi, cujus alter jam agebatur annus, Lagoras Cretenſis finem impoſuit: vir qui rei bellicę non mediocrem uſum habebat: & qui obſervaverat evenire ut plurimum, ut munitiſſimæ quæque urbes negligentia oppidanorum capiantur: ubi naturalibus aut manufactis munitionibus confiſi, cuſtodias negligentius agere cœperint, aut etiam agere omnino contempſerint. qui hoc etiam ipsâ doctus experientiâ animadverterat, ea parte capi ſolere urbes qua ſunt munitiſſimæ, & de quibus ne ſpem quidem ullam hoſtes videntur poſſe habere. Hic igitur vir intelligens tum quoque, cunctos pro veteri opinione qua perſuaſum vulgo omnibus erat, Sardes urbem eſſe munitiſſimam, ſpem & cogitationem abjeciſſe de capienda urbe ſtrenuo aliquo belli facinore: ſolamque ſpem ſupereſſe urbis potiundæ, ſi ad inopiam rerum omnium obſeſſi redigerentur: tanto acrius animum intendit, atque in omnes partes verſavit, quò poſſet aliquam hujuſmodi occaſionem nanciſci. Itaque cognito partem illam muri quæ eſt ad Prionem ſive Serram (is eſt locus qui arcem urbi jungit) incuſtoditam manere, in hanc ſpem & cogitationem totus incubuit. ac cuſtodum quidem negligentiam ex hujuſmodi indicio conjecit. Quum ſit is locus admodum præruptus, eique ba-

δυνοι, καὶ νύκτωρ καὶ μεθ᾽ ἡμέραν, πᾶν γένος ἐνέδρας, ἀντενέδρας, ἐπιθέσεως, ἐξευρισκόντων τῶν στρατιωτῶν κατ᾽ ἀλλήλων· περὶ ἂν γράφειν τὰ κατὰ μέρος, οὐ μόνον ἀνωφελὲς, ἀλλὰ καὶ μακρὸν ἂν εἴη τελέως. τὸ δὲ πέρας ἤδη τῆς πολιορκίας δεύτερον ἔτος ἐνεστώσης, Λαγόρας ὁ Κρὴς τριβὴν ἔχων ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἱκανὴν, καὶ συνεωρακὼς ὅτι συμβαίνει τὰς ὀχυρωτάτας πόλεις ὡς ἐπιπολὺ ῥᾷστα γίγνεσθαι τοῖς πολεμίοις ὑποχειρίους διὰ τὴν ὀλιγωρίαν τῶν ἐνοικούντων, ὅταν πιστεύσαντες ταῖς ὀχυρότησι ταῖς φυσικαῖς, ἢ χειροποιήτοις ἀφυλακτῶσι καὶ ῥαθυμῶσι τὸ παράπαν. καὶ τοῦτο δ᾽ αὖ ἐπεγνωκὼς διότι συμβαίνει τὰς ἁλώσεις γίγνεσθαι κατὰ τοὺς ὀχυρωτάτους τόπους, καὶ δοκοῦντας ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἀπηλπίσθαι. Καὶ τότε θεωρῶν κατὰ τὴν προϋπάρχουσαν δόξαν περὶ τῆς τῶν Σάρδεων ὀχυρότητος ἅπαντας ἀπεγνωκότας, ὡς διὰ τοιαύτης πράξεως κυριεύσειν αὐτῆς. μίαν δὲ ταύτην ἔχοντας ἐλπίδα τοῦ διὰ τῆς ἐνδείας κρατήσειν τῆς πόλεως· τοσούτῳ μᾶλλον προσεῖχε, καὶ πάντα τρόπον ἠρεύνα, σπεύδων ἀφορμῆς τινὸς ἐπιλαβέσθαι τοιαύτης. συνθεωρήσας δὲ τὸ κατὰ τὸν καλούμενον Πρίονα τεῖχος ἀφυλακτούμενον, οὗτος δ᾽ ἐστὶ τόπος ὁ συνάπτων τὴν ἄκραν καὶ τὴν πόλιν, ἐγίγνετο περὶ τὴν ἐλπίδα καὶ τὴν ἐπίνοιαν ταύτην. τὴν μὲν οὖν τῶν φυλαττόντων ῥαθυμίαν ἐκ τοιούτου τινὸς σημείου συνεθεώρησε. Τοῦ τόπου κρημνώδους ὑπάρχοντος διαφε-

ῥόντως, καὶ φάραγγος ὑποκειμένης, εἰς ἣν ῥιπτεῖσθαι συνέβαινε τοὺς ἐκ τῆς πόλεως νεκροὺς, καὶ τὰς τῶν ἵππων καὶ τὰς τῶν ὑποζυγίων τῶν ἀποθνησκόντων κοιλίας· εἰς τοῦτον ἀεὶ τὸ τῶν γυπῶν καὶ τῶν ἄλλων ὀρνέων πλῆθος ἠθροίζετο. συνθεωρήσας οὖν ὁ προειρημένος ἀνὴρ, ὅτε πληρωθείη τὰ ζῶα, τὰς ἀναπαύσεις ἐπὶ τῶν κρημνῶν καὶ τοῦ τείχους ποιούμενα συνεχῶς· ἔγνω διότι κατ' ἀνάγκην ἀφυλακτεῖται τὸ τεῖχος, καὶ γίγνεται τὸν πλεῖστον χρόνον ἔρημον. λοιπὸν, ἐπιμελῶς τὰς νύκτας προσπορευόμενος, ἐξήταζε τὰς προσβάσεις καὶ θέσεις τῶν κλιμάκων. εὑρίσκων δὲ κατά τινα τόπον καὶ καθ' ἕνα τῶν κρημνῶν δυνατὴν οὖσαν, προσφέρει τῷ βασιλεῖ
5 τὸν περὶ τούτων λόγον. τοῦ δὲ δεξαμένου τὴν ἐλπίδα, καὶ παρακαλέσαντος τὸν Λαγόραν ἐπιτελεῖν τὴν πρᾶξιν, αὐτὸς μὲν ὑπισχνεῖτο τὰ δυνατὰ ποιήσειν. ἠξίου δὲ τὸν βασιλέα, Θεόδοτον αὐτῷ τὸν Αἰτωλὸν, καὶ Διονύσιον τὸν ἡγεμόνα τῶν ὑπασπιστῶν παρακελεύσαντα συστῆσαι, συνεπιδοῦναι σφᾶς καὶ κοινωνῆσαι τῆς ἐπιβουλῆς· διὰ τὸ δοκεῖν ἑκάτερον ἱκανὴν δύναμιν ἔχειν καὶ τόλμαν πρὸς τὴν ἐπινοουμένην πρᾶξιν. τοῦ δὲ βασιλέως παραχρῆμα ποιήσαντος τὸ παρακαλούμενον, συμφρονήσαντες οἱ προειρημένοι, καὶ κοινωσάμενοι περὶ πάντων ἑαυτοῖς, ἐτήρουν νύκτα τὴν περὶ τὴν ἑωθινὴν μέρος ἔχουσαν ἀσέληνον. λαβόντες δὲ τοιαύτην ταύτης ἐν ᾗ πράττειν ἔμελλον ἡμέρᾳ τὴν προτέραν, ὀψίας δείλης ἐπέλεξαν ἐκ παντὸς τοῦ στρατοπέδου πεντεκαίδεκα τοὺς ἐρρωμενεστάτους ἄνδρας καὶ τοῖς σώμασι, καὶ ταῖς ψυχαῖς·

rathrum ſubjaceat, in quod moris erat cadavera mortuorum & equorum atque jumentorum interanea jacere: eò ſemper vulturum aliarumque aujum multitudo ingens conveniebat. Lagoras igitur poſtquam deprehendiſſet dictas aves ubi ſatiatæ eſſent, in ſummis rupibus & ſuper mœnibus ſemper requieſcere, ex eo didicit neceſſe eſſe ut non cuſtodiretur murus, magnaque parte temporis eſſet deſertus. itaque ſilentio noctis accedens, quà adiri locus poſſet, & ſcalæ admoveri, ſedulò inſpiciebat. quod quum ab una parte, & in una è dictis rupibus commodè fieri poſſe inveniſſet, agit de hoc incepto cum Rege. ille ſpem oblatam non aſpernatus, Lagoram hortari, perficeret quod moliebatur. qui omnia pro viribus ſe facturum pollicitus, petiit ab Antiocho, ut Theodotum Ætolum, & Dionyſium præfectum ſatellitum ſibi adjungeret, ubi primùm illos juſſiſſet atque hortatus eſſet ut unà ſecum rem aggrederentur, & ad facinoris hujus ſocietatem coirent. ambo enim idoneo præditi eſſe robore atque audacia ad exſequendum facinus excogitatum exiſtimabantur. quum protinus poſtulationem hujus Rex impleſſet, conjuncti animis prædicti viri, ubi de rebus omnibus conſilia inter ſe communicaſſent, noctem captabant quæ circa diluculum eſſet illunis. nacti autem ejuſmodi noctem, pridie quam conſilium exſequerentur, viros quindecim & corporis & animi robore validiſſimos ex omni exercitu prima veſpera

delege-

delegerunt, qui & in admovendis ſcalis & in aſcenſione illarum audacis incepti participes erant futuri. Secundum hos triginta alios deſignarunt, qui modico intervallo ſubſiſtentes ſubſidio ipſis forent: ut poſtquam ipſi ſuperatis mœnibus ad proximam portam acceſſiſſent, illi extrinſecus irruentes cardines portarum & jugamentum, ſive tignum tranſverſarium, effringere conarentur, tantiſper dum ipſi vectem intus & clauſtra diſcuterent. electi ſunt & bis mille milites à tergo ſecuturi, quibus negotium datum erat ut facta in urbem irruptione, theatri ſummam præcinctionem occuparent, tum iis qui in arce erant, tum iis qui in urbe, opportunè imminentem. quò autem ejus quod agebatur & habiti militum dilectus, nullam hominum mentibus ſuſpicionem injiceret, rumorem ſparſit quaſi per præruptam quandam foſſam Ætoli in urbem eſſent clam ingreſſuri: hos igitur eſſe electos qui caverent ſtrenuè ne id fieret, quod ex indicibus cognoverant. præparatis rebus omnibus, ſimul ac terram ſubiit Luna, Lagoras & ſocii ſcalas geſtantes, ad dictas rupes ut venerunt, furtim ſub prominenti quodam ſupercilio illis ſe applicant. exorto dein die, cuſtodibus ex eo loco dimiſſis, quum Rex alios de more ad ſolitas ſtationes amandaſſet, pleramque multitudinem in Hippodromo coactam ordinaret in aciem: principio nihil quiſquam ſuſpicari; verùm ubi binæ ſunt admotæ ſcalæ; quarum unis Dionyſius, alteris Lagoras primi aſcendebant, tumultus quidam & motus in

οἵτινες ἔμελλον ἅμα μὲν προσοίσειν τὰς κλίμακας, ἅμα δὲ συναναβήσεσθαι καὶ μεθέξειν αὐτοῖς τῆς τόλμης. μετὰ δὲ τούτους, ἄλλους ἐπελέξαντο τριάκοντα τοὺς ἐν ἀποστήματι συνεφεδρεύσοντας· ἵν' ἐπειδὰν ὑπερβάντες αὐτοὶ πρὸς τὴν παρακειμένην παραγένωνται πύλην, οὗτοι μὲν ἔξωθεν προσπεσόντες, πειρῶνται διακόπτειν τοὺς στροφεῖς, καὶ τὸ ζύγωμα τῶν πυλῶν, αὐτοὶ δὲ τὸν μοχλὸν ἔνδοθεν καὶ τὰς βαλανάγρας. δισχιλίους δὲ τοὺς κατόπιν ἀκολουθήσοντας τούτοις, οὓς συνεισπεσόντας ἔδει καταλαβέσθαι τὴν τοῦ θεάτρου στεφάνην, εὐφυῶς κειμένην πρός τε τοὺς ἐκ τῆς ἄκρας, καὶ πρὸς τοὺς ἐκ τῆς πόλεως. τοῦ δὲ μὴ γίνεσθαι μηδεμίαν ὑποψίαν τῆς ἀληθείας διὰ τὴν ἐπιλογὴν τῶν ἀνδρῶν, διέδωκε λόγον ὡς τοὺς Αἰτωλοὺς μέλλοντας εἰσπίπτειν διά τινος φάραγγος εἰς τὴν πόλιν, καὶ δέον ἐνεργῶς τούτους παραφυλάξαι πρὸς τὸ μηνυθέν. ἑτοίμων δὲ πάντων αὐτοῖς 6
γενομένων, ἅμα τῷ κρυφθῆναι τὴν σελήνην, λάθρα πρὸς τοὺς κρημνοὺς οἱ περὶ τὸν Λαγόραν ἀφικόμενοι μετὰ τῶν κλιμάκων, ὑπέστειλαν ἑαυτοὺς ὑπό τινα προσπεπτωκυῖαν ὀφρῦν. ἐπιγενομένης δὲ τῆς ἡμέρας, καὶ τῶν μὲν φυλάκων ἀπολυομένων ἀπὸ τοῦ τόπου τούτου, τοῦ δὲ βασιλέως κατὰ τὸν ἐθισμὸν τοὺς μὲν εἰς τὰς ἐφεδρείας ἐκπέμποντος, τοὺς δὲ πολλοὺς εἰς τὸν ἱππόδρομον ἐξάγοντος καὶ παρατάττοντος· τὸ μὲν πρῶτον ἀνύποπτον ἦν πᾶσι τὸ γινόμενον. προστεθεισῶν δὲ δυοῖν κλιμάκων, καὶ δι' ἧς μὲν Διονυσίου, δι' ἧς δὲ Λαγόρα πρώτων πορευομένων, ἐγίνετο ταραχὴ καὶ κίνημα

περὶ τὸ στρατόπεδον. Συνέβαινε γὰρ τοῖς μὲν ἐκ τῆς πόλεως καὶ τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν ἐκ τῆς ἄκρας ἀδήλους εἶναι τοὺς προσβαίνοντας, διὰ τῆς προπεπτωκυίας ἐπὶ τὸν κρημνὸν ὀφρύος. τοῖς δ' ἐκ τοῦ στρατοπέδου συνόπτος ἦν ἡ τόλμα τῶν ἀναβαινόντων καὶ παραβαλλομένων. διόπερ οἱ μὲν ἐκπεπληγμένοι τὸ παράδοξον, οἱ δὲ προορώμενοι καὶ δεδιότες τὸ συμβησόμενον, ἀχανεῖς, ἅμα δὲ περιχαρεῖς ὄντες, ἕστασαν. ὅθεν ὁ βασιλεὺς θεωρῶν τὸ περὶ τὴν ὅλην παρεμβολὴν κίνημα, καὶ βουλόμενος ἀποσπᾶν ἀπὸ τοῦ προκειμένου τούς τε παρ' αὐτοῦ καὶ τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, προσῆγε τὴν δύναμιν, καὶ προσέβαλε πρὸς τὰς ἐπὶ θάτερα πύλας κειμένας, Περσίδας δὲ προσαγορευομένας. Ἀχαιὸς δὲ συνθεωρῶν ἐκ τῆς ἄκρας τὸ περὶ τοὺς ὑπεναντίους κίνημα παρηλλαγμένον τῆς συνηθείας, ἐπὶ πολὺ διηπορεῖτο, δυσχρηστούμενος, καὶ συννοῆσαι τὸ γινόμενον οὐδαμῶς δυνάμενος. πλὴν ὅμως ἐξαπέστελλε τοὺς ἀπαντήσοντας εἰς τὴν πύλην. ὧν διὰ στενῆς καὶ κρημνώδους ποιουμένων τὴν καταβάσιν, βραδεῖαν συνέβαινε γίνεσθαι τὴν ἐπικουρίαν. ὁ δ' ἐπὶ τῆς πόλεως τεταγμένος Ἀρίβαζος, ἀκάκως ὥρμησε πρὸς τὰς πύλας, αἷς ἑώρα προσβάλλοντα τὸν Ἀντίοχον. καὶ τοὺς μὲν ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀνεβίβαζε, τοὺς δὲ διὰ τῆς πύλης ἀφιεὶς, εἴργειν τοὺς συνεγγίζοντας καὶ συμπλέκεσθαι παρεκελεύετο τοῖς πολεμίοις. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ περὶ τὸν Λαγόραν καὶ Θεόδοτον καὶ Διονύσιον ὑπερβάντες τοὺς κρημνοὺς, ἧκον ἐπὶ τὴν ὑποκειμένην πύλην. καὶ τινὲς μὲν αὐτῶν διεμάχοντο πρὸς τοὺς ἀπαντῶντας,

exercitu eſſe cœpit. nam oppidanis quidem & Acheo qui arcem tenebat, propter quoddam rupis prominens ſupercilium, de iis qui muros conſcendebant, nihil erat compertum. at qui in caſtris erant, audaciam aſcendentium & præſenti periculo ſe objicientium oculis ſpectabant. itaq; partim rei miraculo perculſi, alii prę ſagientes quid eſſet eventurum, ac pleni metus, ſtupore defixi ſimul & lętitia geſtientes ſtabant. iccirco Rex coortam per univerſa caſtra trepidationem animaduertens, quò ſuorum oppidanorumque animos ab eo quod agebatur avocaret, propius urbem copias adducit, & poſitæ è regione portæ (Perſidem vocant) eas admovet. Achæus qui in hoſtium caſtris motum nequaquam pro conſuetudine concitum cerneret, perdiu fluctuans cum animo ſuo, hærebat conſilii inops, nec quid ageretur ullo modo intelligere valebat. tandem tamen ad portam illam qui irrumpentibus obſiſterent, miſit. verum, quòd per anguſtam & præruptam ſemitam deſcendendum erat, ſerum auxilium fuerunt. Aribazus vero urbis Præfectus, nihil mali ſuſpectans; ad eam portam ſe confert quam peti ab Antiocho videbat. & milites alios mœnia jubet aſcendere, alios porta emittit, appropinquantem hoſtem arcere, & manus cum eo conſerere juſſos. Inter hęc Lagoras, Theodotus & Dionyſius ſuperatis rupibus ad portam ſubjectam perveniunt: & erant ex illis qui cum occurrente hoſte dimicarent,

alii

alii ſeras effringebant. eodemq; tempore, quibus id negotium fuerat datum, extrinſecus irrumpentes idem faciunt. mox patefactis portis irruunt delecti milites bis mille, & theatri ſummam præcinctionem occupant. quo facto è mœnibus & porta Perſide (quò antea præſidio venerat Aribazus) ruere omnes, ſignum ad conveniendum adverſus eos qui erant ingreſſi, cunctis dare feſtinantes. Hoc autem pacto, diſceſſu horum patefactâ porta, quidam è regiis retrocedentes oppidanos ſecuti, urbem irrumpunt; à quibus quum iſta jam occupata porta eſſet, continuò alii urbem intrare, alii proximas portas effringere. Aribazus & omnes qui in urbe erant, poſteaquam leve cum ingreſſo hoſte certamen habuiſſent, in arcem fuga ſe facto impetu recipiunt. Secundum hæc Theodotus & Lagoras loca theatri obſidere pergunt, cato & prudenti conſilio rei totius eventum obſervantes. reliquus verò exercitus omni jam ex parte ſimul irrumpens, urbem occupat. de cætero quum alii paſſim obvios obtruncarent, alii habitacula civium incenderent, alii ad rapinas & prædam ſe contuliſſent, devaſtata direptaque eſt urbs univerſa. atque hoc modo in poteſtatem Antiochi Sardium oppidum venit.

οἱ δὲ διέκοπτον τοὺς μοχλούς· ἅμα δὲ τούτοις προσπεσόντες ἔξωθεν οἱ τεταγμένοι πρὸς τοῦτο τὸ μέρος, τὸ παραπλήσιον ἐποίουν. ταχὺ δὲ τῶν πυλῶν ἀνοιχθεισῶν εἰσελθόντες οἱ δισχίλιοι, κατέλαβόν τε τὴν τοῦ θεάτρου στεφάνην. οὗ γινομένου, πάντες ὥρμησαν ἀπὸ τῶν τειχῶν καὶ τῆς Περσίδος προσαγορευομένης πύλης, ἐφ' ἣν πρότερον ἐβοήθησαν οἱ περὶ τὸν Ἀρίβαζον, σπεύδοντες παρεγγυᾶν ἐπὶ τοὺς εἰσπεπτωκότας. τούτου δὲ συμβαίνοντος κατὰ τὴν ἀποχώρησιν ἀνεῳγμένης τῆς πύλης, συνεισέπεσον τινὲς τῶν παρὰ τοῦ βασιλέως ἑπόμενοι τοῖς ὑποχωροῦσιν. ὧν κρατησάντων τῆς πύλης ἤδη πρώτης κατὰ τὸ συνεχές, οἱ μὲν εἰσέπιπτον, οἱ δὲ τὰς παρακειμένας διέκοπτον πύλας. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀρίβαζον, καὶ πάντες οἱ κατὰ τὴν πόλιν ἐπὶ βραχὺ διαγωνισάμενοι πρὸς τοὺς εἰσεληλυθότας, ὥρμησαν φεύγειν πρὸς τὴν ἄκραν. οὗ συμβάντος, οἱ μὲν περὶ τὸν Θεόδοτον καὶ Λαγόραν ἔμενον ἐπὶ τῶν κατὰ τὸ θέατρον τόπων, νουνεχῶς καὶ πραγματικῶς ἐφεδρεύοντες τοῖς ὅλοις. ἡ δὲ λοιπὴ δύναμις εἰσπεσοῦσα πανταχόθεν ἅμα κατειλήφει τὴν πόλιν. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη τῶν μὲν φονευόντων τοὺς ἐντυγχάνοντας, τῶν δὲ τὰς οἰκήσεις ἐμπιπρώντων, ἄλλων δὲ πρὸς τὰς ἁρπαγὰς καὶ τὰς ὠφελείας ὡρμηκότων, ἐγίγνετο παντελὴς ἡ τῆς πόλεως καταφθορὰ καὶ διαρπαγή. καὶ Σαρδέων μὲν τοῦτον τὸν τρόπον ἐγένετο κύριος Ἀντίοχος.

ΕΚ ΤΗΣ ΟΓΔΟΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΩΝ

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ.

E POLYBII MEGALOPOLITANI OCTAVA

HISTORIA EXCERPTA.

Ἐπίστασις περὶ τῆς πίστεως· καὶ τῶν εἰκῇ καὶ ἀκρίτως πιστευσάντων ἐπιτίμησις.

1 ΠΕΡΙ δὲ τῶν τοιούτων περιπετειῶν πότερα χρὴ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιμᾶν, ἢ συγγνώμην ἔχειν, καθόλου μὲν οὐκ ἀσφαλὲς ἀποφήνασθαι, διὰ τὸ καὶ πλείους τὰ κατὰ λόγον πάντα πράξαντας, ὅμως ὑποχειρίους γεγονέναι τοῖς ἑτοίμως τὰ παρ' ἀνθρώποις ὡρισμένα δίκαια παραβαίνουσιν. οὐ μὴν οὐδ' αὐτόθεν ἀποστατέον τῆς ἀπο-

Obſervatio Polybii ſuper fidei pignoribus: & eorum objurgatio qui temere aliis credunt.

QUOD ad hujuſmodi graves attinet caſus, utrumne reprehenſione digni ſint quibus illi eveniunt; an venia ſit concedenda; in univerſum quidem pronuntiare, periculoſa res eſt: quum accidere multis ſoleat, ut poſtquam omnia ratione recta adminiſtraverint, eorum tamen in poteſtatem deveniant, qui gentium conſenſu ſancita jura violare paratum habent. at non ideo tamen cunctandum neque à pronuntiatione ſuperſedendum:

dum: verùm habita ratione quà temporum quà circumſtantiarum, alii reprehendendi ſunt duces, aliis venia danda. id ita eſſe ut dico, exempla hujuſmodi evincunt. Archidamus Rex Lacedæmoniorum, ſuſpectam habens Cleomenis ambitionem & dominandi libidinem, Sparta aufugit: mox contrarium perſuaſus, ejuſdem ſe fidei permittit. is igitur imperio ſimul ac vita orbatus, ne excuſandi quidem ſui rationem ullam poſteris reliquit. ubi enim, propoſito eodem manente, aucta inſuper Cleomenis ambitione, eorum manibus ultro ſe is permittebat, quos antea quum fugeret, miraculo ſalutem fuerat nactus; ſanè quàm rationi adprimè conſentaneum erat, ipſum illo modo quem diximus fore periturum. Pelopidas quoque Thebanus Alexandri tyranni ingenium ſceleſtum habens compertum; probè etiam ſciens omnem tyrannum infeſtiſſimos hoſtes ducere, publicę libertatis propugnatores; Epaminondæ auctor ipſe extitit, ut imperium populi non ſolùm Thebani, ſed & Græcorum omnium propugnaret: & quum ad evertendam Alexandri monarchiam ac tyrannidem in Theſſaliam infeſtus ipſi veniſſet; bis tamen legatus ad eum accedere ſuſtinuit. is igitur, captus ab hoſtibus, & rebus Thebanorum plurimum nocuit, & gloriam ſuam rebus antea geſtis partam, funditus evertit; quòd temere & nullo judicio fidem iis habuiſſet; quibus non erat habenda. Similis huic calamitas fuit Cnæi Cornelii Imperatoris Romani eo bello quod de Sicilia cum Pœnis Reſpublica

φάσεως ἀρχῶς· ἀλλὰ βλέποντας πρὸς τοὺς καιροὺς καὶ τὰς περιστάσεις, οἷς μὲν ἐπιτιμητέον τῶν ἡγεμόνων, οἷς δὲ συγγνώμην δοτέον. ἔσται δὲ τὸ λεγόμενον δῆλον ἐκ τούτων. Ἀρχίδαμος ὁ τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεὺς ὑπιδόμενος τὴν Κλεομένους φιλαρχίαν, ἔφυγεν ἐκ τῆς Σπάρτης· μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν πεισθεὶς, ἐνεχείρισεν ἑαυτὸν τῷ προειρημένῳ. τοιγαροῦν ἅμα τῆς ἀρχῆς καὶ τοῦ βίου στερηθεὶς, οὐδ' ἀπολογίαν αὐτῷ κατέλιπε πρὸς τοὺς ἐπιγιγνομένους. τῆς γὰρ ὑποθέσεως τῆς αὐτῆς μενούσης, τῆς δὲ Κλεομένους φιλαρχίας ἐπηυξημένης, ὁ τούτοις ἐγχειρίσας αὐτὸν, οὓς φυγὼν πρότερον ἔτυχε παραδόξως τῆς σωτηρίας, πῶς οὐκ εὐλόγως ἔμελλε τοῖς προειρημένοις ἐγκυρήσειν; καὶ μὴν Πελοπίδας ὁ Θηβαῖος εἰδὼς τὴν Ἀλεξάνδρου τοῦ τυράννου παρανομίαν, καὶ σαφῶς γινώσκων ὅτι πᾶς τύραννος πολεμιωτάτους αὐτοῦ νομίζει τοὺς τῆς ἐλευθερίας προεστῶτας· αὐτὸς οὐ μόνον τῆς Θηβαίων, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων δημοκρατίας, ἔπειθεν Ἐπαμεινώνδαν προεστάναι· καὶ παρὼν εἰς Θετταλίαν πολέμιος ἐπὶ καταλύσει τῆς Ἀλεξάνδρου μοναρχίας, πρεσβεύειν πρὸς τοῦτον ὑπέμεινε δεύτερον. τοιγαροῦν γενόμενος ὑποχείριος τοῖς ἐχθροῖς, ἔβλαψε μὲν Θηβαίους μεγάλα, κατέλυσε δὲ τὴν αὐτῶν προγεγενημένην δόξαν, εἰκῆ καὶ ἀκρίτως πιστεύσας οἷς ἥκιστ' ἐχρῆν. παραπλήσια δὲ τούτοις καὶ Γάϊος ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς ἔπαθε κατὰ τὸν Σικε-

λικὸν πόλεμον· ἀλόγως αὐτὸν ἐγχειρίσας τοῖς πολεμίοις. ὁμοίως
2 δὲ καὶ πλείους ἕτεροι. Διὸ καὶ τοῖς μὲν ἀσκέπτως ἑαυτοὺς ἐγχειρίζουσι τοῖς ὑπεναντίοις, ἐπιτιμητέον· τοῖς δὲ τὴν ἐνδεχομένην πρόνοιαν ποιουμένοις, οὐκ ἐγκλητέον. Τὸ μὲν γὰρ μηδενὶ πιστεύειν εἰς τέλος, ἄπρακτον· τὸ δὲ λαβόντα τὰς ἐνδεχομένας πίστεις πράττειν τὸ κατὰ λόγον, ἀνεπιτίμητον. Εἰσὶ δ' ἐνδεχόμεναι πίστεις, ὅρκοι, τέκνα, γυναῖκες· τὸ μέγιστον, ὁ προγεγονὼς βίος. καὶ τὸ διὰ τῶν τοιούτων ἀλογηθῆναι καὶ περιπεσεῖν, οὐ τῶν παθόντων, ἀλλὰ τῶν πραξάντων ἐστὶν ἔγκλημα. Διὸ καὶ μάλιστα μὲν τοιαύτας ζητεῖν δεῖ πίστεις, δι' ὧν ὁ πιστευθεὶς οὐ δυνήσεται τὴν πίστιν ἀθετεῖν. ἐπεὶ δὲ σπάνιον εὑρεῖν ἐστι τὸ τοιοῦτον· δεύτερος ἂν εἴη πλοῦς τὸ τῶν κατὰ λόγον φροντίζειν, ἵνα ἄν που καὶ σφαλώμεθα, τῆς παρὰ τοῖς ἐκτὸς συγγνώμης μὴ διαμαρτάνωμεν. ὃ καὶ περὶ πλείους μὲν δὴ γεγένηται τῶν πρότερον· ἐναργέστερον δ' ἔσται, καὶ τοῖς καιροῖς ἔγγιστον, τοῖς ὑπὲρ ὧν ὁ νῦν δὴ λόγος ἐνέστηκε, τὸ κατ' Ἀχαιὸν συμβάν. ὃς οὐδὲν τῶν ἐνδεχομένων πρὸς εὐλάβειαν καὶ πρὸς ἀσφάλειαν παραλιπὼν, ἀλλ' ὑπὲρ ἁπάντων προνοηθεὶς ἐφ' ὅσον ἀνθρωπίνη γνώμη δυνατὸν ἦν· ὅμως ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριος. τό γε μὴν συμβὰν, ἔλεον μὲν τῷ παθόντι καὶ συγ-

geſſit; quia imprudenter hoſtibus ſeſe crediderat. eadem aliis quoque acciderunt multis. Quare magna digni ſunt reprehenſione qui temere ſuorum hoſtium fidei ſe permittunt: illi verò non ſunt culpandi, qui maturè prout poſſunt, ſibi cavent. nam credere quidem prorſus nemini, amittere eſt facultatem rerum gerendarum: at ubi pignora fidei idonea acceperis, ſi quod ratio ſuadeat, feceris, culpa omni cares. Sunt autem fidei vincula quibus idoneè caveri poteſt, jusjurandum, liberi, uxores, & maximum omnium anteacta vita. per iſta ſiquidem fuiſſe deceptum, & in fraudem eſſe delapſum, non ejus qui dolo captus fuerit, ſed ejus qui dolum ſtruxerit, proprium eſt crimen. Quamobrem præcipuum quidem illud eſt, ut vincula fidei ejuſmodi accipiamus, per quæ is cui fidis mutare fidem nequeat. ſed quoniam difficilè talia vincula reperiuntur, ſecunda hæc quaſi navigatio fuerit, ſi quantum ratione poteſt caverimus, ut ſi quid fortè offenſum à nobis fuerit; at veniam certè extranei nobis tribuant. cujus rei exempla quum antea in multis fuerint edita: tum illud eſt illuſtriſſimum, & temporibus proximum de quibus nunc agimus, quod in Achęo eſt editum. hic enim, quum nihil quicquam eorum prætermiſiſſet quæ ad cautionem & ſecuritatem adhiberi poterant, atq; adeo omnibus proſpexiſſet rebus quantum humano conſilio fieri ejus poterat: in hoſtium tamen poteſtatem devenit. Ceterùm illius calamitas ita ab extraneis omnibus eſt accepta, ut & miſerarentur ipſum, veniamque ei tribuerent:

buerent: ab iis verò qui auctores calamitatis fuerant, abalienarentur, eoſque odio haberent.

Conſideratio magnitudinis rerum geſtarum à Romanis & Carthaginienſibus, & obſtinatæ pervicaciæ populi utriuſque in ſuis inceptis.

De utilitate hiſtoriæ univerſalis.

NON fuerit ut equidem exiſtimo, alienum ab univerſo incepto meo, & eo quem à principio mihi propoſui ſcopo, lectores ſimul excitare ad magnitudinem rerum geſtarum conſiderandam, & in ſuſcepta ſemel voluntate pervicacem utriuſque Reipub. (Romanorum dico & Pœnorum) conſtantiam. Nam quis non arbitretur dignum obſervatione ac laude omniũ eſſe, quòd quũ tantum jam bellum de Italia conflatum haberẽt, nec minus iſto aliud de Hiſpania, quumque de eorum exitu pariter ambo tunc cum maximè ſpes haberent incertas, denique ambos æqualia prœliorum pericula manerent; iidẽ tamen ſuſceptarum rerum mole non contenti, etiam de Sardinia & Sicilia controverſiam ſibi moverunt: nec ſpe ſolùm omnia complectebantur: ſed etiam commeatibus & rerum neceſſariarum apparatibus, ad omnia ſufficiebant? quod impenſius mirabitur aliquis ſi particulatim quæque inſpexerit. Præſidebant in Italia duo juſti exercitus cum Coſs. duo item in Hiſpania cum Scipionibus:

γνώμην ἀπεργάσασθαι παρὰ πᾶσι τοῖς ἐκτὸς, διαβολὴν δὲ καὶ μῖσος τοῖς πράξασιν.

Τὸ μεγαλεῖον τῶν πράξεων, καὶ τὸ φιλότιμον τῆς προαιρέσεως τότε Ρωμαίων καὶ τοῦ Καρχηδονίων πολιτεύματος.

Ὅτι ἡ καθόλου τῶν πράξεων ἱστορία πολὺ διαφέρει,

ΟΥΚ ἀλλότριον εἶναί μοι δοκεῖ τῆς ὅλης ἡμῶν ἐπιβολῆς καὶ τῆς ἐν ἀρχαῖς προθέσεως συνεπιστῆσαι τοὺς ἀκούοντας ἐπὶ τὸ μεγαλεῖον τῶν πράξεων, καὶ τὸ φιλότιμον τῆς ἑκατέρου τοῦ πολιτεύματος προαιρέσεως· λέγω δὲ τοῦ Ρωμαίων καὶ Καρχηδονίων. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἐπισημήναιτο, πῶς τηλικοῦτον μὲν πόλεμον συνεσταμένοι περὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν πραγμάτων, οὐκ ἐλάττω δὲ τούτου τὸν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἀκμὴν δὲ περὶ τούτων ἀδήλους μὲν ἔχοντες ἐπ' ἴσον ἀμφότεροι τὰς ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας, ἐφαμίλλους δὲ τοὺς κατὰ τὸ παρὸν ἐνεστῶτας κινδύνους· ὅμως οὐκ ἠρκοῦντο ταῖς προκειμέναις ἐπιβολαῖς· ἀλλὰ καὶ περὶ Σαρδόνος καὶ Σικελίας ἠμφισβήτουν, καὶ πάντα περιελάμβανον, οὐ μόνον ταῖς ἐλπίσιν, ἀλλὰ καὶ ταῖς χορηγίαις καὶ ταῖς παρασκευαῖς; ὃ καὶ μάλιστ' ἄν τις εἰς τὸ κατὰ μέρος ἐμβλέψας θαυμάσειε· δύο μὲν γὰρ Ρωμαίοις κατὰ τὴν Ἰταλίαν μετὰ τῶν ὑπάτων ἐντελῆ προεκάθητο στρατόπεδα, δύο δὲ κατὰ Ἰβηρίαν 3

ὧν τὸ μὲν πεζὸν Γνάιος ἦρχε, τὸ δὲ ναυ-
τικὸν Πόπλιος. ὁμοίως δὲ ταῦτα συν-
έβαινε γίγνεσθαι καὶ περὶ τοὺς Καρχηδο-
νίους. καὶ μὴν τοῖς κατὰ τὴν Ἑλλάδα τό-
ποις ἐφώρμει καὶ ταῖς ἐπιβολαῖς τοῦ
Φιλίππου στόλος, ἐφ' οὗ τὸ μὲν
πρῶτον Μάρκος Οὐαλέριος,
μετὰ δὲ ταῦτα Πόπλιος ἐπέ-
πλει Σουλπίκιος. ἅμα δὲ τού-
τοις Ἄππιος μὲν ἑκατὸν πεντηρι-
κοῖς σκάφεσι, Μάρκος δὲ Κλαύδιος
πεζικὰς ἔχων δυνάμεις, ἐφήδρευε
τοῖς κατὰ τὴν Σικελίαν. τὸ δ' αὐτὸ τοῦ-
το Ἀμίλκας ἐποίει παρὰ Καρχηδο-
4 νίοις. δι' ὧν ὑπολαμβάνω τὸ πολ-
λάκις ἐν ἀρχαῖς ἡμῖν τῆς πραγμα-
τείας εἰρημένον, νῦν δι' αὐτῶν τῶν
ἔργων ἀληθινὴν λαμβάνειν πίστιν. τοῦ-
το δ' ἦν, ὡς οὐχ οἷόν τε διὰ τῶν τὰς
κατὰ μέρος ἱστορίας γραφόντων συνθε-
άσασθαι τὴν τῶν ὅλων οἰκονομίαν. πῶς
γὰρ ἐνδέχεται ψιλῶς αὐτὰς καθ'
αὑτὰς ἀναγνόντα τὰς Σικελικὰς ἢ
τὰς Ἰβηρικὰς πράξεις, γνῶναι καὶ
μαθεῖν ἢ τὸ μέγεθος τῶν γεγονότων, ἢ
τὸ συνέχον, τίνι τρόπῳ καὶ τίνι γένει πο-
λιτείας τὸ παραδοξότατον καθ' ἡμᾶς
ἔργον ἡ τύχη συνετέλεσε; τοῦτο δ' ἐστὶ,
τὸ πάντα τὰ γινωσκόμενα μέρη τῆς
οἰκουμένης, ὑπὸ μίαν ἀρχὴν καὶ δυ-
ναστείαν ἀγαγεῖν, ὃ πρότερον οὐχ εὑ-
ρίσκεται γεγονός. πῶς μὲν γὰρ εἷλον
Συρακούσας Ῥωμαῖοι, καὶ πῶς Ἰβη-
ρίαν κατέσχον, οὐκ ἀδύνατον καὶ διὰ
τῶν κατὰ μέρος ἐπὶ ποσὸν γνῶναι συν-
τάξεων. πῶς δὲ τῆς ἁπάντων ἡγεμο-
νίας καθίκοντο, καὶ τί πρὸς τὰς ὁλοσ-
χερεῖς αὐτοῖς ἐπιβολὰς τῶν κατὰ μέ-
ρος ἀντέπραξε, καὶ τί πάλιν καὶ κατὰ
τίνας καιροὺς συνήργησε, δυσχερὲς

quorum pedeſtrem Cnæus habebat: maritimum Publius. apud Carthaginienſes quoque ſimilis exercituum ratio. Erat præterea in ſtatione claſſis, ad Græciæ loca & Philippi conſilia obſervanda. cui primò Marcus Valerius præfuit, deinde Publius Sulpicius. ad hæc Appius centum quinqueremibus, M. Claudius cum pedeſtribus copiis Siciliæ rebus imminebat. idemque apud Carthaginienſes etiam Hamilcar faciebat. Atque ita quod ſæpe dictum nobis per initia operis, nunc rebus ipſis verè comprobatum eſſe arbitror. illud nempe; fieri non poſſe, ut per illos qui particulares hiſtorias deſcribunt, totius rerum ſummæ diſpoſitio innoteſcat. quomodo enim fieri queat ut qui nudas per ſe res Siculas ant Hiſpanicas legat, aut magnitudinem eorum quæ geſta ſunt cognoſcat intelligatve, aut, quod præcipuum eſt, quomodo, quove adminiſtrandæ Reip. genere opus omnium quæ memoria noſtra geſta ſunt, maximè admirabile Fortuna perfecerit? ut omnes orbis terrarum cognitas ad hanc diem partes uni imperio ac dominatui ſubjiceret: quod nunquam antea factum invenitur. Nam Syracuſas quidem quomodo ceperint Romani, & quomodo Hiſpaniam occupaverint, etiam ex particularibus hiſtoriis aliquatenus poſſe cognoſci non negaverim: at quomodo imperium in omnes ſint conſecuti, & quid in partibus propoſito ipſorum de orbis totius imperio obſtiterit, aut quid & quibus occaſionibus conatus eorum adjuverit, abſque univerſali

rerum

rerum geſtarum hiſtoria, difficile eſt animo complecti. quas etiam ob cauſſas neque magnitudinem rerum geſtarum, neque vim Reip. percipere facilè queas. Nam Romanos iſſe occupatum Hiſpaniam aut Siciliam, & navalibus terreſtribuſque copiis bellum geſſiſſe, ſi per ſe narretur & ſeparatim, nihil admiratione dignum res habere videatur. ſed ſi hæc ſimul fiant, & longè item plura his alia eodem tempore ab eodem imperio ac Rep. perficiantur: ſi etiam unà cum his ſpectentur tumultus, vaſtationes & bella quæ in ſuiſmet finibus ſuſtinuerunt qui ſuperiora illa omnia gerebant; ita demum perſpicuæ fient res geſtæ, & apparebunt mirabiles: & hæc unica eſt ratio illas ſic conſiderandi ut oportet. Atque hæc dicta nobis adverſus eos ſunto, qui è ſcriptione membratim res geſtas tractante, generalis & communis hiſtoriæ notitiam aſſecuturos ſe autumant.

καταλαβεῖν ἄνευ τῆς καθόλου τῶν πράξεων ἱστορίας. οὐ μὴν τὸ μέγεθος τῶν ἔργων, οὐδὲ τὴν τοῦ πολιτεύματος δύναμιν εὐμαρὲς κατανοῆσαι διὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας. Τὸ γὰρ ἀντιποιήσασθαι Ῥωμαίους Ἰβηρίας, ἢ πάλιν Σικελίας, καὶ στρατεῦσαι πεζικαῖς καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσιν, αὐτὸ καθ' αὑτὸ λεγόμενον, οὐκ ἂν εἴη θαυμαστόν. ἅμα δὲ τούτων συμβαινόντων καὶ πολλαπλασίων ἄλλων κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐπιτελουμένων ἐκ τῆς αὐτῆς ἀρχῆς καὶ πολιτείας, καὶ θεωρουμένων ὁμοῦ τούτοις τῶν κατὰ τὴν ἰδίαν χώραν ὑπαρχουσῶν περιστάσεων καὶ πολέμων περὶ τοὺς ἅπαντα τὰ προειρημένα χειρίζοντας· οὕτως ἂν εἴη μόνον σαφῆ τὰ γεγονότα καὶ θαυμαστά, καὶ μάλιστ' ἂν οὕτω τυγχάνοι τῆς ἁρμοζούσης ἐπιστάσεως. ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν εἰρήσθω πρὸς τοὺς ὑπολαμβάνοντας διὰ τῆς τῶν κατὰ μέρος συντάξεως ἐμπειρίαν ποιήσασθαι τῆς καθολικῆς καὶ κοινῆς ἱστορίας.

Quomodo Marcellus claſſe Achradinam Syracuſarum ſit aggreſſus.

Sambucæ machinæ militaris deſcriptio.

Archimedis inventa adverſus omnes Romanorum ducum Marcelli & Appii machinas.

Ἐπίπλους Μαρκέλλου ἐπὶ τὴν Ἀχραδινὴν τῶν Συρακουσῶν.

Ἡ τῆς λεγομένης Σαμβύκης κατασκευή.

Ἀρχιμήδους ἐπινοήματα πρὸς πάντα τὰ μηχανήματα Μαρκέλλου τε καὶ Ἀππίου.

APPIUS autem præerat. Et pedeſtribus quidem copiis circa porticum, quę vocabatur Scythica, ubi mœnia in ipſa mole mari objecta ſita ſunt, cingentes; expeditis cratibus, telis & reliquis, quæ

ΑΠΠΙΟΣ δ' ἦν ἡγεμών· καὶ τῇ μὲν πεζῇ δυνάμει κατὰ τὴν Σκυθικὴν στοὰν προσαγορευομένην, καθ' ἣν ἐπ' αὐτῆς κεῖται τῆς κρηπῖδος τὸ τεῖχος παρὰ θάλασσαν, περιστοιχίσαντες, ἑτοιμασάμενοι

μενοι τε γέρρα καὶ βέλη καὶ τ' ἄλλα τὰ πρὸς τὴν πολιορκίαν ἐν ἡμέραις πέντε διὰ τὴν πολυχειρίαν, κατήλπισαν καταταχήσειν ἐν τῇ παρασκευῇ τοὺς ὑπεναντίους· οὐ λογισάμενοι τὴν Ἀρχιμήδους δύναμιν· οὐδὲ προϊδόμενοι, διότι μία ψυχὴ τῆς ἁπάσης ἐστὶ πολυχειρίας ἐν ἐνίοις καιροῖς ἀνυστικωτέρα· πλὴν τότε δι' αὐτῶν ἔγνωσαν τῶν ἔργων τὸ λεγόμενον. Οὔσης γὰρ ὀχυρᾶς τῆς πόλεως διὰ τὸ κεῖσθαι κύκλῳ τὸ τεῖχος ἐπὶ τόπων ὑπερδεξιῶν, καὶ προκειμένης ὀφρύος, πρὸς ἣν καὶ μηδενὸς κωλύοντος οὐκ ἂν εὐμαρῶς τις δύναιτο πελάσαι· πλὴν κατά τινας τόπους ὡρισμένους, τοιαύτην ἡτοίμασε παρασκευὴν ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἐντὸς τῆς πόλεως, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς κατὰ θάλασσαν ἐπιπορευομένους, ὥστε μηδὲν ἐκ τοῦ καιροῦ δεῖν ἀσχολεῖσθαι τοὺς ἀμυνομένους· πρὸς πᾶν δὲ τὸ γινόμενον ὑπὸ τῶν ἐναντίων ἐξ ἑτοίμου ποιεῖσθαι τὴν ἀπάντησιν. Πλὴν ὁ μὲν Ἄππιος ἔχων γέρρα καὶ κλίμακας ἐνεχείρει προσφέρειν ταῦτα τῷ συνάπτοντι τείχει τοῖς Ἑξαπύλοις ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν. Ὁ δὲ Μάρκος ἑξήκοντα σκάφεσι πεντηρικοῖς ἐποιεῖτο τὸν ἐπίπλουν ἐπὶ τὴν Ἀχραδινήν. ὧν ἕκαστον πλῆρες ἦν ἀνδρῶν ἐχόντων τόξα καὶ σφενδόνας καὶ γρόσφους, δι' ὧν ἔμελλον τοὺς ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων μαχομένους ἀναστέλλειν. ἅμα δὲ τούτοις ὀκτὼ πεντήρεσι παραλελυμέναις τοὺς ταρσούς, ταῖς μὲν τοὺς δεξιούς, ταῖς δὲ τοὺς εὐωνύμους, καὶ συνεζευγμέναις πρὸς ἀλλήλας σὺν δύο κατὰ τοὺς ἐψιλωμένους τοίχους, προσῆγον

ſunt oppugnantibus uſu intra quintum diem propter operantium multitudinem, ſperabant fore, ut in comparando hoſtem occuparent; non æſtimata Archimedi dexteritate, neque proſpicientes unius nonnunquam hominis mentem quamvis innumeris eſſe manibus efficaciorem, ut dici aſſolet; id quod tunc rebus didicerunt. Cum enim urbs eſſet munitiſſima, utpote muro circumdata locis præaltis impoſito, & præjacente ſupercilio, ad quod etiam prohibente nullo nemo facile acceſſerit, niſi certis quibuſdam ac definitis locis; tantos vir ille intra mœnia collegerat apparatus etiam adverſus aggreſſuros à mari, ut defenſoribus nihil eorum, quæ tempus requireret, moram faceret; ſed omnibus, quæ ab hoſte tentarentur, prompte poſſent occurrere. Nihilominus Appius proviſas crates & ſcalas inſtituebat muro admovere, qui pertinet ad Hexapyla ab Oriente. Marcus Marcellus Achradinam Syracuſarum ſexaginta quinqueremibus invadit. Hæ erant omnes viris refertæ, arcus, fundas & velitares haſtas habentibus, ut ſi qui muros è pinnis propugnarent, eos conſiſtere non paterentur. ad hæc quinqueremibus octo, quæ altero remorum ordine adempto (aliis dextro aliis ſiniſtro) binæ & binæ ab lateribus nudatis junctæ

πρὸς

invicem erant, exteriorum laterum remigio muris quas vocant Sambucas admovebat. Id genus machinamentorum fabrica eſt hujuſmodi. Scalam quatuor latam pedes ita concinnant, ut poſtquam fuerit intenta atque erecta, ejuſdem cum muro altitudinis reperiatur, hujus utrunque latus velut cancellis muniunt, & loriculis prælaltis contegunt. deinde ſuper cohærentibus copulatarum navium lateribus ipſam quoque ſecundum latera porrectam ſic locant, ut ultra roſtra longè promineat. in ſummis verò navium malis trochleę & in iis ductarii funes aptantur. ubi igitur uſus poſtulat, funibus ad caput ſcalæ alligatis, qui ſtant in puppi hoſce trahunt; pariterque etiam in proris alii contis aut ſublicis connitentes, machinæ erectionem adjuvant & ſuſtentant. Poſtquam autem remigio lateris utriuſque exterioris propius terram ventum, naves quæ dictas machinas vehunt, muro firmiter applicare contendunt. porrò ſummæ ſcalæ tabula adhæret, tria latera pluteis munita habens: cui inſiſtentes quatuor homines certamen & dimicationem cum iis faciunt, qui è propugnaculis quominus admoveatur Sambuca impediunt. qua ſemel admota, ubi muris ſuperiores facti ſunt, dum primi iſti cratibus ab utroque latere ablatis propugnacula turresve invadunt, reliqui per Sambucam nullo periculo prioribus ſuccedunt, ſcalæ pedibus utrique navi inſiſtentibus, ac rudentium vinctu firmatis. Meritò autem huic fabricę id nominis eſt inditum: quoniam ea ſublata in altum,

πρὸς τὸ τεῖχος διὰ τῆς τῶν ἐκτὸς τοίχων εἰρεσίας τὰς λεγομένας σαμβύκας. Τὸ γένος τῆς κατασκευῆς τῶν εἰρημένων ὀργάνων ἐστὶ τοιοῦτον. Κλίμακα τῷ πλάτει τετράπεδον ἑτοιμάσαντες, ὥστε ἐξ ἀποβάσεως ἰσουψῆ γενέσθαι τῷ τείχει· ταύτης ἑκατέραν τὴν πλευρὰν δρυφακτώσαντες καὶ σκεπάσαντες ὑπερπετέσι θωρακίοις, ἔθηκαν πλαγίαν ἐπὶ τοὺς συμψαύοντας τοίχους τῶν συνεζευγμένων νεῶν, πολὺ προπίπτουσαν τῶν ἐμβόλων. πρὸς δὲ τοῖς ἱστοῖς ἐκ τῶν ἄνω μερῶν τροχιλίαι προσήρτηντο σὺν κάλοις. λοιπὸν, ὅταν ἐγγίσωσι τῆς χρείας, ἐνδεδεμένων τῶν κάλων εἰς τὴν κορυφὴν τῆς κλίμακος, ἕλκουσι διὰ τῶν τροχιλιῶν τούτους ἑστῶτες ἐν ταῖς πρύμναις. ἕτεροι δὲ παραπλησίως ἐν ταῖς πρώραις ἐξερείδοντες ταῖς ἀντηρίσιν, ἀσφαλίζουσι τὴν ἄρσιν τοῦ μηχανήματος. Κἄπειτα διὰ τῆς εἰρεσίας τῆς ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἐκτὸς ταρσῶν ἐγγίσαντες τῇ γῇ τὰς ναῦς, πειράζουσι προσερείδειν τῷ τείχει τὸ προειρημένον ὄργανον. ἐπὶ δὲ τῆς κλίμακος ἄκρας ὑπάρχει πέτευρον ἠσφαλισμένον γέρροις τὰς τρεῖς ἐπιφανείας· ἐφ' οὗ τέτταρες ἐπιβεβηκότες, ἀγωνίζονται διαμαχόμενοι πρὸς τοὺς εἴργοντας ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων τὴν πρόσθεσιν τῆς σαμβύκης. ἐπὰν δὲ προσερείσαντες ὑπερδέξιοι γένωνται τοῦ τείχους, οὗτοι μὲν τὰ πλάγια τῶν γέρρων παραλύσαντες ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους, ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις ἢ τοὺς πύργους. οἱ δὲ λοιποὶ διὰ τῆς σαμβύκης ἕπονται τούτοις, ἀσφαλῶς τοῖς κάλοις βεβηκυίας τῆς κλίμακος εἰς ἀμφοτέρας τὰς ναῦς. εἰκότως δὲ τὸ κατασκεύασμα τῆς προσηγορίας τέτευχε ταύτης· ἐπειδὰν γὰρ ἐξαρθῇ,

γίγνεται

γίνεται τὸ σχῆμα τῆς νεὼς ταύτης καὶ
τῆς κλίμακος ἑνοποιηθὲν, παραπλή-
σιον τῇ σαμβύκῃ. Πλὴν οὗτοι μὲν τὸν
6 τρόπον τοῦτον διηρμοσμένοι, προσά-
γειν διενοοῦντο τοῖς πύργοις. ὁ δὲ προ-
ειρημένος ἀνὴρ, παρεσκευασμένος
ὄργανα πρὸς ἅπαν ἐμβελὲς διάστη-
μα, πόῤῥωθεν μὲν ἐπιπλέοντας τοῖς
εὐτονωτέροις καὶ μείζοσι λιθοβό-
λοις καὶ βέλεσι τιτρώσκων, εἰς ἀπο-
ρίαν ἐνέβαλε καὶ δυσχρηστίαν. ὅτε δὲ
ταῦθ' ὑπερπετῆ γίγνοιτο, τοῖς ἐλάτ-
τοσι κατὰ λόγον ἀεὶ πρὸς τὸ παρὸν ἀ-
πόστημα χρώμενος, εἰς τοιαύτην
ἦγε διατροπὴν, ὥστε καθόλου κω-
λύειν αὐτῶν τὴν ὁρμὴν καὶ τὸν ἐπί-
πλουν· ἕως ὁ Μάρκος δυσθετούμε-
νος, ἠναγκάσθη λάθρα νυκτὸς ἐπι-
ποιήσασθαι τὴν παραγωγήν. γενο-
μένων δ' αὐτῶν ἐντὸς βέλους πρὸς
τῇ γῇ, πάλιν ἑτέραν ἡτοιμάκει
παρασκευὴν πρὸς τοὺς ἀπομαχομέ-
νους ἐκ τῶν πλοίων. ὡς ἀνδρο-
μήκους ὕψους κατεπύκνωσε τρήμα-
σι τὸ τεῖχος, ὡς παλαιστιαίοις τὸ
μέγεθος κατὰ τὴν ἐκτὸς ἐπιφά-
νειαν. οἷς τοξότας καὶ σκορπίδια
παραστήσας ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ
βάλλων διὰ τούτων, ἀχρήστους ἐ-
ποίει τοὺς ἐπιβάτας. ἐξ οὗ καὶ μα-
κρὰν ἀφεστῶτας, καὶ σύνεγγυς ὄν-
τας τοὺς πολεμίους, οὐ μόνον ἀπρά-
κτους παρεσκεύαζε πρὸς τὰς ἰδίας
ἐπιβολὰς, ἀλλὰ καὶ διέφθειρε
τοὺς πλείστους αὐτῶν. ὅτε δὲ
τὰς σαμβύκας ἐγχειρήσαιεν ἐξαί-
ρειν, ὄργανα παρ' ὅλον τὸ τεῖχος
ἡτοιμάκει, τὸν μὲν λοιπὸν χρόνον
ἀφανῆ, κατὰ δὲ τὸν τῆς χρείας και-
ρὸν ἐκ τῶν ἔσω μερῶν ὑπὲρ τοῦ
τείχους ἀνιστάμενα καὶ προσπίπτον-

figura tam navis quàm ſcalæ, quæ res ambæ corpus unum conſtituunt, Sambucæ eſt ſimilis. Et iſti quidem rebus hoc modo concinnatis, turres invadere cogitabant. verùm Archimedes de quo antè diximus, tormentis ad quodvis intervallum mittendi tela præparatis, intentioribus quidem & majoribus quà balliſtis quà catapultis procul invadentes Romanos vulnerans, eò difficultatum adigebat, ut quò ſe verterent, neſcirent. ubi verò hæc tormenta ultra hoſtem tela mittere ceperunt, minoribus pro ratione præſentis intervalli ſubinde utens, uſque adeo Romanum confudit, ut impetum illius atque invaſionem penitus impediret. ad extremum M. Marcellus his difficultatibus circumventus, clàm ſilentio noctis naves propius admovere eſt coactus. quę poſtquam intra teli jactum terrę appropinquaſſent, alium rurſus apparatum adverſus eos qui è navibus dimicabant, idem vir præſtruxerat. murum crebris cavis ad humanę ſtaturæ modum, ſed quæ extrinſecus palmares eſſent, aperuit. ibi ſagittariis ac ſcorpiunculis ab interiore muri parte appoſitis, per iſtos petens hoſtem, inutiles navium Romanarum epibatas reddebat. ex quo eveniebat, ut inimicos & procul poſitos & in proximo ſtantes, non ſolùm quicquam eorum exſequi vetaret quæ propoſuerant, ſed etiam plurimos illorum occideret. Porrò ubi Sambucas conarentur erigere, tormenta per totum murum diſpoſuerat, quę reliquo tempore non apparebant: verùm quando opus erat ab interiore parte ſupra mœnia ſe attollebant,

bant, & longè ultra propugnacula ultimo ſuo roſtro prominebant. Horum alia non minora decem pondo ſaxa geſtabant: alia, plumbi libramenta. quando igitur appropinquabant Sambucæ, tum enimvero tormentorum iſtorum roſtra fune carcheſio per machinam ſchaſteriam circumacta prout poſtulabat uſus, ſaxum in fabricam demittebant. ita fiebat, ut non machina dumtaxat confringeretur, ſed & navis quoque ipſa & qui in ea eſſent, graviſſimè periclitarentur. Erant rurſus alia machinamenta, quæ in hoſtes invadentes & pluteis munitos, atque eorum ope adverſus tela è muro miſſa tutos, trabes ſaxaque ita commenſuratè librabant, ut dimicantes in prora fugere cogerent. Simul etiam manum ferream catenâ religatam demittebat, per quam is qui roſtra machinarum velut navis gubernacula regebat, ubi prehendiſſet proræ partem quæ prehendi commode poterat, machinæ calcem, (quæ erat pars altera ejus intra mœnia) deorſum adducebat. poſtquam autem prorâ in altum ſublatâ navigium in puppim erexerat, machinarum proras immotas reddebat: manum verò & catenam tunc ope ſchaſteriæ è machina eximebat. quo facto, pars navium in latus concidebat; pars in os vertebantur; pleræque prorâ ex alto dejectâ demerſæ maris aqua pariter ac tumultu complebantur. Hiſce Archimedis inventis quum ad conſilii inopiam redigeretur Marcellus, quumque ſua omnia incepta ab oppidanis eludi non abſque damno ſuo & opprobrio videret; etſi caſum

τι πολὺ τῆς ἐπάλξεως ταῖς κεραίαις. ὧν τινὰ μὲν ἐβάσταζε λίθους οὐκ ἐλάττους δέκα ταλάντων· τινὰ δὲ σηκώματα μολίβδινα. λοιπὸν, ὅτε συνεγγίζοιεν αἱ σαμβῦκαι, τότε περιαγόμεναι καρχησίῳ πρὸς τὸ δέον αἱ κεραῖαι διά τινος σχαστηρίας, ἀφίεσαν εἰς τὸ κατασκεύασμα τὸν λίθον. ἐξ οὗ συνέβαινε μὴ μόνον αὐτὸ συνθραύεσθαι τοὔργανον, ἀλλὰ καὶ τὴν ναῦν, καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ κινδυνεύειν ὁλοσχερῶς. 7 τινά τε τῶν μηχανημάτων πάλιν ἐπὶ τοὺς ἐφορμοῦντας καὶ προβεβλημένους γέῤῥα, καὶ διὰ τούτων ἠσφαλισμένους πρὸς τὸ μηδὲν πάσχειν ὑπὸ τῶν διὰ τοῦ τείχους φερομένων βελῶν, ἠφίει μὲν καὶ λίθους συμμέτρους πρὸς τὸ φεύγειν ἐκ τῆς πρώρας τοὺς ἀγωνιζομένους. ἅμα δὲ καὶ καθίει χεῖρα σιδηρᾶν ἐξ ἁλύσεως δεδεμένην, ᾗ δραξάμενος ὁ τὴν κεραίαν οἰακίζων ὅθεν ἐπιλάβοιτο τῆς πρώρας, κατῆγε τὴν πτέρναν τῆς μηχανῆς ἐντὸς τοῦ τείχους. ὅτε δὲ κουφίζων τὴν πρώραν ὀρθὸν ποιήσειε τὸ σκάφος ἐπὶ πρύμναν, τὰς μὲν πτέρνας τῶν ὀργάνων εἰς ἀκίνητον καθίστα· τὴν δὲ χεῖρα καὶ τὴν ἅλυσιν ἐκ τῆς μηχανῆς ἐξέραινε διά τινος σχαστηρίας. οὗ γινομένου, τινὰ μὲν τῶν πλοίων πλάγια κατέπιπτε, τινὰ δὲ καὶ κατεστρέφετο· τὰ δὲ πλεῖστα τῆς πρώρας ἀφ' ὕψους ῥιφθείσης βαπτιζόμενα, πλήρη θαλάττης ἐγίνετο καὶ ταραχῆς. Μάρκος δὲ δυσχρηστούμενος ἐπὶ τοῖς ἀπαντωμένοις ὑπ' Ἀρχιμήδους, καὶ θεωρῶν μετὰ βλάβης καὶ χλευασμοῦ τοὺς ἔνδον ἀποτριβομένους αὐτοῦ τὰς ἐπιβολὰς, δυσχερῶς μὲν ἔφερε τὸ συμβαῖνον·

ὅμως

ὅμως δ' ἐπισκώπτων τὰς αὐτοῦ πράξεις ἔφη, ταῖς μὲν ναυσὶν αὐτοῦ κυαθίζειν ἐκ θαλάττης Ἀρχιμήδη· τὰς δὲ σαμβύκας ῥαπιζομένας, ὥσπερ ἐκσπόνδους μετ' αἰσχύνης ἐκπεπτωκέναι. καὶ τὸ μὲν κατὰ θάλατταν πολιορκίας τοιοῦτον ἀπέβη τὸ
8 τέλος. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄππιον εἰς παραπλησίους ἐμπεσόντες δυσχερείας, ἀπέστησαν τῆς ἐπιβολῆς· ἔτι μὲν γὰρ ὄντες ἐν ἀποστήματι, τοῖς τε πετροβόλοις καὶ καταπέλταις τυπτόμενοι διεφθείροντο, διὰ τὸ θαυμάσιον εἶναι τὴν τῶν βελῶν κατασκευήν, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὴν ἐνέργειαν· ὡς ἂν Ἱέρωνος μὲν χορηγοῦ γεγονότος, ἀρχιτέκτονος δὲ καὶ δημιουργοῦ τῶν ἐπινοημάτων Ἀρχιμήδους. Συνεγγίζοντές γε μὴν πρὸς τὴν πόλιν, οἱ μὲν ταῖς διὰ τείχους τοξότισιν, ὡς ἐπάνω προεῖπον, κακούμενοι, συνεχῶς εἴργοντο τῆς προσόδου. οἱ δὲ μετὰ τῶν γέρρων βιαζόμενοι, ταῖς τῶν κατὰ κορυφὴν λίθων καὶ δοκῶν ἐμβολαῖς διεφθείροντο. οὐκ ὀλίγα δὲ καὶ ταῖς χερσὶ ταῖς ἐκ τῶν μηχανῶν ἐκακοποίουν, ὡς καὶ πρότερον εἶπα. σὺν αὐτοῖς γὰρ τοῖς ὅπλοις τοὺς ἄνδρας ἐξαιροῦντες ἐρρίπτουν. τὸ δὲ πέρας, ἀναχωρήσαντες εἰς τὴν παρεμβολήν, καὶ συνεδρεύσαντες μετὰ τῶν χιλιάρχων οἱ περὶ τὸν Ἄππιον, ὁμοθυμαδὸν ἐβουλεύσαντο πάσης ἐλπίδος πεῖραν λαμβάνειν, πλὴν τοῦ διὰ πολιορκίας ἑλεῖν τὰς Συρακούσας, ὡς καὶ τέλος ἐποίησαν. ὀκτὼ γὰρ μῆνας τῇ πόλει προσκαθεζόμενοι, τῶν μὲν ἄλλων στρατηγημάτων ἢ τολμημάτων οὐδενὸς ἀπέστησαν· τοῦ δὲ πολιορκεῖν, οὐδέποτε

hunc iniquo animo ferebat: illius tamen facta ſubſannans, Archimedem dixit, navibus ſuis ceu trullis aquam haurire: Sambucas verò ſuas colaphis percuſſas ceu fœdere excluſas cum ignominia è compotatione eſſe ejectas. Ac mari quidem tentatæ oppugnationis exitus hic fuit. ſed & Appius quum in eaſdem difficultates incidiſſet, incepto deſtitit. cujus milites dum adhuc longius aberant, petrariis & catapultis icta concidebantur. erat namque telorum apparatus tam copia quàm uſu atque efficacia admirabilis: ut pote ad quem Rex Hiero ſumptus præbuerat, induſtriam verò atque inventionem Archimedes, operum illorum architectus & opifex. ubi verò propius murum ſubibant Appii milites, alii è feneſtris muralibus de quibus antè dictum, continuis vulneribus acceptis, acceſſu prohibebantur: alii, qui pluteis tecti vi conabantur irrumpere, quà ſaxis quà trabibus recta in caput immiſſis trucidabantur. afferebant & illæ è machinis manus de quibus antè diximus, damnum haut mediocre. abreptos enim cum ipſis armis viros jactabant & affligebant. tandem Appius ubi ſe in caſtra recepiſſet, & in concilium Tribunoſ adhibuiſſet, de communi omnium ſententia placuit, ad capiendas Syracuſas ſpem omnem eſſe periclitandam, ſola vi excepta; quod & ad extremum fecerunt. nam quum menſes octo urbem obſiderent, ſollertis quidem & vafri conſilii, vel audacis facinoris nullum exemplum reliquerunt inexpertum: at vim apertam moliri nunquam

nunquam ſunt auſi. Adeo vir unus & una ars ad aliquod inceptum uti par eſt, probè accommodata, magnam atque admirabilem vim habere deprehenditur. Romani igitur tot pedeſtribus maritimiſque inſtructi copiis, ſi unum ſenem Syracuſarum urbe eximeres, oppido ſtatim ſe potituros exiſtimabant. illo verò præſente & ſuos adjuvante, ne tentare quidem oppugnationem ſuſtinebant: certè non illo modo cui impediendo par erat Archimedes. Quoniam autem ingens erat incluſorum multitudo, expeditiſſimam urbis capiendæ rationem eſſe inopiam commeatuum, arbitrabantur Romani, in eamque ſpem incumbebant. quæ igitur mari adventare poterant ſubſidia, claſſe prohibebant: quę terra, copiis terreſtribus. Et ne ſine aliquo fructu tempus omne quo Syracuſas obſidebant ipſis periret; ſed eadem opera apud gentes exteras aliquid è re ſua patrarent, exercitum ita partiti ſunt Imperatores, ut cum duabus partibus urbem obſideret Appius: tertiam acciperet Marcellus, & per Siciliam fines eorum infeſtaret qui cum Carthaginienſibus ſentiebant.

ἐπὶ πεῖραν λαβεῖν ἐθάρρησαν. οὕτως εἷς ἀνὴρ καὶ μία τέχνη δεόντως ἡρμοσμένη πρὸς ἔνια τῶν πραγμάτων, μέγα τι χρῆμα φαίνεται γίγνεσθαι καὶ θαυμάσιον. ἐκεῖνοι γοῦν τηλικαύτας δυνάμεις ἔχοντες καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, εἰ μὲν ἀφέλοι τις πρεσβύτην ἕνα Συρακουσίων, παραχρῆμα τῆς πόλεως κυριεύσειν ἤλπιζον. τούτου δὲ συμπαρόντος, οὐκ ἐθάρρουν οὐδ' ἐπιβάλλεσθαι κατά γε τοῦτον τὸν τρόπον καθ' ὃν ἀμύνασθαι δυνατὸς ἦν Ἀρχιμήδης. οὐ μὴν ἀλλὰ νομίσαντες μάλιστ' ἂν ὑπὸ τῆς τῶν ἀναγκαίων ἐνδείας διὰ τὸ πλῆθος τοὺς ἔνδον ὑποχειρίους σφίσι γενέσθαι, ταύτης ἀντείχοντο τῆς ἐλπίδος. καὶ ταῖς μὲν ναυσὶ τὰς κατὰ θάλατταν ἐπικουρίας αὐτῶν ἐκώλυον, τῷ δὲ πεζῷ στρατεύματι τὰς κατὰ γῆν. βουλόμενοι δὲ μὴ ποιεῖν ἄπρακτον τὸν χρόνον ἐν ᾧ προσεδρεύουσι ταῖς Συρακούσαις, ἀλλ' ἅμα τι καὶ τῶν ἐκτὸς χρησίμων κατασκευάζεσθαι, διεῖλον οἱ στρατηγοὶ σφᾶς αὐτοὺς καὶ τὴν δύναμιν· ὥστε τὸν μὲν Ἄππιον ἔχοντα δύο μέρη προσκαθῆσθαι τοῖς ἐν τῇ πόλει· τὸ δὲ τρίτον ἀναλαβόντα Μάρκον ἐπιπορεύεσθαι τοὺς Καρχηδονίων αἱρουμένους κατὰ τὴν Σικελίαν.

Philippus Rex Aratum veneno ſuſtulit. & de moderatione ejuſdem Arati ac conſecratione à morte.

Ὅτι Φίλιππος Ἄρατον ἀνεῖλε φαρμάκῳ· καὶ περὶ τῆς αὐτοῦ μετριότητος, καὶ τιμῶν ἡρωικῶν.

MESSENIOS Philippus hoſtes declaratos memorabili vllo damno afficere non valuit; quantumvis vaſtare ac populari fines eorum aggreſſus: in amicos verò

9 ΦΙΛΙΠΠΟΣ δὲ τοὺς μὲν Μεσσηνίους πολεμίους γεγονότας, οὐδὲν ἄξιον ἠδυνήθη λόγου βλάψαι, καίπερ ἐπιβαλλόμενος κακοποιεῖν αὐτῶν τὴν χώραν· εἰς δὲ

τοὺς ἀναγκαιοτάτους τῶν φίλων, τὴν μεγίστην ἀσέλγειαν ἐναπεδείξατο. Τὸν γὰρ πρεσβύτερον Ἄρατον δυσαρεστηθέντα τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεπραγμένοις ἐν τῇ Μεσσήνῃ, μετ' οὐ πολὺ μετὰ Ταυρίωνος τοῦ χειρίζοντος αὐτῷ τὰ κατὰ Πελοπόννησον, ἐπανείλετο φαρμάκῳ. παραυτίκα μὲν οὖν ἠγνοεῖτο παρὰ τοῖς ἐκτὸς τὸ γεγονός· καὶ γὰρ ἦν ἡ δύναμις οὐ τῶν παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἀπολλυουσῶν, ἀλλὰ χρόνον ἔχουσα καὶ διάθεσιν ἐργαζομένη. τόν γε μὴν Ἄρατον αὐτὸν οὐκ ἐλάνθανε τὸ κακόν. ἐγίνετο δὲ δῆλον ἐκ τούτων. ἅπαντας γὰρ ἐπικρυπτόμενος τοὺς ἄλλους, πρὸς ἕνα τῶν ὑπηρετῶν Κεφάλωνα διὰ τὴν συνήθειαν, οὐκ ἔστεξε τὸν λόγον· ἀλλ' ἐπιμελῶς αὐτῷ κατὰ τὴν ἀρρωστίαν τοῦ προειρημένου συμπαρόντος, καί τι τῶν πρὸς τῷ τοίχῳ πτυσμάτων ἐπισημηναμένου δίαιμον ὑπάρχον, εἶπε· Ταῦτα τἀπίχειρα τῆς φιλίας, ὦ Κεφάλων, κεκομίσμεθα τῆς πρὸς Φίλιππον. οὕτως ἐστὶ μέγα τι καὶ καλὸν χρῆμα μετριότης, ὥστε μᾶλλον ὁ παθὼν τοῦ πράξαντος ἠσχύνετο τὸ γεγονὸς, εἰ τοσούτων καὶ τηλικούτων κεκοινωνηκὼς ἔργων ἐπὶ τῷ τοῦ Φιλίππου συμφέροντι, τοιαῦτα τἀπίχειρα κεκόμισται τῆς εὐνοίας. οὗτος μὲν οὖν καὶ διὰ τὸ πολλάκις τῆς ἀρχῆς τετευχέναι παρὰ τοῖς Ἀχαιοῖς, καὶ διὰ τὸ πλῆθος καὶ διὰ τὸ μέγεθος τῶν εἰς τὸ ἔθνος εὐεργεσιῶν μεταλλάξας τὸν βίον, ἔτυχε πρεπούσης τιμῆς καὶ παρὰ τῇ πατρίδι καὶ παρὰ τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν· καὶ γὰρ θυσίας αὐτῷ καὶ τιμὰς ἡρωικὰς ἐψηφίσαντο, καὶ συλ-

præcipua neceſſitudine ſibi junctos, idem Rex fœda facinora eaque maxima edidit. Seniorem enim Aratum quòd minus probaſſet quæ ipſe Meſſenæ fecerat, non multò poſt operâ uſus Taurionis qui res illius in Peloponneſo adminiſtrabat, veneno ſuſtulit. Ac principio quidem ignota cæteris res fuit. neque enim ea vis erat pharmaci, ut in ipſo ſtatim articulo necaret: ſed mora temporis corporis valetudinem afficiebat. ipſum verò Aratum non latebat malum. quod hoc modo palàm eſt factum. Is omnes alios rem celans, apud unum è famulis Cephalonem, quia familiariter eo utebatur, linguam non tenuit. ſed quum ægrotanti ſibi ille adeſſet, aſſiduam & diligentem operam navans, atque is unum è ſputis queis paries erat conſputus, ſanguine mixtum eſſe obſervaſſet, Hæc nos præmia ô Cephalo, inquit Aratus, amicitiæ noſtræ erga Philippum retulimus. Adeo magna & pręclara res eſt, animi moderatio: ut eum qui acceperat injuriam potius quàm auctorem injuriæ, facti puderet: quod poſt tot tantarumque rerum conſilia cum Philippo conſociata, & magno quidem ejus bono, hoc ipſe demum benevolentiæ ſuæ præmium ferret. Cæterùm Arato qui Prætura Achęorum toties erat functus, gentemque ſuam tot ac tantis beneficiis affecerat, poſtquam diem ſuum obiiſſet, cum patria tum commune Achæorum pares meritis honores detulerunt. nam & ſacrificia & cultum heroibus debitum ei decreverunt, &, ut verbo expediam, quicquid ad memo-

memoriam defuncti æternitati conſecrandam facit. ut, ſi quis mortuis ineſt ſenſus, in animo grato Achæorum ex omnibus ærumnis & periculis quæ vivus ſuſtinuit, acquieſcere ipſum par ſit ac rationi conſentaneum.

Quomodo Philippus Liſſum urbem in Illyrico, & Acroliſſum ejuſdem urbis arcem per vim occuparit.

QUUM Philippus jampridem Liſſum & Acroliſſum animo agitaret, eaque loca in poteſtatem ſuam redigere ſtuderet, exercitum eò ducere inſtitit. confecto autem bidui itinere ac ſuperatis faucibus, propter fluvium Ardaxanum, non procul ab urbe conſedit: ibi quum Liſſi ambitum animadvertiſſet, & quà mare & quà continentem ſpectat, egregiè tum natura loci tum arte munitum: Acroliſſum quoque ei adjacentem, partim quia mirè in altum eſt ſublatus, partim ob reliquam munitionem, ejuſmodi præ ſe ferre ſpeciem, ut poſſe illa loca abs ſe per vim capi nemo ſperare homo deberet; omnem penitus de hac occupanda ſpem abjiciens de urbe capienda non omnem planè ſpem poſuit. Obſervaverat Rex intervallum medium inter Liſſum & prominentem montis radicem ubi eſt Acroliſſus, aptè ſitum eſſe ad moliendam urbis oppugnationem. Igitur levi prœlio eò loci inſtituto, vafro quodam conſilio eoque admodum opportuno uti ſtatuit. Unum

λήθην, ὥστε πρὸς αἰώνιον ἀνήκειν μνήμην. ὥστ' εἴπερ καὶ περὶ τοὺς ἀποιχομένους ἔστι τις αἴσθησις, εἰκὸς εὐδοκεῖν αὐτὸν καὶ τῇ τῶν Ἀχαιῶν εὐχαριστίᾳ, καὶ ταῖς ἐν τῷ ζῆν κακοπραγίαις καὶ κινδύνοις.

Ὅτι ὁ Φίλιππος Λίσσου τῆς ἐν Ἰλλυρίδι πόλεως καὶ Ἀκρολίσσου παραδόξως ἐγκρατὴς ἐγένετο.

ΠΑΛΑΙ δὲ τῇ διανοίᾳ περὶ τὸν Λίσσον καὶ τὸν Ἀκρόλισσον ὤν, καὶ σπουδάζων ἐγκρατὴς γενέσθαι τῶν τόπων τούτων, ὥρμησε μετὰ τῆς δυνάμεως. 10
ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν ἐπὶ δύο ἡμέρας, καὶ διελθὼν τὰ στενά, κατέζευξε παρὰ τὸν Ἀρδάξανον ποταμὸν οὐ μακρὰν τῆς πόλεως. θεωρῶν δὲ τόν τε τοῦ Λίσσου περίβολον καὶ τὰ πρὸς τῇ θαλάττῃ καὶ τὰ πρὸς τὴν μεσόγαιον ἠσφαλισμένον διαφερόντως καὶ φύσει καὶ κατασκευῇ· τόν τε παρακείμενον Ἀκρόλισσον αὐτῷ καὶ διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν, καὶ διὰ τὴν ἄλλην ἐρυμνότητα τοιαύτην ἔχοντα φαντασίαν, ὥστε μηδ' ἂν ἐλπίσαι μηδένα κατὰ κράτος ἑλεῖν, τῆς μὲν περὶ τοῦτον ἐλπίδος ἀπέστη τελέως· τῆς δὲ πόλεως, οὐ λίαν ἀπήλπισε. Συνθεωρήσας δὲ τὸ μεταξὺ διάστημα τοῦ Λίσσου, καὶ τοῦ κατὰ τὸν Ἀκρόλισσον πρόποδος σύμμετρον ὑπάρχον πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τὴν κατὰ τῆς πόλεως, κατὰ τοῦτο διενοήθη συστησάμενος ἀκροβολισμόν, χρήσασθαι στρατηγήματι πρὸς τὸ παρὸν οἰκείῳ. δοὺς δὲ μίαν

ἡμέραν πρὸς ἀνάπαυσιν τοῖς Μακεδόσι, καὶ παρακαλέσας ἐν αὐτῇ τὰ πρέποντα τῷ καιρῷ, τὸ μὲν πολὺ μέρος καὶ χρησιμώτατον τῶν εὐζώνων, ἔτι νυκτὸς εἴς τινας φάραγγας ὑλώδεις ἔκρυψε κατὰ τὸν ἐπὶ τῆς μεσογαίου τόπον ὑπὲρ τὸ προειρημένον διάστημα. τοὺς δὲ πελταστὰς εἰς τὴν ἐπαύριον ἔχων, καὶ τὸ λοιπὸν μέρος τῶν εὐζώνων, ἐπὶ θάτερα τῆς πόλεως κατὰ θάλατταν ἐχρῆτο τῇ πορείᾳ. περιελθὼν δὲ τὴν πόλιν, καὶ γενόμενος κατὰ τὸν προειρημένον τόπον, δῆλος ἦν ὡς ταύτῃ ποιησόμενος τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἀνάβασιν. οὐκ ἀγνοουμένης δὲ τῆς τοῦ Φιλίππου παρουσίας, ἦν πλῆθος ἱκανὸν ἐξ ἁπάσης τῆς πέριξ Ἰλλυρίδος εἰς τὸν Λίσσον ἠθροισμένον. τῷ μὲν γὰρ Ἀκρολίσσῳ διὰ τὴν ὀχυρότητα πιστεύοντες, μετρίαν τινὰ τελέως εἰς αὐτὸν ἀπένειμαν φυλακήν. Διόπερ
11 ἅμα τῷ συνεγγίζειν τοὺς Μακεδόνας, εὐθέως ἐκ τῆς πόλεως ἐξεχέοντο, θαρροῦντες ἐπί τε τῷ πλήθει καὶ ταῖς τῶν τόπων ὀχυρότησι· τοὺς μὲν οὖν πελταστὰς ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς ἐπιπέδοις ἐπέστησε· τοῖς δὲ κούφοις παρήγγελλε προβαίνειν πρὸς τοὺς λόφους, καὶ συμπλέκεσθαι πρὸς τοὺς πολεμίους ἐρρωμένως. ποιούντων δὲ τὸ παραγγελθὲν, ἐπὶ ποσὸν μὲν ὁ κίνδυνος πάρισος ἦν· μετὰ δὲ ταῦτα καὶ ταῖς δυσχωρίαις εἴξαντες οἱ παρὰ τοῦ Φιλίππου καὶ τῷ πλήθει τῶν πολεμίων, ἐτράπησαν. καταφυγόντων δὲ τούτων εἰς τοὺς πελταστὰς, οἱ μὲν ἐκ τῆς πόλεως καταφρονήσαντες, προῄεσαν· καὶ συγκαταβάντες ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, προσεμάχοντο τοῖς πελτασταῖς· οἱ δὲ τὸ Ἀκρόλισσον φυλάσσοντες, θεω-

Macedonibus ad quieſcendum ub conceſſiſſet diem , atque interim uti res atque tempus monebat, eos eſſet cohortatus; inter ſylvoſas convalles verſus mediterraneam regionem , ſupra illud de quo jam diximus ſpatium , ante primum diluculum majorem ac meliorem ſuorum expeditorum partem occultat. ipſe inſequenti die ab altera urbis parte cetratos & quod ſupererat expeditorum, ſecundum littus ducere. poſtquam urbis circuitum eſſet emenſus, & ad dictum antea locum jam perveniſſet , nemo dubitabat quin ab illa parte ad urbem adoriendam eſſet aſcenſurus. & quoniam notus erat omnibus Philippi adventus, ex univerſo circumcirca Illyrico magna hominũ multitudo Liſſum convenerat. Acroliſſo enim tuendo, parvam oppidò manum, ſatis natura munitum locum eſſe rati, delegaverant. Statim igitur ad primum appropinquantium Macedonum conſpectum, qui in urbe erant, quà numero, quà ſitu locorum munitiſſimorum freti, extra muros ruere. Rex cetratos in plano locis opportunis locat: levem armaturam ad colles progredi & pugnam cum hoſte acriter capeſſere jubet. quibus imperata facientibus, æquo Marte aliquandiu pugnatur. ſed mox regii partim locorum iniquitati, partim multitudini hoſtium cedentes, terga vertunt. ubi verò ad cetratos iſti ſe recepiſſent, oppidani præ contemptu pergere ulterius, ac tandem deſcendere in campos auſi , cum cetratis manum conſerunt. præſidiarii Acroliſſo impoſiti, cognito Philippum ſenſim ceſſim-

ceſſimque per intervalla ſubſiſtendo ſuas cohortes reducere, univerſa pugna cedere illum arbitrantes, naturaque loci confiſi, per imprudentiam avocari ſe à ſtatione patiuntur: deinde Acroliſſum paullatim deſerunt, & quaſi verſis in fugam hoſtibus præda eſſet aliqua futura, per devios calles ad plana & campeſtria loca magno impetu deveniunt. tum vero qui in inſidiis ad partem mediterraneam fuerant diſpoſiti, nemine animadvertente coorti Acroliſſum ſtrenuè ac fortiter invadunt. ſimul cetrati repentè in hoſtem verſi, prælium cum illis ineunt. omnibus novitate hujus caſus perturbatis, qui Liſſo egreſſi fuerant, quum huc illuc diſſipati pedem referrent, in urbem ad extremum ſe recipiebant. iis verò qui Acroliſſo exierant, viam ad reditum qui ex inſidiis excitati fuerant præcluſerunt. ita factum eſt, ut arx quidem, quod ſperare nemo foret auſus, ſtatim ſine periculo caperetur: Liſſus verò poſtridie ejus diei: idque magnis certaminibus prius editis; poſtquam acres ac terribiles à Macedonibus impreſſiones eſſent factæ. Philippus igitur velut miraculo dictis jam locis potitus, hoc uno facinore adeo vicinos omnes ſibi reddidit obnoxios, ut plerique in Illyrico ultro urbes ſuas fidei illius permitterent. ſemel enim per vim expugnatis illis propugnaculis, nulla amplius munitio violentiæ Philippi par futura, neque, ſi quis ſe illi opponeret, ullus ad ſalutem receptus ſuperfuturus vulgo omnibus videbatur.

ὁρῶντες τὸν Φίλιππον ἐκ διαδοχῆς ταῖς σπείραις ἐπὶ πόδα ποιούμενον τὴν ἀναχώρησιν, καὶ δόξαντες τοῖς ὅλοις αὐτὸν εἴκειν, ἔλαθον ἐκκληθέντες διὰ τὸ πιστεύειν τῇ φύσει τοῦ τόπου. κἄπειτα κατ᾽ ὀλίγους ἐκλιπόντες τὸν Ἀκρόλισσον, κατέρρεον ταῖς ἀνοδίαις εἰς τοὺς ὁμαλοὺς καὶ πεδινοὺς τόπους, ὡς ἤδη τινὸς ὠφελείας καὶ τροπῆς τῶν πολεμίων ἐσομένης. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον οἱ τὰς ἐνέδρας ἐκ τῆς μεσογαίας διειληφότες, ἀφανῶς ἐξαναστάντες, ἐνεργὸν ἐποιήσαντο τὴν ἔφοδον. ἅμα δὲ τούτοις ἐκ μεταβολῆς οἱ πελτασταὶ συνεπέθεντο τοῖς ὑπεναντίοις. οὗ συμβαίνοντος διαταραχθέντες, οἱ μὲν ἐκ τοῦ Λίσσου σποράδην ποιούμενοι τὴν ἀναχώρησιν, διεσώζοντο πρὸς τὴν πόλιν. οἱ δὲ τὸν Ἀκρόλισσον ἐκλιπόντες, ἀπετμήθησαν ὑπὸ τῶν ἐκ τῆς ἐνέδρας ἐξαναστάντων. διὸ καὶ συνέβη τὸ μὲν ἀνέλπιστον, τὸν Ἀκρόλισσον παραχρῆμα ληφθῆναι χωρὶς κινδύνων· τὸν δὲ Λίσσον τῇ κατὰ πόδας ἡμέρᾳ, μετὰ μεγάλων ἀγώνων ποιησαμένων τῶν Μακεδόνων ἐνεργοὺς καὶ καταπληκτικὰς προσβολάς. Φίλιππος μὲν οὖν παραδόξως ἐγκρατὴς γενόμενος τῶν προειρημένων τόπων, ἅπαντας τοὺς πέριξ ὑποχειρίους ἐποιήσατο διὰ ταύτης τῆς πράξεως, ὡς τοὺς πλείστους τῶν Ἰλλυριῶν ἐθελοντὴν ἐπιτρέπειν αὐτῷ τὰς πόλεις. οὐδεμία γὰρ ὀχυρότης εἶναι πρὸς τὴν Φιλίππου βίαν, οὐδ᾽ ἀσφάλεια τοῖς ἀντιταττομένοις προὐφαίνετο, κεκρατημένων μετὰ βίας τῶν προειρημένων ὀχυρωμάτων.

Ὅτι Ἀχαιὸς ἐν τῇ Σάρδεων ἄκρᾳ πολιορκούμενος, προδοσίᾳ Βώλιδος τοῦ Κρητὸς ὑποχείριος τοῖς ἐχθροῖς ἐγένετο, καὶ Ἀντιόχῳ παρεδόθη σὺν αἰκίᾳ δικαιωθησόμενος.

12 Βῶλις ἦν ἀνὴρ, γένει μὲν Κρής· χρόνον δὲ πολὺν ἐν τῇ βασιλείᾳ διατετριφὼς ἐν ἡγεμονικῇ προστασίᾳ, δοκῶν δὲ καὶ σύνεσιν ἔχειν καὶ τόλμαν παράβολον, καὶ τριβὴν ἐν τοῖς πολεμικοῖς οὐδενὸς ἐλάττω. τοῦτον ὁ Σωσίβιος διὰ πλειόνων λόγων πιστωσάμενος, καὶ παρασκευάσας εὔνουν ἑαυτῷ καὶ πρόθυμον, ἀναδίδωσι τὴν πρᾶξιν, ὡς οὐδὲν ἂν τῷ βασιλεῖ μεῖζον χαρίσαιτο κατὰ τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς, ἢ συνεπινοήσας πῶς καὶ τίνι τρόπῳ δύναιτο σῶσαι τὸν Ἀχαιόν. τότε μὲν οὖν διακούσας ὁ Βῶλις, καὶ φήσας ἐπισκέψασθαι περὶ τῶν εἰρημένων, ἐχωρίσθη. δοὺς δὲ λόγον ἑαυτῷ, καὶ μετὰ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας προσελθὼν πρὸς τὸν Σωσίβιον, ἀνεδέξατο τὴν πρᾶξιν εἰς αὑτὸν, φήσας καὶ γεγονέναι χρόνον πλείω ἐν ταῖς Σάρδεσι, καὶ τῶν τόπων ἐμπειρεῖν, καὶ τὸν Καμβύλον τὸν ἡγεμόνα τῶν παρ' Ἀντιόχου στρατευομένων Κρητῶν, οὐ μόνον πολίτην, ἀλλὰ καὶ συγγενῆ καὶ φίλον ὑπάρχειν αὐτῷ. συνέβαινε δὲ καὶ τὸν Καμβύλον καὶ τοὺς ὑπὸ τοῦτον ταττομένους Κρῆτας πεπιστεῦσθαί τι τῶν φυλακτηρίων τῶν κατὰ τοὺς ὄπισθεν τόπους τῆς ἄκρας. οἵτινες κατασκευὴν μὲν οὐκ ἐπεδέχοντο, τῇ δὲ συνεχείᾳ τῶν ὑπὸ τὸν Καμβύλον τεταγμένων ἀνδρῶν ἐτη-

Quomodo Achæus qui in Sardium arce obſeſſus tenebatur, ubi proditione Bolidis Cretenſis in poteſtatem hoſtium deveniſſet, Antiocho cruciandus traditur.

Bolis erat genere Cretenſis, ſed qui longo tempore in aula Ptolemæorum honoribus qui ſolent tribui ducibus, eſſet uſus: vir prudentia, præcipiti audacia, & uſu rerum bellicarum nemini, ut erat hominum opinio, ſecundus. Propterea Soſibius ubi multis ſermonibus fidem illius, benevolentiam ac ſtudium ſibi conciliaſſet, patrandæ rei conſilium cum eo communicat: nihil ipſum impræſentiarum gratius Regi præſtare poſſe affirmans, quàm ſi modum aliquem ac rationem liberandi Achæum ſollerter comminiſceretur. ea oratione audita Bolis, tum quidem, ubi cogitaturum ſe de iis quæ fuerant dicta, reſpondiſſet, diſcedit. re autem apud ſe expenſa, altero tertiove die poſt, Soſibium adit, atque in ſe negotium ſuſcipit. quippe Sardibus perdiu ſe fuiſſe, locorum peritiam habere, Cambylum verò præfectum Cretenſium qui Antiocho militabant, non ſolùm civem ſuum eſſe, verumetiam cognatum atque amicum. Cambylo huic & militibus queis ipſe imperabat, cuſtodia fuerat commiſſa unius è propugnaculis pone arcem ſitis: quæ muniri operę quum non poſſent, ſtatione aſſidua Cambyleorum militum cuſtodiebantur. Placuit Soſibio

ſibio commentum: qui ita cum animo ſuo ſtatuebat, aut planè eripi è præſenti calamitate non poſſe Achæum: aut, ſi fieri omnino id poſſet, neminem mortalium melius quàm Bolidem rem exſecuturum. cujus quum par ſtudium atque alacritas concurreret, citò negotium eſt promotum: nam Soſibius pecuniam adfatim largiebatur, ne quid eſſet quod propoſitum retardaret: multa etiam ubi res habuiſſet exitum ſe daturum pollicebatur: ſimul, à Rege & illo ipſo cujus ſaluti conſulebatur, mirifica quædam beneficia Bolin manere confirmans, ſpe ingenti ejus animum impleverat. & ipſe quoque Bolis ad rem exſequendam promptus, nullâ interjectâ morâ, teſſeris ac fidei pignoribus acceptis, Rhodum ad Nicomachum, (qui benevolentia ac fide paternum Achæo affectum prestabat) & Epheſum ad Melancomam navigat. iſti namque erant quorum opera in communicandis cum Ptolemæo conſiliis & aliis omnibus externis negotiis, ſuperioribus quoque temporibus utebatur. Rhodum ut venit ac mox Epheſum, cum dictis viris de hoc incepto locutus, eoſque ad poſtulata ſua paratos nactus, mox Arianum unum è ſuis ad Cambylum cum hiſce mandatis proficiſci jubet: ab Alexandria miſſum è peregrino militi conducendo, de neceſſariis quibuſdam rebus cum Cambylo velle conferre. cenſere igitur faciendum, ut tempus ac locum ſtatuerent, ubi ſine cujuſquam conſcientiâ poſſent convenire. Arianus cum Cambylo

ἐξῆντο. ὁ δὲ Σωσίβιος δεξάμενος τὴν ἐπίνοιαν, καὶ διειληφὼς ἢ μὴ δυνατὸν εἶναι σωθῆναι τὸν Ἀχαιὸν ἐκ τῶν περιεστώτων, ἢ δυνατοῦ καθάπαξ ὑπάρχοντος, διὰ μηδενὸς ἂν ἑτέρου γενέσθαι τοῦτο βέλτιον, ἢ διὰ Βώλιδος. τοιαύτης δὲ συνδραμούσης καὶ περὶ τὸν Βῶλιν προθυμίας, ταχέως ἐλάμβανε τὸ πρᾶγμα προκοπήν. ὅ, τε γὰρ Σωσίβιος, ἅμα μὲν προεδίδου τῶν χρημάτων εἰς τὸ μηδὲν ἐλλείπειν εἰς τὰς ἐπιβολάς· πολλὰ δὲ εὖ γενομένων ὑπισχνεῖτο δώσειν. τὰς δὲ παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως καὶ παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ σωζομένου χάριτας ἐξ ὑπερβολῆς αὔξων, εἰς μεγάλας ἐλπίδας ἦγε τὸν Βῶλιν. ὅ, τε προειρημένος ἀνὴρ ἕτοιμος ὢν πρὸς τὴν πρᾶξιν, οὐδένα χρόνον ὑπομείνας ἐξέπλευσε, συνθήματα λαβὼν καὶ πίστεις πρός τε Νικόμαχον, εἰς Ῥόδον, ὃς ἐδόκει πατρὸς ἔχειν διάθεσιν κατὰ τὴν εὔνοιαν καὶ πίστιν πρὸς τὸν Ἀχαιόν· ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς Μελαγκόμαν εἰς Ἔφεσον. οὗτοι γὰρ ἦσαν δι᾽ ὧν καὶ τὸν πρὸ τοῦ χρόνον Ἀχαιὸς τά τε πρὸς τὸν Πτολεμαῖον καὶ τὰς ἄλλας ἁπάσας τὰς ἔξωθεν ἐπιβολὰς ἐχείριζε. 13 παραγενόμενος δ᾽ εἰς τὴν Ῥόδον, καὶ μετὰ ταῦτα πάλιν εἰς τὴν Ἔφεσον, καὶ κοινωσάμενος τοῖς προειρημένοις ἀνδράσι, καὶ λαβὼν αὐτοὺς ἑτοίμους εἰς τὰ παρακαλούμενα, μετὰ ταῦτα Ἀριανόν τινα τῶν ὑφ᾽ αὑτὸν ταττομένων διαπέμπεται πρὸς τὸν Καμβύλον· φήσας ἐξαπεστάλθαι μὲν ἐκ τῆς Ἀλεξανδρείας ξενολογήσων· βούλεσθαι δὲ τῷ Καμβύλῳ συμμίξαι περί τινων ἀναγκαίων. διόπερ ᾤετο δεῖν τάξασθαι καιρὸν καὶ τόπον, ἐν ᾧ μηδενὸς συνειδότος αὐτοῖς συναντήσουσι. ταχὺ δὲ τοῦ Ἀριανοῦ συμμί-

συμμίξαντες τῷ Καμβύλῳ, καὶ δηλώσαντες τὰς ἐντολάς, ἑτοίμως ὁ προειρημένος ἀνὴρ ὑπήκουσε τοῖς παρακαλουμένοις. καὶ συνθέμενος ἡμέραν καὶ τόπον ἑκατέρῳ γνωστὸν, εἰς ὃν παρέσται νυκτὸς, ἀπέπεμψε τὸν Ἀριανόν. ὁ δὲ Βῶλις ἅτε Κρὴς ὑπάρχων, καὶ φύσει ποικίλος, πᾶν ἐβάσταζε πρᾶγμα, καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐψηλάφα. τέλος δὲ συμμίξας τῷ Καμβύλῳ κατὰ τὴν τοῦ Ἀριανοῦ σύνταξιν, ἔδωκε τὴν ἐπιστολήν. ἧς τεθείσης εἰς τὸ μέσον, ἐποιοῦντο τὴν σκέψιν Κρητικήν. οὐ γὰρ ἐσκόπουν ὑπὲρ τῆς τοῦ κινδυνεύοντος σωτηρίας, οὐδ' ὑπὲρ τῆς τῶν ἐγχειρισάντων τὴν πρᾶξιν πίστεως· ἀλλ' ὑπὲρ τῆς αὑτῶν ἀσφαλείας, καὶ τοῦ σφίσιν αὐτοῖς συμφέροντος. διόπερ ἀμφότεροι Κρῆτες ὄντες, συντόμως κατηνέχθησαν ἐπὶ τὴν αὐτὴν γνώμην. αὕτη δ' ἦν, τὰ μὲν παρὰ τοῦ Σωσιβίου προδεδομένα δέκα τάλαντα, διελέσθαι κοινῇ· τὴν δὲ πρᾶξιν Ἀντιόχῳ δηλώσαντας, καὶ συνεργῷ χρησαμένους ἐπαγγείλασθαι τὸν Ἀχαιὸν ἐγχειριεῖν αὐτῷ, λαβόντας χρήματα, καὶ τὰς εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ἀξίας τῆς προκειμένης ἐπιβολῆς. τούτων δὲ κυρωθέντων, ὁ μὲν Καμβύλος ἀνεδέξατο χειριεῖν τὰ κατὰ τὸν Ἀντίοχον· ὁ δὲ Βῶλις ἐτάξατο μετά τινας ἡμέρας πέμψειν τὸν Ἀριανὸν πρὸς τὸν Ἀχαιόν, ἔχοντα παρά τε τοῦ Νικομάχου καὶ Μελαγκόμα σύνθημά τε καὶ γράμματα. περὶ δὲ τοῦ παρεισελθεῖν τὸν Ἀριανὸν εἰς τὴν ἄκραν ἀσφαλῶς, καὶ πάλιν ἀπελθεῖν, ἐκεῖνον ἐκέλευε φροντίζειν. ἐὰν δὲ προσδεξάμενος τὴν ἐπιβολὴν Ἀχαιὸς ἀντιφωνήσῃ τοῖς περὶ τὸν Νικόμαχον καὶ Μελαγκόμαν, οὕτως ἔφη δώσειν ὁ Βῶλις αὐ-

mox agit, ſuaque illi mandata exponit. Cambylus ad omnia quæ petebantur paratum ſe oſtendit: diem, locumque ambobus notum, ad quem noctu veniretur, conſtituit: ita Arianum remittit. at Bolis ut pote Cretenſis, & homo inſtabilis, unam quamque rem in animo ſecum verſare, & omnes conſiliorum vias expendere. tandem, ut erat cum Ariano conſtitutum, ad Cambylum accedit: epiſtolam ei tradit. qua in medium poſita Creticam ſuper ea deliberationem inſtituunt. non enim de ſalute miſeri cui periculum impendebat, neque de fide ſibi ab iis habita qui hoc ipſis negotium crediderant, ſed de propria ſecuritate ſua atque utilitate conſultabant. Itaque ambo quum eſſent Cretenſes, brevi diſceptatione habita in eandem ſententiam ſunt delapſi. ea erat; ut decem talenta quæ Soſibius in anteceſſum numeraverat, æquis partibus inter ſe dividerent: Antiocho rem ut aperirent, ſponderentque ſi ope ſua ipſos iret adjutum, & pecuniam in præſens largitus, ſpes in poſterum oſtenderet tanto incepto pares, fore ut Achæum ipſi tradant. His ita firmatis, agendi cum Antiocho curam in ſe Cambylus recipit. Bolis poſt dies paucos Arianum ſe pollicetur miſſurum ad Achæum, teſſeram cum literis ab Nicomacho & Melancoma aferentem. qui ut in arcem remotis arbitris tutò ingrederetur, atque inde exiret, id verò curandum eſſe Cambylo. quòd ſi inceptum probaret Achæus, & Nicomacho ac Melancomæ reſponderet, ipſum per ſe Bolim

rem

rem acturum, & Cambylum fore conventurum. Hoc modo operas partiti, poſtquam diſceſſum eſſet, ſuum uterque penſum curabant. Cambylus igitur ut primùm ſe obtulit occaſio, mentionem hujus apud Regem facit. Antiochus rei adeo ſibi gratæ atque ejus inopinatæ, pollicitationem audiens, partim gaudio exultans, omnia polliceri; partim diffidens, conſilia illorum ſingillatim velle cognoſcere, & quam haberent ejus perficiendi copiam. deinde fidem jam dictis habens, & velut deo auſpice negotium inſtitutum ratus, Cambylum rogare, multumque ac ſæpe orare, ut inceptum perficeret. Bolis quoque apud Nicomachum & Melancomam pariter operi inſtabat: qui fide ſyncera hæc geri arbitrati, epiſtolas è veſtigio ad Acheum per notas de quibus convenerat, ſcriptas (qui mos erat ipſorum) componunt. iiſque miſſis hortantur ut Bolidi & Cambylo habere fidem ne dubitet. ita porrò exaratæ literæ illæ erant, ut ſi fortè in poteſtatem alicujus veniſſent, nihil eorum quæ intus erant ſcripta, poſſet cognoſcere. Arianus Cambyli opera in arcem admiſſus, literas Achæo reddidit. &, qui à principio cunctis quæ geſta fuerant interfuiſſet, exactam omnium ſingillatim rationem reddebat: quumque ſæpe ac variè de Soſibio ac Bolide interrogaretur curioſè; ſæpe etiam de Nicomacho & Melancoma, maximè autem de Cambylo; ipſe tamen, tanquam ex vero affectu agens, & generoſo animo examen quodvis ſuſtinebat idque vel ea potiſſimùm ratione,

τὸν εἰς τὴν χρείαν, καὶ συμμίξειν τῷ Καμβύλῳ. τῆς δὲ διατάξεως γενομένης τοιαύτης, χωρισθέντες ἔπραττον ἑκάτεροι τὰ συντεταγμένα. καὶ 14
λαβὼν καιρὸν πρῶτον ὁ Καμβύλος, προσφέρει τῷ βασιλεῖ τὸν λόγον. ὁ δ' Ἀντίοχος πρὸς τρόπον αὐτῷ καὶ παραδόξου γενομένης τῆς ἐπαγγελίας, τὰ μὲν ὑπὸ χαρᾶς ὢν, πάνθ' ὑπισχνεῖτο· τὰ δὲ διαπιστῶν, ἐξήταζε τὰς κατὰ μέρος ἐπινοίας καὶ παρασκευὰς αὐτῶν. μετὰ δὲ ταῦτα πιστεύσας καὶ νομίζων ὡσανεὶ σὺν θεῷ γίγνεσθαι τὴν ἐπιβολὴν, ἠξίου καὶ πολλάκις ἐδεῖτο τοῦ Καμβύλου συντελεῖν τὴν πρᾶξιν. τὸ δὲ παραπλήσιον ὁ Βῶλις ἐποίει πρὸς τὸν Νικόμαχον καὶ Μελαγκόμαν. οἱ δὲ, πιστεύοντες ἀπὸ τοῦ κρατίστου γίγνεσθαι τὴν ἐπιβολὴν, καὶ παραυτίκα τῷ Ἀριανῷ συνθέντες τὰς πρὸς τὸν Ἀχαιὸν ἐπιστολὰς γεγραμμένας συνθηματικῶς καθάπερ ἔθος ἦν αὐτοῖς, ἐξαπέστειλαν. παρακαλοῦντες πιστεύειν τοῖς περὶ τὸν Βῶλιν καὶ τὸν Καμβύλον οὕτως, ὥστε τὸν κυριεύσαντα τῆς ἐπιστολῆς μὴ δύνασθαι γνῶναι μηδὲν τῶν ἐν αὐτῇ γεγραμμένων. ὁ δὲ Ἀριανὸς διὰ τοῦ Καμβύλου παρελθὼν εἰς τὴν ἄκραν, τὰ γεγραμμένα τοῖς περὶ τὸν Ἀχαιὸν ἀπέδωκε. καὶ συμπαρὼν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῖς γινομένοις, ἀκριβῶς τὰ κατὰ μέρος ὑπὲρ ἑκάστων ἀπεδίδου λόγον, πολλάκις μὲν καὶ ποικίλως ὑπὲρ τοῦ κατὰ τὸν Σωσίβιον καὶ Βῶλιν ἀνακρινόμενος, πολλάκις δὲ περὶ Νικομάχου καὶ Μελαγκόμα, μάλιστα δὲ περὶ τὸν Καμβύλον. οὐ μὴν ἀλλ' αὐτοπαθῶς καὶ γενναίως ὑπέμενε τοὺς ἐλέγχους· καὶ μάλιστα

διὰ τὸ μὴ γινώσκειν τὸ συνέχον τῶν
τῷ Καμβύλῳ καὶ Βώλιδι δεδογμέ-
νων. Ἀχαιὸς δὲ καὶ διὰ τῶν ἀνα-
κρίσεων τῶν τοῦ Ἀριανοῦ, καὶ μάλιστα
διὰ τῶν παρὰ τοῦ Νικομάχου καὶ Με-
λαγκόμα συνθημάτων πιστεύσας,
ἀντεφώνησε, καὶ παραχρῆμα πάλιν
ἐξέπεμψε τὸν Ἀριανόν. πλεονάκις δὲ
τούτου γινομένου παρ' ἑκατέρων, τέ-
λος οἱ περὶ τὸν Ἀχαιὸν ἐπέτρεψαν
περὶ σφῶν τοῖς περὶ τὸν Νικόμαχον,
ἅτε μηδεμιᾶς ἄλλης ἐλπίδος ἔτι κα-
ταλειπομένης πρὸς σωτηρίαν, καὶ
πέμπειν ἐκέλευον ἅμα τῷ Ἀριανῷ τὸν
Βῶλιν ἀσελήνου νυκτὸς, ὡς ἐγχειριοῦν-
τες αὐτούς. ἦν γάρ τις ἐπίνοια περὶ τὸν
Ἀχαιὸν τοιαύτη· πρῶτον μὲν διαφυ-
γεῖν τοὺς ἐνεστῶτας κινδύνους· μετὰ δὲ ταῦ-
τα ποιήσασθαι διὰ παρόδου τὴν ὁρμὴν
ἐπὶ τοὺς κατὰ Συρίαν τόπους. πάνυ γὰρ
εἶχε μεγάλας ἐλπίδας, ἐπιφανεὶς
ἄφνω καὶ παραδόξως τοῖς κατὰ Συρίαν
ἀνθρώποις, καὶ ἔτι διατρίβοντος Ἀντιό-
χου περὶ τὰς Σάρδεις, μέγα ποιήσειν
κίνημα, καὶ μεγάλης ἀποδοχῆς τεύ-
ξεσθαι παρά τε τοῖς Ἀντιοχεῦσι καὶ τοῖς
15 κατὰ Κοίλην Συρίαν καὶ Φοινίκην. ὁ
μὲν οὖν Ἀχαιὸς ἐπί τινος τοιαύτης
προσδοκίας καὶ διαλογισμῶν ὑπάρ-
χων, ἐκαραδόκει τὴν παρουσίαν τοῦ Βώ-
λιδος. οἱ δὲ περὶ τὸν Μελαγκόμαν ἀπο-
δεξάμενοι τὸν Ἀριανὸν, καὶ τὰς ἐπιστο-
λὰς ἀναγνόντες, ἐξέπεμπον τὸν Βῶ-
λιν, παρακαλέσαντες διὰ πλειόνων,
καὶ μεγάλας ἐλπίδας ὑποδείξαντες,
ἐὰν καθίκηται τῆς ἐπιβολῆς. ὁ δὲ προ-
διαπεμψάμενος τὸν Ἀριανὸν, καὶ δη-
λώσας τῷ Καμβύλῳ τὴν αὑτοῦ παρου-
σίαν, ἧκε νυκτὸς ἐπὶ τὸν συντεθέντα τό-
πον. γενόμενοι δὲ μίαν ἡμέραν ἐπὶ τὸ
αὐτὸ, καὶ συνταξάμενοι περὶ τοῦ πῶς
χειριστέον τὰ κατὰ μέρος, μετὰ ταῦτα

quia præcipua eorum quæ à Cambylo & Bolide decreta fuerant, ignorabat. Achæus & iis motus quæ interrogatus reſponderat Arianus, & ante omnia notis illis fidem habens quæ ab Nicomacho & Melancoma acceperat, reſpondet, ac ſtatim Arianum remittit. itum reditum eſt ultro citroque ſæpius. tandem Achæus cui ſpes ſalutis nulla ſupererat alia, Nicomacho ſeſe permittit; mandatque illi ut noctu ſilente Luna cum Ariano Bolim mittat, cui ſe traditurus eſſet. Erant autem Achæi cogitationes hujuſcemodi: omnium primùm è præſentibus periculis eſſe evadendum: deinde in ipſo exitu Syriæ loca eſſe petenda. ſatis enim credebat magnaque in ſpe erat, ſi repente & inopinato, dum circa Sardeis adhuc moratur Antiochus, Syris hominibus ſe oſtendiſſet, ingentem motum iri excitatum, ſuamque præſentiam Antiochenſibus & Cœlæ Syriæ & Phœnicæ populis fore acceptiſſimam. Hæc ſimiliave his præſtolans Achæus, & apud ſe cogitans, Bolidis adventum ſollicitus exſpectabat. Melancomas Arianum ſuſcipit, lectiſque Achæi literis Bolin mittit, multis hortatus, &, ſi deſtinata perficeret, plurima pollicitus. ille Ariano præmiſſo qui de ſuo adventu Cambylum faceret certiorem, noctu ad condictum locum venit. ubi quum diem integrum una fuiſſent, & qua ratione ſingula adminiſtraturi eſſent, de communi ſententia ſtatuiſſent, mox

ſilentio noctis caſtra ingrediuntur. erat autem ordo rei gerendæ quem inſtituerant, hujuſmodi. Si quidem Achæus ex arce ſolus, vel uno dumtaxat comitatus, cum Bolide & Ariano exiret, facilè utique inſidiatores hominem aſpernaturi, & ſine ullo periculo manus ipſi erant injecturi. ſin autem cum pluribus comitibus egrederetur, difficile iis quorum fidei ſe committeret, futurum hoc negotium: quum præſertim capere vivum vellent; in quo pars magna gratiæ quam ab Antiocho ſperabant, erat poſita. Oportebat igitur, ut Arianus cum Achęum educeret, viam pręiret, quia ſemitam illam norat, quam ſæpe ingrediens egredienſque triverat: Bolim verò ponè alios ſequi; ut poſtquam ad locum illum foret ventum, ubi Cambyli opera paratæ inſidiæ futuræ erant, prehenſum Achæum teneret: ne ille vel beneficio noctis, per ſylvas & dumeta, in ipſo tumultu evaderet: vel præ doloris nimietate de aliquo prærupto ſaxo præcipitem ſe daret: ſed, ut erat propoſitum, in hoſtium poteſtatem vivus deveniret. his conſtitutis, venit Bolis ad Cambylum: à quo prima ſtatim nocte ad Antiochum deducitur, ſolus ad ſolum. poſtquam benignè ipſum Rex accepiſſet, deque promiſſis præmiis fidem ſuam dediſſet, pluribuſque verbis utrumque eſſet cohortatus ne inſtitutum negotium diutius differrent, in ſua caſtra mox ſunt reverſi. appetente mane aſcendit Bolis cum Ariano: &, priuſquam illuceſceret, arcem eſt ingreſſus. Achæus prolixo

nocte igitur impetu in opera facto, omnes quà operum quà machinationum fabricas corruperunt. quod ut factum, arcem per vim expugnandi & ſpem & conſilium Pœnus abjecit. Idem poſt opus muri conſummatū, convocatis principibus Tarentinis, expoſuit, ad præſentes difficultates illud primum & potiſſimum requiri, ut mari conarentur potiri: quia enim clauſtra portus in poteſtate erant arcis, ſicut antea dictum eſt, navibus utendi, aut in apertum mare evadendi facultate omni penitus Tarentini privabantur: Romanis contra quæcunque uſus poſtularet abſque periculo mari advehebātur; quod quamdiu fieret, non poſſe urbem penitus liberari. Hoc probe intelligens Hannibal, Tarentinos docere inſtitit, arcem tenentes, ſi maritimorum commeatuum ſpe excluderentur, ipſos per ſe confeſtim ceſſuros, arcem relicturos, & locum ipſis fore tradituros. quę Tarentini cum audirent, illi quidem orationi Hannibalis aſſentiebantur; at quo modo fieri illud ipſum poſſet, videre nequibant; niſi forte claſſis Carthaginienſiū aliqua repente appareret. id vero tēpore illo nulla fieri ratione poterat. itaq; quò ſpectaret Hannibal, quū hujuſmodi ſermones apud ipſos haberet, conjectura aſſequi non valebant. quum ille ſubjeciſſet, rem eſſe manifeſtā, ipſos abſq; ope ulla Carthaginienſium jamiam mari potituros; inopina rei novitate magis etiam ſtupere Tarentini, mentem ducis Pœni aſſequi non valentes. Obſervaverat Hannibal latam quandam eſſe viam quæ ad eum uſum poſſet accōmodari: ea nempe eſt platea intra murum arcem ab urbe

Ῥωμαῖοι, νυκτὸς ἐπέθεντο τοῖς ἔργοις, καὶ πάσας διέφθειραν τὰς τῶν ἔργων καὶ μηχανημάτων κατασκευάς. οὗ γενομένου, τὸ μὲν πολιορκεῖν τὴν ἄκραν Ἀννίβας ἀπέγνω· τῆς δὲ τοῦ τείχους κατασκευῆς ἤδη τετελειωμένης, ἀθροίσας τοὺς Ταραντίνους, ἀπεδείκνυε διότι κυριώτατόν ἐστι πρὸς τοὺς ἐνεστῶτας καιροὺς τὸ τῆς θαλάττης ἀντιλαμβάνεσθαι. κρατούσης γὰρ τῆς ἄκρας τῶν κατὰ τὸν εἴσπλουν τόπων, ὡς ἐπάνω προεῖπον, οἱ μὲν Ταραντῖνοι τὸ παράπαν οὐκ ἠδύναντο χρῆσθαι ταῖς ναυσὶν, οὐδ᾽ ἐκπλεῖν ἐκ τοῦ λιμένος· τοῖς δὲ Ῥωμαίοις κατὰ θάλατταν ἀσφαλῶς παρεκομίζετο τὰ πρὸς τὴν χρείαν. οὗ συμβαίνοντος, οὐδέ ποτε δυνατὸν ἦν βεβαίως ἐλευθερωθῆναι τὴν πόλιν. ἃ συνορῶν ὁ Ἀννίβας ἐδίδασκε τοὺς Ταραντίνους, ὡς ἐὰν ἀποκλεισθῶσι τῆς κατὰ θάλατταν ἐλπίδος οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, παρὰ πόδας αὐτοῖς δι᾽ αὑτῶν εἴξαντες, λείψουσι ταύτην, καὶ παραδώσουσι τὸν τόπον. ὧν ἀκούοντες οἱ Ταραντῖνοι, τοῖς μὲν λεγομένοις συγκατετίθεντο· ὅπως δ᾽ ἂν γένοιτο τὸ παρὸν, οὐδαμῶς ἐδύναντο συννοῆσαι, πλὴν εἰ παρὰ Καρχηδονίων ἐπιφανείη στόλος. τοῦτο δ᾽ ἦν κατὰ τοὺς τότε καιροὺς ἀδύνατον. διόπερ ἠδυνάτουν συμβαλεῖν, ἐπὶ τί φερόμενος Ἀννίβας, τοὺς περὶ τούτων πρὸς σφᾶς ποιεῖται λόγους. φήσαντος δ᾽ αὐτοῦ, φανερὸν εἶναι χωρὶς Καρχηδονίων αὐτοὺς δι᾽ αὑτῶν ὅσον ἤδη κρατῆσαι τῆς θαλάττης· μᾶλλον ἐκπλαγεῖς ἦσαν, οὐ δυνάμενοι τὴν ἐπίνοιαν αὐτοῦ συμβαλεῖν. ὁ δὲ συνεωρακὼς τὴν πλατεῖαν εὐδιακόσμητον οὖσαν, τὴν ὑπάρχουσαν μὲν ἐντὸς τοῦ διατειχίσματος,

φέρουσαν

φέρουσαν δὲ παρὰ τὸ διατείχισμα ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, ταύτῃ διενοεῖτο τὰς ναῦς ἐκ τοῦ λιμένος εἰς τὴν νότιον ὑπερβιβάζειν πλευράν. διόπερ ἅμα τῷ τὴν ἐπίνοιαν ἐπιδεῖξαι τοῖς Ταραντίνοις, οὐ μόνον συγκατέθεντο τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ καὶ διαφερόντως ἐθαύμαζον τὸν ἄνδρα· καὶ διέλαβον ὡς οὐδὲν ἂν περιγένοιτο τῆς ἀγχινοίας τῆς ἐκείνου καὶ τόλμης. ταχὺ δὲ πορείων ὑποτρόχων κατασκευασθέντων, ἅμα τῷ λόγῳ τοὔργον εἰλήφει συντέλειαν, ἅτε προθυμίας καὶ πολυχειρίας ὁμοῦ τῇ προθέσει συνεργούσης. οἱ μὲν οὖν Ταραντῖνοι τοῦτον τὸν τρόπον ὑπερνεολκήσαντες τὰς νῆας εἰς τὴν ἔξω θάλατταν, ἐπολιόρκουν ἀσφαλῶς τοὺς ἐκ τῆς ἄκρας, ἀφῃρημένοι τὰς ἔξωθεν αὐτῶν ἐπικουρίας. Ἀννίβας δὲ φυλακὴν ἀπολιπὼν τῆς πόλεως, ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως, καὶ παρεγένετο τριταῖος ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς χάρακα· καὶ τὸ λοιπὸν τοῦ χειμῶνος ἐνταῦθα διατρίβων, ἔμενε κατὰ χώραν.

ſeparantem, quæ præter ipſum murum è portu ad mare externum ducit. hac ille via naves ad latus urbis meridionale tranſportare cogitabat. Atque hoc ſuum inventum ſimulac Tarentinis aperuiſſet, non ſolum ſententiam ducis omnes probarunt; ſed ipſum quoque vehementer admirati, in eam opinionem venerunt, nihil tam arduum poſſe exiſtere, quod acumini ejus atque audaciæ non cederet. Igitur vectabulis rotatis, ſive plauſtris, confectis, ſimul dicta ſimul facta res eſt. nam & alacritas magna, & multitudo hominum qui ſuſcepto operi manus admovebant, ingens erat. Ita igitur Tarentini, navibus hoc pacto per ſiccum tranſvectis, in exterius mare, arcem tuentes omni jam externo ſubſidio excluſos tuto oppugnabant. Dux Carthaginienſium relicto in urbe præſidio, cum cæteris copiis profectus, tertio die ad ea caſtra unde exierat pervenit: ubi quod reliquum erat hiemis per quietem egit.

ΕΚ ΤΗΣ ΕΝΑΤΗΣ

ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΤΩΝ

ΠΟΛΥΒΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΠΟΛΙΤΟΥ

ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ.

E POLYBII MEGA-

LOPOLITANI NONA

HISTORIA EXCERPTA.

Digreſſio Polybii, qua genus ſcribendi hiſtoriam tuetur, quo eſt uſus.

Quum ſint hiſtoriæ plures partes, Polybium potiſſimum circa rerum geſtarum explicationem verſari; cum aliis multis de cauſſis, tum maxime ob Lectorum notabilem utilitatem.

QUOD igitur ad res geſtas attinet, quæ in modò dictam Olympiadem incidunt, & quadriennii ſpatium, quod pro Olympiade debere cenſeri monuimus, earum maximè inſi-

Πολυβίου περὶ τῆς αὐτοῦ πραγματείας ἐν ἐκβολῇ λόγου ἀπολογισμός.

Ὅτι πολλῶν τῆς ἱστορίας μερῶν ὄντων ὁ πραγματικὸς τρόπος ἐνεκρίθη ὑπὸ τοῦ ξυγγραφέως διά τε ἄλλας αἰτίας, μάλιστα δὲ διὰ τὴν τῶν ἀκουόντων ὠφέλειαν μεγίστην οὖσαν.

ΑΙ μὲν οὖν ἐπιφανέσταται πράξεις τῶν ὑπὸ τῆς προειρημένης Ὀλυμπιάδος περιληφθεισῶν, καὶ τοῦ τετραετοῦς διαστήματος, ὃ φαμὲν δεῖν Ὀλυμπιάδα νομίζειν, εἰσὶν αὗται. I

περὶ

περὶ ἃς ἂν ἡμεῖς ἐν δυσὶ βιβλίοις πειρασόμεθα ποιήσασθαι τὴν ἐξήγησιν. Οὐκ ἀγνοῶ δέ, διότι συμβαίνει τὴν πραγματείαν ἡμῶν ἔχειν αὐστηρόν τι· καὶ πρὸς ἓν γένος ἀκροατῶν οἰκειοῦσθαι καὶ κρίνεσθαι, διὰ τὸ μονοειδὲς τῆς συντάξεως. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι συγγραφεῖς σχεδὸν ἅπαντες, εἰ δὲ μή γε οἱ πλείους, πᾶσι τοῖς τῆς ἱστορίας μέρεσι χρώμενοι, πολλοὺς ἐφέλκονται πρὸς ἔντευξιν τῶν ὑπομνημάτων. Τὸν μὲν γὰρ φιλήκοον ὁ γενεαλογικὸς τρόπος ἐφίσταται· τὸν δὲ πολυπράγμονα καὶ περιττὸν, ὁ περὶ τὰς ἀποικίας καὶ κτίσεις καὶ συγγενείας, καθάπερ καὶ παρ' Ἐφόρῳ λέγεται. τὸν δὲ πολιτικὸν, ὁ περὶ τὰς πράξεις τῶν ἐθνῶν καὶ πόλεων καὶ δυναστῶν. ἐφ' ὧν ἡμεῖς ψιλῶς κατηντηκότες, καὶ περὶ τούτων πεποιημένοι τὴν ὅλην τάξιν, πρὸς ἓν μέν τι καὶ γένος, ὡς προεῖπον, οἰκείως ἡρμόσμεθα· τῷ δὲ πλείονι μέρει τῶν ἀκροατῶν ἀψυχαγώγητον παρεσκευάκαμεν τὴν ἀνάγνωσιν. τίνος δὲ χάριν τἄλλα μὲν μέρη τῆς ἱστορίας ἀποδοκιμάσαντες, αὐτὰ τὰ κατὰ τὰς πράξεις προειλόμεθα γράφειν, ἐν ἑτέροις ἡμῖν εἴρηται διὰ πλειόνων· κεφαλαιωδῶς γε μὴν οὐδὲν ἐπέχει, καὶ νῦν ἐμφάσεως χάριν ὑπομνῆσαι τοὺς ἀκούοντας. Πολλῶν γὰρ καὶ πολλαχῶς ἐξηριθμημένων τά τε περὶ τὰς γενεαλογίας καὶ
2 μύθους, καὶ περὶ τὰς ἀποικίας, ἔτι δὲ καὶ συγγενείας καὶ κτί-

gnes iſtæ ſunt; quas duobus libris peragere conabimur. Cæterum non clam me eſt, noſtrum hoc argumentum auſteri & inamœni aliquid in ſe habere; ac propter uniformem ſcriptionem uni dumtaxat lectorum generi eſſe accommodatum, & poſſe probari. Nam cęteri quidem ſcriptores ferme omnes, aut plerique certe omnes, quia hiſtorię partes univerſas adhibent, ad lectionem ſuorum operum multos alliciunt. Etenim qui fabulas libenter audit, eum deſcriptæ gentium & familiarum proſapiæ morantur: multæ variæque & reconditæ hiſtorię curioſum, ſermo de coloniis antiquis, de conditu urbium, de populorum inter ipſos cognatione, ſicut cernere eſt apud Ephorum. virum politicum res geſtas ſcire juvat, nationum, civitatum, & eorum qui populis dominantur. ad cujus argumenti nudam tractationem quũ animum appulerimus noſtrum, nec quicquam aliud hoc opere, niſi rerum geſtarum narrationem profiteamur; ad unum videlicet genus lectorum idoneè ſumus comparati; eaq; à nobis concinnata eſt hiſtoria, quæ majori audientium parti nullam omnino ſit oblectationem allatura. Sed quę nos cauſſę impulerint, ut cæteris hiſtoriæ partibus rejectis, res dumtaxat geſtas ſuſciperemus ſcribendas, & pluribus alibi expoſuimus; & nunc quoque ſummatim ejus monere lectorem, ne conſilii mei rationem ignoret, nihil vetat. Nam quum multi gentium familiarumque origines, colonias antiquas, populorum cognationes, necnon urbium conditus multifariam & ſingillatim enarraverint; id jam utique

que ſupereſt, ut ſi quis rerum earundem commemorationem aggrediatur, is vel aliena pro ſuis neceſſario obtrudat; quo nihil queat eſſe turpius; aut ſi hoc nolit, inanem manifeſtò laborem ſuſcipiat: qui quidem iis de rebus ſcribere ſe ac laborare confiteatur, quas majorū diligentia luculente expoſuit, & poſteriorum memoriæ tradidit. Hæc igitur tum propter iſta ſunt omiſſa, tum propter alia plura. Illud contra hiſtoriæ genus quo res geſtæ explicantur iccirco probavimus; primò quia continenter quæ eò ſpectant innovantur, ut nova etiam narratione ſubinde ſit opus: quum ut poſterius geſta narres, ad principia illa nequaquam ſit redeundum. deinde, quod genus hoc hiſtoriæ, & ſemper quidem antea omnium fuit utiliſſimum; nunc tamen multo etiam magis: quoniam noſtris hiſce temporibus tantum experientia atque uſu omnes artes fecerunt incrementi, ut jam quicunque caſus acciderit quadam veluti arte dirigere ſua conſilia diſcendi ſtudioſi valeant. Qui ergo non tam lectorum oblectationem hac ſcriptione quæreremus, ac utilitatem eorum, qui noſtra ſedulo tractabunt; cæteris hiſtoriæ partibus omiſſis, ad hanc potiſſimum nos contulimus. Verùm ad iſta quod attinet, quiſquis opus noſtrum attentè legerit, is ſuo teſtimonio dictis meis ultrò fidem adſtruet.

Romani rebus fractis clade Cannenſi, mox Capuam urbem Campaniæ nobiliſſimam obſidere mira audacia aggrediuntur.

στας· λοιπὸν ἢ τὰ ἀλλότρια δεῖ λέγειν ὡς ἴδια, τὸν νῦν περὶ τούτων πραγματευόμενον, ὃ πάντων ἐστὶν αἴσχιστον· ἢ τοῦτο μὴ βουλόμενον, προδήλως ματαιοπονεῖν, ὑπὲρ τοιούτων ὁμολογοῦντα συντάττεσθαι καὶ φροντίζειν, ἃ διὰ τῶν προγενεστέρων ἱκανῶς δεδήλωται καὶ παραδέδοται τοῖς ἐπιγινομένοις. ταῦτα μὲν οὖν παρελείφθη τούτων ἕνεκα καὶ πλειόνων ἑτέρων· Ὁ δὲ πραγματικὸς τρόπος ἐνεκρίθη, πρῶτον μὲν διὰ τὸ καινοποιεῖσθαι συνεχῶς, καὶ καινῆς ἐξηγήσεως δεῖσθαι· τῷ μὴ συμβατὸν εἶναι τοῖς ἀρχαίοις εἰς τὸ τὰς ἐπιγινομένας πράξεις ἡμῖν ἐξαγγεῖλαι. δεύτερον δὲ, καὶ διὰ τὸ πάντων ὠφελιμώτατον αὐτὸν, καὶ πρὸ τοῦ μὲν, μάλιστα δὲ νῦν ὑπάρχειν· τῷ τὰς ἐμπειρίας καὶ τέχνας ἐπὶ τοσοῦτον προκοπὴν εἰληφέναι καθ' ἡμᾶς, ὥστε πᾶν τὸ παραπῖπτον ἐκ τῶν καιρῶν, ὡσανεὶ μεθοδικῶς δύνασθαι χειρίζειν τοὺς φιλομαθοῦντας. Διόπερ ἡμεῖς οὐχ οὕτω τῆς τέρψεως στοχαζόμενοι τῶν ἀναγνωσομένων, ὡς τῆς ὠφελείας τῶν προσεχόντων, τἄλλα παρέντες, ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος κατηνέχθημεν. περὶ μὲν οὖν τούτων οἱ συνεφιστάνοντες ἐπιμελῶς ἡμῶν τοῖς ὑπομνήμασι, βεβαιότατα μαρτυρήσουσι τοῖς νῦν λεγομένοις.

Ὅτι Ῥωμαῖοι σφαλέντες τοῖς ὅλοις ἐν τῇ περὶ Κάννας μάχῃ μετὰ ταῦτα Καπύην ἐπιφανεστάτην ἐν Καμπανίᾳ πόλιν παραδόξως πολιορκεῖν ἐνεχείρησαν.

Ὅτι Ἀννίβας λύειν τὴν πολιορκίαν ἐπιβαλὼν, πάντα ποιῶν οὐδὲν ἤνυσε.

Ὅτι Ἀννίβας ἄπρακτος ἀναχωρῶν ἀπὸ Καπύης ἐπ' αὐτὴν τὴν Ῥώμην ὥρμησε.

Σύγκρισις Ἐπαμινώνδου καὶ Ἀννίβου· Λακεδαιμονίων καὶ Ῥωμαίων.

Hannibal conatus urbis Capuæ obſidionem ſolvere fruſtra eſt.

Hannibal irrito conatu diſcedens à Capua, urbem ipſam Romam infeſto exercitu petit.

Comparatio Epaminondæ & Hannibalis, item Lacedæmoniorum & Romanorum.

3 ΑΝΝΙΒΑΣ δὲ κύκλῳ περιλαμβανομένων τὸν χάρακα τοῦ Ἀππίου, τὸ μὲν πρῶτον ἠκροβολίζετο καὶ κατεπείραζε, βουλόμενος ἐκκαλεῖσθαι πρὸς μάχην· οὐδενὸς δὲ συνυπακούοντος, τέλος ἐγίγνετο πολιορκίᾳ παραπλήσιον τὸ συμβαῖνον· τῶν μὲν ἱππέων ἐπιφερομένων ταῖς ἴλαις, καὶ μετὰ κραυγῆς εἰσακοντιζόντων εἰς τὴν παρεμβολήν· τῶν δὲ πεζῶν κατὰ σπείρας προσπιπτόντων, καὶ διασπᾶν τὸ χαράκωμα πειρωμένων. οὐ μὴν ἀλλ' οὐδ' ὡς ἐδυνάσθη κινῆσαι τοὺς Ῥωμαίους ἐκ τῆς ὑποκειμένης προθέσεως· ἀλλὰ τοῖς μὲν εὐζώνοις ἀπετρίβοντο τοὺς προσπίπτοντας πρὸς τὸν χάρακα· τοῖς δὲ βαρέσι τῶν ὅπλων ἀσφαλιζόμενοι τὴν ἐπιφορὰν τῶν βελῶν, ἔμενον ἐν τάξει κατὰ τὰς σημαίας. Ἀννίβας δὲ δυσαρεστούμενος τοῖς ὅλοις, διὰ τὸ μήτε παραπεσεῖν εἰς τὴν πόλιν δύνασθαι ..... τοὺς Ῥωμαίους, ἐβουλεύετο περὶ τῶν ἐνεστώτων, τί χρὴ ποιεῖν. Ἐμοὶ δ' οὐ μόνοις ἂν δοκεῖ Καρχηδονίοις τὰ τότε συμβαίνοντα παρέχειν ἀπορίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν

HANNIBAL caſtra Appii milite ſuo undique cingens, levia primo facere prælia, & indignitatibus tentare hoſtem, ut ad juſtam pugnam eliceret. quum provocatione illius moveretur nemo, tandem oppugnationi urbis ſimilis res evaſit: & equitibus turmatim Romanos invadentibus, ac clamore ſublato tela in caſtra jaculantibus: & peditibus per cohortes in eoſdem irruentibus, ac vallum ſubruere conantibus. verùm ne ſic quidem à ſuſcepta ſemel ſententia dimoveri potuerunt Romani. qui quidem leviter armatorum opera irrumpentes repellebant; gravi autem armatura pro munitione utentes adverſus tela hoſtilia, ordinati ſub ſignis manebant. Hannibal enimvero qui neque ingredi urbem ullo aſtu, neque ab obſidione repellere poterat Romanos, parum lætum hujus expeditionis ſuæ exitum ſibi jam ſpondens, quid eſſet opus facto, cum ſuis deliberabat. Mihi verò videntur quæ tunc temporis gerebantur, non ſolum Carthaginienſes, verum etiam quoſvis mortalium qui fando illa acciperent, ſtupore quodam

quodam potuiſſe defigere. Nam quis non ambigat, quomodo Romani qui poſt tot clades à Pœnis acceptas, prodire in aciem ad dimicandum recta fronte cum hoſtibus non audebant; iidem tamen victos ſe fateri, & locis nec munitis excedere, nequaquam ſuſtinerent? qui quum antea ægrè vix ex adverſo hoſtilis exercitus ſuas legiones per radices montium ducere ſolerent, in plana jam camporum & nobiliſſimum totius Italiæ locum deſcenderant; urbemque munitiſſimam obſidebant, quantumvis ipſos omni ex parte hoſtis ille oppugnaret, adverſus quem rectos oculos tenere ne cogitantes quidem poterant. Carthaginienſes autem qui perpetuo victores è pugnis diſcedebant, non minoribus interim incommodis conflictabantur quam victi. Ac mihi quidem hujus rei cauſſa videtur fuiſſe hæc; quod penitus perſpectum utrique habebant quænam eſſent hoſtis ſui conſilia, quodnam propoſitum. ut quod Hannibalis equitatus eſſet cauſſa cur vincerent Carthaginienſes, vincerentur Romani. qui propterea ſtatim à factis præliis ita ut diximus circumducere contra Pœnum ſuos exercitus per colles ceperunt; quoniam iis in locis hoſtilis equitatus nullum ipſis detrimentum erat allaturus. Similiter & quæ ad Capuam tunc fiebant, cur ab utraque parte ita acciderent cauſſæ erant probabiles. nam Romanæ quidem legiones hoſtilis equitatus metu prodire ad dimicationem non audebant: eædemque intra caſtra nihil quicquam metuentes manebant; quæ certo compertum haberent, equites à quibus

ἄλλων ἀνθρώπων τοῖς πυθομένοις. τίς γὰρ οὐκ ἂν ἀπιστήσαι πῶς Ῥωμαῖοι πολλαῖς μὲν ἡττημένοι μάχαις ὑπὸ Καρχηδονίων, οὐ τολμῶντες κατὰ πρόσωπον ἔτι συγκαθίστασθαι τοῖς ὑπεναντίοις· ὅμως οὔτ' εἴκειν οἷοί τ' ἦσαν, οὔτ' ἐκχωρεῖν τῶν ὑπαίθρων; καὶ τὸν μὲν πρὸ τοῦ χρόνον ἀντιπαρῆγον μόνον ἀεὶ ταῖς ὑπωρείαις, τότε δὲ καθιστάντες εἰς τὰ πεδία καὶ τὸν ἐπιφανέστατον τόπον τῆς Ἰταλίας, ἐπολιόρκουν τὴν ἰσχυροτάτην πόλιν, κύκλῳ προσμαχομένων αὐτοῖς τῶν πολεμίων, πρὸς οὓς οὔτ' ἐπινοήσαντες οἷοί τ' ἦσαν ἀντοφθαλμεῖν. Καρχηδόνιοί τε ἀδιαλείπτως νικῶντες ταῖς μάχαις, οὐχ ἧττον ἐν ἐνίοις καιροῖς ἐδυσχρηστοῦντο τῶν ἡττημένων. Δοκεῖ δέ μοι αἴτιον τοῦτο γεγονέναι τῆς ἑκατέρων προαιρέσεως, τὸ παρ' ἀμφοῖν συντεθεωρῆσθαι, διότι τὸ παρ' Ἀννίβου σύνταγμα τῶν ἱππέων, αἴτιον ἦν καὶ τοῦ νικᾶν τοὺς Καρχηδονίους, καὶ τοῦ λείπεσθαι τοὺς Ῥωμαίους. διόπερ αἵ τε τῶν ἡττημένων στρατοπέδων ἀντιπαραγωγαὶ μετὰ τὰς μάχας εὐθέως κατ' αὐτὸν ἐγίγνοντο. διὰ γὰρ τόπων τοιούτων ἀντιπαρῆγον, ἐν οἷς οὐδὲν ἔμελλε βλάψειν αὐτοὺς τὸ τῶν ὑπεναντίων ἱππικόν. τά 4
τε περὶ τὴν Καπύην τότε συμβαίνοντα, εἰκότως ἑκατέροις ἀπήντα. τὸ μὲν γὰρ τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον ἐξιέναι μὲν πρὸς μάχην οὐκ ἐθάρρει, διὰ τὸ δεδιέναι τοὺς τῶν πολεμίων ἱππεῖς· ἔμενε δ' ἐν τῇ παρεμβολῇ τετολμηκότως, σαφῶς εἰδὼς ἀβλαβῆ τὴν ἵππον αὐτοῖς ἐσομέ-

νην, ὑφ' ἧς ἐν ταῖς μάχαις ἡττᾶτο. οἵ τε Καρχηδόνιοι πάλιν εὐλόγως, οὔτε στρατοπεδεύοντες μετὰ τῆς ἵππου μένειν ἐδύναντο πλείω χρόνον, διὰ τὸ τὰ μὲν ἐν τῇ παρακειμένῃ χώρᾳ χορτάσματα πάντα κατεφθαρκέναι τοὺς Ῥωμαίους αὐτοῦ τούτου χάριν. τοῖς δὲ νώτοις οὐκ ἐφικτὸν εἶναι, τοσαύτῃ μὲν ἵππῳ, τοσούτοις δ' ὑποζυγίοις κατανύσαι χόρτον, ἢ κριθὰς κομίζοντας ἐκ μακροῦ διαστήματος. οὔτε μὴν ἄνευ τῶν ἱππέων παραστρατοπεδεύσαντες, ἐθάῤῥουν πολιορκεῖν χάρακι καὶ τάφρῳ περιβεβλημένους τοὺς ὑπεναντίους. πρὸς οὓς καὶ τὸν ἐξ ἴσου κίνδυνον αὐτοῖς ἀμφίδοξον εἶναι συνέβαινε χωρὶς τῶν ἱππέων. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοις ἠγωνίων καὶ τοὺς ἐπικαθισταμένους ἐπ' αὐτούς, μὴ παραγενηθέντες ἐπιστρατοπεδεύσαιεν, καὶ πολλὴν ἀπορίαν σφίσι παραστήσαιεν, ἀφελόμενοι τὴν τῶν χορηγιῶν ἐπάρκειαν. ἐξ ὧν συλλογιζόμενος Ἀννίβας ἀδύνατον ὑπάρχειν τὸ διὰ τῆς ἐκ χειρὸς βίας λῦσαι τὴν πολιορκίαν, ἐπ' ἄλλης ἐγένετο γνώμης. ὑπέλαβε γάρ, εἰ λαθραίαν ποιησάμενος τὴν πορείαν, αἰφνιδίως ἐπιφανείη τοῖς κατὰ τὴν Ῥώμην τόποις, ἴσως μὲν ἂν καὶ περὶ τὴν πόλιν ἀνύσασθαί τι τῶν χρησίμων, ἐκπλήξας τῷ παραδόξῳ τοὺς ἐνοικοῦντας· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, πρός γε περὶ τὸν Ἄππιον ἀναγκάσειν, ἢ λύειν τὴν πολιορκίαν, σπεύδοντας τῇ πατρίδι βοηθεῖν, ἢ διαιρουμένους τὴν δύναμιν, εὐκαταγωνίστους ὑπάρξειν καὶ τοὺς βοηθοῦντας καὶ τοὺς ἀπολειπομένους αὐ-

in acie collatis ſignis ſemper vincebantur, nihil jam ſibi obfuturos. Rurſus quod Carthaginienſes eodem loco metari caſtra diutius nequiverint; ejus quoque rei ratio idonea poteſt afferri: quoniam pabula omnia per totam illam regionem ob id ipſum à Romanis fuerant corrupta. neque verò aut doſſuariorum vectione, tantum vel fœni vel hordei è longinquo cõportari poterat, quantum numerus ingens equorum, & jumentorum poſtulabat: aut Pœni Romanos audebant aggredi vallo & foſſa munitos, niſi ſuum in caſtris haberent equitatum; cujus præſidio ſi deſtituerentur, quoties pugnam ex æquo cum adverſariis capeſſerent, ancipiti certamine digrediebantur. Augebat inſuper ſollicitudinem ducis Carthaginienſium, quod multæ adverſus ſe cogebantur copiæ, quæ ſi advenirent, & prope ſua caſtra locum aliquem opportunum inſiderent, adempto rei frumentariæ commeatu ſummis difficultatibus ipſum afficerent. Quæ omnia quum Hannibal intelligeret, perſuaſus obſidionem vi aperta ſolvi non poſſe, aliò ſe animo & cogitatione convertit. Cogitavit enim, ſi clam itinere confecto repente circa Romam eſſet conſpectus, territis inopinatæ rei miraculo civibus, & de urbe ipſa, eorum quæ optaret aliquid ſe fortaſſe perfecturum: ſin minus, at certè Appium coacturum, ut vel obſidione deſiſteret, ſtudio defendendę patrię: vel copias ſuas divideret. atque ita de utriſque, tum qui pro ferenda ope contenderent, tum qui relinquerentur ad Capuam, facilem ſibi victoriam futu-

futuram. Hæc meditatus, nuncium Capuam cum literis mittit. Afrum enim quendam donis perlicit, ut acceptis literis, quarum ſecuritati diligenter proſpexerat, ſpecie transfugæ caſtra Romana ingreſſus, altera parte Capuam clam pervadat. Admodum enim una ea cura angebat, ne ubi abſcedentem Capuani vidiſſent, confuſi è veſtigio atque omni penitus ſpe deſtituti, Romanis ſeſe dederent. Igitur expoſito per epiſtolam conſilio ſuo, poſtridie quàm moverat caſtra Afrum illum miſit: ut obſeſſi cognita profectionis ſuæ cauſſa & fine, confidenter obſidionem tolerarent. Qui Romę erant, ut eſt allatum quo loco res ad Capuam eſſent, cum Hannibal caſtris collatis Romanas legiones obſidebat, erigere cuncti animos, magnoque in metu eſſe, quaſi dies ille imrnineret, qui belli totius aleam cerneret. Itaque dum modò auxilia ſubmittunt, modò neceſſaria præſidia comparant, tota animi mente publicè privatimque in hanc omnes curam incumbunt. Campani literis acceptis quas Afer tulerat, & Carthaginienſium cognito conſilio, iſtius adhuc ſpei eventum rati explorandum, in eadem ſententia manſerunt. Hannibal quinto poſt adventum ſuum die, cœnatus ſic movit caſtra, accenſos ignes relinquens, ut ejus rei ſenſus ad neminem perveniret. atque is per Samnium raptim ſine intermiſſione iter faciens, perque ſuorum manum præire agmen juſſam omnes viarum aditus explorans, & occupans, dum adhuc Romani circa Capuam & res quæ ibi gerebantur

τῶν. ἃ διανοηθεὶς, ἐξέπεμψε 5
γραμματοφόρον εἰς τὴν Καπύην, πείσας τινὰ τῶν Λιβύων αὐτομολῆσαι πρὸς τοὺς Ῥωμαίους, κἀκεῖθεν εἰς τὴν πόλιν, προνοηθεὶς τῆς τῶν γραμμάτων ἀσφαλείας. πάνυ γὰρ ἠγωνία, μὴ θεωρήσαντες αὐτὸν ἀπαλλαττόμενον οἱ Καπυανοὶ, κἄπειτα διατραπέντες ὡς ἀπηλπισμένοι, παραδῶσι τοῖς Ῥωμαίοις ἑαυτούς. Διὸ γράψας ὑπὲρ τῆς ἐπιβουλῆς ἧς ἀπέστειλε τὸν Λίβυν τῇ μετὰ τὴν ἀναζυγὴν, ἵνα συνιέντες τὴν πρόθεσιν αὐτοῦ καὶ τὸν χωρισμὸν, εὐθαρσῶς ὑπομένοιεν τὴν πολιορκίαν. Τοῖς δ' ἐν τῇ Ῥώμῃ προσπεπτωκότων τῶν περὶ τὴν Καπύην, διότι παρεστρατοπεδευκὼς Ἀννίβας πολιορκεῖ τὰς δυνάμεις αὐτῶν, ὀρθοὶ ταῖς διανοίαις καὶ περίφοβοι πάντες ἦσαν, ὡς καὶ πρὸς τὰ ὅλα διατεινούσης τῆς ἐνεστηκυίας κρίσεως. διὸ καὶ ταῖς ἐξαποστολαῖς καὶ ταῖς παρασκευαῖς πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ὅλοι καὶ πάντες ἐνενδύκεισαν. οἱ δὲ Καπυανοὶ κομισάμενοι τὰ παρὰ τοῦ Λίβυος γράμματα, καὶ γνόντες τὴν ἐπίνοιαν τῶν Καρχηδονίων, ἔμενον ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, κρίνοντες ἔτι ταύτην ἐξελέγξαι τὴν ἐλπίδα. Ἀννίβας δὲ μετὰ πέμπτην ἡμέραν τῆς παρουσίας δειπνοποιησάμενος, καὶ καταλιπὼν τὰ πυρὰ καιόμενα, τοιαύτην ἐποίησε τὴν ἀναζυγὴν, ὥστε μηδένα συνεῖναι τῶν πολεμίων τὸ συμβαῖνον. χρησάμενος δὲ ταῖς πορείαις διὰ τῆς Σαυνίτιδος ἐνεργοῖς καὶ συνεχέσι, καὶ τοὺς περὶ τὴν ὁδὸν τόπους ἀεὶ ταῖς προτοπορείαις ἐξερευνώμενος καὶ προκαταλαμβάνων, ἔτι τῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ ταῖς διανοίαις

περὶ τὴν Καπύην καὶ τὰς ἐκεῖ πράξεις ὄντων, ἔλαθε διαβὰς τὸν Ἀννίωνα ποταμὸν, καὶ συνεγγίσας, ὥστε μὴ πλεῖον τετταράκοντα σταδίων ἀπέχειν τῆς Ῥώμης, ποιήσασθαι τὴν παρεμβολήν. b οὗ γενομένου, καὶ προσπεσόντος εἰς τὴν Ῥώμην, εἰς ὁλοσχερῆ συνέβη ταραχὴν καὶ φόβον ἐμπεσεῖν τοὺς κατὰ τὴν πόλιν. ἅτε τοῦ πράγματος αἰφνιδίου μὲν ὄντος καὶ τελέως ἀνελπίστου, διὰ τὸ μηδέποτε τὸν Ἀννίβαν ἐπὶ τοσοῦτον ἀπηρκέναι τῆς πόλεως· ὑποτρεχούσης δέ τινος ἅμα καὶ τοιαύτης ἐννοίας, ὡς οὐχ οἷόν τε τοὺς ἐναντίους ἐπὶ τοσοῦτον ἐγγίσαι καὶ καταθαρρῆσαι, μὴ οὐ τῶν περὶ Καπύην στρατοπέδων ἀπολωλότων. Διόπερ οἱ μὲν ἄνδρες τὰ τείχη προκατελάμβανον, καὶ τοὺς πρὸ τῆς πόλεως εὐκαίρους τόπους· αἱ δὲ γυναῖκες περιπορευόμεναι τοὺς ναοὺς, ἱκέτευον τοὺς θεοὺς, πλύνουσαι ταῖς κόμαις τὰ τῶν ἱερῶν ἐδάφη. τοῦτο γὰρ αὐταῖς ἔθος ἐστὶ ποιεῖν, ὅταν τις ὁλοσχερὴς τὴν πατρίδα καταλαμβάνῃ κίνδυνος. Ἄρτι δὲ τῶν περὶ τὸν Ἀννίβαν κατεστρατοπεδευκότων, καὶ διανοουμένων τῇ μετὰ ταῦτα ἡμέρᾳ καταπειράζειν αὐτῆς τῆς πόλεως, γίνεταί τι παράδοξον καὶ τυχικὸν σύμπτωμα πρὸς σωτηρίαν τοῖς Ῥωμαίοις. οἱ γὰρ περὶ τὸν Γνάϊον καὶ Πόπλιον, τὸ μὲν ἑνὸς στρατοπέδου πρότερον πεποιημένοι τὴν καταγραφὴν, ὁρκίους εἶχον τοὺς στρατιώτας εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν ἥξειν ἐν τοῖς ὅπλοις εἰς τὴν Ῥώμην· τοῦ δ' ἑτέρου τότε καὶ τὰς καταγραφὰς ἐποίουν καὶ τὰς δοκιμασίας. ἐξ οὗ συνέβη, πλῆθος αὐτομάτως ἀνδρῶν ἀθροισθῆναι πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν εἰς τὴν Ῥώμην οὓς ἐξαγαγόντες θαρραλέως οἱ στρατηγοὶ, καὶ παρεμβαλόντες πρὸ τῆς πόλεως, ἐπέσχον τὴν

defixas cogitationes ſuas habebant, Annienem copias traduxit, & eò uſque acceſſit ut quinque millia paſſuum à Roma caſtra prius poneret, quàm ſatis animadverteretur. Cujus rei poſtquam allatus eſt Romam nuntius, populum univerſum tumultus ac pavor invaſerunt; ut in repentina re & prorſus inopinata: nunquam enim Hannibal adeo prope ad urbis mœnia acceſſerat. Simul omnium mentibus hæc cogitatio ſuboriebatur, nunquam potuiſſe fieri ut uſque eo appropinquare hoſtes eſſent auſi, niſi deletis prius ad Capuam legionibus. Igitur muros quidem & opportuna quæque ante urbem loca viri occupant; mulieres vero circa deum delubra diſcurrunt, ſupplicia diis faciunt, ædium ſacrarum pavimenta crinibus paſſis mundant. Is namque illis mos eſt, quoties in aliquo inſigniore & graviore periculo patria verſatur. Ubi Hannibal caſtra communiſſet, die inſequente urbem aggredi cogitans; commodùm caſus quidam inopinatus ac fors fortuita Romanis ſalutaris accidit. Cnæus Fulvius & P. Sulpitius Coss. quum jam antè unam legionem conſcripſiſſent, fidem militum ſacramento obſtrinxerant, venturos eo die Romam cum armis: alterius tunc dilectum agebant, & milites probabant. quo factum eſt, ut ingens virorum numerus ſponte ſua Romam illo die, opportuno ſane tempore, conveniret. Hos igitur quum præfidenter Coss. eduxiſſent, & ante urbis mœnia caſtra communiſſent, impe-

impetum Hannibalis repreſſerunt. nam Carthaginienſes initio ei expeditioni ita ſe accinxerant, ut qui non plane deſperarent, ipſam quoque Romam per vim capere ſe poſſe. Nunc quum inſtructos in aciem hoſtes viderent, & mox omnia à quodam captivo eſſent edocti, ab urbis quidem oppugnandæ conſilio deſtiterunt: agrum verò omnem ſubinde mutatis caſtris ſunt populati, & ædificia incenderunt. Et illi quidem per initia prædam in caſtra congeſſerunt, quam abegerant infinitam; ut qui ad eas opes diripiendas acceſſiſſent, ad quas prædatum nemo ullum unquam hoſtem eſſe venturum crediderat. At mox, ubi magno auſu ſuſtinuiſſent Coss. ſtadia decem ab hoſtium caſtris caſtra ponere, Hannibal qui tantam cumulaſſet prædam; qui etiam ſpe urbis potiundæ excidiſſet; qui denique, id quod erat omnium maximum, ſperaret Appium (ſicut ipſe ab initio propoſuerat) audito urbis Romæ periculo, vel omiſſa obſidione totis viribus ad ferendam patriæ opem diſceſſurum, aut relicta ibi parte exercitus, cum altera eâque majore parte ad defenſionem urbis eſſe accurſurum; quorum utrumvis contigiſſet, adfuturam ſibi rei bene gerendę fortunam non dubitabat; quarta vigilia caſtra movit. Publius memorati antè fluminis pontibus interciſis, & hoſte compulſo per ipſum amnis alveum copias trajicere, in ipſa trajectione Carthaginienſibus imminens, magnas eis difficultates objecit. ob multitudinem tamen equitum, & Numidarum quocunque loco uti-

ὁρμὴν τὴν περὶ τὸν Ἀννίβαν. οἱ γὰρ Καρχηδόνιοι, τὸ μὲν πρῶτον ὥρμησαν, οὐχ ὅλως ἀπελπίζοντες αἱρήσειν κατὰ κράτος αὐτὴν τὴν Ῥώμην. συνθεασάμενοι δὲ τοὺς ὑπεναντίους παρατεταγμένους, καὶ ταχέως διά τινος αἰχμαλώτου πυθόμενοι τὸ γεγονός, τῆς μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐπιβολῆς ἀπέστησαν· τὴν δὲ χώραν ἐδῄουν ἐπιπορευόμενοι, καὶ τὰς οἰκίας ἐνεπίμπρασαν. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς ἀναρίθμητον περιελασάμενοι λείας πλῆθος, ἤθροισαν εἰς τὴν παρεμβολήν, ὡς ἂν εἰς ἄγραν ἥκοντες τοιαύτην, εἰς ἣν οὐδεὶς οὐδέποτε πολέμιον ἥξειν ἤλπιζε. Μετὰ δὲ ταῦτα τῶν ὑπάτων 7
τολμησάντων ἐν δέκα σταδίοις ἀντιστρατοπεδεῦσαι σφίσι παραβόλως, Ἀννίβας ἅμα μὲν λείας πλῆθος ἠθροικώς, ἅμα δὲ τῆς κατὰ τὴν πόλιν ἐλπίδος ἀποπεπτωκώς, τὸ δὲ μέγιστον, συλλογιζόμενος τὰς ἡμέρας ἐν αἷς ἤλπιζε κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἐπίνοιαν, πυθομένους τοὺς περὶ τὸν Ἄππιον τὸν περὶ τὴν πόλιν κίνδυνον, ἤτοι λύσαντας τὴν πολιορκίαν ὁλοσχερῶς παραβοηθήσειν τοῖς ἐπὶ τῇ Ῥώμῃ πράγμασιν, ἢ μέρος τι καταλιπόντας, τῷ πλείονι βοηθήσειν κατὰ σπουδήν· ὧν ὁπότερον ἂν συμβῇ, δεόντως ἕξειν ὑπειληφώς, ἐκίνει τὴν δύναμιν ἐκ τῆς παρεμβολῆς ὑπὸ τὴν ἑωθινήν. Οἱ δὲ περὶ τὸν Πόπλιον διασπάσαντες τὰς ἐπὶ τοῦ προειρημένου ποταμοῦ γεφύρας, καὶ συναναγκάσαντες αὐτὸν διὰ τοῦ ῥεύματος περαιοῦν τὴν δύναμιν, προσέκειντο τοῖς Καρχηδονίοις περὶ τὴν διάβασιν, καὶ πολλὴν παρεῖχον δυσχρηστίαν. ὁλοσχερὲς μὲν οὖν οὐδὲν ἐδύναντο πρᾶξαι, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἱππέων,

καὶ τὴν πρὸς πάντα τόπον εὐχρηστίαν τῶν Νομάδων· τῆς δὲ λείας ἱκανόν τι μέρος ἀφελόμενοι, καὶ περὶ τριακοσίους καταβαλόντες τῶν πολεμίων, τότε μὲν ἀνεχώρησαν πρὸς τὴν παρεμβολήν· μετὰ δὲ ταῦτα νομίσαντες τοὺς Καρχηδονίους διὰ φόβον σπουδῇ ποιεῖσθαι τὴν ὑποχώρησιν, εἵποντο κατόπιν ταῖς ἀκρωρείαις. Ἀννίβας δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἠπείγετο, σπεύδων ἐπὶ τὸ προκείμενον· μετὰ δὲ πέμπτην ἡμέραν προσαγγελθέντος αὐτῷ μένειν ἐπὶ τῆς πολιορκίας τοὺς περὶ τὸν Ἄππιον, οὕτως ὑποστὰς καὶ προσδεξάμενος τοὺς ἑπομένους, ἐπιτίθεται νυκτὸς ἐπὶ τὴν στρατοπεδείαν. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινε, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐξέβαλε. τῆς δ᾽ ἡμέρας ἐπιγενομένης, συνθεωρήσας τοὺς Ῥωμαίους πρός τινα λόφον ἐρυμνὸν ἀποκεχωρηκότας, τοῦ μὲν ἔτι προσκαρτερεῖν τούτοις ἀπέγνω· ποιησάμενος δὲ τὴν πορείαν διὰ τῆς Δαυνίας καὶ τῆς Βρεττίας, ἐπέστη τοῖς κατὰ τὸ Ῥήγιον τόποις ἀνυπόπτως· ὥστε παρ᾽ ὀλίγον μὲν καὶ τῆς πόλεως κυριεῦσαι· πάντας δὲ τοὺς ἐπὶ τὴν χώραν ἐκπεπορευμένους ἀποτέμνεσθαι, καὶ πλείστων γενέσθαι Ῥηγίνων κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ παρουσίᾳ.
8 Δοκεῖ δέ μοι δικαίως ἄν τις ἐπισημήνασθαι κατὰ τοῦτον τὸν καιρὸν τῆς τε Καρχηδονίων καὶ Ῥωμαίων ἀρετῆς καὶ φιλοτιμίας ἐν τῷ πολεμεῖν. Καθάπερ γὰρ Ἐπαμινώνδαν τὸν Θηβαῖον θαυμάζουσι πάντες, διότι παραγενόμενος εἰς Τεγέαν μετὰ τῶν συμμάχων, καὶ θεωρήσας τοὺς Λακεδαιμονίους, αὐτούς τε πανδημεὶ παραγεγονότας εἰς Μαντίνειαν καὶ τοὺς

liſſimam operam navantium, nullum inimicis memorabile detrimentum inferre potuerunt. ſed prædæ magna ei parte adempta, captis etiam ad trecentos ex ejus exercitu, ad caſtra ſua ſe receperunt. rati deinde Carthaginienſes in reditu iter ſic contendere ob metum, per clivos montium eos ſequebantur. Hannibal initio ille quidem feſtinabat, ad perficiendũ quod animo deſtinaverat properans. poſt diem verò quintum, cognito manere Appium in obſidione Capuę, ſubſiſtere agmen jubet, ac ſequentes prę ſtolatur. deinde caſtra Romanorum nocte aggreſſus, multos eorũ occidit, reliquos caſtris ejicit. Poſtquam ortus fuit dies, ut vidit Romanos in collem quendam egregiè munitum ſe recepiſſe, diutius iſtis immorari nequaquam è re ſua futurum ratus, facto per Apuliam Dauniam & Brutios itinere, in locis circa Rhegium, nemine ſuſpicante, ita repentinus apparvit, ut non multum abfuerit quin urbe quoque ipſa potiretur: omnes certe eos qui in agrum exierant, atque adeo plurimos in his cives Rheginos eo adventu captos in poteſtatem habuit. Heic mihi videtur aliquis jure merito Carthaginienſium ac Romanorum virtutem & obſtinatam in bello gerendo pervicaciam, cujus eo tempore ſpecimen ediderunt, obſervaturus & collaudaturus. Enimuero Epaminondam Thebanum mirantur omnes, qui poſtquam unâ cum ſociis Tegeam perveniſſet, cognito Lacedęmonios & civiles omnes capias ſuas Mantineam adduxiſſe, & ſocios

quoque omnes ſuos in eandem urbem coegiſſe, ut inſtructa acie cum Thebanis pugnarent: ipſe dato ſuis præcepto ut tempori cœnarent, ſub noctem primam exercitum eduxit, quaſi ad dirigendum ſuos in aciem opportuna quædam loca iret occupatum. atque hoc ille quum multitudini perſuaſiſſet, agmen ducere & Lacedæmonem ipſam petere inſtitit. tertia noctis hora ad urbem ut pervenit, pręter omniū opinionem nactusSpartam propugnatoribus nudam, ad Forum uſque per vim irrupit, & partem urbis quæ ad flumen vergit, cepit. deinde caſu interveniente, quum perfuga aliquis per noctem elapſus Mantineam veniſſet, & quod erat actum Ageſilao Regi renuntiaſſet, in ipſo articulo cum urbs capiebatur auxilio ſuperveniente, hac ſpe dejectus Epaminondas, mox ad Eurotam pranſus, & refecto aliquantum milite è priore vexatione, eadem qua venerat via redire pergit. conjectura enim è re ducta futurum proſpiciebat, ut Lacedęmonii ſociique ipſorum cupiditate defendendæ Spartę Mantineam quoque ſine ullo præſidio relinquerent. neque ſane aliter accidit. Itaque Thebanos cohortatus, citato per noctem itinere uſus, circa meridiem aderat Epaminondas, jamque ad Mantineam propugnatoribus plane vacuam, pervenerat. Accidit vero, ut Athenienſes qui bellum adverſus Thebanos ſuſceptum participare affectabant, ad conſocianda cum Lacedæmoniis arma commodùm eo tempore præſto eſſent. Jam Thebanorum prima acies ad

συμμάχους εἰς ταύτην ἠθροικότας τὴν πόλιν, ὡς παραταξομένους τοῖς Θηβαίοις· δειπνοποιήσασθαι τοῖς αὑτοῦ καθ' ὥραν παραγγείλας, ἐξῆγε τὴν δύναμιν ἄρτι τῆς νυκτὸς ἐπιγιγνομένης, ὡς τῆς παρατάξεως χάριν σπεύδων εὐκαίρους τινὰς προκαταλαβέσθαι τόπους. τοιαύτην δὲ τοῖς πολλοῖς δόξαν ἐνεργασάμενος, προσῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν ἐπ' αὐτὴν τὴν Λακεδαίμονα. προσμίξας δὲ περὶ τρίτην ὥραν ἐν τῇ πόλει παραδόξως, καὶ καταλαβὼν τὴν Σπάρτην ἔρημον τῶν βοηθησόντων, μέχρι μὲν ἀγορᾶς ἐβιάσατο καὶ κατέσχε τῆς πόλεως τοὺς ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἐστραμμένους τόπους. γινομένης δὲ περιπετείας, καί τινος αὐτομόλου τὴν νύκτα διαπεσόντος εἰς τὴν Μαντίνειαν, καὶ διασαφήσαντος Ἀγησιλάῳ τῷ βασιλεῖ τὸ συμβαῖνον, καὶ τῶν βοηθούντων παραγινομένων εἰς τὸν τῆς καταλήψεως καιρὸν, ταύτης μὲν τῆς ἐλπίδος ἀπεσφάλη· μετὰ δὲ ταῦτα περὶ τὸν Εὐρώταν ἀριστοποιησάμενος, καὶ προσαναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐκ τῆς κακοπαθείας, ὥρμα πάλιν ἐξ ὑποστροφῆς τὴν αὐτὴν ὁδὸν, συλλογιζόμενος ὅτι συμβήσεται τῶν Λακεδαιμονίων καὶ τῶν συμμάχων παραβεβοηθηκότων εἰς τὴν Σπάρτην, ἔρημον πάλιν καταλελεῖφθαι τὴν Μαντίνειαν. ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. διὸ παρακαλέσας τοὺς Θηβαίους, καὶ χρησάμενος ἐνεργῶς τῇ νυκτοπορείᾳ, παρῆν, καὶ προσέμισγε τῇ Μαντινείᾳ περὶ μέσον ἡμέρας, ἐρήμῳ τελέως ὑπαρχούσῃ τῶν βοηθησόντων. Οἱ δ' Ἀθηναῖοι κατὰ τὸν καιρὸν τοῦτον σπουδάζοντες μετασχεῖν τοῦ πρὸς τοὺς Θηβαίους ἀγῶνος, τοῖς Λακεδαιμονίοις κατὰ τὴν συμμαχίαν παρῆσαν. ἤδη δὲ τῆς Θηβαίων πρωτοπορείας

συνεγγίσῃ πρὸς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερόν, ὃ κεῖται ἀπὸ τῆς πόλεως ἐν ἑπτὰ σταδίοις, ὥσπερ ἐπίτηδες συνεκύρησεν ἅμα καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐπιφαίνεσθαι κατὰ τὸν τῆς Μαντινείας ὑπερκείμενον λόφον· εἰς οὓς ἐμβλέψαντες οἱ καταλελειμμένοι τῶν Μαντινέων, μόλις ἐθάρρησαν ἐπιβῆναι τοῦ τείχους, καὶ κωλῦσαι τὴν τῶν Θηβαίων ἔφοδον. Διόπερ εἰκότως οἱ συγγραφεῖς ἐπιμέμφονται τοῖς προειρημένοις ἔργοις· φάσκοντες τῷ μὲν ἡγεμόνι πεπρᾶχθαι πᾶν ὅσον ἀγαθῷ στρατηγῷ ..... καὶ τῶν μὲν ὑπεναντίων κρείττω, τῆς δὲ τύχης ἥττω γεγονέναι τὸν Ἐπαμινώνδαν. Τὸ δὲ παραπλήσιον ἄν τις εἴποι καὶ περὶ τὸν κατ' Ἀννίβαν. καὶ γὰρ τὸ προσβάλλοντα τοῖς πολεμίοις πειραθῆναι διὰ τῶν ἐκ μέρους ἀγώνων λύειν τὴν πολιορκίαν, καὶ τὸ ταύτης ἀποπεσόντα τῆς προσβολῆς, ἐπ' αὐτὴν ὁρμῆσαι τὴν Ῥώμην· κἄπειτα μὴ καθικόμενον τῆς προθέσεως διὰ τὰς ἐκ ταὐτομάτου περιπετείας, αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς συμπέμψαι μὲν τοὺς ἑπομένους, ἐφεδρεῦσαι δὲ τῷ κατὰ λόγον, εἰ συνέβη γενέσθαι κίνημα περὶ τοὺς τὴν Καπύην πολιορκοῦντας· τὸ δὲ τελευταῖον, μὴ λῆξαι τῆς προθέσεως, πρὶν εἰς τὴν τῶν ἐχθρῶν βλάβην ἀποσκῆψαι, μονονοὺ δ' ἀναστάτους ποιῆσαι Ῥηγίνους, τίς οὐκ ἂν ἐπισημήναιτο καὶ θαυμάσειε τὸν προειρημένον ἐπὶ τούτοις ἡγεμόνα; Καὶ μὴν Ῥωμαίους Λακεδαιμονίων ἀμείνους ἄν τις ἐν τούτῳ τῷ καιρῷ κρίνειεν. Λακεδαιμόνιοι μὲν γὰρ τῇ πρώτῃ εἰσαγγελίᾳ συνεκχυθέντες, τὴν

Neptuni fanum ſeptem ſtadia ab urbe diſtans acceſſerat; cum ecce quaſi ex compacto Athenienſes in eo colle qui Mantineæ imminet cepere conſpici: quos ut ſunt conſpicati qui relicti in urbe fuerant, ægrè tandem conſcendere & irrumpentes Thebanos arcere ſunt auſi. Propterea ſcriptores magni res geſtas Epaminondæ quas modo narravimus querelis jure proſequuntur: & Imperatorem quidem boni ducis partes omnibus numeris expleſſe pronuntiant; ſed ipſum quum adverſarios vinceret à Fortuna eſſe victum. Simile & de rebus geſtis Hannibalis dicere nunc licet. Nam quòd hoſtes adortus, liberare Capuam obſidione prælia per partes capeſſendo ſit conatus; & cùm exitum non haberet id inceptum, Romam ipſam petere inſtiterit; deinde eo quoque conſilio ſucceſſu propter caſus fortuitos carente, quòd rediens unde venerat magnam exercitus ſui partem Capuam præmiſerit, ipſe interim velut in ſpecula remanens, ſi quis forte in Romanorum caſtris motus exiſteret; poſtremò quòd ab incepto ſuo non prius deſtiterit, quàm in hoſtes violenter irrumpens magno eos detrimento affecerit, ac Rheginos tantùm non ſedibus ſuis ejecerit; hæc, inquam, quis non obſervatione ſua atque plauſu digna cenſeat? aut quis Hannibalem qui iſta geſſit admirandum eſſe Imperatorem non pronuntiet? Quin & Romanos in ea temporum difficultate Lacedæmonios virtute antecelluiſſe, jure aliquis ſtatuat. Nam Lacedæmonii ut primum acceperunt nuntium pro ferenda ope effuſi,

effuſi, Spartam illi quidem ſervarunt: at Mantineam, quod in ipſis foret, amiſerunt. Romani & patriam conſervarunt & obſidionem tamen non ſolverunt: ſed intrepidè atque conſtanter quod agebant egerunt: ac de cætero jam confidenter poſt iſta Capuę oppugnationem urſerunt. Atque hæc à nobis ſunt commemorata, non adeo ut Romanorum & Carthaginienſium laudationem perageremus: nam horum quidem virtutes ſępe jam antea prędicavimus: ſed eorum potius gratiâ, qui apud utrumque populum bella gerunt, necnon eorum qui apud quoſcunque mortalium res ſunt adminiſtraturi: ut & tantorum ducum redeuntes in memoriam, & res ab iis geſtas ob oculos ſibi proponentes, præclara illa facinora æmulentur; quæ quum repente videantur eſſe conjuncta cum temeraria quadam & periculoſa audacia; è contrario tamen & tuto audentur, & cum admiratione omniũ excogitantur: eademque, modò ſingula judicio adminiſtrentur, ſive habuerint exitum, ſive non habuerint, præclari animi & egregiæ voluntatis æternum præbent teſtimonium.

μὲν Σπάρτην ἔσωσαν· τὴν δὲ Μαντίνειαν, τὸ καθ' αὑτοὺς μέρος, ἀπέβαλον. Ῥωμαῖοι δὲ καὶ τὴν πατρίδα διεφύλαξαν, καὶ τὴν πολιορκίαν οὐκ ἔλυσαν· ἀλλ' ἔμειναν ἀσαλεύτως καὶ βεβαίως ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων· καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη τεθαῤῥηκότως προσέκειντο τοῖς Καπυανοῖς. Ταῦτα μὲν οὖν οὐχ οὕτω Ῥωμαίων ἢ Καρχηδονίων ἐγκωμίου χάριν εἰρήσθω μοι· τούτους μὲν γὰρ ἤδη πολλάκις ἐπεσημηνάμεθα· τὸ δὲ πλεῖον τῶν ἡγουμένων παρ' ἀμφοτέροις, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα μελλόντων χειρίζειν παρ' ἑκάστοις τὰς κοινὰς πράξεις· ἵνα τῶν μὲν ἀναμιμνησκόμενοι, τὰ δ' ὑπὸ τὴν ὄψιν λαμβάνοντες, ζηλωταὶ γίγνωνται . . . . παράβολον ἔχειν τι καὶ κινδυνῶδες. τοὐναντίον δὲ ἀσφαλῆ μὲν τὴν τόλμαν, θαυμασίαν δὲ τὴν ἐπίνοιαν, ἀείμνηστον δὲ καὶ καλὴν ἔχει τὴν προαίρεσιν· καὶ κατορθωθέντα καὶ διαψευσθέντα παραπλησίως, ἐὰν μόνον σὺν νῷ γένηται τὰ πραττόμενα.

Utrum recte fecerint Romani & ex utilitate ſua, cum ornamenta captarum urbium in patriam ſuam tranſportarunt.

Πότερον ὀρθῶς καὶ συμφερόντως αὐτοῖς οἱ Ῥωμαῖοι πάσης ἀεὶ τῆς ἁλούσης πόλεως τὸν κόσμον μετεκόμισαν εἰς τὴν ἑαυτῶν πατρίδα.

HÆC fuit cauſſa cur ſtatuerint Romani, omnia illa quę commemoravimus in patriam ſuam transferre, neque eorum quic-

ἘΚΡΙΘΗ μὲν οὖν διὰ τοῦτο τοῖς Ῥωμαίοις τὰ προειρημένα μετακομίζειν ἐς τὴν ἑαυτῶν 10

πατρί-

πατρίδα, καὶ μηδὲν ἀπολιπεῖν. πότερα δὴ ὀρθῶς τοῦτο καὶ συμφερόντως αὐτοῖς ἔπραξαν, ἢ τἀναντία, πολὺς ἂν εἴη λόγος· πλείων γε μὴν εἰς τὸ μὴ δεόντως σφίσι πεπρᾶχθαι, μηδ᾽ ἀκμὴν νῦν πράττεσθαι τοῦτο τοὔργον. Εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοιούτων ὁρμηθέντες προεβίβασαν τὴν πατρίδα, δῆλον ὡς εἰκότως ταῦτα μετέφερον εἰς τὴν οἰκείαν, δι᾽ ὧν ηὐξήθησαν. εἰ δ᾽ ἁπλουστάτοις χρώμενοι βίοις, καὶ πορρωτάτω τῆς ἐν τούτοις περιττότητος καὶ πολυτελείας ἀφεστῶτες, ὅμως ἐπεκράτουν τούτων ἀεὶ παρ᾽ οἷς ὑπῆρχε πλεῖστα καὶ κάλλιστα τὰ τοιαῦτα, πῶς οὐ νομιστέον εἶναι τὸ γινόμενον ὑπ᾽ αὐτῶν ἁμάρτημα; Τὸ γὰρ ἀπολιπόντας τὰ τῶν νικώντων ἔθη, τὸν τῶν ἡττωμένων ζῆλον ἀναλαμβάνειν, προσεπιδραττομένους ἅμα καὶ τὸν ἐξακολουθοῦντα τοῖς τοιούτοις φθόνον, ὃ πάντων ἐστὶ φοβερώτατον ταῖς ὑπεροχαῖς, ὁμολογούμενον ἂν εἴποι τις εἶναι τῶν πραττόντων ἁμάρτημα. Ὁ γὰρ οὕτως * ὁρμώμενος, οὐδέποτε μακαρίζει τοὺς τἀλλότρια κεκτημένους, οἷς φθονεῖ. ἅμα καί τις ἔλεος αὐτὸν ὑποτρέχει τῶν ἐξ ἀρχῆς ἀποβαλόντων. ἐπὰν δὲ καὶ προβαίνῃ τὰ τῆς δυναμείας, καὶ πάντα συνάγῃ πρὸς αὐτὸν τὰ τῶν ἄλλων, καὶ ταῦτα συγκαλεῖ τρόπον τινὰ τοὺς ἐστερημένους ἐπὶ θέαν, διπλάσιον γίγνεται τὸ κακόν.

quam in urbe capta relinquere. qui an recte hoc & conducibiliter fecerint, an ſecus, multifariam poteſt diſputari. plures tamen rationes ſuppeditant, quæ eam rem minus rectè & tunc eſſe factam, & nunc cùm maxime fieri evincant. Nam ſi ab ejuſcemodi profecti inſtitutis patriam ad hoc decus provexerunt, nemo dubitat idoneam fuiſſe cauſſam, cur iſta domum tranſportarent, per quæ videlicet res eorum augebantur. ſin autem ita eſt, ut quum ſimpliciſſimo vitæ genere uterentur, & ab hujus elegantiæ & magnificentiæ ſtudio abeſſent quàm longiſſime, eos populos tamen ſuperarent, apud quos hujus generis res & plurimæ erant & pulcherrimæ; quis neget peccatum debere cenſeri quod tunc fecerunt? Nam quoties aliquis relictis populi vincentis inſtitutis, eorum qui vincuntur mores æmulatur, ſine controverſia dici poteſt, delictum heic verſari ejus qui ita faciat: quum prę ſertim ſimul illa ſubeunda ſit, quæ talia ſolet comitari, invidia; res una omnium maxime potentatu præditis fugienda. Nam ut quiſque adſcititia hæc ornamenta fuerit contemplatus, is beatos nunquam prædicat illos qui aliena poſſident, quibus ipſe invidet. Simul aliqua animos hominum ſubit miſeratio illorum, quibus hæc ab initio fuerunt ablata. Deinde creſcente in dies ſucceſſu, ubi omnia quæ penes alios erant hic populus ad ſe converrerit; atque hæc ipſa aliquo forte caſu eos quibus fuerint erepta ſpectandi deſirint; tum verò duplex malum exiſtit. non

derio illectos, eodem congregave-

non enim alios jam miſerantur talium ſpectatores, ſed ſeipſos, dum præteritarum cladium ſuarum memoria eis refricatur. unde non invidia tantum, verum etiam iræ veluti fomes accenditur adverſus rerum potientes. Propriarum enim calamitatum recordatio, quaſi adhortatio quædam eſt ad odio habendos illarum auctores. Aurum enimvero atque argentum quod ſibi potentes congerunt, aliquam fortaſſe rationem habent. imperium enim in omnes capeſſere nequeant; niſi talium rerum inopiâ aliorum potentiam imminuerint, earundemque copiâ vireis ſibi paraverint. at quæ aliena ſunt ab illa quam diximus potentia, ea Romani poterant & comitantem invidiam ſimul, ibidem relinquere unde primo ſunt amota; ita ut patriæ ſuæ gloriam amplificarent; non tabulis & typis, ſed gravitate morum publicorum, & animi magnitudine ipſam decorantes. Atque hæc in eorum gratiam dicta mihi ſunto qui imperia vice quadam ſortiuntur alius poſt alium: ne dum ſuis ornamentis urbes ſpoliant, alienas calamitates decus eſſe patriæ ſuæ ſibi perſuadeant.

Digreſſio Polybii, Imperatoriæ artis capita præcipua continens.

Diſcrimen in rebus bellicis inter Actiones & Caſus ſive Euentus fortuitos.

Artis Imperatoriæ tria eſſe velut principia, Vſum rerũ bellicarũ, Hiſtoriã, Notitiam certarũ rerum via & ratione partã.

οὐ γὰρ ἔτι τοὺς πέλας ἐλεεῖν συμβαίνει τοὺς θεωμένους, ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς, ἀναμιμνησκομένους τῶν οἰκείων συμπτωμάτων. ἐξ ὧν οὐ μόνον φθόνος, ἀλλ' οἷον ὀργή τις ἐκκαίεται πρὸς τοὺς εὐτυχοῦντας. ἡ γὰρ τῶν ἰδίων περιπετειῶν ἀνάμνησις, ὡσανεὶ προτροπή τις ἐστὶ πρὸς τὸ κατὰ τῶν πραξάντων μῖσος. Τὸ μὲν οὖν τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἀθροίζειν πρὸς αὐτοὺς, ἴσως ἔχει τινὰ λόγον· οὐ γὰρ οἷόν τε τῶν καθόλου πραγμάτων ἀντιποιήσασθαι, μὴ οὐ τοῖς μὲν ἄλλοις ἀδυναμίαν ἐνεργασαμένους, σφίσι δὲ τὴν τοιαύτην δύναμιν ἑτοιμάσαντας. τὰ δ' ἐκτὸς ὑπάρχοντα τῆς προειρημένης δυνάμεως, ἦν ἐν τοῖς ἐξ ἀρχῆς τόποις ἅμα τῷ φθόνῳ καταλιπόντας ἐνδοξοτέραν ποιεῖν τὴν σφετέραν πατρίδα· μὴ γραφαῖς καὶ τύποις, ἀλλὰ σεμνότητι καὶ μεγαλοψυχίᾳ κοσμοῦντας αὐτήν. οὐ μὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰρήσθω μοι χάριν τῶν μεταλαμβανόντων ἀεὶ τὰς δυναστείας· ἵνα μὴ σκυλεύοντες τὰς πόλεις, κόσμον ὑπολαμβάνωσιν εἶναι ταῖς ἑαυτῶν πατρίσι τὰς ἀλλοτρίας συμφοράς.

Στοιχειώσεως Στρατηγικῆς τὰ συνέχοντα κεφάλαια ἐν ἐκβολῇ λόγου.

Ὅτι ἐν τοῖς πολεμικοῖς ἄλλ' αἱ πράξεις, ἄλλο περιπέτειαι καὶ συγχωρήσεις.

Ὅτι τῆς Στρατηγικῆς τρία οἱονεὶ στοιχεῖά ἐστι, τριβή, ἱστορία, ἐμπειρία μεθοδική.

Ὅτι τὰ ἐκ τῆς ἐμπειρίας προσδεῖται μαθήσεως καὶ θεωρημάτων· μάλιστα δὲ τῆς ἐξ Ἀστρολογίας καὶ Γεωμετρίας.

Ἡ τῆς ἐκ τῆς Ἀστρολογίας χρεία ἐν ταῖς πολεμικαῖς ἐπιβολαῖς πρὸς τὸ μὴ ἀστοχεῖν τοῦ καιροῦ.

Παραδείγματα στρατηγῶν ὅσοι παρὰ τὴν τοῦ καιροῦ ἀστοχίαν τῶν πράξεων διεσφάλησαν.

Ἡ τῆς ἀπὸ τῆς Γεωμετρίας χρεία.

Ἡ θεωρία τῆς συμμετρίας τῶν κλιμάκων.

Ἡ τῶν σχημάτων μετάληψις ἐν ταῖς στρατοπεδείαις.

Πῶς δεῖ ἐκ τῆς περιμέτρου τεκμαίρεσθαι τὰ μεγέθη.

Τῶν ὑπολαμβανόντων τὰς περικεκλασμένας καὶ βουνώδεις πόλεις πλείους οἰκίας κατέχεσθαι τῶν ἐπιπέδων ἔλεγχος, καὶ τοὐναντίου γραμμικὴ ἀπόδειξις.

11 ΠΟΛΛΗΝ μὲν ἐπισκέψεως χρείαν ἔχει τὰ συμβαίνοντα περὶ τὰς πολεμικὰς ἐπιβολάς. ἔστι δὲ δυνατὸν ἐν ἑκάστοις αὐτῶν εὐστοχεῖν, ἐὰν ξὺν νῷ τις πράττῃ τὸ προτεθέν. ὅτι μὲν οὖν ἐστι τῶν κατὰ πόλεμον ἔργων ἐλάττω τὰ προδήλως καὶ μετὰ βίας ἐπιτελούμενα τῶν μετὰ δόλου καὶ σὺν καιρῷ πραττ-

Ad tertium principium opus eſſe cognitione diſciplinarum mathematicarum; maxime autem Aſtrologia & Geometria.

Aſtrologicarum rerum uſus & neceſsitas in rebus bellicis ad certi temporis rationem feliciter ineundam.

Exempla Ducum quorum incepta propter rationem temporis perperam initam, in irritum ceciderunt.

Geometricarum rerum uſus & neceſsitas.

Ratio commetiendi ſcalas cum muro.

Figurarum alia atq; alia uſurpatio in caſtrametationibus.

Quomodo ex ambitu magnitudinem liceat conjectare.

Elenchus eorum qui exiſtimant urbes ſoli inæqualis plures domos continere, iis quarum eſt ſolum planum: & contrariæ ſententiæ probatio linearis.

MULTA circunſpectione opus habent quæ circa bellicæ rei incepta ſolent uſuvenire. Poteſt verò aliquis ſingula quæ inſtituerit perficere, ſi judicium certum ad propoſiti ſui exſecutionem adhibuerit. Porro militarium conſiliorum pauciora eſſe quæ palàm & aperta vi perficiuntur, quàm quæ dolo & per occaſionem patrantur; facile

facile ſit cuivis, modò velit, ex rebus antea geſtis cognoſcere. rurſus autem eorum quæ oblata occaſione fiunt, plura eſſe quæ aliquo peccato corrumpantur, iis quæ lætum finem ſortiantur; ne id quidem difficile cognitu fuerit, ſi rerum eventus ſpectentur. Illud quoque nemo in dubium vocaverit, eorum qui rebus gerendis præſunt, inſcitiâ aut negligentiâ plerunque peccata admitti. Quonam igitur pacto ejuſmodi inceptâ diſponi atq; adminiſtrari rectè queant, conſiderare jam licet. Enimvero quęcunq; in rebus bellicis ſine certo propoſito accidunt, ea non res geſtas appellare convenit, ſed caſus potius & fortuitos eventus: impręſentiarũ igitur illa fortuita, quoniam rationem nullam habent ſtabilem, neque ullius artis præceptionibus parabilem, prætermittantur: atque ea tantum explicentur, quæ deſtinato conſilio fiunt, de quibus hic eſt ſermo inſtitutus. Quum igitur omnis actio tempus ſibi definitum habeat, ſpatio temporis certo conſiat, & loco, latere etiam debeat; notis item indigeat, vel ſignis de quibus convenerit, necnon iis per quos & quibuſcum geratur, & modo certo quo ſit gerenda; palàm eſt, eum qui ſingula horum fuerit aſſecutus, propoſito non aberraturum: ſin verò aliquis unum iſtorum neglexerit, univerſum ejus inceptum fruſtra futurum. Adeo Natura, ut excogitata conſilia exitum ne habeant, unam quamvis levem è partibus totius voluit ſufficere; quum ut propoſitum aſſequaris, vix cunctæ ſufficiant. Iccirco qui rebus gerendis pręſunt nihil quicquam

τομένων, εὐχερὲς τῷ βουλομένῳ καταμαθεῖν ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων· ὅτι γε μὴν αὐτῶν τῶν ἐν καιρῷ πάλιν ἐνεργουμένων πλείω γίγνεται τὰ διαμαρτανόμενα τῶν κατορθουμένων, οὐδὲ τοῦτο γνῶναι χαλεπὸν ἐκ τῶν συμβαινόντων. καὶ μὴν διότι παρὰ τὰς τῶν ἡγουμένων ἀγνοίας ἢ ῥαθυμίας ἐπιτελεῖται τὰ πλεῖστα τῶν ἁμαρτημάτων, οὐδεὶς τοῦτ' ἀπορήσειε. τίς οὖν ὁ τρόπος τῆς τοιαύτης διαθέσεως, σκοπεῖν ἤδη πάρεστι. Τὰ μὲν οὖν ἀπροθέτως ἐν τοῖς πολεμικοῖς συμβαίνοντα, πράξεις μὲν οὐδαμῶς ἁρμόζει λέγειν, περιπετείας δὲ καὶ συγκυρήσεις μᾶλλον· διὸ καὶ λόγον οὐκ ἔχοντα μεθοδικὸν, οὐδ' ἑστῶτα, παραλειπέσθω· τὰ δὲ κατὰ πρόθεσιν ἐνεργούμενα, ταῦτα δηλούσθω, περὶ ὧν ὁ νῦν δὴ λόγος. Πάσης δὴ πράξεως ἐχούσης καιρὸν ὡρισμένον, καὶ διάστημα καὶ τόπον, καὶ προσδεομένης τοῦ λαθεῖν, καὶ συνθημάτων ὡρισμένων, ἔτι δὲ καὶ δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν, καὶ τίνι τρόπῳ πραχθήσεται· φανερὸν ὡς ὁ μὲν ἑκάστου τούτων εὐστοχήσας, οὐχ ἁμαρτήσεται τῆς ἐπιβολῆς· ὁ δ' ἑνὸς ὀλιγωρήσας, σφαλήσεται τῆς ὅλης προθέσεως. Οὕτως ἡ φύσις πρὸς τὰς ἀποτυχίας τῶν ἐπινοηθέντων, ἱκανὸν ἓν καὶ τὸ τυχὸν ἐποίησε τῶν κατὰ μέρος· πρὸς δὲ τὸ κατορθοῦν μόλις ἱκανὰ πάντα. Διὸ χρὴ μηδενὸς ἀφρον- Iii

λιπεῖν ἐν ταῖς τοιαύταις ἐπιβολαῖς τοὺς ἡγουμένους. ἔστι δ' ἀρχὴ μὲν τῶν προειρημένων τὸ σιγᾶν· καὶ μήτε διὰ χαρὰν παραδόξου προφαινομένης ἐλπίδος, μήτε διὰ φόβον, μήτε διὰ συνήθειαν, μήτε διὰ φιλοστοργίαν, μεταδιδόναι μηδενὶ τῶν ἐκτός. αὐτοῖς δὲ κοινοῦσθαι τούτοις, ὧν χωρὶς οὐχ οἷόν τε τὸ προτεθὲν ἐπὶ τέλος ἀγαγεῖν· καὶ τούτοις μὴ πρότερον, ἀλλ' ὅταν ὁ τῆς ἑκάστου χρείας καιρὸς ἐπαναγκάζῃ· χρὴ δὲ σιγᾶν μὴ μόνον τῇ γλώττῃ, πολὺ δὲ μᾶλλον τῇ ψυχῇ. Πολλοὶ γὰρ ἤδη κρύψαντες τοὺς λόγους, ποτὲ μὲν δι' αὐτῆς τῆς ἐπιφάσεως, ποτὲ δὲ καὶ διὰ τῶν πραττομένων, φανερὰς ἐποίησαν τὰς ἑαυτῶν ἐπινοίας. Δεύτερον δ' ἐπεγνωκέναι τὰς ἡμερησίας καὶ νυκτερινὰς πορείας, καὶ τὰ διανύσματα τούτων, μὴ μόνον κατὰ γῆν, ἀλλὰ καὶ κατὰ θάλατταν. Τρίτον καὶ μέγιστον, καὶ μέγιστον, τῶν ἐκ τοῦ περιέχοντος καιρῶν ἔχειν ἔννοιαν, καὶ δύνασθαι τάξαι κατὰ τὸ κριθὲν εὐστοχεῖν. Καὶ μὴν οὐδὲ τὸν τρόπον τῆς πράξεως ἐν μικρῷ θετέον. ἐπειδὴ πολλάκις παρὰ τοῦτο τὰ μὲν ἀδύνατα δοκοῦντα εἶναι δυνατὰ, τὰ δὲ δυνατὰ πέφυκεν ἀδύνατα. Τὸ δὲ τελευταῖον, συνθημάτων καὶ παρασυνθημάτων, ἔτι δὲ ἐκλογῆς, δι' ὧν καὶ μεθ' ὧν ἐνεργηθήσεται τὸ κριθὲν, οὐκ ὀλιγωρητέον. Τῶν δὲ προειρημένων τὰ μὲν ἐκ τριβῆς, τὰ δ' ἐξ

in ejuſmodi inceptionibus omittere debent, quod cura ſua non complectantur. Omnium porrò quæ diximus, primum eſt ſilentium: & ut neque ob gaudium lętę ſpei ex inopinato tibi oſtenſæ, vel ob metum, aut aliquam familiaritatem, vel charitatem erga tuos affectus, rem gerendam ulli eorum participes ad quos illa nihil pertinet: ſed iis ſolis communices ſine quibus perduci ad finem propoſitũ non poteſt; & his quoque, non antè quàm uſu poſtulante cujuſque rei, neceſſitate cogaris. Silere autem oportet, non lingua duntaxat, ſed animo multo magis. Etenim ſępius factum, ut multi qui rem, quod ad verba, clam habuerant, partim vultu ipſo quem præ ſe ferebant, alii per ea quæ gerebant, conſilia quæ animo verſabant, manifeſtarent. Proximum eſt, ut diurna nocturnaque itinera probe ſint nota, & eorum conficiendorum quis ſit modus, non ſolum terra, verùm etiam mari. Tertium & maximum eſt, ut temporum, quæ cœli obſervationibus diriguntur, notitiam habeas, & ut poſſis earum rationes ei quod agere decreveris, ſine ullo errore accommodare. Sed nec rei gerendæ modum parvi pendere oportet: quoniam ſæpe per hanc obſervationem uſuvenit, ut quæ videbantur fieri non poſſe, fierent; ea fieri non poſſent, quæ facilia exiſtimabantur. Poſtremo negligendę non ſunt teſſerę & ſigna ſive vocalia ſive muta, item eorũ diligens electio per quos & quibuſcum res ſuſcepta peragetur. Horum autem quæ ſunt à nobis commemorata, alia uſu & experientia cognoſcuntur,

ſcuntur, alia ex hiſtoria; quorundam notitia arte & præceptis eſt parabilis. Optimum ſane eſt ducem ipſum vias habere notas, & locum ad quem eſt veniendum, & loci naturam: ad hæc per quos & quibuſcum rem ſit acturus. ſin minus, proximum illud eſt, ut accuratè omnia inquirat, neque temerè fidem cuivis habeat. eorum verò fidei qui ad expeditiones hoc genus viam præeunt, pignora penes eos ſemper teneri oportet, qui à tergo ſequuntur. Sed iſta quæ vel propria cognoſcuntur experientia, vel ex hiſtoria, ipſi fortaſſe duces per ſe aſſiduo uſu verſandi inter milites, ſibi acquirere valeant: illa verò arte & præceptis parabilis notitia, opus habet diſciplina & obſervationibus; illis potiſſimum, quæ ex Aſtrologia & Geometria petuntur. quarum ſcientiarum argumentum, ad præſens quidem inſtitutum quod attinet, non eſt ſane magnum: uſus verò magnus & qui ad noſcendas varietates temporum de quibus diximus, plurimum poſſit adjuvare. cæterum ejus argumenti pars maxime neceſſaria ea eſt, quæ noctium ac dierum ſpatia contemplatur. quæ ſi æqualia ſemper eſſent, nihil prorſus in ea re foret laboris, quam vulgo omnes haberent cognitam. ſed quia non ſolùm dies noctesque inter ſe differunt, verùm etiam dies à die, nox à nocte, liquidò claret, ſciri neceſſario debere quæ ſit amborum creſcendi aut minuendi ratio. nam qui horum diſcrimina ignoraverit, quomodo itineris uno die putà aut nocte conficiendi ita rationem inibit, ut propoſitum aſſequatur? ſed nec pervenire

ἱστορίας, τὰ δὲ κατ' ἐμπειρίαν μεθοδικὴν θεωρεῖται. κάλλιστον 13
μὲν οὖν τὸ γινώσκειν αὐτὸν καὶ τὰς ὁδοὺς, καὶ τὸν τόπον ἐφ' ὃν δεῖ παραγενέσθαι, καὶ τὴν φύσιν τοῦ τόπου, πρὸς δὲ τούτοις, δι' ὧν μέλλει, καὶ μεθ' ὧν πράττειν. δεύτερον δὲ ἱστορεῖν ἐπιμελῶς, καὶ μὴ πιστεύειν τοῖς τυχοῦσι. τὴν δὲ τῶν καθηγουμένων πίστιν ἐπί τι τῶν τοιούτων ἐν τοῖς ἑπομένοις ἀεὶ δεῖ κεῖσθαι. ταῦτα μὲν οὖν καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια δυνατὸν ἴσως καὶ δι' αὐτῆς τῆς στρατιωτικῆς τριβῆς περιγίγνεσθαι τοῖς ἡγουμένοις, τὰ μὲν ἐξ αὐτουργίας, τὰ δ' ἐξ ἱστορίας. τὰ δ' ἐκ τῆς ἐμπειρίας, προσδεῖται μαθήσεως καὶ θεωρημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἐξ ἀστρολογίας καὶ γεωμετρίας. ὧν τὸ μὲν ἔργον, οὐ μέγα πρός γε ταύτην τὴν χρείαν· τὸ δὲ χρῆμα μέγα, καὶ μεγάλα συνεργεῖν δυνάμενον πρὸς τὰς προειρημένας μεταβολάς. Ἀναγκαιότατον δ' αὐτοῦ τὸ περὶ τὰς νυκτερινὰς θεωρίας, καὶ τὰς ἡμερινάς. εἰ μὲν γὰρ ἴσας εἶναι συνέβαινε ταύτας ἀεὶ, οὐδ' ἧστινοσοῦν ἀσχολίας τὸ πρᾶγμα προσεδεῖτο· κοινὴ δ' ἂν ἦν ἁπάντων ἡ γνῶσις. ἐπεὶ δ' οὐ μόνον ἔχει τὰ προειρημένα πρὸς ἄλληλα διαφορὰν, ἀλλὰ καὶ πρὸς αὑτά· δῆλον ὡς ἀνάγκη γινώσκειν τὰς αὐξήσεις καὶ μειώσεις ἑκατέρων. πῶς γὰρ ἄν τις εὐστοχήσειε πορείας καὶ διανύσματος ἡμερησίου, πῶς δὲ νυκτερινοῦ, μὴ κατανοήσας τὰς τῶν προειρημένων διαφοράς. καὶ μὴν οὐδὲν πρὸς τὸν δέοντα και-

ρῶν ἐξικέσθαι δυνατὸν ἄνευ τῆς τούτων ἐμπειρίας· ἀλλὰ ποτὲ μὲν ὑστερεῖν, ποτὲ δὲ προτερεῖν ἀνάγκη. Μεῖζον δὲ τὸ προτερεῖν ἐν μόνοις τούτοις ἁμάρτημα τοῦ καθυστερεῖν. ὁ μὲν γὰρ ὑπεράρας τὸν ὡρισμένον καιρὸν, αὐτῆς ἀποτυγχάνει τῆς ἐλπίδος. τὸ γὰρ γεγονὸς ἐξ ἀποστήματος ἐπιγνοὺς, αὖθις ἀπολύεται μετ' ἀσφαλείας. ὁ δὲ προειρημένος λαβὼν τὸν καιρὸν, ἐγγίσας καὶ γνωρισθεὶς, οὐ μόνον ἀποτυγχάνει τῆς ἐπιβολῆς, ἀλλὰ καὶ κινδυνεύει τοῖς ὅλοις. Κρατεῖ δ'
14 ἐπὶ πάντων μὲν τῶν ἀνθρωπείων ἔργων ὁ καιρός· μάλιστα δὲ τῶν πολεμικῶν. Διὸ προχείρως ἰστέον τῷ στρατηγῷ τροπὰς ἡλίου θερινὰς, καὶ χειμερινὰς, ἔτι δ' ἰσημερίας, καὶ τὰς μεταξὺ τούτων αὐξήσεις καὶ μειώσεις ἡμερῶν καὶ νυκτῶν. οὕτω γὰρ ἂν μόνως δύναιτο συμμετρεῖσθαι πρὸς λόγον τὰ διανύσματα καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν. Καὶ μὴν τοὺς κατὰ μέρος καιροὺς ἀναγκαῖον εἰδέναι, καὶ τοὺς τῆς ἡμέρας καὶ τοὺς τῆς νυκτὸς, πρὸς τὸ γινώσκειν πηνίκα ποιητέον καὶ τὰς ἐγέρσεις καὶ τὰς ἀναζυγάς. οὐ γὰρ οἷόν τε τοῦ τέλους τυγχάνειν, μὴ οὐ τῆς ἀρχῆς εὐστοχήσαντα. τοὺς μὲν οὖν τῆς ἡμέρας καιροὺς τῇ σκιᾷ συνθεωρεῖν οὐκ ἀδύνατον· ἔτι δὲ τῇ κατὰ τὸν ἥλιον πορείᾳ, καὶ τοῖς ἐπὶ τοῦ κόσμου γινομένοις αὐτοῦ τούτου διαστήμασι. τοὺς δὲ τῆς νυκτὸς δυσχερὲς, ἐὰν μή τις ἐπὶ τοῦ φαινομένου τῇ τῶν δώδεκα ζωδίων οἰκονομίᾳ καὶ τάξει συμπεριφέρηται. πάνυ γὰρ καὶ τοῦτο ῥᾴδιον τοῖς τὰ Φαινόμενα πεπολυπραγμονηκόσιν. Ἐπεὶ γὰρ ἀνίσων οὐσῶν

aliquò tempeſtivè queas horum cognitione deſtitutus : quum modò tardius, modò maturius neceſſario ſis venturus. Gravius autem peccatum eſt in hoc uno rerum genere, maturius quàm tardius venire. nam qui tempus conſtitutum exceſſit, eum præſens dumtaxat ſpes fruſtratur. ubi enim procul adhuc poſitus peccatum agnovit, ſecure inde ſe recipit. alter vero ille, poſtquam acceſſit propius, & agnitus eſt, non ſolum re infecta diſcedit: ſed etiam ad ultimum periculi pervenit. Occaſio autem cum in omnibus hominum actionibus dominatur, tum in bellicis maxime. Itaque in numerato habere Imperatorem oportet æſtivas hibernaſque Solis converſiones, necnon æquinoctium utrumque, & dierum noctiumque incrementa aut decrementa, quæ inter puncta contingunt. hoc enim ſolo modo poterit recta ratione commetiri cum tempore iter, ſive terra ſive mari conficiendum. quinetiam temporum partes ſcire oportet, tam diei quam noctis: ut ſciat quanam hora & evigilandum ſit, & proficiſcendum. Nemo enim negotii optatum finem aſſequetur, niſi qui principia bene poſuerit. Ac diei quidem tempora ex umbra poſſumus inveſtigare, & Solis meatu; necnon è notatis ſupra terram ejuſdem intervallis. noctis verò haut facile eſt, niſi quis ea quæ in cœlo apparent ſidera contuens, duodecim ſignorum diſpoſitionem atque ordinem valeat aſſequi. nam iis quidem id facillimum eſt, qui in Phænomenorum ſive Shæræ doctrina paullo diligentius fuerint verſati:

quoniam

quoniam enim, etſi inæquales ſint noctes, omni tamen nocte ſigna Zodiaci ſex ſupra horizontem attolluntur; apparet neceſſum eſſe, ut iiſdem partibus cujuſvis noctis partes Zodiaci æquales ſupra terram emergant. Quum igitur notum fuerit, ecquam portionem Signiferi Sol interdiu obtineat; perſpicuum eſt, poſt ejus occaſum linea per diametrum ducta ſecari circulum debere: tum autem quanta Zodiaci pars poſt ductam lineam conſpicietur aſcendiſſe, tantam ſemper noctis partem eſſe confectam rationi eſt conſentaneum. quod ſi quis ſignorum & numerum & magnitudinem dignoſcere potuerit, pendet ex his partium nocturni temporis obſervatio. Nubilo noctis Lunę attendendum eſt. nam propter illius ſideris magnitudinem, in quacunque cœli ſit regione, ut plurimum ejus lumen ſemper apparet. & interdum quidem, tum è tempore quod proximum eſt ortui ducenda eſt conjectura, tum ex orientali quoque plaga; interdum verò contra ab occaſus tempore & loco. prius autem tantam hujus quoque partis cognitionem peperiſſe oportet, ut differentiæ omnes probe intelligantur, quæ in ortu Lunæ per dies ſingulos contingunt. Facilis porrò eſt rationum hujus quoque ſideris obſervatio. ejus quippe rei ſcientia uno, ut ſic dicam, menſe abſolvitur; cui ſenſus judicio cæteri omnes ſunt ſimiles. Atque hoc nomine poëtam meritò aliquis laudaverit, qui peritiſſimum illum imperatorię artis virum, Vlyſſem inducit, non ea ſolùm quæ ad navigationem pertinent ex aſtris cōjectantem, verùm etiam quę ad actiones ſpe-

τῶν νυκτῶν, ὅμως ἐν πάσῃ τῇ νυκτὶ τῶν δώδεκα ζῳδίων ἓξ ἀναφέρεσθαι συμβαίνει, φανερὸν ὡς ἀναγκαῖον ἐν τοῖς αὐτοῖς μέρεσι πάσης νυκτὸς ἴσα μέρη τῶν δώδεκα ζῳδίων ἀναφέρεσθαι. τοῦ δ᾽ ἡλίου γνωριζομένου καθ᾽ ἡμέραν, ποίαν μοῖραν ἐπέχει, δῆλον ὡς δύναντος τούτου τὴν κατὰ διάμετρον ἐπιτέμνειν ἀνάγκη· λοιπὸν ὅσον ἂν τὸ μετὰ ταύτην μέρος ἀναπεπτακὸς φαίνηται τοῦ ζῳδιακοῦ, τοσοῦτον εἰκὸς ἠνύσθαι τῆς νυκτὸς ἀεί. γνωριζομένων δὲ τῶν ζῳδίων καὶ κατὰ τὸ πλῆθος καὶ κατὰ τὸ μέγεθος, τοιούτους γίγνεσθαι μετὰ ταῦτα συμβαίνει καὶ τοὺς κατὰ μέρος καιροὺς τῆς νυκτός. Ἐν δὲ ταῖς συννεφέσι νυξὶ τῇ σελήνῃ προσεκτέον· ἐπεὶ διὰ τὸ μέγεθος ὡς ἐπίπαν ἀεὶ τὸ ταύτης ἐμφαίνεται φῶς, καθ᾽ ὃν ἂν ᾖ τόπον τοῦ κόσμου. καὶ ποτὲ μὲν ἐκ τῶν περὶ τὰς ἀνατολὰς καιρῶν καὶ τόπων στοχαστέον· ποτὲ δὲ πάλιν ἐκ τῶν περὶ τὰς δύσεις. προϋπαρχούσης καὶ περὶ τοῦτο τὸ μέρος ἐννοίας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε συμπεριφέρεσθαι ταῖς καθ᾽ ἡμέραν διαφοραῖς τῶν ἀνατολῶν. ἔστι δὲ τρόπος εὐθεώρητος καὶ περὶ ταύτην· ὅρος γὰρ εἷς μὴν ὡς τύπῳ, καὶ πρὸς αἴσθησιν τοιοῦτοι πάντες. Ηι καὶ τὸν ποιητὴν ἄν τις ἐπαινέσειε, διότι παρεισάγει τὸν Ὀδυσσέα τὸν ἡγεμονικώτατον ἄνδρα, τεκμαιρόμενον ἐκ τῶν ἄστρων, οὐ μόνον τὰ κατὰ τοὺς πλοῦς, ἀλλὰ καὶ τὰ περὶ τὰς ἐν τῇ γῇ πρά-

ξεις. ἱκανὰ γὰρ καὶ τὰ παράδοξα γιγνόμενα τυγχάνειν προνοίας ἀκριβοῦς, εἰς τὸ πολλὴν ἀπορίαν παρασκευάζειν, καὶ πολλάκις· οἷον ὄμβρων καὶ ποταμῶν ἐπιφοραὶ, καὶ πάγων ὑπερβολαὶ, καὶ χιόνες, ἔτι δὲ ὁ καπνώδης καὶ συννεφὴς ἀὴρ, καὶ τἄλλα τὰ παραπλήσια τούτοις. Εἰ δὲ καὶ περὶ ὧν δυνατόν ἐστι προϊδέσθαι, καὶ τούτων ὀλιγωρήσομεν, πῶς οὐκ εἰκότως ἐν τοῖς πλείστοις ἀποτευξόμεθα δι᾽ αὐτούς; Διόπερ οὐκ ἀφροντιστητέον οὐδενὸς τῶν προειρημένων, ἵνα μὴ τοιούτοις ἀλογήμασι περιπίπτωμεν, οἵοις φασὶ περιπεσεῖν ἑτέρους τε πλείους, καὶ τοὺς νῦν ὑφ᾽ ἡμῶν λέγεσθαι μέλλοντας
16 ὑποδείγματος χάριν. Ἄρατος ὁ τῶν Ἀχαιῶν στρατηγὸς ἐπιβαλόμενος πραξικοπεῖν τὴν τῶν Κυναιθέων πόλιν, συνετάξατο πρὸς τοὺς ἐκ τῆς πόλεως αὐτῷ συνεργοῦντας ἡμέραν· ἐν ᾗ τὸν μὲν Ἄρατον ἔδει νυκτὸς παραγενηθέντα πρὸς τὸν ἀπὸ Κυναίθης ῥέοντα ποταμὸν, ὡς ἐπὶ * πρεπίου μένειν ἐγχολήσαντα μετὰ τῆς δυνάμεως· τοὺς δ᾽ ἔνδοθεν περὶ μέσον ἡμέρας ὅτε λάβοιεν τὸν καιρὸν, ἕνα μὲν αὐτῶν μεθ᾽ ἡσυχίας ἐν ἱματίῳ διὰ τῆς πύλης ἐκπέμψαι, καὶ κελεῦσαι προελθόντα στῆναι πρὸ τῆς πόλεως ἐπὶ τὸν συνταχθέντα τάφον· τοὺς δὲ λοιποὺς προσενεγκεῖν τὰς χεῖρας τοῖς ἄρχουσι κοιμωμένοις κατὰ μέσον ἡμέρας, τοῖς εἰθισμένοις τηρεῖν τὸν πυλῶνα. Γινομένου δὲ τούτου, σπουδῇ καταταχεῖν τοὺς Ἀχαιοὺς ἐκ τῆς ἐνέδρας ἔδει πρὸς τὸν πυλῶνα. Τούτων

ctant in terris gerendas. Nam etiam illa quę cum admiratione hominum ſolent evenire, putà, effuſiones imbrium, incrementa amnium, repentina gelicidii & nivium vehementia, item aër denſa caligine ceu fumo obſcuratus & ſimilia his alia provideri ita exactè queunt, ut hac ratione hoſtem in magnas ſępè conjicias difficultates. Quod ſi etiam illa neglexerimus quę poſſunt præſciri, quis non videt rationi conſentaneum eſſe, ut pleraque noſtra conſilia ad irritum per noſmetipſos cadant? Quamobrem nullius eorum quæ antè diximus cura omittenda, ne in ejuſmodi errores incidamus, in quos tum alii plures feruntur incidiſſe, tum etiam ii quorum heic gratiâ exempli mentionem ſumus facturi. Aratus Pretor Achæorum, Cynæthenſium urbem proditione capere aggreſſus, diem cum iis quorum opera intra muros utebatur conſtituit; quo die oportebat, ut ipſe ad amnem Cynætha delabentem adeſſet, eoque loci pluſculum temporis cum copiis quieſceret, atque exſpectaret, conjurati vero in urbe circa meridiem, ubi primum nacti eſſent occaſionem, unum è ſuis cum pallio, nullo ſtrepitu porta emitterent, qui Aratum juberet propius urbem accedere, & juxta tumulum quendam de quo conveniſſet pro mœnibus conſiſtere: dum cæteri interim Polemarchis qui portam ſoliti cuſtodire, meridiano ſomno indulgentibus manus inferrent: quo facto, Achæos ex inſidiis exilire oportebat, & ad occupandum portam ea celeritate occurrere, ut propugnatores anteverterent. His ita conſti-

conſtitutis, ubi rei agendæ tempus advenit, adeſt Aratus, & ſecundum amnem ſe occultans, ſignum præſtolatur. Erant cuidam oves delicatæ, (pellitas alii vocant) ejus generis, quod circa urbem ſolet paſci. hic hora diei circiter quinta aliquid rei privatæ tum forte ſciſcitari cupiens à paſtore, palliatus urbe exiit: & eidem illi tumulo inſiſtens, paſtorem oculos huc illuc circunferens quærebat. Aratus & qui illi aderant, datum ſibi eſſe ſignum rati, curriculò omnes ad urbem contendunt. quum repente ſtatio cuſtodum portam clauſiſſet, (nihil dum enim conjurati intra muros paraverant;) non ſolùm ab incepto depulſus eſt Aratus, ſed etiam in cauſſa fuit, ut cives qui ejus conatus adjuvabant, mala experirentur graviſſima. deprehenſi enim in re manifeſta, ac ſtatim producti, perierunt. Ecquam igitur ejus calamitatis fuiſſe cauſſam dicemus? quod nempe dux ſignum ſimplex conſtituerat: ut qui juvenis admodum tunc eſſet, neque ullum penitus obſervationis exactæ duplicium ſignorum, quà vocalium, quà mutorum, uſum haberet. Adeo res bellicæ parvo momento poſſunt impelli, ut vel hunc, vel contrarium exitum ſortiantur. Cleomenes quoque Rex Spartæ quum urbem Megalopolim proditione clandeſtina capere propoſuiſſet, cum iis qui in parte mœnium ad Speluncam nuncupata cuſtodias agebant conſtituit, noctu ſe eo venturum tertia vigilia: nam id erat tempus quo murorum cuſtodiam obituri erant proditores. Sed non præviderat Cleomenes, noctes

τῶν διαπεπραγμένων, καὶ τοῦ καιροῦ συνάψαντος, ὁ μὲν Ἄρατος ἧκε, καὶ κρυφθεὶς κατὰ τὸν ποταμόν, ἔμενε τηρῶν τὸ σύνθημα. περὶ δὲ πέμπτην ὥραν ἔχων τις πρόβατα μαλακὰ τῶν εἰθισμένων περὶ πόλιν τρέφειν, δεηθεὶς ἐκ τοῦ καιροῦ πύθεσθαί τι τοῦ ποιμένος ἰδιωτικόν, ἐξῆλθε διὰ τῆς πύλης ἐν ἱματίῳ· καὶ στὰς ἐπὶ τὸν αὐτὸν τάφον, περιεβλέπετο τὸν ποιμένα. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄρατον ἀποδεδόσθαι σφίσι τὸ σύνθημα νομίσαντες, σπουδῇ πρὸς τὴν πόλιν ἐφέροντο πάντες. ταχὺ δὲ τῆς πύλης κλεισθείσης ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων, διὰ τὸ μηδέπω μηδὲν ὑπὸ τῶν ἔνδον ἡτοιμάσθαι, συνέβη μὴ μόνον τῆς πράξεως ἀποτυχεῖν τοὺς περὶ τὸν Ἄρατον· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τῆς πόλεως συμπράττουσιν αἰτίους γενέσθαι τῶν μεγίστων συμπτωμάτων· καταφανεῖς γὰρ γενόμενοι, παραχρῆμα προσαχθέντες ἀπέθανον. Τί οὖν εἴποι τις ἂν τῆς περιπετείας αἴτιον γεγονέναι; τὸ ποιήσασθαι τὸν στρατηγὸν ἁπλοῦν τὸ σύνθημα, νέον ἀκμὴν ὄντα, καὶ τῆς τῶν διπλῶν συνθημάτων καὶ παρασυνθημάτων ἀκριβείας ἄπειρον. οὕτως αἱ πολεμικαὶ πράξεις ἐν μικρῷ τὸ διαφέρον ἔχουσι τῆς ἐφ' ἑκάτερα ῥοπῆς τῶν ἐκβαινόντων. Καὶ 17
μὴν Κλεομένης ὁ Σπαρτιάτης προθέμενος διὰ πράξεως ἑλεῖν τὴν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν, συνετάξατο τοῖς τὸ τεῖχος φυλάττουσι, τὸ κατὰ τὸν Φωλεὸν καλούμενον, νυκτὸς ἥξειν μετὰ τῆς δυνάμεως κατὰ τρίτην φυλακήν· ταύτην γὰρ ἐφύλαττον τὸν καιρὸν τὸ τεῖχος οἱ συμπράττοντες αὐτῷ. οὐκέτι δὲ προνοηθείς, ὅτι περὶ τὰς

τῆς Πλειάδος ἐπιτολὴν τελέως ἤδη βραχείας εἶναι συμβαίνει τὰς νύκτας, ἐκίνησε τὴν δύναμιν ἐκ τῆς Λακεδαίμονος περὶ δυσμὰς ἡλίου. λοιπὸν, οὐ δυνάμενος καταταχεῖν, ἀλλὰ τῆς ἡμέρας καταλαμβανούσης, εἰκῇ καὶ ἀλόγως βιαζόμενος, αἰσχρῶς ἐξέπεσε, πολλοὺς ἀποβαλὼν, καὶ κινδυνεύσας τοῖς ὅλοις· ὃς εἰ κατὰ τὸ συνταχθὲν ηὐστόχησε τοῦ καιροῦ, καὶ κρατούντων τῆς εἰσόδου τῶν συνεργούντων εἰσήγαγε τὴν δύναμιν, οὐκ ἂν διεψεύσθη τῆς ἐπιβολῆς. Πάλιν ὁμοίως Φίλιππος ὁ βασιλεὺς, ὡς ἐπάνω προεῖπον, πρᾶξιν ἔχων ἐκ τῆς τῶν Μελιταιέων πόλεως, κατὰ δύο τρόπους ἥμαρτε· καὶ γὰρ τὰς κλίμακας ἐλάττους ἔχων ἦλθε τῆς χρείας, καὶ τοῦ καιροῦ διέπεσε. συνταξάμενος γὰρ ἥξειν περὶ μέσας νύκτας κατακεκοιμημένων ἤδη πάντων, πρὸ τοῦ δέοντος καιροῦ κινήσας ἐκ Λαρίσσης, καὶ προσπεσὼν πρὸς τὴν τῶν Μελιταιέων χώραν, οὔτ' ἐπιμένειν ἐδύνατο, δεδιὼς μὴ προσαγγελθείη τοῖς ἔνδον, οὔτ' ἀνακάμψας ἔτι λαθεῖν. Διόπερ ἀναγκαζόμενος εἰς τοὔμπροσθεν προάγειν, ἧκε πρὸς τὴν πόλιν, ἀκμὴν τῶν ἀνθρώπων ἐγρηγορότων. ὅθεν οὐδὲ διὰ τῶν κλιμάκων ἠδύνατο βιάζεσθαι, διὰ τὴν ἀσυμμετρίαν· οὔτε διὰ τῆς πύλης εἰσελθεῖν, τῷ μὴ δύνασθαι τοὺς ἔνδον αὐτῷ συνεργεῖν διὰ τὸν καιρόν. τέλος διερεθίσας τοὺς ἐν τῇ πόλει, καὶ πολλοὺς τῶν ἰδίων ἀποβαλὼν, μετ' αἰσχύνης ἄπρακτος ἐπανῆλθε· πᾶσι καὶ τοῖς ἄλλοις παρηγγελκὼς ἀπιστεῖν αὐτῷ καὶ φυ-

circa Pleiadum exortum eſſe breviſſimas: itaque profectus Lacedæmone ſub occaſum Solis cum exercitu, quum id ſpatium tam celeriter perficere non potuiſſet; quin prius dies illuceſceret, temere ac contra rationem per vim conatus irrumpere, multis ſuorum amiſſis, de ſumma re periclitatus, cum ignominia eſt repulſus: qui ſi tempus quod conſtitutum fuerat, recte obſervaſſet, fautores ejus portam occupaſſent, per quam ipſe copias ſuas introduxiſſet, neque eum ſpes fefelliſſet, quam de ſuo incepto conceperat. Similiter & Philippus, ſicut jam ante expoſuimus, inſtituta cum nonnullis ex urbe Melitæenſium proditione, duplicem errorem admiſit: nam & ſcalas breviores attulit, quàm ut uſui eſſe poſſent, & ab opportuno rei agendę tempore aberravit. conſtituerat ſe circa mediam noctem, quando omnes tenet ſomnus, venturum: ſed maturius quàm par erat Lariſſa profectus, ubi ſemel in agrum Melitæenſium irrupiſſet, neque moram trahere poterat, metuens ne oppidani ſui adventus fierent certiores; neque autem latere, ſi pedem retro ferret. igitur ulterius pergere coactus, ad urbem acceſſit, cunctis in ea cum maxime vigilantibus. unde evenit, ut neque per ſcalas irrumpere poſſet, ob modum ipſarum inæqualem; neque per portam ingredi, quia tempore deſtituti qui intus erant, operam illi navare nequiverant. tandem irritata ira oppidanorum, nihil inde pręter ſuum dedecus retulit: poſtquam eo facinore & alios omnes admonuiſſet, ut nullam ſibi deinceps fidem haberent,

haberent, & caverent. Jam & Nicias Athenienſium dux quum ſervare exercitum qui ad Syracuſas erat poſſet, ſumpſiſſetque ad id noctis partem fallendo hoſti maxime opportunam; ubi jam in locum tutum ſe recepiſſet, mox quia Luna defecerat, religione tactus, quaſi mali aliquid ea res portenderet, profectione ſuperſedit. ex quo factum, ut quum inſecuta nocte diſceſſum moliretur, explorato ab hoſtibus conſilio, & caſtra & duces in Syracuſiorum poteſtatem venirent. atqui ſi vel peritos dumtaxat percontatus eſſet Nicias, poterat, non dicam occaſionem ſuis conſulendi propterea non prætermittere; ſed etiam propter ignorantiam adverſariorum, eo quaſi telo uti ad rem bene gerendam. Maximum enim peritis ad ea quæ parant perficienda viaticum eſt imperitia aliena. Et ex ſiderum quidem doctrina tantum delibandum, quantum ad ea quæ diximus futurum ſit ſatis. At ſcalarum commenſus, ut in opere reſpondeat, hoc modo contemplari licet. Nam ſi eorum qui intra urbem tibi favent, aliquis mœnium altitudinem tibi dederit, manifeſta res eſt. qualium enim partium decem eſt muri altitudo, talium duodecim large ſumptarum, ſcalas eſſe oportebit. Spatium autem quo ipſæ ſcalæ ab imo muro aberunt, eum numero aſcendentium commetiendo, ęquale facies dimidiatæ ipſarum longitudinis; ne vel ſi longius abfuerint, præ conſcendentium numero facile confringantur: vel ſi rectiores applicentur, facili lapſu qui aſcendunt, ruant

λάθεσθαι. Καὶ μὴν Νικίας ὁ 18
τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς δυνάμενος σώζειν τὸ περὶ τὰς Συρακούσας στρατόπεδον, καὶ λαβὼν τῆς νυκτὸς τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν εἰς τὸ λαθεῖν τοὺς πολεμίους, ἀποχωρήσας εἰς ἀσφαλές, κἄπειτα τῆς σελήνης ἐκλιπούσης, δεισιδαιμονήσας ὥς τι δεινὸν προσημαινούσης, ἐπέσχε τὴν ἀναζυγήν. καὶ παρὰ τοῦτο συνέβη κατὰ τὴν ἐπιοῦσαν αὐτοῦ νύκτα ποιησαμένου τὴν ἀναζυγήν, προαισθομένων τῶν πολεμίων, καὶ τὸ στρατόπεδον καὶ τοὺς ἡγεμόνας ὑποχειρίους γενέσθαι τοῖς Συρακουσίοις. καί τοί γε παρὰ τῶν ἐμπείρων ἱστορήσας μόνον περὶ τούτων, δυνατὸς ἦν, οὐχ οἷον παραλιπεῖν διὰ τὰ τοιαῦτα τοὺς ἰδίους καιρούς· ἀλλὰ καὶ συνεργοῖς χρήσασθαι διὰ τὴν τῶν ὑπεναντίων ἄγνοιαν. Ἡ γὰρ τῶν πέλας ἀπειρία, μέγιστον ἐφόδιον γίγνεται τοῖς ἐμπείροις πρὸς κατόρθωσιν. ἐκ μὲν οὖν ἀστρολογίας μέχρι τῶν προειρημένων πολυπραγμονητέον. Περὶ δὲ τῆς τῶν κλιμάκων συμμετρίας, τοιοῦτός τις ἐστὶν ὁ τρόπος τῆς θεωρίας. ἐὰν μὲν γὰρ διά τινος τῶν συμπραττόντων δοθῇ τὸ τοῦ τείχους ὕψος, πρόδηλος ἡ τῶν κλιμάκων γίγνεται συμμετρία. οἵων γὰρ ἂν δέκα τινῶν εἶναι συμβαίνῃ τὸ τοῦ τείχους ὕψος, τοιούτων δώδεκα δεήσει κλίμακας δαψιλῶν ὑπάρχειν. τὴν δ᾽ ἀπόβασιν τῆς κλίμακος πρὸς τὴν τῶν ἀναβαινόντων συμμετρίαν, ἡμίσειαν εἶναι δεήσει τῆς κλίμακος· ἵνα μήτε πλεῖον ἀφιστάμεναι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐπιβαινόντων εὐσύντριπτοι γίγνωνται, μήτε πάλιν ὀρθότεραι προσερειδόμεναι λίαν ἀκροσφαλεῖς ὦσι τοῖς προσβαίνουσιν.

σιν. ἐὰν δὲ μὴ δυνατὸν ᾖ μετρῆσαι, μηδ' ἐγγίσαι τῷ τείχει, ληπτέον ἐξ ἀποστάσεως παντὸς ὕψους τὸ μέγεθος τῶν πρὸς ὀρθὰς ἐφεστώτων τοῖς ὑποκειμένοις ἐπιπέδοις. ὅ, τε τρόπος τῆς λήψεως καὶ δυνατὸς, καὶ εὔκολος τοῖς βουλομένοις πολυπραγμονεῖν
19 τὰ περὶ τῶν μαθηματικῶν. Διὸ πάλιν ἐν τούτοις φανερὸν, ὅτι δεήσει τοὺς βουλομένους εὐστοχεῖν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς καὶ πράξεσι, γεγεωμετρηκέναι, μὴ τελείως, ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον, ἐφ' ὅσον ἀναλογίας ἔννοιαν ἔχειν, καὶ τῆς περὶ τὰς ὁμοιότητας θεωρίας. Οὐ γὰρ περὶ ταῦτα μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς τῶν σχημάτων μεταλήψεις ἐν ταῖς στρατοπεδείαις ἀναγκαῖός ἐστιν ὁ τρόπος· χάριν τοῦ δύνασθαι ποτὲ μὲν πᾶν σχῆμα μεταλαμβάνοντας τηρεῖν τὴν αὐτὴν συμμετρίαν τῶν ἐν ταῖς παρεμβολαῖς περιλαμβανομένων· ποτὲ δὲ πάλιν ἐπὶ τῶν αὐτῶν σχημάτων μένοντας, αὔξειν ἢ μειοῦν τὸ περιλαμβανόμενον τῇ στρατοπεδείᾳ χωρίον, κατὰ λόγον ἀεὶ τῶν παραγινομένων, ἢ τῶν χωριζομένων ἐκ τῆς παρεμβολῆς. ὑπὲρ ὧν ἡμῖν ἐν τοῖς ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΤΑΞΕΩΝ Ὑπομνήμασιν ἀκριβέστερον δεδήλωται. Οὐ γὰρ οἴομαι τοῦτό γε μετρίως ἡμῖν ὑποτιμᾶν οὐδένα, διότι πολλά τινα προσαρτῶμεν τῇ στρατηγίᾳ, κελεύοντες ἀστρολογεῖν καὶ γεωμετρεῖν τοὺς ὀρεγομένους αὐτῆς. Ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἐκ περιττοῦ παρεληφθέντα τοῖς ἐπιτηδεύμασι, χάριν τῆς ἐν ἑκάστοις ἐπιφάσεως καὶ στωμυλίας, πολύ τι μᾶλλον ἀποδοκιμάζων, παραπλησίως δὲ καὶ τὸ πορρωτέρω τοῦ πρὸς τὴν

præcipites. Sin autem metiri murum nequeas, neque ad eum accedere, ſumi poterit cujuſvis altitudinis modus earum rerum quæ propoſitæ ſuperficiei planæ ad rectos angulos incumbunt. Poteſt enim ea menſura ſumi, & quidem facile, ſi quis paullo fuerit curioſior eorum quæ à mathematicis docentur. Iterum igitur ex his apparet, neceſſe fore iis qui in ſuſceptis à ſe actionibus aberrare à ſcopo noluerint, Geometrica addidiciſſe, non perfectè quidem, ſed quantum ſatis erit ad proportiones intelligendas, & illa quę de ſimilitudinibus rationum demonſtrantur. Cujus argumenti notitia, non in his ſolùm neceſſario deſideratur; ſed etiam ad commutandas pro loci ingenio figuras in ponendis caſtris: ut poſſis, modò figura in quamvis aliam mutata, eundem ſervare commenſum omnium quæ caſtris ſolent comprehendi: modò ſervata eadem figura, vel laxiorem vel anguſtiorem aream vallo contentam reddere, habita ſemper ratione multitudinis, quę venit in caſtra, vel ab iis diſcedit. qua de re in Cōmentariis DE INSTRUENDA ACIE noſtris accuratius eſt explanatum. Neque enim fore arbitror qui modeſtiâ quadam nobis objiciant, quòd muneris imperatorii multas faciamus appendices; dum ejus candidatos jubemus & Aſtrologiæ & Geometriæ operam dare. Ego verò, ut quæ ex ſupervacuo ad inſtituta vitæ arceſſuntur, ad inanem dumtaxat ſpeciem, & ut ſit materia garriendi, vehementer improbo: ſic etiam prę-cipiendi, ut neceſſaria pręſidia earum rerum quas uſus quotidianus poſtu-

lat.

lat, aliquanto longius repetantur, acerrimus ſim auctor & cum primis animoſus. Etenim nimis abſurdum ſit, quum ii qui ſaltandi artem aut tibias inflandi affectant, rythmorum & muſicæ ſtudiis prius inſtrui ſe patiantur, palæſtræ quin etiam motus addiſcant; quod ars utraque illa ſubſidio dictarum diſciplinarum opus habere credatur: eos qui Imperatores exercituum ſe eſſe haberique poſtulant ægre ferre, ſi inſtituta alia atque artes oporteat ipſos aliquatenus delibare. adeo ut qui artes illiberales exercent, plus ad eas curæ diligentiæque adhibeant, & laudis cupidiores ſe præbeant, iis qui in rebus pulcherrimis & graviſſimis præſtare cæteris propoſitum habent: quæ omnia, nemo vir eſt cordatus qui de ſe fateatur. Verum hiſce de rebus hactenus dicta ſufficiant.

Pleriqueſane hominum ex ipſo ambitu magnitudines urbium & caſtrorum conjectant. ac propterea ſi quem dicentem audierint, urbem Lacedæmoniorum quæ patet in circuitu ſtadia tantum octo & quadraginta, duplo majorem obtinere magnitudinem ejus quam habet urbs Megalopolitarum, cujus ambitus eſt ſtadiorum quinquaginta, dictis fidem omnem abrogant. quòd ſi augendæ admirationis cauſſa dicat aliquis, poſſe fieri ut vel oppidum, vel caſtra, ſpatio quadraginta ſtadiorum circunſcripta, majora duplo ſint habentibus in circuitu ſtadia centum, plane obſtupeſcunt. Id autem ex eo fit, quòd parũ eorum meminimus, quæ inter pueriles diſciplinas è Geometria doceri ſolemus.

χρείαν ἀνήκοντος ἐπιπίπτειν περὶ τὰ ἀναγκαῖα φιλοτιμότατός εἰμι καὶ σπουδάζων. Καὶ γὰρ ἄτοπον, τοὺς μὲν ὀρχηστικῆς ἢ τῆς αὐλητικῆς ἐφιεμένους, ἐπιδέχεσθαι τήν τε περὶ τοὺς ῥυθμοὺς καὶ τὰ μουσικὰ προκατασκευὴν, ἔτι δὲ τὰ περὶ τὴν παλαίστραν, διὰ τὸ δοκεῖν προσδεῖσθαι τὸ τέλος ἑκατέρου τῆς τῶν προειρημένων συνεργίας· τοὺς δὲ στρατηγίας ἀντιποιουμένους, ἀγανακτεῖν, εἰ δεήσει τῶν ἐκτὸς ἐπιτηδευμάτων μέχρι τινὸς ἀναλαβεῖν. ὥστε τοὺς περὶ τὰς βαναύσους τέχνας ἀσκοῦντας, ἐμμελεστέρους εἶναι καὶ φιλοτιμοτέρους τῶν περὶ τὰ κάλλιστα καὶ σεμνότατα τῶν προαιρουμένων διαφέρειν· ὧν οὐδὲν ἂν ὁμολογήσειε νοῦν ἔχων οὐδείς. καὶ περὶ μὲν τούτων ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω.

Οἱ δὲ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων ἐξ αὐτῆς τῆς περιμέτρου τεκμαίρονται τὰ μεγέθη τῶν προειρημένων. λοιπὸν ὅταν εἴπῃ τις τὴν μὲν τῶν Μεγαλοπολιτῶν πόλιν πεντήκοντα σταδίων ἔχειν τὴν περίβολον, τὴν δὲ τῶν Λακεδαιμονίων ὀκτὼ καὶ τετταράκοντα, τῷ δὲ μεγέθει διπλῆν εἶναι τὴν Λακεδαίμονα τῆς Μεγάλης πόλεως, ἄπιστον αὐτοῖς εἶναι δοκεῖ τὸ λεγόμενον. ἂν δὲ καὶ συναυξῆσαι τις βουλόμενος τὴν ἀπορίαν εἴπῃ, ὅτι δυνατόν ἐστι τετταράκοντα σταδίων πόλιν ἢ στρατοπεδείαν ἐχούσαν τὴν περιγραφὴν, διπλασίαν γίγνεσθαι τῆς ἑκατὸν σταδίων ἐχούσης τὴν περίμετρον, τελέως ἐκπληκτικὸν αὐτοῖς φαίνεται τὸ λεγόμενον. τούτου δ' ἐστὶν αἴτιον, ὅτι τῶν ἐν τοῖς παιδικοῖς μαθήμασι παραδιδομένων ἡμῖν διὰ τῆς Γεωμετρίας, οὐ μνημονεύομεν. 20

Περὶ μὲν οὖν τούτων προήχθην εἰπεῖν, διὰ τὸ μὴ μόνον τοὺς πολλοὺς, ἀλλὰ καὶ τῶν πολιτευομένων καὶ τῶν ἐν ταῖς ἡγεμονείαις ἀναστρεφομένων τινὰς ἐκπλήττεσθαι, θαυμάζοντας, ποτὲ μὲν εἰ δυνατόν ἐστι μείζω τὴν τῶν Λακεδαιμονίων πόλιν εἶναι, καὶ πολλῷ μείζω, τῆς τῶν Μεγαλοπολιτῶν τὸν περίβολον ἔχουσαν ἐλάττω· ποτὲ δὲ τὸ πλῆθος τῶν ἀνδρῶν τεκμαίρεσθαι, στοχαζομένους ἐξ αὐτῆς τῆς περιμέτρου τῶν στρατοπεδειῶν. Παραπλήσιον δέ τι καὶ ἕτερον ἀδίκημα συμβαίνει περὶ τὰς τῶν πόλεων ἀποφάσεις· οἱ γὰρ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων τὰς περικεκλασμένας καὶ βουνώδεις πλείους οἰκίας ὑπολαμβάνουσι κατέχεσθαι τῶν ἐπιπέδων. τὸ δ' οὐκ ἔστι τοιοῦτον· διὰ τὸ τὰς οἰκίας τῶν οἰκοδομιῶν μὴ τοῖς ἐγκλίμασι τῶν ἐδάφων, ἀλλὰ τοῖς ὑποκειμένοις ἐπιπέδοις οἰκοδομεῖσθαι πρὸς ὀρθὰς, ἐφ' ὧν καὶ τοὺς λόφους αὐτοὺς βεβηκέναι συμβαίνει. γνοίη δ' ἂν τις ἐκ τοῦ φαινομένου παιδικῶς ὅμως τὸ λεγόμενον. Εἰ γὰρ νοήσαι τις τὰς εἰς ὕψος ἀνατεταμένας ἐν τοῖς κλίμασιν οἰκίας οὕτως, ὥστε πάσας ἰσοϋψεῖς ὑπάρχειν, φανερὸν ὡς ἑνὸς ἐπιπέδου γινομένου τοῦ κατὰ τὰ στέγη τῶν οἰκιῶν, ἴσον καὶ παράλληλον ἔσται τοῦτο τῶν τοῖς λόφοις ὑποκειμένων καὶ τοῖς τῶν τειχῶν θεμελίοις ἐπιπέδων. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἡγεῖσθαι καὶ πολιτεύεσθαι βουλομένων, ἀγνοούντων δὲ τὰ τοιαῦτα, καὶ θαυμαζόντων, ἐπὶ τοσοῦτον ἡμῖν εἰρήσθω.

Equidem ut aliquid de his dicerem, ſum adductus, quòd non rude tantum vulgus, ſed eorum etiam qui publica negotia adminiſtrant, quive exercitus ducunt, nonnulli, interdum ſtupore defixi mirentur, qui poſſit fieri, ut Sparta, quæ ambitu murorum eſt minor, Megalopolim magnitudine longè ſuperet: interdum ex ſolo circuitu caſtrorum, de numero hominum faciant conjecturam. Similis huic eſt & ille error iniquitati conjunctus, qui in pronuntiando de urbibus ſolet committi. nam plerique hominum arbitrantur, urbes inter amfractus & tumulos poſitas, plures domos continere, iis quarum ſuperficies eſt plana. id verò non ita eſt. Nam quæ in ejuſmodi locis ſtruuntur ædificia, ea ad angulos rectos eriguntur, non ratione clivorum aut inclinationum ſoli, ſed planæ ſuperficiei, cui & collium ipſorum radices incumbunt. Si quis enim fingat animo domos in pendentibus clivis altiùs aſſurgentes, eandem habere omnes altitudinem; palàm eſt ædium univerſarum tecta unam habitura ſuperficiem; quæ quidem æqualis erit, & parallela ſuperficiei ejus plani cui & collium & ædificiorum fundamenta innituntur. Verùm de iis qui iſta quum ignorent & mirentur, præeſſe tamen exercitibus, & publica negotia adminiſtrare cupiunt, hæc impræſentiarum dixiſſe ſufficiat.

Agri-

Agrigenti Siciliæ oppidi præſtantia, qua pleraſque urbes alias ſuperat munitionibus, pulchritudine & publicis operibus.

AGRIGENTUM non ob illa dumtaxat quæ ante diximus; ſed etiam propter firmitatem munitionum, urbis pulchritudinem, & operum magnificentiam pleriſque præſtat civitatibus. Nam quum ſit conditum ſtadia decem & octo à mari, omnia ei abundè ſuppeditant commoda, quæ ſolet mare afferre. ambitus verò ipſius tum natura tum arte egregiè eſt munitus. inædificatus quippe ejus murus eſt in vertice rupis nudi prædurique ſaxi, & quà ſuopte ingenio loci, quà arte & induſtria hominum præruptæ. labuntur præterea circa hoc oppidum & flumina: auſtrinum namque latus amnis preterfluit ejuſdem cum urbe nominis: occidenti Soli & Africo oppoſitam partem alluit, qui nominatur Hypſas: quà ortum Solis æſtivum civitas reſpicit arx imminet, quæ ab exteriore parte voragine alta atque inacceſſa circundatur, intra muros venientes ab urbe uno aditu admittit. In ſummo vertice Minervæ ædes viſitur, & Jovis Atabyrii, ſicut apud Rhodios. Nam quum Rhodiorum colonia ſit Agrigentum, jure merito hic deus eodem nomine colitur atque apud Rhodios. urbs cùm aliis ornamentis decora eſt, tum etiam delubris deum & porticibus. Olympii quoque Jovis templum, etſi cultus magnificentia non

Ὅτι ἡ ἐν Σικελίᾳ πόλις Ἀκράγας τῶν πλείστων πόλεων διαφέρει κατὰ τὴν ὀχυρότητα, καὶ κατὰ τὸ κάλλος, καὶ τὴν κατασκευήν.

ΗΔΕ τῶν Ἀκραγαντίνων πόλις 21
οὐ μόνον κατὰ τὰ προειρημένα διαφέρει τῶν πλείστων πόλεων· ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν ὀχυρότητα, καὶ μάλιστα κατὰ τὸ κάλλος καὶ τὴν κατασκευήν. Ἐκτισται μὲν γὰρ ἀπὸ θαλάττης ἐν ὀκτὼ καὶ δέκα σταδίοις, ὥστε μηδενὸς ἀμοίρους εἶναι τῶν ἐκ ταύτης χρησίμων. ὁ δὲ περίβολος αὐτῆς καὶ φύσει καὶ κατασκευῇ διαφερόντως ἠσφάλισται· κεῖται γὰρ τὸ τεῖχος ἐπὶ πέτρας ἀκροτόμου καὶ περιρρῶγος, ᾗ μὲν αὐτοφυοῦς, ᾗ δὲ χειροποιήτου. περιέχεται δὲ ποταμοῖς. ῥεῖ γὰρ αὐτῆς παρὰ μὲν τὴν νότιον πλευρὰν, ὁ συνώνυμος τῇ πόλει· παρὰ δὲ τὴν ἐπὶ τὰς δύσεις καὶ τὸν λίβα τετραμμένην, ὁ προσαγορευόμενος Ὕψας· ἡ δ' ἄκρα τῆς πόλεως ὑπέρκειται κατ' αὐτὰς τὰς θερινὰς ἀνατολὰς, κατὰ μὲν τὴν ἔξωθεν ἐπιφάνειαν ἀπροσίτῳ φάραγγι περιεχομένη· κατὰ δὲ τὴν ἐντὸς, μίαν ἔχουσα πρόσοδον ἐκ τῆς πόλεως. ἐπὶ δὲ τῆς κορυφῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν ἔκτισται, καὶ Διὸς Ἀταβυρίου, καθάπερ καὶ παρὰ Ῥοδίοις. τοῦ γὰρ Ἀκράγαντος ὑπὸ Ῥοδίων ἀπῳκισμένου, εἰκότως ὁ θεὸς οὗτος τὴν αὐτὴν ἔχει προσηγορίαν, ἣν καὶ παρὰ τοῖς Ῥοδίοις. κεκόσμηται δὲ καὶ τἄλλα μεγαλοπρεπῶς ἡ πόλις, ναοῖς καὶ στοαῖς. καὶ ὁ τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου νεὼς, πολυτέλειαν μὲν οὐκ

εἴληφε

εἰλήφει· κατὰ δὲ τὴν ἐπιβολὴν καὶ τὸ μέγεθος, οὐδ' ὁποίου οὖν τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα δοκεῖ λείπεσθαι.

Χλαινέα ἀνδρὸς Αἰτωλοῦ καὶ τοῦ ἔθνους πρεσβευτοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους δημηγορία, καταδρομὴν ἔχουσα Φιλίππου τοῦ Μακεδόνος, καὶ ὅλης τῆς τῶν Μακεδόνων οἰκίας.

Λυκίσκου ἀνδρὸς Ἀκαρνᾶνος καὶ τοῦ ἔθνους πρεσβευτοῦ πρὸς Λακεδαιμονίους δημηγορία, ἧς ἐστι τὰ συνέχοντα κεφάλαια· ἀπολογία ὑπὲρ Φιλίππου καὶ ὅλης τῆς Μακεδόνων οἰκίας περὶ τῶν ὑπὸ Χλαινέου ἐγκαλουμένων· καὶ προτροπὴ πρὸς ὁμόνοιαν καὶ συμμαχίαν κατὰ τῶν Βαρβάρων, ἤγουν Ῥωμαίων.

22 ΟΤΙ μὲν οὖν ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι τὴν Μακεδόνων δυναστείαν, ἀρχὴν συνέβη γεγονέναι τοῖς Ἕλλησι δουλείας, οὐδ' ἄλλως εἰπεῖν οὐδένα πέπεισμαι τολμῆσαι. σκοπεῖν δ' οὕτως ἔξεστιν. Ἦν τι σύστημα τῶν ἐπὶ Θρᾴκης Ἑλλήνων, οὓς ἀπῴκισαν Ἀθηναῖοι καὶ Χαλκιδεῖς, ὧν μέγιστον εἶχε πρόσχημα καὶ δύναμιν ἡ τῶν Ὀλυνθίων πόλις. Ταύτην ἐξανδραποδισάμενος Φίλιππος, καὶ παράδειγμα ποιήσας, οὐ μόνον τῶν ἐπὶ Θρᾴκης πόλεων ἐγένετο κύριος, ἀλλὰ καὶ

acceſſit, magnitudine tamen incepti & amplitudine, nulli ex omnibus Græciæ operibus eſt ſecundnm.

Chlæneæ Ætoli, & legati ad Lacedæmonios nomine gentis ſuæ, concio, qua in Philippum patrem Perſei invehitur, & in univerſam Macedonum regiam.

Lyciſci Acarnanis, & legati ad Lacedæmonios à ſua gente, concio, cujus duo ſumma capita: defenſio Philippi & reliquorum Macedoniæ Regum adverſus criminationes Chlæneæ: & exhortatio ad concordiam & ſocietatem contra imminens Græciæ periculum à Barbaris hoc eſt Romanis.

EQUIDEM perſuaſus ſum, viri Lacedæmonii, fore neminem, qui negare auſit, Macedonum imperium Græcis hominibus cauſſam & principium exſtitiſſe ſervitutis. hoc vero ita poteſt intelligi. Erat olim inter Græcos qui Thraciam colebant, corpus veluti quoddam & Reſp. communis coloniarum ab Athenienſibus & Chalcidenſibus eò deductarum: inter quas & ſplendoris & potentiæ plurimum urbs Olynthiorum obtinuit. Hanc Philippus à ſe ſubactam quum ſubjeciſſet haſtæ, & in exemplum timendi cæteris ſtatuiſſet; non ſolum Thracenſium Græcorum oppidis eſt potitus, ſed etiam

Theſſa-

Theſſalos metu conſternatos juris ſui fecit. Non multo poſt, ſuperatis in acie Athenienſibus, victoria ille quidem magno animo & moderate eſt uſus: non ſane quod victis ex animo bene vellet; nam ab ea quidem mente plurimum ipſe aberat: verum ut beneficiis quæ in Athenienſes conferret, alios alliceret, ut imperium ſuum ultro acciperent. Manebat adhuc civitati veſtræ ſua auctoritas, quæ ſi offerretur occaſio, populorum Græciæ patrocinium videbatur ſuſceptura. Iccirco Philippus, quamvis levem occaſionem ſatis juſtam belli cauſſam eſſe ratus, cum copiis in fines veſtros venit, agros devaſtat, ædificia omnia corrumpit: poſtremò quum & oppidorum & ditionis partem vobis ademiſſet, alia Argivis attribuit, alia Tegeatis, & Megalopolitanis; nonnulla item Meſſeniis: omnibus vel contra jus & fas benefacere cupiens, ea dumtaxat mercede, ut vobis malefaceret. Succeſſit huic in regno Alexander: hic quoque arbitratus exiguum ſaltem aliquem Grecię fomitem ſupereſſe, dum urbs Thebanorum ſtaret; quomodo in eam ſævierit, veſtrum puto eſſe neminem, quin ſciat. Jam illi qui poſt Alexandrum in Macedonia rerum ſunt potiti, quales ſe erga Grecos prębuerint, quid ſingillatim dicere me eſt opus? Nemo homo vivit, adeo rerum geſtarum incurioſus, qui narrante fama non didicerit, quomodo Antipater pręlio victis ad Lamiā Grecis, infelices Athenienſes peſſimè acceperit, peſſimè item alios. qui quidē eò inſolentię atq; immanitatis venit,

Θετταλοὺς ὑφ' αὑτὸν ἐποιήσατο διὰ τὸν φόβον. Μετ' οὐ πολὺ δὲ μάχῃ νικήσας τοὺς Ἀθηναίους, ἐχρήσατο μεγαλοψύχως τοῖς εὐτυχήμασιν· οὐχ ὅπως Ἀθηναίους εὖ ποιήσῃ· πολλοῦ γε καὶ δεῖ· ἀλλ' ἵνα διὰ τὰς πρὸς ἐκείνους εὐεργεσίας, προκαλέσηται τοὺς ἄλλους εἰς τὸ ποιεῖν ἐθελοντὴν αὐτῷ τὸ προσταττόμενον. Ἦν ἔτι τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως ἀξίωμα, δοκοῦν ἂν σὺν καιρῷ προστήσεσθαι τῶν Ἑλλήνων. τοιγαροῦν πᾶσαν ἱκανὴν ποιησάμενος πρόφασιν, ἧκε μετὰ τῶν δυνάμεων· καὶ κατέφθειρε μὲν τέμνων τὴν γῆν, κατέφθειρε δ' αὖ καὶ τὰς οἰκίας. τὸ δὲ τελευταῖον, ἀποτεμόμενος καὶ τὰς πόλεις καὶ τὴν χώραν ὑμῶν, προσένειμε τὴν μὲν Ἀργείοις, τὴν δὲ Τεγεάταις καὶ Μεγαλοπολίταις, τὴν δὲ Μεσσηνίοις· ἅπαντας βουλόμενος καὶ παρὰ τὸ προσῆκον εὐεργετεῖν, ἐφ' ᾧ μόνον ὑμᾶς κακῶς ποιεῖν. Διεδέξατο παρ' αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν Ἀλέξανδρος. οὗτος πάλιν ὑπολαβὼν βραχὺ τῆς Ἑλλάδος ἔναυσμα καταλιπέσθαι περὶ τὴν Θηβαίων πόλιν, τίνα τρόπον αὐτὴν διέφθειρε, πάντας ὑμᾶς οἴομαι κατανοεῖν. Καὶ μὴν περὶ τῶν διαδεξαμένων τούτου τὰ πράγματα, πῶς κέχρηνται τοῖς Ἕλλησι, τί με δεῖ κατὰ μέρος λέγειν; οὐδεὶς γάρ ἐστι τῶν ὄντων οὕτως ἀπράγμων, ὃς οὐχὶ πέπυσται πῶς Ἀντίπατρος μὲν ἐν τῇ περὶ Λαμίαν μάχῃ νικήσας τοὺς Ἕλληνας, κάκιστα μὲν ἐχρήσατο τοῖς ταλαιπώροις Ἀθηναίοις· ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις. εἰς τοῦτο δ' ὕβρεως ἦλθε καὶ παρανομίας, 23

ὡς φυ-

ὡς φυγαδοθήρας καταστήσας, ἐξέπεμψε πρὸς τὰς πόλεις ἐπὶ τοὺς ἀντειρηκότας, ἢ καθόλου λελυπηκότας τι τὴν Μακεδόνων οἰκίαν· ὧν οἱ μὲν ἐκ τῶν ἱερῶν ἀγόμενοι μετὰ βίας, οἱ δ' ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀποσπώμενοι, μετὰ τιμωρίας ἀπέθνησκον· οἱ δὲ διαφυγόντες, ἐκ πάσης ἐξηνηλατοῦντο τῆς Ἑλλάδος· φύξιμον γὰρ οὐδὲν ἦν αὐτοῖς πλὴν ἑνὸς τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνους. Τά γε μὴν Κασσάνδρῳ καὶ Δημητρίῳ πεπραγμένα, σὺν δὲ τούτοις Ἀντιγόνῳ τῷ Γονατᾷ, τίς οὐκ οἶδε; διὰ γὰρ τὸ προσφάτως αὐτὰ γεγονέναι τελέως ἐναργῆ συμβαίνει τὴν γνῶσιν αὐτῶν ὑπάρχειν. ὧν οἱ μὲν φρουρὰς εἰσάγοντες εἰς τὰς πόλεις, οἱ δὲ τυράννους ἐμφυτεύοντες, οὐδεμίαν πόλιν ἄμοιρον ἐποίησαν τοῦ τῆς δουλείας ὀνόματος. ἀφέμενος δὲ τούτων, ἐπάνειμι νῦν ἐπὶ τὸ τελευταῖον Ἀντίγονον. ἵνα μὴ τὴν ἐκ τούτου πρᾶξιν ἀκάκως τινὲς ὑμῶν θεωροῦντες, ὑπόχρεοι χάριτι νομίζωσιν εἶναι Μακεδόσιν. Οὔτε γὰρ Ἀχαιοὺς σώζειν προαιρούμενος Ἀντίγονος ἐπανείλετο τὸν πρὸς ὑμᾶς πόλεμον, οὔτε τῇ Κλεομένους τυραννίδι δυσαρεστούμενος, ἵνα Λακεδαιμονίους ἐλευθερώσῃ. καὶ λίαν γὰρ ὅ γε τοιοῦτος ἐστὶ τρόπος εὐήθης, εἴ τις ἄρα ταύτην ὑμῶν ἔχει τὴν διάληψιν. ἀλλ' ὁρῶν οὐκ ἐν ἀσφαλεῖ τὴν ἑαυτοῦ δυναστείαν ἐσομένην, ἐὰν ὑμεῖς τῆς Πελοποννησίων ἀρχὴν κατασκήσητε· πρὸς δὲ τούτῳ βλέπων εὖ πεφυκότα τὸν Κλεομένην, καὶ

ut inquiſitores exulum ob id ipſum inſtitutos, per urbes dimitteret, adverſus eos qui ipſi contradixiſſent, aut omnino regiam Macedonum ullo pacto offendiſſent: atque horum alii ab ædibus ſacris vi abducti, alii ab ipſis deum aris abſtracti, per ſupplicia vitam finierunt: qui autem evaſerant, ii univerſa Græcia extorres pellebantur: neque ullum uſquam miſeris, niſi apud unam Ætolorum gentem perfugium patebat. Caſſandri porrò facta, & Demetrii, necnon Antigoni Gonatę, quis ignorat? nam quia non ita dudum illa acciderunt, viget adhuc in hominum animis recens eorum memoria, & exacta omnium notitia. Namque horum alii præſidiis in urbes inductis, alii tyrannis impoſitis, nullam ſiverunt eſſe urbem, quæ durum illud ſervitutis nomen non experiretur. Verùm hæc mitto & ad noviſſima Antigoni facta redeo: ne ſi quis fortaſſe veſtrum, quæ ille tum geſſit ſimpliciore animo conſideraverit, aliquid eo nomine ſe debere Macedonibus in animum inducat. Enimvero Antigonus bellum adverſus vos ſuſcepit, non eo ſane conſilio ut Achæos ſervaret, aut quòd tyrannide Cleomenis offenſus, in libertatem vindicare vos vellet. quam opinionem de illo ſi quis veſtrum habet, hunc profecto oportet eſſe nimis facili ad quidvis credendum ingenio. Sed intelligebat nimirum Antigonus, ſi veſtrum ſemel in Peloponneſios imperium foret ſtabilitum; ſuam ſibi parum tutam dominationem futuram: videbat præterea, magnam in Cleomene indolem animi inge-

ingeniique eſſe: vos fortuna cùm primis ſecunda uti: hæc cum ejus animum timore & invidia ſtimulaſſent, præſto adfuit; non ut Peloponneſiis ferret opem; ſed ut ſpes veſtras vobis præcideret, & potentiam veſtram attereret. Quapropter, non tantam cur Macedones diligatis cauſſam habetis, quod urbe veſtra potiti eam non diripuerunt: quantam, cur hoſtes veſtros eos ducatis, & odio proſequamini, quòd principatum Gręcię quum poſſetis conſequi, eum ne adipiſceremini perſæpe impedimento vobis fuerunt. At de Philippi immanitate quid attinet verba facere? In deos qua ſit impietate, luculento teſtimonio ſunt contumeliæ eorum delubris Thermi illatæ: qua in homines crudelitate, violata per ſcelus quæ data fuerat Meſſeniis fides. Soli Ætoli pro ſecuritate eorum qui nefarie opprimebantur, contra Antipatrum oculos ſuſtinuerunt attollere: ſoli, irruenti in Græciam Brenno & cæteris Barbarorum copiis, reſtiterunt: ſoli, ex omnibus quorum auxilium imploraſtis adfuerunt, ut in recuperando Græciæ principatu, quem majores veſtri tenuerunt, vos adjuvarent. Verùm de his quidem hactenus. Ad præſentem vero deliberationem quod attinet, licet ita oporteat ſcribere, ita ſententias dicere, quaſi de bello propoſita eſſet conſultatio: re tamen vera, bellum iſtud exiſtimandum non eſt. Neq; enim putare debemus Achæos ſuperioribus bellis victos, agrum veſtrum eſſe populaturos: ſed magnas diis potius gratias habituros, ſi ditionem ipſi ſuam potuerint defendere:

τὴν τύχην ὑμῖν λαμπρῶς συνεργοῦσαν· ἅμα φοβηθεὶς καὶ φθονήσας, παρῆν οὐ Πελοποννησίοις βοηθήσων, ἀλλὰ τὰς ὑμετέρας ἐλπίδας ἀφελούμενος, καὶ τὴν ὑμετέραν ὑπεροχὴν ταπεινώσων. Διόπερ οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἀγαπᾶν ὀφείλετε Μακεδόνας ὅτι κυριεύσαντες τῆς πόλεως, οὐ διήρπασαν, ἐφ' ὅσον ἐχθροὺς νομίζειν καὶ μισεῖν, ὅτι δυναμένους ὑμᾶς ἡγεῖσθαι τῆς Ἑλλάδος, πλεονάκις ἤδη κεκωλύκασι. Περί γε μὴν τῆς Φιλίππου παρανομίας, τίς χρεία πλείω λέγειν; τῆς μὲν γὰρ εἰς τὸ θεῖον ἀσε- 24
βείας, ἱκανὸν ὑπόδειγμα αἱ περὶ τοὺς ἐν Θέρμῳ ναοὺς ὕβρεις. τῆς δ' εἰς τοὺς ἀνθρώπους ὠμότητος, ἡ περὶ τοὺς Μεσσηνίους ἀθεσία καὶ παρασπόνδησις. Αἰτωλοὶ γὰρ μόνοι μὲν τῶν Ἑλλήνων ἀντωφθάλμησαν πρὸς Ἀντίπατρον ὑπὲρ τῆς τῶν ἀδίκως ἀκληρούντων ἀσφαλείας· μόνοι δὲ πρὸς τὴν Βρέννου καὶ τῶν ἅμα τούτῳ βαρβάρων ἔφοδον ἀντέστησαν· μόνοι δὲ καλούμενοι συνηγωνίζοντο, βουλόμενοι τὴν πάτριον ἡγεμονίαν τῆς Ἑλλήνων ὑμῖν συγκατασκευάζειν. Ταῦτα μὲν οὖν ἡμῖν ἐπὶ τοσοῦτον εἰρήσθω. περὶ δὲ τοῦ νῦν ἐνεστῶτος διαβουλίου, γράφειν μὲν καὶ χειροτονεῖν ἀναγκαῖόν πως ἐστὶν, ὡς περὶ πολέμου βουλευομένοις· τῇ μέντοι γε ἀληθείᾳ μὴ νομίζειν τοῦτον εἶναι πόλεμον. Ἀχαιοὺς μὲν γὰρ οὐχ οἷον οὐδὲν ἡσσημένους βλάψειν ὑμῶν τὴν χώραν· μεγάλην δὲ χάριν ἕξειν αὐτοὺς ὑπολαμβάνω τοῖς θεοῖς, ἐὰν δύνωνται τὴν ἰδίαν τηρεῖν, ἐπειδὰν αὐτοῖς ὁ πόλεμος ὑπ'

Ἠλείων

Ἠλείων καὶ Μεσσηνίων διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς συμμαχίαν, ἅμα δὲ τούτοις ὑφ' ἡμῶν περισταθῇ. Φίλιππον δὲ κατὰ ταῦτ' ἐγὼ πέπεισμαι λήξειν τῆς ὁρμῆς, κατὰ μὲν γῆν ὑπ' Αἰτωλῶν πολεμούμενον, κατὰ δὲ θάλατταν ὑπό τε Ῥωμαίων καὶ τοῦ βασιλέως Ἀττάλου. λίαν δ' εὐμαρές ἐστι συλλογίσασθαι τὸ μέλλον ἐκ τῶν ἤδη γεγονότων. Εἰ γὰρ πρὸς μόνους Αἰτωλοὺς πολεμῶν μηδέποτε δυνατὸς ἦν χειρώσασθαι τούτους, ἦ που συμβεβηκότων, ἀξιόχρεως ἂν εἴη πρὸς τὸν ἐνεστῶτα πόλεμον.

25 ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν, χάριν τοῦ γνῶναι πάντας ὑμᾶς, διότι καὶ μὴ προσδεδεμένους, ἀλλ' ἐξ ἀκεραίου βουλευομένους, μᾶλλον Αἰτωλοῖς ὑμᾶς ἢ Μακεδόσιν ἐχρῆν συμμαχεῖν. ἂν δὲ καὶ προκατέχεσθε, καὶ προδιειλήφατε περὶ τούτων, τίς ἔτι καταλείπεται λόγος; εἰ γὰρ συνέθεσθε τὴν νῦν ὑπάρχουσαν ὑμῖν πρὸς ἡμᾶς συμμαχίαν, πρότερον τῶν ὑπ' Ἀντιγόνου γεγονότων εἰς ὑμᾶς εὐεργετημάτων, ἴσως ἦν εἰκὸς διαπορεῖν, εἰ δέον ἐστὶ τοῖς ἐπιγεγονόσιν εἴκοντας παριδεῖν τι τῶν προτέρων ὑπαρχόντων. ἐπεὶ δὲ συντετελεσμένης ὑπ' Ἀντιγόνου τῆς πολυθρυλλήτου ταύτης ἐλευθερίας καὶ σωτηρίας, ἣν οὗτοι παρ' ἕκαστον ἡμῖν ὀνειδίζουσι, μετὰ δὲ ταῦτα βουλευόμενοι, καὶ πολλάκις ἑαυτοῖς δόντες λόγον, ποτέροις ὑμᾶς δεῖ κοινωνεῖν πραγμάτων, Αἰτωλοῖς ἢ Μακεδόσιν, εἵλεσθε μετέχειν ἐν πολλοῖς, οἷς

cum & ab Eleis & à Meſſeniis ſocietate nobis junctis, & ſimul à nobis peti ſe bello ſenſerint. Philippum quoque tum ab incepto deſtiturum mihi perſuadeo; ubi terra quidem Ætoli bellare in eum ceperint, mari vero populus Rom. & Rex Attalus. Quid autem ſit futurum, ex iis quæ jam antè acciderunt facili conjectura poteſt divinari. Nam ſi cum ſola Ætolorum gente armis decertans, ſuæ illos poteſtati ſubjicere nunquam potuit; erit videlicet metuendum, ne ubi dicti populi in unum convenerint, bello ab iis inferendo par ſit futurus. Hæc nos pro inſtituto dicenda cenſuimus, ut intelligerent omnes, vos, viri Lacedæmonii, nedum jam antè illigatos, ſed vel ſi re integra proponeretur hujuſmodi deliberatio, nobis potius Ætolis ſocietate jungi debere, quàm Macedonibus. quod ſi etiam præoccupati tenemini, jamque ſuper ea re certam ſententiam ſuſcepiſtis, quid verbis amplius eſt opus? Sane enim ſi fœdus hoc quod vobis eſt nobiſcum antè eſſet ictum, quàm illa ab Antigono beneficia accepiſſetis; dubitari poſſet, num antiquius aliquod fœdus negligere deberetis, dum recentioribus bene meritis provocati novę gratiæ locum daretis. Nunc quoniam poſt libertatem iſtam & ſalutem vobis per Antigonum partam, quæ tantopere jactatur, & ab iſtis ſubinde vobis exprobratur; ubi in conciliis veſtris rerum momenta probe expendiſſetis, eſſetque propoſita deliberatio, cum utris fortunarum ſocietatem inire deberetis; Ætolis potius quàm Macedonibus adjungere vos præopta-

præoptaſtis; cujus rei fidem & dediſtis ipſi perſæpe nobis, & viciſſim à nobis accepiſtis; qui etiam nuperum adverſus Macedones bellum unâ nobiſcum geſſiſtis; poſt iſta, inquam, omnia, quis poterit amplius de hac re dubitare? quæcunque enim amicitię jura cum Antigono & Philippo vobis intercedebant, ea tunc temporis ſunt expuncta. Reſtat igitur ut vel poſteriore aliqua ab Ætolis injuria vos probetis laceſſitos, vel recentiore beneficio a Macedonibus affectos. Quorum ſi neutrum poſtea contigit, cedo quam ob cauſſam, quibus antè cum integris rebus deliberabatis, jure noluiſtis adhærere; eorum nunc ratione habita, fœdera, jusjurandum, & quæ maxima cenſentur inter homines fidei vincula, evertetis atque antiquabitis?

ἐδώκατε περὶ τούτων πίστεις, καὶ ἐλάβετε παρ' ἡμῶν, καὶ συμπεπολεμήκατε τὸν πρώην συστάντα πόλεμον ἡμῖν πρὸς Μακεδόνας, τίς ἔτι δύναται περὶ τούτων εἰκότως ἐπαπορεῖν; τὰ μὲν γὰρ πρὸς Ἀντίγονον καὶ Φίλιππον ὑμῖν ὑπάρχοντα φιλάνθρωπα, παρεγράφη τότε. λοιπὸν, ἢ δι' Αἰτωλῶν ἀδίκημά τι δεῖ μετὰ ταῦτα γεγονὸς εἰς ὑμᾶς δεικνύειν, ἢ διὰ Μακεδόνων εὐεργεσίαν· ἢ μηδετέρου τούτων ἐπιγεγονότος, πῶς οἷς πρότερον ἐξ ἀκεραίου βουλευόμενοι δικαίως οὐ προσέχετε τὸν νοῦν, τούτων νῦν ἐντραπέντες, ἀνασκευάζειν μέλλετε συνθήκας, ὅρκους, τὰς μεγίστας πίστεις παρ' ἀνθρώποις;

Hæc locutus Chlęneas quum jam videretur ejus oratio perquam difficulter poſſe confutari; ipſe finem dicendi fecit. Secundum hæc prodit in medium Lyciſcus Acarnanum orator: qui primò, quia videbat omnes inter ſe de iis quę dicta fuerant colloquentes, vocem continuit: ubi vero tandem audientia eſt facta, in hunc fere modum orationem eſt exorſus.

Ὁ μὲν οὖν Χλαινέας τοιαῦτα διαλεχθεὶς, καὶ δόξας δυσαντιρρήτως εἰρηκέναι, κατέπαυσε τὸν λόγον. μετὰ δὲ τοῦτον Λυκίσκος ὁ τῶν Ἀκαρνάνων πρεσβευτὴς εἰσελθὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἐπέσχε, θεωρῶν τοὺς πολλοὺς ἐν αὑτοῖς διαλαλοῦντας ὑπὲρ τῶν προειρημένων. ἐπεὶ δέ ποτε καθησύχασαν, οὕτω πως ἤρξατο τοῦ λέγειν. 26

Nos quidem, viri Lacedæmonii, à communi Acarnanum oratores ad vos miſſi huc venimus: ſed qui ejuſdem ſemper ſpei ac fortunę cum Macedonibus fuerimus participes, hanc quoque legationem nobis cum illis eſſe communē arbitramur. Quemadmodum autem in bellorum diſcriminibus uſu venire amat, ut propter præpotentes & magnas Macedonum vireis, noſtra quoque ſecuritas

Ἡμεῖς, ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι, παραγεγόναμεν μὲν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Ἀκαρνάνων ἀπεσταλμένοι πρὸς ὑμᾶς· μετέχοντες δὲ σχεδὸν ἀεί ποτε Μακεδόσι τῶν αὐτῶν ἐλπίδων, καὶ τὴν πρεσβείαν ταύτην κοινὴν ὑπολαμβάνομεν ἡμῖν ὑπάρχειν καὶ Μακεδόσιν. Ὥσπερ δὲ καὶ κατὰ τοὺς κινδύνους διὰ τὴν ὑπεροχὴν καὶ τὸ μέγεθος τῆς Μακεδόνων δυνάμεως ἐμπεριέ-

χεσθαι συμβαίνει καὶ τὴν ἡμετέραν ἀσφάλειαν ἐν ταῖς ἐκείνων ἀρεταῖς· οὕτω δὲ καὶ τοὺς πρεσβευτικοὺς ἀγῶνας ἐμπεριέχεσθαι τὸ τῶν Ἀκαρνάνων συμφέρον ἐν τοῖς Μακεδόνων δικαίοις. διόπερ οὐ δεῖ θαυμάζειν ὑμᾶς, ἐὰν τὸ πλείω λόγον ὑπὲρ Φιλίππου ποιώμεθα καὶ Μακεδόνων. Χλαινέας τοιγαροῦν καταστρέφων τὴν δημηγορίαν, ἀπότομόν τινα συγκεφαλαίωσιν ἐποιήσατο τῶν ὑπαρχόντων πρὸς ὑμᾶς δικαίων. ἔφη γὰρ, εἰ μὲν ἐπιγέγονέ τι μετὰ τὸ θέσθαι τὴν συμμαχίαν ὑμᾶς τὴν πρὸς τούτους, ἤτοι βλαβερὸν καὶ δυσχερὲς ὑπ᾽ Αἰτωλῶν, ἢ καὶ νὴ Δία φιλάνθρωπον ὑπὸ Μακεδόνων, εἰκότως ἂν καὶ τὸ νῦν διαβούλιον ἐξ ἀκεραίου σκέψεως τυγχάνειν. εἰ δὲ μηδενὸς ἐπιγεγονότος τοιούτου τὰ κατ᾽ Ἀντίγονον προφερόμενοι τὰ πρότερον ὑφ᾽ ὑμῶν δεδοκιμασμένα, πεπείσμεθα νῦν ἡμεῖς ἀνασκευάζειν ὅρκους καὶ συνθήκας, εὐηθεστάτους πάντων ἡμᾶς ὑπάρχειν. Ἐγὼ δ᾽ εἰ μὲν μηδὲν ἐπιγέγονε κατὰ τὸν τούτου λόγον, μένει δὲ τὰ πράγματα τοιαῦτα τοῖς Ἕλλησιν, οἷα πρότερον ἦν, ὅτε πρὸς αὐτοὺς Αἰτωλοὺς ἐποιεῖσθε τὴν συμμαχίαν, ὁμολογῶ πάντων εὐηθέστατος ὑπάρχειν, καὶ ματαίους μέλλειν διατίθεσθαι λόγους. εἰ δὲ τὴν ἐναντίαν ἔσχηκε διάθεσιν, ὡς ἐγὼ σαφῶς δείξω προϊόντος τοῦ λόγου, καὶ λίαν ἐμὲ μὲν οἴομαι φανήσεσθαί τι λέγειν ὑμῖν τῶν συμφερόντων, Χλαινέαν δ᾽ ἀγνοεῖν. Παραγινόμεθα μὲν οὖν ὑπὲρ αὐτοῦ τούτου, πεπεισμένοι δεῖν ἡμᾶς ποιεῖσθαι τοὺς λόγους ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι, διὸ καὶ πρέπον ὑμῖν ἐστι καὶ συμφέρον, εἰ μὲν δυνατὸν, ἀκούσαντας

καὶ πλειόνων παραπορευομένων· ἐκ πολλοῦ μὲν οὐκ ἐτόλμα μεταπορεύεσθαι τὴν αὐτὴν ἀρχὴν τἀδελφῷ. συνεγγιζούσης δὲ τῆς καταστάσεως, λογιζόμενος ἐκ τῆς τοῦ πλήθους φορᾶς οὐκ εὐμαρῶς τὸν ἀδελφὸν ἐφιξόμενον τῆς ἀρχῆς· τὴν δὲ πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν τοῦ δήμου θεωρῶν μεγάλην ὑπάρχουσαν, καὶ μόνως οὕτως ὑπολαμβάνων κἀκεῖνον καθίξεσθαι τῆς προθέσεως, εἰ συμφρονήσαντες ἅμα ποιήσαιντο τὴν ἐπιβολήν, ἦλθεν ἐπί τινα τοιαύτην ἔννοιαν. θεωρῶν γὰρ τὴν μητέρα περιπορευομένην τοὺς νεὼς, καὶ θύουσαν τοῖς θεοῖς ὑπὲρ τἀδελφοῦ, καὶ καθόλου μεγάλην προσδοκίαν ἔχουσαν ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος, ἧς μόνης ἔμελεν αὐτῷ. (τὸν μὲν γὰρ πατέρα τότε πλεῖν συνέβαινεν εἰς Ἰβηρίαν, στρατηγὸν ἀπεσταλμένον ἐπὶ τὰς προειρημένας πράξεις) οὐ μὴν ἀλλ' ἔφη πρὸς αὐτὴν, ὄνειρον τεθεωρηκέναι δὶς ἤδη τὸν αὐτόν. δοκεῖν γὰρ ἅμα τἀδελφῷ καθεσταμένος ἀγορανόμος, ἀναβαίνειν ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ὡς ἐπὶ τὴν οἰκίαν. ἐκείνην δὲ συναντᾶν αὐτοῖς εἰς τὰς θύρας, καὶ περιπτύξασαν, ἀσπάσασθαι. τῆς δὲ παθούσης τὸ γυναικεῖον πάθος, καί τι προσεπιφθεγξαμένης· εἰ γὰρ ἐμοὶ ταύτην ἰδεῖν γένοιτο τὴν ἡμέραν· βούλει, φησὶ, μῆτερ, πεῖραν λάβωμεν; τῆς δὲ συγκαταθεμένης, ὡς οὐ τολμήσοντος αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὸν καιρὸν οἱονεὶ προσπαίζοντος (καὶ γὰρ ἦν κομιδῇ νέος) ἠξίου τήβενναν αὐτῷ λαμπρὰν ὀξέως ἑτοιμάσαι. τοῦτο γὰρ ἔθος ἐστὶ τοῖς τὰς ἀρχὰς μεταπορευομένοις. καὶ τῇ μὲν οὐδ' ἐν νῷ τὸ ῥηθὲν ἦν. ὁ δὲ λαβὼν πρῶτον λαμπρὰν ἐσθῆτα,

κοιμωμένης ἔτι τῆς μητρὸς, παρῆν εἰς τὴν ἀγοράν. τοῦ δὲ πλήθους καὶ διὰ τὸ παράδοξον καὶ διὰ τὴν προϋπάρχουσαν εὔνοιαν ἐκπληκτικῶς αὐτὸν ἀποδεξαμένου, καὶ μετὰ ταῦτα προσελθόντος εἰς τὸν ἀποδεδειγμένον τόπον, καὶ στάντος παρὰ τὸν ἀδελφὸν, οὐ μόνον τῷ Ποπλίῳ περιέθεσαν οἱ πολλοὶ τὴν ἀρχὴν, ἀλλὰ καὶ τἀδελφῷ δι' ἐκεῖνον. καὶ παρῆσαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἀμφότεροι γεγονότες ἀγορανόμοι· τῇ δὲ μητρὶ τοῦ πράγματος ἄφνω προσπεσόντος, περιχαρὴς οὖσα, πρὸς τὰς θύρας ἀπαντῶσα, καὶ μετὰ παραστάσεως ἠσπάζετο τοὺς νεανίσκους. ὥστε τὸν Πόπλιον ἐκ τοῦ συμβαίνοντος δοκεῖν πᾶσι τοῖς προακηκοόσι τῶν ἐνυπνίων, μὴ μόνον κατὰ τὸν ὕπνον, ἔτι δὲ μᾶλλον ὕπαρ καὶ μεθ' ἡμέραν διαλέγεσθαι τοῖς θεοῖς. ὧν οὐδὲν ἦν ἐνύπνιον· ἀλλὰ ὑπάρχων εὐεργετικὸς καὶ μεγαλόδωρος καὶ προσφιλὴς κατὰ τὴν ἀπάντησιν, συνελογίσατο τὴν τοῦ πλήθους πρὸς αὐτὸν εὔνοιαν. λοιπὸν πρός τε τὸν τοῦ δήμου καὶ τὸν τῆς μητρὸς καιρὸν ἁρμοσάμενος εὐστόχως, οὐ μόνον καθίκετο τῆς προθέσεως, ἀλλὰ καὶ μετά τινος ἔδοξε θείας ἐπιπνοίας αὐτὸ πράττειν. οἱ γὰρ μὴ δυνάμενοι τοὺς καιροὺς, μηδὲ τὰς αἰτίας καὶ διαθέσεις ἑκάστων ἀκριβῶς συνθεωρεῖν, ἢ διὰ φαυλότητα φύσεως, ἢ δι' ἀπειρίαν, καὶ ῥᾳθυμίαν, εἰς θεοὺς καὶ τύχας ἀναφέρουσι τὰς αἰτίας τῶν δι' ἀγχίνοιαν ἐκ λογισμοῦ καὶ προνοίας ἐπιτελουμένων. ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι χάριν τῶν ἀκουόντων,

priuſquam ſurgeret mater, venit in Forum. ubi magna cum admiratione & propter auſi novitatem, & quia jam antè omnibus erat charus, à populo excipitur: mox verò quum in locum candidatis aſſignatum, eſſet progreſſus, ac fratri adſtaret, non ipſi ſolum populi ſuffragiis delata eſt ædilitas, verùm etiam fratri Lucio propter ipſum. ita domum revertuntur ambo Ædiles renunciati: qui ut ad matrem repente eſt allatus nuntius, lætitia geſtiens, obviam filiis ad fores progreditur, & repentino externata gaudio adoleſcentes oſculatur. Hæc quum ita eveniſſent, omnibus qui Scipionis ſomnia prius cognoverant, viſus ipſe eſt non in ſomnis, ſed re vera & interdiu, cum diis colloqui. at Scipio ſomnium viderat nullum; ſed qui natura ſua eſſet ad bene de omnibus merendum & magna largiendum propenſus, & ut in quemque inciderat gratus & amicus omnibus, populi erga ſe benevolentiam ex ipſa re conjectavit. itaque ad oblatam ſibi à populo & à matre occaſionem ſeſe ſollerter & acute accommodans, non ſolum quod propoſuerat effecit; verùm etiam ut divino afflatus ſpiritu id egiſſe videretur eſt conſecutus. Nam qui rerum ſingularum occaſiones, cauſſas & ordinem ac diſpoſitionem exacte perſpicere nequeunt, (ſive id naturæ vitio accidat, ſive quòd deſit experientia, aut teneat ſocordia) ii ad deos & fortunę caſus, eorum quæ ſagaci mente homines, ratione & providentia perficiunt, cauſſas referunt. Hæc ego in lectorum gratiam dicta volui, ne inſitæ vulgi animis

animis opinioni de Scipione falſæ, temere aſſentientes, quæ fuerunt in hoc viro maxima laude digna & pulcherrima, parum attendant; ingenii dexteritatem dico, & induſtriam pari navitate junctam. verum hoc rerum ipſarum quas geſſit expoſitio, magis arguet. Tunc igitur Publius convocatas in unum copias eſt adhortatus, ne propter acceptam prius cladem terrerentur: non enim virtute Romanos unquam fuiſſe à Pœnis victos: ſed perfidia Celtiberorum & temeritate quadam Imperatoribus ab ſeſe invicem diſcluſis, quod modo dictorum ſocietati fidem haberent. nunc vero utramque mali cauſſam penes hoſtes exſiſtere: nam diſtractis in diverſiſſimas regiones exercitibus, procul alium ab alio metari caſtra: & ſociorum omnium animos continuis injuriis ipſos à ſe abalienaſſe, atque ut iidem ſibi hoſtes eſſent effeciſſe. iccirco eorum alios jam ſecum per legatos egiſſe; reliquos, ut primum audendi fuerit facultas, & Romanos amnem Iberum tranſiſſe viderint, magna cum alacritate eſſe venturos; non adeo partium Romanarum ſtudio ductos, verum ea potius cupiditate ſtimulatos, ut petulantiam qua in ipſos Pœni ſunt uſi, ulciſcantur. poſtremo illud eſſe maximum, quod duces hoſtium animis inter ſe diſſidentes, ad dimicandum confertis viribus, ſecum non eſſent conſenſuri: carptim autem & per partes bellum gerentes, facile poſſe eos vinci. hortari igitur omnes, ut hęc cogitantes audenter fluvium trajicerent: ſibi & reliquis ducibus quæ deinceps eſſent agenda fore curæ.

ἵνα μὴ συγκαταφερόμενοι ψευδῶς τῇ καθωμιλημένῃ δόξῃ περὶ αὐτοῦ, παραπέμπωσι τὰ σεμνότατα καὶ κάλλιστα τἀνδρός· λέγω δὲ τὴν ἐπιδεξιότητα καὶ φιλοπονίαν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἔσται τοῦτο συμφανὲς ἐπ' αὐτῶν τῶν πράξεων.
6 Οὐ μὴν ἀλλὰ τότε συνηθροισμένων τῶν δυνάμεων, παρεκάλει μὴ καταπεπλῆχθαι τὴν προγεγενημένην περιπέτειαν· οὐ γὰρ ταῖς ἀρεταῖς ἡττῆσθαι Ῥωμαίους ὑπὸ Καρχηδονίων οὐδέποτε· τῇ δὲ προδοσίᾳ τῇ Κελτιβήρων, καὶ τῇ προπετείᾳ διακλεισθέντων τῶν στρατηγῶν ἀπ' ἀλλήλων, διὰ τὸ πιστεῦσαι τῇ συμμαχίᾳ τῶν εἰρημένων. ἂν ἑκάτερον ἔφη νῦν περὶ τοὺς πολεμίους ὑπάρχειν· χωρὶς γὰρ ἀπ' ἀλλήλων πολὺ διεσπασμένους στρατοπεδεύειν, τοῖς τε συμμάχοις ὑβριστικῶς χρωμένους, ἅπαντας ἀπηλλοτριωκέναι, καὶ πολεμίους αὐτοὺς παρεσκευακέναι. διὸ καὶ τοὺς μὲν ἤδη διαπέμπεσθαι πρὸς σφᾶς, τοὺς δὲ λοιποὺς ὡς ἂν τάχιστα θαῤῥήσωσι, καὶ διαβάντας ἴδωσι τὸν ποταμὸν, ἀσμένως ἥξειν, οὐχ οὕτως εὐνοοῦντας σφίσι. τὸ δὲ πλεῖον, ἀμύνεσθαι σπουδάζοντας τὴν Καρχηδονίων εἰς αὐτοὺς ἀσέλγειαν· τὸ δὲ μέγιστον, στασιάζοντας πρὸς ἀλλήλους τοὺς τῶν ὑπεναντίων ἡγεμόνας, ἀθρόους μάχεσθαι πρὸς αὐτοὺς οὐ θελήσειν· κατὰ μέρος δὲ κινδυνεύοντας εὐχειρώτους ὑπάρχειν. Διὸ βλέποντας εἰς ταῦτα, παρεκάλει περαιοῦσθαι τὸν ποταμὸν εὐθαρσῶς. περὶ δὲ τῶν ἑξῆς ἀνεδέχετο μελήσειν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἡγεμόσι.

Ταῦτα δ᾽ εἰπὼν, τρισχιλίους μὲν ἔχοντα πεζοὺς, καὶ πεντακοσίους ἱππεῖς Μάρκον ἀπέλιπε τὸν συνάρχοντα περὶ τὴν διάβασιν, ἐφεδρεύσοντα τοῖς ἐντὸς τοῦ ποταμοῦ συμμάχοις. αὐτὸς δὲ τὴν ἄλλην ἐπεραιοῦ δύναμιν, ἄδηλον πᾶσι ποιῶν τὴν αὑτοῦ πρόθεσιν. ἦν γὰρ αὐτῷ κεκριμένον πράττειν, ὧν μὲν εἶπε πρὸς τοὺς πολλοὺς, μηδέν· προὔκειτο δὲ πολιορκεῖν ἐξ ἐφόδου τὴν ἐν Ἰβηρίᾳ Καρχηδόνα προσαγορευομένην. ὃ δὴ καὶ πρῶτον ἄν τις λάβοι καὶ μέγιστον σημεῖον τῆς ὑφ᾽ ἡμῶν ἄρτι ῥηθείσης διαλήψεως. ἔτος γὰρ ἕβδομον ἔχων πρὸς τοῖς εἴκοσι, πρῶτον μὲν ἐπὶ πράξεις αὑτὸν ἔδωκε τελέως παρὰ τοῖς πολλοῖς ἀπηλπισμένας, διὰ μέγεθος τῶν προγεγονότων ἐλαττωμάτων. δεύτερον, δοὺς αὑτὸν, τὰ μὲν κοινὰ καὶ προφαινόμενα πᾶσι παρέλιπε· τὰ δὲ μήτε παρὰ τοῖς πολεμίοις, ... ταῦτ᾽ ἐπενόει καὶ προετίθετο πράττειν. ὧν οὐδὲν ἦν χωρὶς ἐκλογισμῶν
7 τῶν ἀκριβεστάτων. ἔτι μὲν γὰρ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἱστορῶν ἐν τῇ Ῥώμῃ, καὶ πυνθανόμενος ἐπιμελῶς τήν τε προδοσίαν τῶν Κελτιβήρων, καὶ τὸν διαζυγμὸν τῶν ἰδίων στρατοπέδων, καὶ συλλογιζόμενος, ὅτι παρὰ τοῦτο συμβαίνει τοῖς περὶ τὸν πατέρα γενέσθαι τὴν περιπέτειαν· οὐ κατεπέπληκτο τοὺς Καρχηδονίους, οὐδ᾽ ἥττητο τῇ ψυχῇ, καθάπερ οἱ πολλοί. μετὰ ταῦτα τοὺς ἐντὸς

Hæc locutus, Marcum Silanum adjutorem ad res agendas ſibi datum, cum tribus peditum millibus, & quingentis equitibus circa amnis trajectum reliquit, ut Romanorum ſociis cis Iberum eſſet pręſidio: ipſe cęteras copias fluvium traduxit, magnopere cavens, ne quò tēderet mortalium quiſquam ſciret. ſtatuerat enim apud ſe, nihil eorum agere quę pro concione dixerat: quum è contrario Carthaginem Novam in Hiſpania invaſione repentina oppugnare in animo haberet. Atque hoc primo eodemque maximo argumento poſſit aliquis noſtram de hoc viro ſententiam comprobare, quam ante expoſuimus. Annum enim ſeptimum ſupra viceſimum agebat Scipio, quando primum ejuſmodi rebus ſe immiſcuit, eaſque in ſe recepit, quas propter acceptorum detrimentorum magnitudinem, omnes deſperabant poſſe perfici. deinde ut his animum ſemel applicuit, vulgaria omnia conſilia, & quorum venire in mentem cuivis poterat, omiſit. illa excogitavit, atque iis propoſuit uti, quæ neque alii duci temere eſſent cognita, neque hoſtibus ſuſpecta. nihil porro horum niſi exquiſitiſſimis rationibus adductus faciebat. Jam primum dum erat adhuc in Urbe, ſingula perquirens, & accurata percontatione diſcens Celtiberos proditionem feciſſe, & Romanas legiones fuiſſe in diverſa diductas; quum facile inde colligeret patri patruoque ſuo eam fuiſſe exitii cauſſam, victoriâ Carthaginienſium nequaquam eſt perculſus, nec victus animo eſt, quod pleriſque omnibus accidit. Factus deinde certior,

Hiſpanos

Hiſpanos cis Iberum Romanorum ſocios, in eorum fide & amicitia manere, duces verò Pœnos & diſcrepare inter ſe, & ſubditis populis contumelioſe facere injuriam; ad ſuſcipiendam expeditionem animo fidenti erat; non ſanè, Fortunæ fidem habens, ſed rationi. In Hiſpaniam ut venit, dum omnes explorat & de rebus hoſtium cunctos ſciſcitatur, copias Carthaginienſium trifariam eſſe diviſas comperit. Magonem è tribus ducibus unum, ultra Herculis columnas agere in Coniis (hoc nomen eſt populo cuidam) inveniebat: Aſdrubalem Geſconis filium, in Luſitania, circa Tagi amnis oſtium: Aſdrubalem alterum, aliquod in Carpetania oppidum premere obſidione: nullum horum minore dierum decem intervallo à Carthagine Nova abeſſe. Cæterum quod ad pugnam cum hoſte conſerendam attinet, ita Scipio cogitabat: ſive omnes ſimul adoriri ſtatueret, magnum plane periculum ſe aditurum; & propter cladem ab iis acceptam, qui ipſum præceſſerant; & propter multitudinem etiam hoſtium, quorum exercitus ſuum multis partibus ſuperabat: ſive unum ſeparatim aggrederetur, atq; ille fugâ ſibi conſuluiſſet, ne ſupervenientibus reliquorum copiis, ipſe aliquo concluderetur, admodum verebatur; & ne eadem ſibi fortuna eveniret, quam Cnæus & Publius pater patruuſque erant experti. propter iſta hanc deliberationis partem rejecit. Quum autem intellexiſſet Carthaginem de qua diximus, magna hoſtibus afferre commoda, maxima verò ſibi ad præſens bellum

Ἴβηρος ποταμοῦ συμμάχους ἀκούων μένειν ἐν τῇ πρὸς αὐτοὺς φιλίᾳ, τοὺς δὲ τῶν Καρχηδονίων ἡγεμόνας, στασιάζειν μὲν πρὸς σφᾶς, ὑβρίζειν δὲ τοὺς ὑποταττομένους, εὐθαρσῶς διέκειτο πρὸς τὴν ἔξοδον, οὐ τῇ τύχῃ πιστεύων, ἀλλὰ τοῖς συλλογισμοῖς. παραγενόμενός γε μὴν εἰς τὴν Ἰβηρίαν, πάντας ἀνακινῶν, καὶ παρ' ἑκάστου πυνθανόμενος τὰ περὶ τοὺς ἐναντίους, ηὕρισκε τὰς μὲν δυνάμεις τῶν Καρχηδονίων εἰς τρία μέρη διῃρημένας· ὧν Μάγωνα μὲν ἐπυνθάνετο διατρίβειν ἐντὸς Ἡρακλείων στηλῶν ἐν τοῖς Κονίοις προσαγορευομένοις· Ἀσδρούβαν δὲ τὸν Γέσκωνος περὶ τὸ τοῦ ποταμοῦ στόμα κατὰ τὴν Λυσιτανήν· τὸν δ' ἕτερον Ἀσδρούβαν πολιορκεῖν τινὰ πόλιν ἐν τοῖς Καρπητανοῖς. οὐδένα δὲ τῶν προειρημένων ἐλάττω δέχ' ἡμερῶν ὁδὸν ἀπέχειν τῆς Καινῆς πόλεως. νομίζων οὖν ἐὰν μὲν εἰς μάχην συνιέναι κρίνῃ τοῖς πολεμίοις, τὸ μὲν πρὸς πάντας ἅμα, κινδυνεύειν τελέως, καὶ διὰ τὸ προηττῆσθαι τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ διὰ τὸ πολλαπλασίους εἶναι τοὺς ὑπεναντίους. ἐὰν δὲ πρὸς ἕνα συμβαλεῖν σπεύδων, κἄπειτα, τούτου φυγομαχήσαντος, ἐπιγινομένων δὲ τῶν ἄλλων δυνάμεων, συγκλεισθῇ που, κατάφοβος ἦν μὴ ταῖς αὐταῖς Γναΐῳ τῷ θείῳ καὶ Ποπλίῳ τῷ πατρὶ περιπέσῃ συμφοραῖς. διὸ τοῦτο μὲν τὸ μέρος ἀπεδοκίμασε· πυνθανόμε- 8
νος δὲ τὴν προειρημένην Καρχηδόνα, μεγίστας μὲν χρείας παρέχεσθαι τοῖς ὑπεναντίοις, μέγιστα δὲ βλάπτειν καὶ κατὰ τὸν ἐνεστῶτα

πόλεμον αὐτὸν, ἐξητάκει τὰ κατὰ μέρος ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τῶν * εἱλώτων. ἀκούων δὲ πρῶτον μὲν, ὅτι λιμένας ἔχει στόλῳ καὶ ναυτικαῖς δυνάμεσι, μόνη σχεδὸν τῶν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν, ἅμα δὲ καὶ διότι πρὸς τὸν ἀπὸ τῆς Λιβύης πλοῦν, καὶ πελάγιον δίαρμα λίαν εὐφυῶς κεῖται τοῖς Καρχηδονίοις· μετὰ δὲ ταῦτα διότι καὶ τῶν χρημάτων πλῆθος καὶ τὰς ἀποσκευὰς τῶν στρατοπέδων ἁπάσας, ἐν ταύτῃ τῇ πόλει συνέβαινε τοῖς Καρχηδονίοις ὑπάρχειν, ἔτι δὲ τοὺς ὁμήρους τοὺς ἐξ ὅλης τῆς Ἰβηρίας· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι μάχιμοι μὲν ἄνδρες εἴησαν εἰς χιλίους οἱ τὴν ἄκραν τηροῦντες, διὰ τὸ μηδένα μηδέποτ᾽ ἂν ὑπολαμβάνειν, ὅτι κρατούντων Καρχηδονίων σχεδὸν ἁπάσης Ἰβηρίας, ἐπινοήσῃ τις τὸ παράπαν πολιορκῆσαι ταύτην τὴν πόλιν. τὸ δ᾽ ἄλλο πλῆθος, ὅτι πολὺ μὲν εἴη διαφερόντως ἐν αὐτῇ· πᾶν δὲ δημιουργικὸν καὶ βάναυσον καὶ θαλαττουργὸν, καὶ πλεῖστον ἀπέχον πολεμικῆς ἐμπειρίας· ὃ κατὰ τῆς πόλεως ὑπελάμβανεν εἶναι, παραδόξου γινομένης ἐπιφανείας. καὶ μὴν οὐδὲ τὴν θέσιν τῆς Καρχηδόνος, οὐδὲ τὴν κατασκευὴν, οὐδὲ τὴν τῆς περιεχούσης αὐτὴν λίμνης διάθεσιν ἠγνόει. διὰ δέ τινων ἁλιέων τῶν ἐνειργασμένων τοῖς τόποις ἐξητάκει. διότι καθόλου μὲν ἐστι τεναγώδης ἡ λίμνη καὶ βατὴ κατὰ τὸ πλεῖστον· ὡς δ᾽ ἐπὶ τὸ πολὺ καὶ γίγνεταί τις τοσαύτη ἀποχώρησις καθ᾽ ἡμέραν ἐπὶ δείλην ὀψίαν. ἐξ ὧν συλλογισάμενος ὅτι καθικόμενος μὲν τῆς ἐπιβολῆς, οὐ μόνον βλάψει τοὺς ὑπεναντίους, ἀλλὰ καὶ

detrimenta; omnia ſigillatim ſuper ea urbe in hibernis exquæſiverat à captivis. Comperiebat primò, unam fere Hiſpaniæ hanc urbem eſſe, quæ portum claſſi & copiis nauticis aptum haberet: quæ etiam Carthaginienſibus eſſet admodum opportuna, ſive navigare ex Africa, ſive mare trajicere volentibus: ad hæc, magnam pecuniæ vim, & omnia impedimenta exercituum Punicorum ibidem aſſervari; obſides item cunctos ex univerſa Hiſpania; & quod eſt maximum, milites ad mille ſolum eſſe in ea qui arcem cuſtodiebant; quod putaret nemo, fieri poſſe unquam ut Pœnis totam fere Hiſpaniam obtinentibus de urbe hac oppugnanda vel ſaltem cogitaret aliquis. cæteram verò multitudinem, illam quidem eo loci eſſe ingentem, ſed eam fere hominum dumtaxat opificum, qui vel artes ſordidas vel nauticas exercerent, ab omni rei bellicæ peritia quàm maximè alienorum: ut non dubitaret Scipio, ſi repentino adventu Carthaginienſes opprimeret, eam ipſam incolarum turbam urbi plurimum nocituram. Sed neque ſitum Carthaginis, neque munitiones, neque naturam ſtagni oppidum ambientis Publius ignorabat. Per piſcatores nonnullos qui illis in locis artem factitaverant compertum habebat, paluſtre in univerſum eſſe id ſtagnum, & maxima ſui parte vadoſum: præterea quotidie, ut plurimum, veſpertinis temporibus maris æſtum decedere. Quibus rebus cognitis ita apud ſe ſtatuebat; ſi perficeret deſtinata, non ſolum hoſtibus ſe incommodaturum;

ſed

ſed etiam res ſuas magnum inde emolumentum eſſe capturas: ſin aſſequi propoſitum nequiret, quia tamen in poteſtate mare haberet, ſuorum ſaluti facile ſe conſulturum, modò ſemel ne caſtris poſſet noceri providiſſet. id vero facile erat, hoſtium copiis tam longo inde ſpatio ſummotis. propterea relictis rebus aliis, dum in hibernis agebat, ad neceſſaria huic incepto præparanda, ſtudium omne ſuum contulit. Atque hæc Scipio quum moliretur, homo annorum XXVII ut ante diximus, omnes præter C. Lælium celavit; donec cenſuit ipſe faciendum, ut rem omnibus aperiret. Et convenit ſanè inter ſcriptores hiſtoriarum, hæc Publii fuiſſe conſilia, certa ratione ſuſcepta: iidem tamen ubi ad eorum exitum narrandum venerunt, neſcio qui fiat, ut diis & Fortunę, non huic viro & ipſius prudentiæ rei feliciter confectæ cauſſam adſcribant. quum præſertim ſententiæ iſtorum & conjecturæ omnes repugnent? & eorum teſtimonia qui unâ cum eo vixerunt; & quum ipſe etiam Publius in ea quam ad Philippum dedit epiſtola, clare expoſuerit, eas ipſas ſe rationes conſiliorum eſſe ſecutum, & in univerſum quando expeditionem hanc in Hiſpaniam ſuſcepit, & particulatim cum de oppugnatione Carthaginis cogitavit. Ut redeam ad rem, Publius C. Lælio claſſis præfecto, qui ſicut modò dicebamus, conſilium Scipionis ſolus norat, arcanum præceptum dederat, juſſeratque eum navigationis curſum verſus dictam urbem dirigere. ipſe cum pedeſtribus copiis

τοῖς σφετέροις πράγμασι μεγάλην ἐπίδοσιν παρασκευάσει, διαπεσὼν δὲ τῆς προθέσεως, ὅτι δύναται σώζειν τοὺς ὑποταττομένους διὰ τὸ θαλαττοκρατεῖν, ἐὰν ἅπαξ ἀσφαλίσηται τὴν στρατοπεδείαν· τοῦτο δ᾽ ἦν δυσχερὲς, διὰ τὸ μακρὰν ἀπεσπάσθαι τὰς τῶν ὑπεναντίων δυνάμεις· οὕτως ἀφέμενος τῶν ἄλλων, περὶ ταύτην ἐγίνετο τὴν παρασκευὴν ἐν τῇ παραχειμασίᾳ.
Καὶ ταύτην ἔχων τὴν 9
ἐπιβολὴν καὶ τὴν ἡλικίαν ἣν ἄρτίως εἶπα, πάντας ἀπεκρύψατο χωρὶς Γαΐου Λαιλίου, μέχρι πᾶσιν αὐτὸς ἔκρινε φανερὸν ποιεῖν. Τούτοις δὲ τοῖς ἐκλογισμοῖς ὁμολογοῦντες οἱ συγγραφεῖς, ὅταν ἐπὶ τὸ τέλος ἔλθωσι πράξεως, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως οὐκ εἰς τὸν ἄνδρα καὶ τὴν τούτου πρόνοιαν, εἰς δὲ τοὺς θεοὺς καὶ τὴν τύχην ἀναφέρουσι τὸ γεγονὸς κατόρθωμα. καὶ ταῦτα χωρὶς τῶν εἰκότων καὶ τῆς τῶν συμβεβιωκότων μαρτυρίας· καὶ διὰ τῆς ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Φίλιππον αὐτοῦ τοῦ Ποπλίου, σαφῶς ἐκτεθεικότος, ἐπὶ τούτοις τοῖς ἐκλογισμοῖς χρησάμενος, οἷς ἡμεῖς ἀνώτερον ἐξελογισάμεθα, καθόλου τε τοῖς ἐν Ἰβηρίᾳ πράγμασιν ἐπιβάλοιτο, καὶ κατὰ μέρος τῇ τῆς Καρχηδόνος πολιορκίᾳ. Πλὴν τότε γε τῷ μὲν ἐπὶ τοῦ στόλου Γαΐῳ Λαιλίῳ δι᾽ ἀπορρήτων ἐντειλάμενος, παρήγγειλε πλέειν ἐπὶ τὴν προειρημένην πόλιν. μόνος γὰρ οὗτος αὐτῷ συνῄδει τὴν ἐπιβολὴν, καθάπερ ἀνώτερον εἴπον. αὐτὸς δὲ τὰς πεζικὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν, ἐποιεῖτο τὴν πορείαν μετὰ σπουδῆς.

εἶχε

εἶχε δὲ τὸ μὲν τῶν πεζῶν πλῆθος εἰς δισμυρίους καὶ πεντακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ εἰς δισχιλίους καὶ πεντακοσίους. ἀφικόμενος δὲ ἑβδομαῖος, κατεστρατοπέδευσε κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος τῆς πόλεως· καὶ περιέβαλλε κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας, τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν· κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. αὐτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις, ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε. Μέλλοντες δὲ καὶ τὴν πολιορκίαν καὶ τὴν ἅλωσιν τῆς πόλεως δηλοῦν, ἀναγκαῖον ἡγούμεθ' εἶναι τὸ καὶ τοὺς παρακειμένους τόπους καὶ τὴν θέσιν αὐτῆς ἐπὶ ποσὸν ὑποδεῖξαι τοῖς
10 ἀκούουσι. Κεῖται μὲν οὖν τῆς Ἰβηρίας κατὰ μέσην τὴν παραλίαν ἐν κόλπῳ νεύοντι πρὸς ἄνεμον Λίβα· οὗ τὸ μὲν βάθος ἐστὶν ὡς εἴκοσι σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα. λαμβάνει δὲ διάθεσιν λιμένος ὁ πᾶς κόλπος διὰ τοιαύτην αἰτίαν. νῆσος ἐπὶ τοῦ στόματος αὐτοῦ κεῖται, βραχὺν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους εἴσπλουν εἰς αὐτὸν ἀπολείπουσα. ταύτης ἀποδεχομένης τὸ πελάγιον κῦμα, συμβαίνει τὸν κόλπον ὅλον εὐδίαν ἔχειν· πλὴν ἐφ' ὅσον οἱ Λίβες καθ' ἑκάτερον τὸν εἴσπλουν παρεισπίπτοντες, κλύδωνας ἀποτελοῦσι. τῶν γε μὴν ἄλλων πνευμάτων ἀκλυδώνιστος ὢν τυγχάνει διὰ τὴν περιέχουσαν αὐτὸν ἤπειρον. ἐν δὲ τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου πρόκειται χερρονησίζον ὄρος, ἐφ' οὗ κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν, περιεχομένην θαλάττῃ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας, ἀπὸ δὲ τῶν δυσμῶν λίμνη, προσεπιλαμβανούσῃ

(erant autem vigintiquinque millia peditum, duo millia & quingenti equites;) eodem magno ſtudio contendit. Septimo die ab Ibero Carthaginem venit, & caſtra ab regione urbis, quà in Septentrionem verſa eſt, poſuit. his ab tergo foſſam & vallum duplex objecit, a mari ad mare. à fronte & ea parte quæ urbem reſpiciebat nulla munitio objecta. ipſa quippe loci natura ſatis tuta caſtra à vi hoſtili præſtabat. Quoniam autem dicturi ſumus quomodo & oppugnata & demum capta ea urbs fuerit, faciendum ducimus, ut iis qui hæc audient & adjacentium locorum naturam, & urbis ipſius ſitum quadamtenus demonſtremus. Sita eſt igitur Carthago Nova in ſinu maris qui media fere Hiſpaniæ ora Africo vento eſt oppoſitus, & bis mille quingentos paſſus introrſus porrectus in longum, dimidium fere ejus ſpatii in oſtio ipſo patet. Sinus totus ſpeciem portus ob hujuſcemodi cauſſam præbet. hujus in oſtio ſinus inſula eſt objecta, quæ intrantibus ipſum navibus, anguſtum utraque ex parte aditum relinquit. quum autem fluctus ex alto venientes hæc inſula excipiat, evenit ut toto ſinu magna ſit tranquillitas: niſi quod Africi à latere utroque intus penetrant, & fluctus cient. ad alios ventos quod attinet, motu & agitatione fluctuum caret, propter ambientem undique continentem. Ab intimo ſinu mons ad inſtar peninſulæ excurrit, in quo condita urbs eſt: ab ortu Solis & à meridie cincta eſt mari; ab occaſu ſtagnum claudit, paullum etiam

etiam ad Septentrionem fuſum. ut reliquum ſpatium ad mare quod è regione eſt oppoſitum, (hoc jugum continenti oppidum conjungit;) ducentos & quinquaginta paſſus pateat non amplius. urbs ipſa in medio humilis eſt & cava: ab eo latere quod in meridiem eſt verſum, planum aditum venientibus à mari habet: cætera tumulis cinguntur; duobus montanis & aſperis; tribus multo depreſſioribus, verum cavernoſis & inacceſſis. eorum maximus ab oriente illi adjacet, ad mare pertinens: & ſuper hoc tumulo ædes Æſculapio eſt conſecrata. huic qui ab occidente eſt poſitus, ſitum obtinet ſimilem. in eo exſtructa fuit regia, opus magnificum, cujus auctor dicitur fuiſſe Aſdrubal, qui ad monarchicum imperium viam affectavit. Supereſt latus urbis Septentrionale, quod minorum collium objectu clauditur. è tribus iſtis qui ad ortum Solis vergit, Vulcani dicitur tumulus; proximus Aletæ: quem fama eſt propter inventa argenti metalla, diis immortalibus pares honores eſſe conſecutum. tertium de Saturni nomine indigetant. Stagnum urbi adjacens, ut mari conjungeretur & conflueret, in eorum gratiam qui maria exercent, opus manufactũ præſtat. Quo loco media inter ſtagnum & mare lingula eſt interciſa, pons ſtratus eſt ad ea quę fuerint neceſſaria ex agris ſive jumentis, ſive plauſtris convehenda. Ejuſmodi locorum natura quum eſſet, caſtris Romanorum quà introrſum urbem verſus ſpectant, hinc ſtagnũ, hinc prominens ab altera parte

καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους. ὥστε τὸν λοιπὸν τόπον μέχρι τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάττης, ὃς καὶ συνάπτει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, μὴ πλέον ὑπάρχειν ἢ δυοῖν σταδίων. Ἡ δὲ πόλις αὐτὴ μεσόκοιλός ἐστι· κατὰ δὲ τὴν ἀπὸ μεσημβρίας πλευράν, ἐπίπεδον ἔχει τὴν ἀπὸ θαλάττης πρόσοδον· τὰ δὲ λοιπὰ περιέχεται λόφοις, δυσὶν μὲν ὀρεινοῖς καὶ τραχέσιν· ἄλλοις δὲ τρισί, πολὺ μὲν χθαμαλωτέροις, σπηλώδεσι δὲ καὶ δυσβάτοις, ὧν ὁ μὲν μέγιστος ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς αὐτῇ παράκειται, προτείνων εἰς θάλατταν· ἐφ' οὗ καθίδρυται νεὼς Ἀσκληπιοῦ. τούτῳ δ' ὁ ἀπὸ τῆς δύσεως ἀντίκειται παραπλησίαν θέσιν ἔχων, ἐφ' οὗ καὶ βασίλεια κατεσκεύασται πολυτελῶς, ἅ φασιν Ἀσδρούβαν ποιῆσαι, μοναρχικῆς ὀρεγόμενον ἐξουσίας. αἱ δὲ λοιπαὶ τῶν ἐλαττόνων βουνῶν ὑπεροχαὶ τὸ πρὸς ἄρκτον αὐτῆς μέρος περιέχουσι. καλεῖται δὲ τῶν τριῶν ὁ μὲν πρὸς ἀνατολὰς νεύων, Ἡφαίστου· τούτῳ δ' ὁ συνεχής, Ἀλήτου· δοκεῖ δ' οὗτος εὑρετὴς γενόμενος τῶν ἀργυρείων μετάλλων, ἰσοθέων τετευχέναι τιμῶν. ὁ δὲ τρίτος προσαγορεύεται Κρόνου. συμβαίνει δὲ τὴν λίμνην τῇ παρακειμένῃ θαλάττῃ σύρρουν γεγονέναι χειροποιήτως, χάριν τῶν θαλαττουργῶν. κατὰ δὲ τὸ διεῖργον αὐτὰς χεῖλος διακοπῆς γέφυρα κατεσκεύασται πρὸς τὸ καὶ τὰ ὑποζύγια καὶ τὰς ἁμάξας ταύτῃ ποιεῖσθαι τὴν παρακομιδὴν τῶν ἐκ τῆς χώρας ἀναγκαίων. II τοιαύτης δ' ὑπαρχούσης τῆς διαθέσεως τῶν τόπων, ἀσφαλίζεσθαι συνέβαινε τοῖς Ῥωμαίοις τὴν στρατοπεδείαν καὶ τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν ἀκατασκεύως

ὑπὸ

ἀπό τε τῆς λίμνης καὶ τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάττης. τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα τὸ συνάπτον τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀχαράκωτον εἴασε κατὰ μέσην ὑπάρχον τὴν αὑτοῦ στρατοπεδείαν. εἴτε καὶ καταπλήξεως χάριν, εἴτε καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἁρμοζόμενος, ὅπως ἀνεμποδίστους ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγὰς καὶ τὰς ἀναχωρήσεις εἰς τὴν παρεμβολήν. ὁ δὲ περίβολος τῆς πόλεως οὐ πλεῖον εἴκοσι σταδίων ὑπῆρχε τὸ πρότερον (καί τοι γ' οὐκ ἀγνοῶ, διότι πολλοῖς εἴρηται τετταράκοντα· τὸ δ' ἐστὶ ψεῦδος. οὐ γὰρ ἐξ ἀκοῆς ἡμεῖς, ἀλλ' αὐτόπται γεγονότες, μετ' ἐπιστάσεως ἀποφαινόμεθα.) νῦν δὲ καὶ μᾶλλον ἔτι συνῄρηται. Πλὴν ὅ γε Πόπλιος συνάψαντος καὶ τοῦ στόλου πρὸς τὸν δέοντα καιρὸν, ἐπεβάλετο συναθροίσας τὰ πλήθη παρακαλεῖν. οὐχ ἑτέροις τισὶ χρώμενος ἀπολογισμοῖς, ἀλλ' οἷς ἐτύγχανε πεπεικὼς αὑτὸν ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς τὸ κατὰ μέρος ἄρτι πεποιήμεθα λόγον. ἀποδείξας δὲ δυνατὴν οὖσαν τὴν ἐπιβολὴν, καὶ συγκεφαλαιωσάμενος τὴν ἐκ τοῦ κατορθώματος ἐλάττωσιν τῶν ὑπεναντίων, αὔξησιν δὲ τῶν σφετέρων πραγμάτων, λοιπὸν χρυσοῦς στεφάνους ἐπηγγείλατο τοῖς πρώτοις ἐπὶ τὸ τεῖχος ἀναβᾶσι, καὶ τὰς εἰθισμένας δωρεὰς τοῖς ἐπιφανῶς ἀνδραγαθήσασι· τὸ δὲ τελευταῖον, ἐξ ἀρχῆς ἔφη τὴν ἐπιβολὴν αὐτῷ ταύτην ὑποδεδειχέναι τὸν Ποσειδῶνα παραστάντα κατὰ τὸν ὕπνον, καὶ φάναι συνεργήσειν ἐπιφανῶς κατ' αὐτὸν τὸν τῆς πράξεως καιρὸν οὕτως, ὥστε παντὶ τῷ στρατοπέδῳ

mare pro munimento vlla arte erant. ab interiecto inter hæc ſpatio, quod urbem continenti jungit, eratque mediis ipſis caſtris oppoſitum, nullum objecit vallum ſive ut rei novitate hoſtem terreret, ſive facilitati conſilii exſequendi conſulens; ut & educere ſuos è caſtris & eodem reducere ſine impedimento poſſet. Erat murorum ambitus ante hæc tempora non major duobus millibus paſſuũ & quingentis. Etſi non fugit me proditum a multis eſſe eum circuitum paſſuum quinque millium. ſed hoc falſum eſt. neque enim ex auditu de eo pronuntiamus nos; verùm poſtquam loca ipſi luſtravimus & attente conſideravimus. nunc verò etiam contractiore muro urbs illa clauditur. Iam claſſis advenerat ſanè quàm opportune, cum Publius concione advocata milites hortari cepit. quam ad rem non aliis rationibus eſt uſus, quàm illis quibus ipſe inductus ita faciendum eſſe ſibi perſuaſerat, de quibus ſigillatim antè à nobis eſt dictum. Poſtquam poſſe perfici quod aggrediebatur demonſtraſſet, ſummatim etiam quantum ex eo damnum res hoſtium, quantum ſuæ incrementum eſſent accepturæ diſſeruiſſet: ad hæc militibus coronas aureas pronuntiaſſet, qui primi murum conſcendiſſent; necnon conſueta alia præmia, ſi quis inſignius pugnam capeſſiſſet: illud ad extremum adjecit, Neptunum jam inde à principio in ſomnis ſibi adſtitiſſe, atque hujus incepti ſuſcipiendi conſilium ſuggeſſiſſe; pollicitum etiam, adeo manifeſtò auxilium ſibi ipſum in articulo ipſo temporis laturum, ut adjuvantis

juvantis numinis præſentiam univerſus exercitus ſit agniturus. Quum ejus adhortatio & rationes conſilii expoſitas accuratè contineret, pollicitationem aurearum coronarum, & ſuper hæc omnia Dei providentiam, juvenũ animos ingens plane alacritas & impetus ad rem perficiendam invaſit. Poſtero die Scipio, juſſa claſſe, (quæ omni telorum genere erat inſtructa & C. Lęlio fuerat commiſſa) urbem à mari cingere; lectis præterea duobus millibus fortiſſimorum militum, quibus pręceperat, ut communi opera cum iis qui ſcalas gerebant muros à terra invaderent, oppugnationem Carthaginis hora tertia auſpicatur. Mago urbis præfectus cohorte illa millenaria diviſa, quingentos milites in arce relinquit; reliquos tumulo urbis in orientem verſo impoſitos in ordinem ſtruit. oppidanorum valentiſſimos, ad duo millia hominum, iis armis quæ in urbe erant adornatos, ad eam portam collocat, quæ ad dictum jugum & Romana caſtra ducebat. cęteros pro ſua quemque virili ferre opem, & ad omnes mœnium partes occurrere jubet. Simul claſſica imperatoris juſſu ad prælium committendum incinvêre, Mago armatos qui ad portam ſtabant emittit, perſuaſus hoſti ſe terrorem eo facto injecturum, & ut in irritum caderet ejus inceptum, facturum. iſti enimvero in Romanos qui vallo egreſſi in jugo ordinati conſederant, magna vi irruere; pugna atrox cieri; acres utrinque adhortationes fieri: dum & qui erant in caſtris, & qui erant in urbe

τὴν ἐξ αὐτοῦ χρείαν ἐναργῆ γίνεσθαι. τῶν δὲ κατὰ τὴν παράκλησιν λόγων, ἅμα μὲν ἀπολογισμοῖς ἀκριβέσι μεμιγμένων, ἅμα δ' ἐπαγγελίαις χρυσῶν στεφάνων, ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις θεοῦ προνοίᾳ, τελέως μεγάλην ὁρμὴν καὶ προθυμίαν παρίστασθαι συνέβαινε τοῖς νεανίσκοις. Τῇ δ' ἐπαύριον E
κατὰ μὲν τοὺς ἐκ τῆς θαλάττης τόπους περιστήσας ναῦς παντοδαποῖς βέλεσιν ἐξηρτυμένας, καὶ δοὺς τὴν ἐπιτροπὴν Γαΐῳ· κατὰ δὲ γῆν τοὺς εὐρωστοτάτους τῶν ἀνδρῶν εἰς δισχιλίους ὁμόσε τοῖς κλιμακοφόροις ἐπιστήσας, ἐνήρχετο τῆς πολιορκίας κατὰ τρίτην ὥραν. ὁ δὲ Μάγων ὁ τεταγμένος ἐπὶ τῆς πόλεως, τὸ μὲν τῶν χιλίων σύνταγμα διελὼν, τοὺς μὲν ἡμίσεις ἐπὶ τῆς ἄκρας ἀπέλιπε, τοὺς δ' ἄλλους ἐπὶ τοῦ πρὸς ἀνατολὰς λόφου παρενέβαλε. τῶν δὲ λοιπῶν τοὺς εὐρωστοτάτους περὶ δισχιλίους καθεσκευακὼς τοῖς ὑπάρχουσι κατὰ τὴν πόλιν ὅπλοις, ἐπέστησε κατὰ τὴν πύλην τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὴν τῶν πολεμίων στρατοπεδείαν. τοῖς δὲ λοιποῖς παρήγγειλε βοηθεῖν κατὰ δύναμιν, πρὸς πάντα τὰ μέρη τοῦ τείχους. ἅμα δὲ τῷ τὸν Πόπλιον ταῖς σάλπιγξι διασημῆναι τὸν καιρὸν τῆς προσβολῆς, ἐξαφίησι τοὺς καθωπλισμένους ὁ Μάγων διὰ τῆς πύλης· πεπεισμένος ὅτι καταπλήξεται τοὺς ὑπεναντίους, καὶ τὸ παράπαν ἀφελεῖται τὴν ἐπιβολὴν αὐτῶν. προσπεσόντων δὲ τούτων ἐῤῥωμένως τοῖς ἐκ τοῦ στρατοπέδου κατὰ τὸν ἰσθμὸν παρατεταγμένοις, ἐγίνετο μάχη λαμπρὰ καὶ παρακελευσμὸς ἐξ ἀμφοῖν ἐναγώνιος, τῶν μὲν ἐκ τοῦ στρατο-

πέδου,

πεδίον, τῶν δ' ἐκ τῆς πόλεως, τοῖς ἰδίοις ἑκατέρων ἐπιβοώντων. τῆς δὲ διὰ τῶν βοηθούντων ἐπικουρίας οὐχ ὁμοίας ὑπαρχούσης, διὰ τὸ τοῖς μὲν Καρχηδονίοις διὰ μιᾶς πύλης καὶ σχεδὸν ἀπὸ δυοῖν σταδίοιν γίγνεσθαι τὴν παρουσίαν, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις ἐκ χειρὸς καὶ κατὰ πολλοὺς τόπον, ἄνισος ἦν ἡ μάχη διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν. ὁ γὰρ Πόπλιος ἑκὼν ἐπέστησε τοὺς αὑτοῦ παρ' αὐτὴν τὴν στρατοπεδείαν χάριν τοῦ προσκαλέσασθαι τοὺς πολεμίους πορρωτάτω· σαφῶς γινώσκων, ἐὰν διαφθείρῃ τούτους ὄντας οἱονεὶ στόμα τοῦ κατὰ τὴν πόλιν πλήθους, ὅτι διατραπήσεται τὰ ὅλα, καὶ τὴν πύλην οὐκέτι τῶν ἔνδον οὐδεὶς ἐξιέναι θαῤῥήσει. οὐ μὴν ἀλλ' ἕως μέν τινος, ἐφάμιλλον συνέβαινε γίγνεσθαι τὴν μάχην, ὡς ἐξ ἀμφοῖν κατ' ἐκλογὴν τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν προκεκριμένων. τέλος δ' ἐξωθούμενοι τῷ βάρει διὰ τοὺς ἐκ τῆς παρεμβολῆς προσγιγνομένους, ἐτράπησαν οἱ παρὰ τῶν Καρχηδονίων· καὶ πολλοὶ μὲν αὐτῶν ἐν τῷ τῆς μάχης καιρῷ διεφθάρησαν, καὶ κατὰ τὴν ἀποχώρησιν· οἱ δὲ πλείους ἐν τῷ περιπίπτειν εἰς τὴν πύλην ὑπ' αὐτῶν ἠλοήθησαν. οὗ συμβαίνοντος, ὁ κατὰ τὴν πόλιν ὄχλος οὕτως ἐπτοήθη πᾶς, ὥστε καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν τειχῶν φεύγειν. παρ' ὀλίγον μὲν οὖν ἦλθον οἱ Ῥωμαῖοι τοῦ συνεισπεσεῖν τότε μετὰ τῶν φευγόντων· οὐ μὴν ἀλλὰ τάς τε κλίμακας τῷ τείχει μετ' ἀσφαλείας προσήρεισαν. Ὁ δὲ Πόπλιος
13 ἐδίδου μὲν αὑτὸν εἰς τὸν κίνδυνον, ἐποίει δὲ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἀσφαλῶς· εἶχε γὰρ μεθ' ἑαυτοῦ τρεῖς ἄνδρας θυρεο-

ſuis clamore ingenti animos addunt. Sedenim ſubſidiorum quæ identidem ſubmittebantur par ratio non erat: quum Carthaginienſibus unica exeundum eſſet porta, & paſſus CCL conficiendi, prius quàm ad locum pugnæ pervenirent: Romani è proximo & viis multis auxiliatum ſuis irent. præterea hautquaquam par Pœnis dimicatio erat. de induſtria namque Scipio ſuos non procul à caſtris ſtare voluerat; ut inimicos è ſpatio quàm longiſſimè ad pugnam alliceret. neque dubitabat dux Romanus, ſi iſtos perderet, qui urbanæ multitudinis velut mucro erant, ſummam omnium rerum confuſionem Carthagine futuram, neque auſurum quemquam oppidanorum pedem porta efferre. Diu pugna neutro inclinata ſtetit; ut pote quum ex utraque parte ſelectorum virorum flos dimicaret. impulſa tandem Carthaginienſium acies, eorum velut pondere victa ceſſit qui è Romanis caſtris ſubinde auxilio veniebant. Et multi quidem eorum in ipſo diſcrimine perierunt, aut in fuga; plures tamen irruentes in portam protriti conculcatique ſunt. quo caſu oppidanorum turba adeo eſt conſternata, ut etiam qui muros conſcenderant iis relictis fugerent. Non ſane multum abfuit, quin & Romani tum fugientibus permiſti in urbem irrumperent: ſcalas certè muro ſine diſcrimine admotas firmarunt. Ipſe quoque Scipio periculis caput ſuum objiciebat: non temere tamen, verùm ſecuritati ſuæ quàm maxime poterat fieri conſulens. aderant enim illi armigeri tres, qui

ſcutis

ſcutis oppoſitis, & adverſus tela è muris volantia eum protegentes, ſecuritatem præſtabant. itaque modò pugnantis aciei latera obiens, modo loca ſuperiora conſcendens, magnum ad victoriam momentum afferebat. quum enim ſimul quæcunque fiebant videret, ſimul ipſe ab omnibus videretur, mira alacritate pugnantium animos incendebat. unde etiam eveniebat, ut nihil quicquam eorum deſideraretur, quę rem gerentibus uſui eſſe poſſent: ſed ſtatim ut præſens occaſio aliquid faciendum eſſe ei ſuggeſſerat, omnes è veſtigio imperata rite & ordine faciebant. Quum jam inſigni audacia anteſignani ſcalas conſcenderent, nequaquam propugnantium muros ingens multitudo par periculum accedentibus creabat, ut ipſa mœnium altitudo. quo impedimento ut tardatum impetum Romanorum vident qui muros defendebant, majorem in modum crevit illis animus. Scalarum enim aliæ, quas propter magnitudinem ſuam plures ſimul aſcendebant, onere ipſo frangebātur: in aliis quum primis quibuſq; altitudo caliginem oculis offudiſſet, ſi minimus reſiſtentium conatus accederet, pręcipites de ſcalis ſe dejiciebant. quoties vero aut trabes aut ſimile quid aliud è pinnis hoſtes immiſiſſent in irruentes, ſimul omnes devoluti in terram deferebantur. Hæc incommoda etſi erant maxima, nulla tamen poterat eſſe tanta difficultas, quę irrumpentium Romanorum vim & impetum cohiberet: ſed vix adhuc dejecti erant primi, cùm ſemper ut quęque ſtatio erat deſerta pro-

φοροῦντες, οἱ παραθέντες τοὺς θυρεοὺς, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ τείχους ἐπιφάνειαν σκεπάζοντες, ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζον. διὸ παρὰ τὰ πλάγια καὶ τοὺς ὑπερδεξίους τόπους ἐπιπαριὼν, μεγάλα συνεβάλλετο πρὸς τὴν χρείαν. ἅμα μὲν γὰρ ἑώρα τὸ γιγνόμενον, ἅμα δ᾽ αὐτὸς ὑπὸ πάντων ὁρώμενος, ἐνειργάζετο προθυμίαν τοῖς ἀγωνιζομένοις. ἐξ οὗ συνέβαινε μηδὲν ἐλλειπὲς γίγνεσθαι τῶν πρὸς τὸν κίνδυνον· ἀλλ᾽ ὁπότε τι αὐτῷ πρὸς τὸ προκείμενον ὁ καιρὸς ὑποδείξειε, πᾶν ἐκ χειρὸς ἀεὶ συνηργεῖτο πρὸς τὸ δέον. ὁρμησάντων δὲ ταῖς κλίμαξι πρὸς τὴν ἀνάβασιν τῶν πρώτων τεθαρρηκότως, οὐχ οὕτω τὸ πλῆθος τῶν ἀμυνομένων ἐπικίνδυνον ἐποίει τὴν προσβολὴν, ὡς τὸ μέγεθος τῶν τειχῶν. διὸ καὶ μᾶλλον ἐπερρώσθησαν οἱ κατὰ τὰ τείχη θεωροῦντες τὴν δυσχρηστίαν τῶν συμβαινόντων. ἔνιαι μὲν γὰρ συνετρίβοντο τῶν κλιμάκων, πολλῶν ἅμα διὰ τὸ μέγεθος συνεπιβαινόντων· ἐφ᾽ αἷς δ᾽ οἱ πρῶτοι προσβαίνοντες, ἐσκοτοῦντο διὰ τὴν εἰς ὕψος ἀνάτασιν, καὶ βραχείας προσδεόμενοι τῆς ἐκ τῶν ἀμυνομένων ἀντιπράξεως, ἐρρίπτουν σφᾶς αὐτοὺς ἀπὸ τῶν κλιμάκων. ὅτε δὲ καὶ δοκοὺς ἤ τι τοιοῦτον ἐγχειρήσειεν ἐπιρρίπτειν ἀπὸ τῶν ἐπάλξεων, ὁμοῦ πάντες ἀπεσύροντο καὶ κατεφέροντο πρὸς τὴν γῆν. οὐ μὴν ἀλλὰ τοιούτων ἀπαντωμένων, οὐδὲν ἱκανὸν ἦν πρὸς τὸ κωλύειν τὴν ἐπιφορὰν καὶ τὴν ὁρμὴν τῶν Ῥωμαίων· ἀλλ᾽ ἔτι καταφερομένων τῶν πρώτων ἐπέβαινον οἱ συνεχεῖς ἐπὶ τὴν ἐκλείπουσαν

ἀεὶ χώραν. ἤδη δὲ τῆς ἡμέρας προβαινούσης, καὶ τῶν στρατιωτῶν τετρυμμένων ὑπὸ τῆς κακοπαθείας, ἀνεκαλέσατο ταῖς σάλπιγξιν ὁ στρατηγὸς τοὺς προσβάλλοντας. Οἱ μὲν οὖν ἔνδον περιχαρεῖς ἦσαν ὡς ἀποτετραμμένοι τὸν κίνδυνον· ὁ δὲ
14 Πόπλιος προσδοκῶν ἤδη τὸν τῆς ἀναπώσεως καιρὸν κατὰ μὲν τὴν λίμνην ἡτοίμασε πεντακοσίους ἄνδρας μετὰ κλιμάκων· κατὰ δὲ τὴν πύλην καὶ τὸν ἰσθμὸν νεαλεῖς ποιήσας τοὺς στρατιώτας, καὶ παρακαλέσας, προσανέδωκε κλίμακας πλείους τῶν πρότερον, ὥστε συνεχῶς πλήρες γίνεσθαι τὸ τεῖχος τῶν προσβαινόντων. ἅμα δὲ τῷ σημῆναι τὸ πολεμικὸν, καὶ προσθέντας τῷ τείχει τὰς κλίμακας προσβαίνειν κατὰ πάντα τὰ μέρη τεθαῤῥηκότως, μεγάλην συνέβαινε ταραχὴν καὶ διατροπὴν γίγνεσθαι τῶν ἔνδον. νομίζοντες γὰρ ἀπολελύσθαι τῆς περιστάσεως, αὖθις ἀρχὴν ἑώρων λαμβάνοντα τὸν κίνδυνον ἐξ ἄλλης ὁρμῆς. ἅμα δὲ καὶ τῶν βελῶν αὐτοὺς ἤδη λιπόντων, καὶ τοῦ πλήθους τῶν ἀπολωλότων εἰς ἀθυμίαν ἄγοντος, δυσχερῶς μὲν ἔφερον τὸ γιγνόμενον· οὐ μὴν ἀλλ' ἠμύνοντο δυνατῶς. κατὰ δὲ τὴν ἀκμὴν τοῦ διὰ τῶν κλιμάκων ἀγῶνος, ἤρχετο τὰ κατὰ τὴν ἄμπωτιν. καὶ τὰ μὲν ἄκρα τῆς λίμνης ἀπέλιπε τὸ ὕδωρ κατὰ βραχύ· διὰ δὲ τοῦ στόματος ὁ ῥοῦς εἰς τὴν συνεχῆ θάλατταν ἄθρους ἐφέρετο καὶ πολύς· ὥστε τοῖς ἀπρονοήτως θεωμένοις ἄπιστον φαίνεσθαι τὸ γιγνόμενον. ὁ δὲ Πόπλιος ἔχων ἑτοίμους τοὺς καθηγεμόνας, ἐμβαίνειν παρεκελεύετο καὶ θαῤῥεῖν τοὺς πρὸς τὴν χρείαν ταύτην ἡτοιμασμένους. καὶ γὰρ

ximi eam occupabant. Procedente jam die quum vexatione & malis miles Romanus eſſet confectus, ſignum receptui dare juſſit Imperator. Oppidani enimvero lætitia tum geſtire, ut qui omne jam periculum à ſe depuliſſent. At Scipio tempus illud expectans quo æſtus decederet, quà vergit urbs in ſtagnum armatos quingentos cum ſcalis præparaverat: ad portam & illas fauces ubi prius erat pugnatum milites recentes in defeſſorum locum mittit. cunctos deinde adhortatus ſcalas eis plures quàm ante dividit, ut corona invadentium repleri undique muri poſſent. Ut ſignum invadendi eſt datum, & Romani ſcalis admotis intrepide omni ex parte mœnia adoriebantur, ingens repente obſeſſos trepidatio & animi perturbatio inceſſit. nempe illi exiſtimabant omni ſe periculo eſſe defunctos, cum ecce recentia pericula, recens hoſtium impetus. ſimul quum & tela jam deficerent, & numerus occiſorum ut animos deſponderent efficeret, tantum caſum illi quidem ægerrime ferebant: ab hoſte tamen, quod in ipſis foret, ſeſe defendebant. Feruebat cum maxime certamen, quando cepit æſtus decedere. & extrema quidem ſtagni paullatim aqua deſerebat. per oſtium vero ſinus eadem conferta & cum impetu in continens mare ferebatur: ut qui rerum naturæ ignari cernerent quod fiebat, demirari ſatis non poſſent. Publius paratos habens duces locorum peritos, ſtagnum ingredi & bono eſſe animo eos jubebat, quibus id negotii dederat. Plane ſi ad quicquam aliud, ad id

ad id certe egregie à natura fuit comparatus Scipio, ut fiduciam animis hominum ingeneraret, ac ſuos affectus in eos transfunderet, quos adhortabatur. Tunc igitur milite ſicut juſſus erat faciente, & per voraginem cunctis certatim pergentibus, divinâ quadam providentiâ ſtagnum auferri exercitus univerſus cepit credere. Iccirco redeuntes in memoriam eorum quæ de Neptuno audiverant, & promiſſæ ejus opis à Scipione cùm eos adhortaretur, tanto ſunt animorum impetu concitati, ut facta teſtudine irruerent in portam: & fores ſecuribus ac dolabris extrinſecus effringere conarentur. qui per ſtagni vada ad mœnia acceſſerant, & pinnas propugnatoribus vacuas invenerant, non ſolum ſcalas nullo periculo admoverunt; ſed etiam ſuperato muro, nemine reſiſtente, eum tenuerunt. quippe quòd aliis in locis obſeſſi occupabantur, maxime autem circa fauces & eò ferentem portam. quum præſertim ea cuncti perſuaſione eſſent imbuti, quaſi nunquam à parte ſtagno proxima foret hoſtis appropinquaturus. adde quod præ incompoſito clamore, & turbæ promiſcuæ concurſu, neque audire neque cernere quicquam eorum quæ in rem eſſent poterant. Romani, ut in ſua poteſtate muros habuerunt, principio per mœnia ipſa diſcurrunt, hac circuitione hoſtem a ſtationibus attrahentes. quam ad rem magno ipſis uſui erat genus ipſum Romanorum armorum. Ubi ad portam ventum, deſcenderunt iſti quidem & vectes refregerunt; at qui foris erant facta ir-

ἦν δὲ πεφυκὼς εἰ καὶ πρὸς ἄλλο τι, πρὸς τὸ θάρσος ἐμβαλεῖν, καὶ συμπαθεῖς ποιῆσαι τοὺς παρακαλουμένους. τότε δὴ πειθαρχησάντων αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦ τέλματος ἁμιλλωμένων, ἅπαν τὸ στρατόπεδον ὑπέλαβε μετά τινος θεοῦ προνοίας γίγνεσθαι τὸ συμβαῖνον. ἐξ οὗ καὶ μνησθέντες τῶν κατὰ τὸν Ποσειδῶ καὶ τῆς τοῦ Ποπλίου κατὰ τὴν παράκλησιν ἐπαγγελίας, ἐπὶ τοσοῦτον ταῖς ψυχαῖς παρωρμήθησαν, ὡς συμφράξαντες καὶ βιασάμενοι πρὸς τὴν πύλην, ἔξωθεν ἐπεχείρουν διακόπτειν τοῖς πελέκεσι καὶ ταῖς ἀξίναις τὰς θύρας. οἱ δὲ διὰ τῶν τελμάτων ἐγγίσαντες τῷ τείχει, καὶ καταλαβόντες ἐρήμους τὰς ἐπάλξεις, οὐ μόνον προσέθεσαν ἀσφαλῶς τὰς κλίμακας, ἀλλὰ καὶ κατέσχον ἀναβάντες ἀμαχητὶ τὸ τεῖχος. ἅτε τῶν ἔνδον περισπωμένων μὲν περὶ τοὺς ἄλλους τόπους, καὶ μάλιστα κατὰ τὸν ἰσθμὸν καὶ τὴν ταύτῃ πύλην· οὐδέποτε δ' ἂν ἐλπισάντων ἐγγίσαι τῷ τείχει τοὺς πολεμίους κατὰ τὸν τῆς λίμνης τόπον· τὸ δὲ πλεῖστον, ὑπὸ τῆς ἀτάκτου κραυγῆς καὶ τῆς συμμίκτου πολυοχλίας οὐ δυναμένων οὔτ' ἀκούειν, οὔτε συνορᾶν τῶν δεόντων οὐδέν. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κρατήσαντες 15
τοῦ τείχους, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεπορεύοντο κατὰ τὴν ἐφοδείαν ἐπισύροντες τοὺς πολεμίους· μεγάλα συμβαλλομένης αὐτοῖς τῆς ὁπλίσεως πρὸς τοῦτο τὸ γένος τῆς χρείας. ἐπεὶ δ' ἀφίκοντο πρὸς τὴν πύλην, οἱ μὲν καταβάντες, διέκοπτον τοὺς μοχλούς, οἱ

ἐν τ' ἔξωθεν εἰσέπιπτον. οἱ δὲ διὰ τῶν κλιμάκων βιαζόμενοι κατὰ τὸν ἰσθμὸν, ἤδη κρατοῦντες τῶν ἀμυνομένων, ἐπέβαινον ἐπὶ τὰς ἐπάλξεις. Καὶ τέλος, τὰ μὲν τείχη τούτῳ τῷ τρόπῳ κατείληπτο· τὸν δὲ λόφον οἱ διὰ τῆς πύλης εἰσπορευόμενοι κατελάμβανον τὸν πρὸς τὰς ἀνατολὰς, τρεψάμενοι τοὺς φυλάττοντας. ὁ δὲ Πόπλιος ἐπεὶ τοὺς εἰσεληλυθότας ἀξιόχρεως ὑπελάμβανεν εἶναι, τοὺς μὲν πλείστους ἐφῆκε, κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει, παραγγείλας κτείνειν τὸν παρατυχόντα, καὶ μηδενὸς φείδεσθαι, μηδὲ πρὸς τὰς ὠφελείας ὁρμᾶν, μέχρι ἂν ἀποδοθῇ τὸ σύνθημα. Ποιεῖν δέ μοι δοκοῦσι τοῦτο καταπλήξεως χάριν. διὸ καὶ πολλάκις ἰδεῖν ἐστιν ἐν ταῖς τῶν Ῥωμαίων καταλήψεσι τῶν πόλεων, οὐ μόνους τοὺς ἀνθρώπους πεφονευμένους, ἀλλὰ καὶ τοὺς κύνας δεδιχοτομημένους, καὶ τῶν ἄλλων ζώων μέλη παρακεκομμένα· τότε δὲ καὶ τελέως πολὺ τὸ τοιοῦτον ἦν, διὰ τὸ πλῆθος τῶν κατειλημμένων. αὐτὸς δὲ περὶ χιλίους ἔχων, ὥρμησε πρὸς τὴν ἄκραν. ἐγγίζοντος δ' αὐτοῦ, τὸ μὲν πρῶτον ἐπεβάλλετο Μάγων ἀμύνεσθαι· μετὰ δὲ ταῦτα συννοήσας βεβαίως ἤδη κατειλημμένην τὴν πόλιν, διεπέμψατο περὶ τῆς ἀσφαλείας τῆς αὐτοῦ, καὶ παρέδωκε τὴν ἄκραν. οὗ γενομένου, καὶ τοῦ συνθήματος ἀποδοθέντος, τοῦ μὲν φονεύειν ἀπέστησαν· ὥρμησαν δὲ πρὸς τὰς ἁρπαγάς. ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς, οἱ μὲν ἐπὶ τῆς παρεμβολῆς ἔμενον, οἷς ἦν οὕτω διατεταγμένον· μετὰ δὲ τῶν χιλίων ὁ στρατηγὸς ἐπὶ τῆς ἄκρας ηὐλίσθη.

ruptione ſunt ingreſſi. qui autem à regione iſthmi per ſcalas eniti contendebant, quum ſuperſtantes armatos jam viciſſent, pinnas murorum invaſerunt. Ac mœnia quidem hoc pacto Romani tandem occuparunt: tumulum vero illum in orientem verſum ceperunt, præſidio fugato, qui per portam irruperant. Pub. Scipio ubi jam numero ſuorum qui oppidum erant ingreſſi cepit fidere, partem eorum maximam (uti mos eſt Romanorum) in oppidanos immiſit: dato præcepto, ut in quoſcunque incidiſſent, omnes occiderent; nemini parcerent: neve ad prædandum prius ſe converterent, quam eſſet datum ſignum. Equidem Romanos hoc facere exiſtimo, ut nomen Romanum terrori ſit omnibus. propterea ſæpenumero cernere eſt, quoties capitur ab ipſis urbs aliqua, non homines dumtaxat occiſos, ſed etiam canes bifariam diſſectos, & reliquorum animantium membra abſciſſa. qua conſuetudine tunc vel maxime ſunt uſi, propter ingentem captorum numerum. Ipſe, mille circiter armatorum manum ſecum habens, ad arcem ducit. quem ut vidit accedentem Mago, conatus primo vim vi repellere; mox cogitans, plane jam in hoſtium poteſtatem urbem eſſe, miſſis qui de ſua impunitate agerent, arcem dedidit. Secundum hæc datur à Scipione ſignum, & milites cædibus finem facientes, ad diripiendam urbem ſe convertunt. Orta deinde nocte, pars exercitus, cui ita fuerat præceptum, in caſtris manſit; Imperator cum ſuis mille in arce noctem egit:

reliquis

reliquis per Tribunos è domibus evocatis, præcepit, ut ſingulæ cohortes omnem prædam in forum congererent, & ad ea quæ eſſent comportata nocturnam ſtationem agerent. velites excitos è vallo in orientali tumulo ſtare juſſit. Et Carthagine quidem, quæ in Hiſpania eſt, hoc modo ſunt potiti Romani. Poſtridie ejus diei quum eſſent congeſtæ in Forum & eorum qui Carthaginienſibus militabant ſarcinæ & omnis ſupellex quà civium quà opificum, ea omnia Tribuni militum ſuis legionibus pro more militiæ Romanæ diviſerunt. Romani quoties urbs aliqua ab ipſis capitur, id negotium ſic adminiſtrant. Solent diebus ſingulis ad rem gerendam viros idoneos pro loci magnitudine, interdum ex univerſis legionibus ſeligere, interdum per ſigna & manipulos partitionem inſtituere. nunquam autem plures dimidia parte eam ad rem aſſignant. cæteri in ſuis ordinibus manentes, in ſubſidiis ſtant, aliâs extra, aliâs intra muros, prout indicati periculi ratio poſtulaverit. Jam quum univerſæ copiæ, ut plurimum, ſint eis diviſæ in legiones duas Romanas, & paria ſociorum auxilia; interdum quatuor legiones (etſi id fit rarius) ſimul habeant; omnes qui ad diripiendam urbem fuerunt ſelecti, prędam univerſam ad ſuas quique legiones referunt. qua vendita, Tribuni deinde æquis portionibus inter omnes pecuniam dividunt. & habetur ratio non eorum tantum, qui in ſubſidiis manſerunt, ſed & illorum qui tentoria cuſtodierunt: item ægrotorum, & ſi qui ad muneris ali-

τοὺς δὲ λοιποὺς διὰ τῶν χιλιάρχων ἐκ τῶν οἰκιῶν ἐκκαλεσάμενος, ἐπέταξε συναθροίσαντας εἰς τὴν ἀγορὰν τὰ διηρπασμένα κατὰ σημαίας, ἐπὶ τούτων κοιτάζεσθαι. τοὺς δὲ γροσφομάχους ἐκ τῆς παρεμβολῆς καλέσας, ἐπὶ τὸν λόφον ἐπέστησε, τὸν ἀπὸ τῶν ἀνατολῶν. Καὶ τὸ μὲν κατὰ τὴν Ἰβηρίαν Καρχηδόνος τοῦτον τὸν τρόπον ἐγένοντο κύριοι Ῥωμαῖοι. εἰς δὲ 16
τὴν ἐπαύριον ἀθροισθείσης εἰς τὴν ἀγορὰν τῆς τε τῶν στρατευομένων παρὰ τοῖς Καρχηδονίοις ἀποσκευῆς, καὶ τῆς τῶν πολιτικῶν καὶ τῶν ἐργαστικῶν κατασκευῆς, ταῦτα μὲν ἐμέριζον οἱ χιλίαρχοι τοῖς ἰδίοις στρατοπέδοις κατὰ τὸ παρ' αὐτοῖς ἔθος. Ἔστι δὲ παρὰ Ῥωμαίοις τοιαύτη τις ἡ περὶ τὰς τῶν πόλεων καταλήψεις οἰκονομία. ποτὲ μὲν γὰρ ἑκάστης ἡμέρας πρὸς τὰς πράξεις ἀπομερίζονται τὰ τῶν ἀνδρῶν κατὰ τὸ μέγεθος τῆς πόλεως, ποτὲ δὲ κατὰ σημαίας μερίζουσιν αὐτούς. οὐδέποτε δὲ πλείους ἀποτάττονται πρὸς τοῦτο τῶν ἡμίσεων. οἱ δὲ λοιποὶ μένοντες κατὰ τὰς τάξεις ἐφεδρεύουσι, ποτὲ μὲν ἐκτὸς τῆς πόλεως, ποτὲ δὲ πάλιν ἐντὸς ἀεὶ πρὸς τὸ δεικνύμενον. Τῆς δὲ δυνάμεως διῃρημένης αὐτοῖς κατὰ μὲν τὸ πλεῖον εἰς δύο στρατόπεδα Ῥωμαϊκά, καὶ δύο τῶν συμμάχων, ποτὲ δὲ καὶ σπανίως ἀθροιζομένων ὁμοῦ τῶν τεττάρων, πάντες οἱ πρὸς τὴν ἁρπαγὴν ἀπομερισθέντες ἀναφέρουσι τὰς ὠφελείας ἕκαστοι τοῖς ἑαυτῶν στρατοπέδοις· κἄπειτα πραθέντων τούτων, οἱ χιλίαρχοι διανέμουσι πᾶσιν ἴσον· οὐ μόνον τοῖς μείνασιν ἐν ταῖς ἐφεδρείαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς τὰς σκηνὰς φυλάττουσι, τοῖς τε ἀρρωστοῦσι, καὶ τοῖς ἐπί τινα λει-

τουργίων ἀπεσταλμένοις. περὶ δὲ τοῦ μηδένα νοσφίζεσθαι μηδὲν τῶν ἐκ τῆς διαρπαγῆς, ἀλλὰ τηρεῖν τὴν πίστιν κατὰ τὸν ὅρκον, ὀμνύουσι πάντες ὅταν ἀθροισθῶσι πρῶτον εἰς τὴν παρεμβολήν, ἐξιέναι μέλλοντες εἰς τὴν πολεμίαν. ὑπὲρ τούτου δὲ τοῦ μέρους εἴρηται πρότερον ἡμῖν διὰ πλειόνων ἐν τοῖς περὶ πολιτείας. λοιπὸν, ὅταν οἱ μὲν ἡμίσεις τράπωνται πρὸς τὰς ἁρπαγὰς, οἱ δὲ ἡμίσεις διαφυλάττοντες τὰς τάξεις ἐφεδρεύωσι τούτοις; οὐδέποτε κινδυνεύει Ῥωμαίοις τὰ ὅλα διὰ πλεονεξίαν. τῆς γὰρ ἐλπίδος τῆς κατὰ τὴν ὠφέλειαν οὐκ ἀπιστουμένης ἀλλήλοις, ἀλλ' ἑστηκυίας ἐπὶ τοῖς μένουσι κατὰ τῆς ἐφεδρείας καὶ τοῖς διαρπάζουσιν, οὐδεὶς ἀπολείπει τὰς τάξεις· ὃ μάλιστα τοὺς ἄλλους εἴωθε βλάπτειν.

17 ἐπειδὴ γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων κακοπαθοῦσι καὶ κινδυνεύουσι τοῦ κέρδους ἕνεκεν· φανερὸν, ὡς ὅταν ὁ καιρὸς οὗτος ὑποπέσῃ, δυσχερῶς εἰκὸς ἀπέχεσθαι τοὺς ἐν ταῖς ἐφεδρείαις ἢ στρατοπεδείαις ἀπολειπομένους, διὰ τὸ παρὰ τοῖς πλείστοις πᾶν τὸ ληφθὲν εἶναι τοῦ κυριεύσαντος. καὶ γὰρ ἂν ὅλως μόναρχος ἢ στρατηγὸς, καὶ ἐπιμελῶς ἀναφέρειν εἰς τὸ κοινὸν ἐπιτάξῃ τὰς ὠφελείας, ὅμως τὰ δυνατὰ κρύπτεσθαι πάντες ἰδιονομίζουσι. διὸ τῶν πολλῶν ὁρμώντων ἐπὶ τοῦτο τὸ μέρος, οὐ δυνάμενοι κρατεῖν, κινδυνεύουσι τοῖς ὅλοις. καὶ πολλοὶ δή τινες κατορθώσαντες τὰς ἐπιβολὰς, καὶ τινὲς μὲν ἐπιπεσόντες ταῖς τῶν

cujus curationem, fuerint aliò miſſi. Quòd autem nihil quicquam à præda ſint averſuri, ſed fidem ſervaturi, prout jurejurando ſint obſtricti; id verò cuncti jurant, quando primùm in expeditionem profecturi, conveniunt in caſtra: qua de re dicta ſunt nobis plura cùm de ejus Reip. inſtitutis ageremus. Quum igitur hoc modò pars dimidia intendat prædæ, dimidia ſervatis ordinibus præſto ſit in ſubſidium diripientibus; nunquam accidit, ut propter lucri cupiditatem in diſcrimen rerum omniũ perveniant Romani. Quoniam enim de conſequenda præda non diffidunt ſibi invicem, ſed ſpem certam habent ac ſtabilem æquam ejus portionem habituros, & eos qui in ſubſidiis manſerint, & eos qui prædati fuerint, nemo ordines deſerit: quæ res ſæpe aliis noxam parit. Nimirum ita eſt: plerique mortalium & ęrumnas perferunt, & periculis ſeſe objiciunt, ſpe lucri cujuſdam: ex quo, ut facile quivis intelligit, quoties occaſio parandi lucri datur, ægre omnino ab illo ſe abſtinere par eſt eos, qui in ſubſidiis aut caſtris relinquuntur: propterea quod moribus populorum fere omnium receptum, ut ei cedat pręda qui cepit. quia etiam ſi vel Rex aliquis, vel dux exercitus, prædam omnem in commune afferri ſeriò juſſerit, omnes tamen quæ poſſunt occuli, ea ſibi ducunt eſſe propria. unde fit, ut quum reprimi hic omnium impetus ad lucrum conſectandum nequeat, etiam de ſua ſalute univerſi exercitus periclitentur. Sæpe igitur multis accidit, ut ex animi ſententia confectis quæ deſtinaverant, quum modò

modò in hoſtium caſtra irrupiſſent, modò urbes aliquas occupaſſent, non ſolum inde extruderentur; ſed etiam totius rei fortuna adverſa fungerentur: cujus mali cauſſa erat nulla alia, niſi illa quam dixi. Hoc unum igitur, ut ſi quid aliud, ſummo ſtudio & cura provideant duces exercituum, ut quoad ejus fieri poteſt ſpes certa omnium animis ſit inſita, ſi qua prędandi extiterit occaſio, ęquis partibus inter omnes prædam iri diviſum. Ut ad Romanum Imperatorem redeam, dum Tribuni militum prædæ tribuendæ provinciam adminiſtrant, ipſe è captivorum turba in unum congregata, (& erant non multo pauciores capti decem millibus) cives primò utriuſque ſexus, ſegregari jubet, cum liberis ipſorum; deinde opifices. ſecundum hæc, cives adhortatus ut populo Rom. amici eſſe vellent, & beneficii meminiſſe, domum quemque ſuam omnes dimiſit. qui tam inopinatæ ſalutis potiti, præ gaudio lacrymantes Imperatorem venerati ab eo diſceſſerunt. opificibus in præſentia edixit, publicos eos eſſe populi Romani. quod ſi in miniſteriis earum artium, quas ſinguli eorum tenerent, benevole & enixe operam navaſſent, poſt confectum feliciter bellum cum Carthaginienſibus, libertatem ipſis promiſit. his imperavit, ut nomina apud Quæſtorem profiterentur, & quum eorum numerus eſſet ad duo millia, diviſis per tricenos, curatorem unum cuique manui impoſuit. è cætera multitudine ſelectos robuſtiſſimos quoſque ſpecie corporis, & ætatis florentiſſi-

πολεμίων παρεμβολαῖς, ποτὲ δὲ καταλαβόμενοι πόλεις, οὐ μόνον ἐξέπεσον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὅλοις ἐσφάλησαν, παρ' οὐδὲν ἢ τὴν προειρημένην αἰτίαν. Διὸ δεῖ περὶ μηδὲν οὕτω σπουδάζειν καὶ προνοεῖσθαι τοὺς ἡγουμένους, ὡς περὶ τοῦτο τὸ μέρος. ἵνα καθ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν, ὑπάρχῃ παρὰ τοῖς πολλοῖς ἐλπὶς, ὡς ἐξ ἴσου πᾶσι τῆς ὠφελείας οὔσης, ἐάν τις ὑποπίπτῃ τοιοῦτος καιρός. Πλὴν οἱ μὲν χιλίαρχοι τότε περὶ τὴν τῶν λαφύρων ἦσαν οἰκονομίαν· ὁ δὲ στρατηγὸς τῶν Ῥωμαίων ἐπεὶ συνήχθη τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ὃ συνέβη γενέσθαι μικρῷ λειπόντων μυρίων, συνέταξε χωρισθῆναι πρῶτον μὲν τοὺς πολιτικοὺς ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, καὶ τὰ τούτων τέκνα· δεύτερον δὲ τοὺς χειροτέχνας. γενομένου δὲ τούτου, τοὺς μὲν πολιτικοὺς παρακαλέσας εὐνοεῖν Ῥωμαίοις, καὶ μνημονεύειν τῆς εὐεργεσίας, ἀπέλυσε πάντας ἐπὶ τὰς ἰδίας οἰκήσεις. οὗτοι μὲν οὖν ἅμα δακρύοντες καὶ χαίροντες ἐπὶ τῇ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας, προσκυνήσαντες τὸν στρατηγὸν διελύθησαν. τοῖς δὲ χειροτέχναις κατὰ τὸ παρὸν εἶπε, διότι δημόσιοι τῆς Ῥώμης εἰσί· παρασχομένοις δὲ τὴν εὔνοιαν, καὶ προθυμίαν ἑκάστοις κατὰ τὰς αὑτῶν τέχνας, ἐπηγγείλατο τὴν ἐλευθερίαν, κατὰ νοῦν χωρήσαντος τοῦ πρὸς τοὺς Καρχηδονίους πολέμου. καὶ τούτους μὲν ἀπογράφεσθαι προσέταξε πρὸς τὸν ταμίαν, συστήσας Ῥωμαϊκὸν ἐπιμελητὴν κατὰ τριάκοντα· τὸ γὰρ πᾶν πλῆθος ἐγένετο τούτων περὶ δισχιλίους. ἐκ δὲ τῶν

λοιπῶν αἰχμαλώτων ἐκλέξας τοὺς εὐρωστοτάτους καὶ τοῖς εἴδεσι καὶ ταῖς ἡλικίαις ἀκμαιοτάτους, προσέμιξε τοῖς αὑτοῦ πληρώμασι, καὶ ποιήσας ἡμιολίους τοὺς πάντας ἢ πρόσθεν, συνεπλήρωσε καὶ τὰς αἰχμαλώτους νῆας· ὥστε τοὺς ἄνδρας ἑκάστῳ σκάφει βραχύ τι λείπειν τοῦ διπλασίους εἶναι τοὺς ὑπάρχοντας τῶν προγινομένων. αἱ μὲν γὰρ αἰχμάλωτοι νῆες ἅμα ὀκτωκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν, αἱ δ' ἐξ ἀρχῆς πέντε καὶ τριάκοντα. παραπλησίως δὲ καὶ τούτοις ἐπηγγείλατο τὴν ἐλευθερίαν, παρασχομένοις τὴν αὐτῶν εὔνοιαν καὶ προθυμίαν, ἐπειδὰν κρατήσωσι τοῦ πολέμου τῶν Καρχηδονίων. τοῦτον δὲ χειρίσας τὸν τρόπον τὰ κατὰ τοὺς αἰχμαλώτους, μεγάλην μὲν εὔνοιαν καὶ πίστιν ἐνεργάσατο τοῖς πολιτικοῖς καὶ πρὸς αὐτὸν καὶ πρὸς τὰ κοινὰ πράγματα· μεγάλην δὲ προθυμίαν τοῖς χειροτέχναις διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἐλευθερίας· ἡμιόλιον δὲ ποιήσας τὸ ναυτικὸν ἐκ τοῦ καιροῦ διὰ τὴν αὐτοῦ πρόνοιαν.

18 Μετὰ δὲ ταῦτα Μάγωνα καὶ τοὺς ἅμα τούτῳ Καρχηδονίους ἐχώριζε· δύο μὲν γὰρ ἦσαν κατειλημμένοι τῶν ἐκ τῆς Γερουσίας, πέντε δὲ καὶ δέκα τῶν ἐκ τῆς Συγκλήτου. καὶ τούτους μὲν συνέστησε Γαΐῳ Λαιλίῳ συντάξας τὴν ἁρμόζουσαν ἐπιμέλειαν ποιεῖσθαι τῶν ἀνδρῶν. ἐπὶ δὲ τούτοις τοὺς ὁμήρους προσεκαλέσατο, πλείους ὄντας τῶν τριακοσίων. καὶ τοὺς μὲν παῖδας καθ' ἕνα προσαγόμενος καὶ καταψήσας, θαρρεῖν ἐκέλευε, διότι μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐπόψονται τοὺς αὐτῶν γονεῖς. τοὺς δὲ λοιποὺς ὁμοῦ παρεκάλεσε πάντας θαρρεῖν, καὶ γράφειν αὐτοὺς εἰς τὰς ἰδίας πόλεις πρὸς

mæ in claſſem ad ſupplementum remigum dedit. ita nautarum quos prius habebat numero ſeſquialtera portione amplificato, quum naves quoque captivas inſtruxiſſet; repertum eſt in ſingulis fere navibus alterum tantum claſſicorum atque prius erat. captivas ſiquidem naves armavit decem & octo: habebat autem prius quinque & triginta. pariter autem etiam his ſpem libertatis fecit ubi Romani Carthaginienſes debellaſſent, ſi eorum opera fideli & prompta Reſpublica eſſet uſa. Et Scipio quidem erga captivos ita ſe gerens, tum animos civium illexit, ut & privatim ſibi & publice populo Rom. bene cuperent, ac fidem ſervatam vellent: tum ipſos opifices ſpe libertatis oſtenſa, promptos ad omnia atque alacres reddidit. copiarum quoque nauticarum numerum ea occaſione ſingulari prudentia uſus, ſeſquialtero auxit. Secundum hæc Magonem è captivorum turba ſegregavit, & Carthaginienſes reliquos qui cum ipſo erant; duo namque è Senioribus Carthaginienſium inter captivos fuere; è concilio autem publico quindecim. hos C. Lælio tradidit, & ut curam ipſorum quantam par erat haberet, præcepit. Obſides poſtea ad ſe vocavit, qui plures erant trecentis. ibi tunc Scipio puerorum unumquemque nominatim appellare, blanditiis demulcere, bono animo ut eſſent jubere: fore namque eis dies paucos, ut parentes ſuos viderent. cæteris in commune præcepit, bonum haberent animum, & ad ſuos quiſque in patriam literas darent, quibus facerent

eos

eos certiores, primum ſalvos eſſe ſe & commodè haberi: deinde conſtituiſſe Romanos domos ſuas quemque ipſorum remittere; ſi modo vellent ſui neceſſarii ſocietatem populi Rom. amplecti. Hæc locutus, quum jam ante è ſpoliis ſelecta quædam præparaſſet, quæ ad præſens inſtitutum conducibiliora videbantur, convenientia unicuique pro ſexu aut ætate munuſcula diviſit: puellis icunculas & armillas: adoleſcentibus, rhambas, (genus eſt pugionis aut enſis) & gladios. Inter hęc quum è media captivorum turba mulier quæ Mandonii uxor erat, cui frater Indibilis Ilergetum regulus, flens ad pedes Imperatoris procubuiſſet, obteſtans ut decoris matronalis majorem curam haberet quàm habuiſſent Carthaginienſes; Scipio miſeratione tactus, Ecquid ipſis eorum quę eſſent neceſſaria deeſſet interrogat. erat enim mulier magno natu, & ſpeciem dignitatis cujuſdam & majeſtatis præ ſe ferebat. tacente ipſa, Imperator eos vocat, quibus fœminarum cuſtodia fuerat à Pœnis demandata. adſunt cuſtodes, & Pœnos quæ poſtularet uſus liberaliter iis ſuppeditaſſe confirmant. Mulier ad genua Scipionis iterum manus porrigere, & preces repetere eaſdem. ille impenſius etiam mirari quid rei eſſet; quumque ita ſecum ſtatueret, negligenter officio fungi & fingere falſa pro tempore eos qui illi curationi fuerant præfecti; bonum habere animum fœminas jubet: aliis enim ſe negotium daturum, nequid ipſis ad victum aut cultum deeſſet. Tu vero Imperator, excipit illa poſt breve ſi-

τοὺς αὐτῶν ἀναγκαίους· πρῶτον μὲν ὅτι σώζονται καὶ καλῶς αὐτοῖς ἐστι· δεύτερον δὲ διότι θέλουσι Ρωμαῖοι πάντας αὐτοὺς εἰς τὴν οἰκείαν ἀποκαταστῆσαι μετ' ἀσφαλείας, ἑλομένων τῶν ἀναγκαίων σφίσι τὴν πρὸς Ρωμαίους συμμαχίαν. ταῦτα δ' εἰπὼν, καὶ παρεσκευακὼς πρότερον ἐκ τῶν λαφύρων τὰ λυσιτελέστερα πρὸς τὴν ἐπίνοιαν, τότε κατὰ γένη καὶ καθ' ἡλικίαν ἑκάστοις ἐδωρεῖτο τὰ πρέποντα· ταῖς μὲν παισὶ * κόνους καὶ ψέλλια, τοῖς δὲ νεανίσκοις ῥάμφας καὶ μαχαίρας. Ἐκ δὲ τῶν αἰχμαλωτίδων τῆς Μανδονίου γυναικὸς, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἀνδοβάλου τοῦ τῶν Ἰλεργητῶν βασιλέως, προσπεσούσης αὐτῷ καὶ δεομένης μετὰ δακρύων ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι τῆς αὐτῶν εὐσχημοσύνης, ἀμείνω Καρχηδονίων· συμπαθὴς γενόμενος, εἴρετο, τί λείπει τῶν ἐπιτηδείων αὐτοῖς· καὶ γὰρ ἦν ἡ γυνὴ πρεσβυτέρα, καί τινα προστασίαν ἀξιωματικὴν ἐπιφαίνουσα. τῆς δὲ κατασιωπώσης, ἐκάλει τοὺς πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν τῶν γυναικῶν ἀποτεταγμένους. ὧν παραγενομένων, καὶ διασαφούντων, ὅτι πάντα τὰ δέοντα δαψιλῶς αὐταῖς Καρχηδόνιοι παρεσκεύαζον, πάλιν ὁμοίως ἁψαμένης αὐτοῦ τῶν γονάτων τῆς γυναικὸς, καὶ τὸν αὐτὸν εἰπούσης λόγον· μᾶλλον ἔτι διαπορήσας ὁ Πόπλιος, καί τινα λαβὼν ἔννοιαν ὡς ὀλιγωρούντων, καὶ ψευδῶς πρὸς τὸ παρὸν ἀποφαινομένων τῶν πρὸς τὴν ἐπιμέλειαν ἀποτεταγμένων, θαῤῥεῖν ἐκέλευε τὰς γυναῖκας· αὐτὸς γὰρ ἑτέρους ἐπιστήσειν τοὺς φροντιοῦντας, ἵνα μηδὲν αὐταῖς ἐλλείπῃ τῶν ἐπιτηδείων. ἡ δ' ἐπισχοῦσα μικρὸν, Οὐκ ὀρθῶς,

ἔφη, στρατηγέ, τοὺς ἡμετέρους ἐκδέχῃ λόγους, εἰ νομίζεις ἡμᾶς ὑπὲρ τῆς γαστρὸς δεῖσθαί σου νῦν. καὶ τότε λαβὼν ὁ Πόπλιος ἐν νῷ τὸ βούλημα τῆς γυναικὸς, καὶ θεωρῶν ὑπὸ τὴν ὄψιν τὴν ἀκμὴν τῶν Ἀνδοβούλου θυγατέρων, καὶ πλειόνων ἄλλων δυναστῶν, ἠναγκάσθη δακρῦσαι· τῆς γυναικὸς ἐν ὀλίγῳ τὴν τῆς περιστάσεως ἔμφασιν ὑποδεικνυούσης. διὸ δὴ καὶ τότε φανερὸς γενόμενος, ὅτι συνῆκε τὸ ῥηθὲν, καὶ λαβόμενος τῆς δεξιᾶς, θαρρεῖν αὐτήν τε ταύτην ἐκέλευε, καὶ τὰς ἄλλας ὁμοίως· ποιήσεσθαι γὰρ πρόνοιαν ὡς ἰδίων ἀδελφῶν καὶ τέκνων· συστήσεσθαι δὲ καὶ πρὸς τὴν τούτων ἐπιμέλειαν ἀκολούθως τοῖς προειρημένοις πιστοὺς ἄνδρας.

19 Μετὰ ταῦτα παρεδίδου τοῖς ταμίαις τὰ χρήματα, ὅσα δημόσια κατελήφθη τῶν Καρχηδονίων. ἦν δὲ ταῦτα πλείω τῶν ἑξακοσίων ταλάντων· ὥστε προστεθέντων τούτων οἷς παρῆν αὐτὸς ἐκ Ῥώμης ἔχων τετρακοσίοις, τὴν ὅλην διάθεσιν αὐτῶν γενέσθαι τῆς χορηγίας πλείω τῶν χιλίων. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν, καὶ συνειδότες φιλογύνην ὄντα τὸν Πόπλιον, ἧκον αὐτὴν ἄγοντες, καὶ παραστήσαντες ἔφασκον αὐτῷ δωρεῖσθαι τὴν κόρην. ὁ δὲ καταπλαγεὶς, καὶ θαυμάσας τὸ κάλλος, ἰδιώτης μὲν ὢν, οὐδεμίαν ἥδιον ἂν ἔφη δέξασθαι ταύτης τῆς δωρεᾶς· στρατηγὸς δ' ὑπάρχων, οὐδ' ὁποίαν ἂν ἧττον. ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τοῦτ' αἰνιττόμενος διὰ τῆς ἀποφά-

lentium, verba noſtra non capis recte; ſi abdominis gratia tibi nunc ſupplicare nos putas. Tum enimvero quid ſibi mulier vellet ſubolere cepit Scipioni: qui Indibilis filias & plurimorum aliorum regulorum ſimul ætate ac forma florentes oculis ſuis ſubjectas intuēs, lacrimas tenere non potuit, ubi mulier ſuæ ſortis calamitatem verbo innuiſſet: tum igitur mentem ipſius perſpectam ſibi ſignificans, ſupplicis dextram prehendit, & cum ipſam tum alias omnes bene ſperare jubet: ſibi ipſas non ſecus ac ſorores aut natas fore curæ: & quemadmodum jam eſſet pollicitus, fidos homines ſe ad id delecturum, quibus cuſtodiam ipſarum delegaret. Secundum hæc quicquid publicæ pecuniæ fuerat captum, id Scipio Queſtoribus adnumeravit. atque ea talentorum ſexcentorum ſummam ſuperabat. quæ ſumma ut quadringentis illis talentis fuit adjecta quæ ipſe Roma attulerat, univerſus repoſitæ pecuniæ ad uſum belli numerus talentorum mille eſt effectus. Eodem quoque tempore juvenes quidam Romani virginem nacti & ætatis flore, & formæ bonitate cæteris mulieribus longe præſtantem; qui non ignorarent Scipionem natura mulieroſum eſſe, puellam ad ipſum adducunt, atque in conſpectu illius ſiſtunt, & hanc ſe illi donare muneri dicunt. Scipio miraculo pulchritudinis attonitus; Ego verò, inquit, nec ſi privatus viverem poteram accipere munus ullum aliud magis gratum: neque nunc Imperator ullum aliud minus gratum. hoc nimirum dicto, ut mihi videtur,

innuens;

innuens; Ejuſmodi res per quietem quidem interdum, & quoties frui ludo ætatis juvat, ſuaves juvenibus oblectationes præbere & curarum levamenta: eaſdem verò, ſi quis per agendi tempora iis utatur, & corpori & animo maxima afferre impedimenta. Igitur magnas ille quidem juvenibus ſe habere gratias dixit: cæterùm virginis patre accito, è veſtigio ſuam ei filiam tradidit; jubens ut cui vellet cumque civium nuptum eam daret. Hoc ille ſuæ continentiæ & moderationis edito ſpecimine, magna ſtudia aſſequebatur eorum quibus imperabat. His ita conſtitutis & turba cætera captivorum Tribunis tradita, C. Lælii fidei & Carthaginienſes,& nobiliſſimum quemque ex aliis captivis committens, data quinquereme, nuncium eum victoriæ Romam mittit. Nam quum plerique omnes Romani res Hiſpaniæ pro jam conclamatis haberent, certo ſciebat Publius, ipſos hoc accepto nuncio excitatum iri, ut animos denuò ſumerent, & mox in belli curam acriori contentione eſſe incubituros. Ipſe Carthagine Nova aliquandiu moratus, copias nauticas aſſiduè exercebat. cum quidem Tribunis exercendi pedeſtres copias hanc rationem præivit. Primo die legiones in armis quatuor circiter millium ſpatia juſſit decurrere: ſecundo die arma tergere & curare omnes & inſpicere ante tentoria: tertio, quieſcere & ceſſare: quarto, alios rudibus pugnare quæ pilis coriaceis erant præfixæ; alios

σεως, διότι κατὰ μὲν τὰς ἀναπαύσεις ἐνίοτε καὶ ῥαθυμίας ἐν τῷ ζῆν, ἡδίστας τοῖς νέοις ἀπολαύσεις τὰ τοιαῦτα παρέχεται καὶ διατριβάς· ἐν δὲ τοῖς τοῦ πράττειν καιροῖς, μέγιστα γίνεται καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν ἐμπόδια τοῖς χρωμένοις. τοῖς μὲν οὖν νεανίσκοις ἔφη χάριν ἔχειν· τὸν δὲ τῆς παρθένου πατέρα καλέσας, καὶ δοὺς αὐτῷ ταύτην ἐκ χειρὸς, ἐκέλευε συνοικίζειν ὅτῳ ἂν προαιρῆται τῶν πολιτῶν. δι' ὧν καὶ τὰ τῆς ἐγκρατείας καὶ τὰ τῆς μετριότητος ἐμφαίνων, μεγάλην ἀποδοχὴν ἐνειργάζετο τοῖς ὑποτεταγμένοις. Ταῦτα δὲ διοικησάμενος, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν αἰχμαλώτων παραδοὺς τοῖς χιλιάρχοις, ἐξέπεμψε Γάϊον τὸν Λαίλιον ἐπὶ πεντήρους εἰς τὴν Ῥώμην, τούς τε Καρχηδονίους συστήσας, καὶ τῶν ἄλλων αἰχμαλώτων τοὺς ἐπιφανεστάτους, δηλώσοντα τοῖς ἐν τῇ πατρίδι τὰ γεγονότα. Τὸ γὰρ πλεῖον αὐτῶν ἤδη τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἀπηλπικότων, σαφῶς ᾔδει διότι τούτων προσαγγελθέντων αὖθις ἀναθαρρήσαντες, πολλαπλασίως συνεπιλήψονται τῶν πραγμάτων. 20 Αὐτὸς δὲ χρόνον μέν τινα ἐν τῇ Καρχηδόνι τάς τε ναυτικὰς δυνάμεις ἐγύμναζε συνεχῶς, καὶ τοῖς χιλιάρχοις ὑπέδειξε τοιοῦτόν τινα τρόπον τῆς τῶν πεζικῶν στρατοπέδων γυμνασίας· τὴν μὲν πρώτην ἡμέραν ἐκέλευσε τροχάζειν ἐπὶ τριάκοντα σταδίοις ἐν τοῖς ὅπλοις· τὴν δὲ δευτέραν πάντας ἐκτρίβειν καὶ θεραπεύειν, καὶ κατασκοπεῖν ἐν τῷ φανερῷ τὰς πανοπλίας· τῇ δ' ἑξῆς ἀναπαύεσθαι καὶ ῥαθυμεῖν· τῇ δὲ μετὰ ταύτην, τοὺς μὲν μαχαιρομαχεῖν ξυλίναις ἐσκυτωμέναις μετ' ἐπισφαίρων μαχαίραις, τοὺς δὲ τοῖς

σφαι-

ἐσφαιρωμένοις γρόσφοις ἀκοντίζειν. τῇ δὲ πέμπτῃ πάλιν ἐπὶ τοὺς αὐτοὺς δρόμους κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐπανάγειν. ἵνα δὲ μηδέ τι τῶν πρὸς τὰς μελέτας ὅπλων, μήτε τῶν πρὸς τὴν ἀλήθειαν μηδὲν ἐλλείπῃ, τὴν πλείστην ἐποιεῖτο σπουδὴν περὶ τοὺς χειροτέχνας· κατὰ μέρος μὲν οὖν ἄνδρας ἐπιμελεῖς ἐφεστάκει πρὸς ταύτην τὴν χρείαν, καθάπερ ἐπάνω προεῖπον. αὐτὸς δὲ καθ' ἡμέραν ἐπορεύετο, καὶ δι' αὑτοῦ τὰς χορηγίας ἑκάστοις παρεσκεύαζε. Λοιπὸν τῶν μὲν πεζικῶν στρατοπέδων κατὰ τοὺς πρὸ τῆς πόλεως τόπους χρωμένων ταῖς μελέταις καὶ ταῖς γυμνασίαις, τῶν δὲ ναυτικῶν δυνάμεων κατὰ θάλατταν ταῖς ἀναπειρίαις καὶ ταῖς εἰρεσίαις, τῶν δὲ κατὰ τὴν πόλιν ἀκονώντων τε καὶ χαλκευόντων καὶ τεκταινομένων, καὶ συλλήβδην ἁπάντων σπουδαζόντων περὶ τὰς τῶν ὅπλων κατασκευάς· οὐκ ἔστιν ὅστις οὐκ ἂν εἶπε κατὰ τὸν Ξενοφῶντα τότε θεασάμενος, ἐκείνην τὴν πόλιν ἐργαστήριον εἶναι πολέμου. ἐπεὶ δ' αὐτῷ πάντα καλῶς ἐδόκει, καὶ δεόντως ἐξησκῆσθαι τὰ πρὸς τὰς χρείας, μετὰ ταῦτα ταῖς τε φυλακαῖς καὶ ταῖς τῶν τειχῶν κατασκευαῖς ἀσφαλισάμενος τὰ κατὰ τὴν πόλιν, ἀνέζευξε καὶ τῇ πεζικῇ καὶ τῇ ναυτικῇ δυνάμει καὶ προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν ὡς ἐπὶ Ταρράκωνος, ἔχων μεθ' αὑτοῦ καὶ τοὺς ὁμήρους.
21 Ἦσαν δὲ κινήσεις ἃς ὑπελάμβανε πρὸς πάντα καιρὸν ἁρμόζειν, αἷς ἔδει συνειθίσθαι τοὺς ἱππεῖς, αὗται. αἱ καθ' ἵππον μὲν κλίσεις ἐφ' ἡνίαν, καὶ πάλιν ἐπὶ δόρυ πρὸς τούτοις μεταβολή. Κατ' οὐλαμὸν δ' ἐπιστροφὴ καὶ ἀναστροφή, καὶ περισπασμός, ἔτι δὲ ἐκπερισπασμός. πρὸς δὲ τούτοις

prępilatis miſſilibus jaculari: quinto, iterum ad eaſdem decurſiones erat militibus redeundum. Ut autem nullum genus armorum, ſive quæ ad campeſtres exercitationes, ſive quæ ad juſtas pugnas adhibentur, deficeret, ſummæ ipſi curæ erant fabri. Horum igitur ſingulis corporibus, quod antea dicebamus, curatores ubi præfeciſſet: ipſe quotidie ad illos itare, & annonam per ſe proſpicere. Itaque ergo quum legiones extra urbem pro mœnibus rem bellicam meditarentur, & ſeſe exercerent, copiæ nauticæ agilitatem navium & induſtriam ſuam mari experirentur: in urbe item, alibi ſamiatorum qui ferramenta acuebant, alibi fabrorum ærariorum aut lignariorum ſtrepitus audiretur, omnium denique ſtudia in fabricandis armis abſumerentur; nemo poterat illa cernens dictum Xenophontis non uſurpare, officinam belli eam urbem eſſe. Hæc poſtquam viſus eſt ſibi Imperator idonee curaſſe, & jam ſatis exercitatione eſſe profectum, ad belli munia obeunda, mox refectis muris diſpoſitiſque præſidiis ad cuſtodiam urbis, cum claſſe & legionibus profectus, Tarraconem iter inſtituit, obſides quoque ſecum habens. Motus porro in quibus, ceu omni tempore utilibus, equites exercitatos eſſe Scipio volebat, ſunt iſti. Quod ad ſingulos attinet, equi declinatio ad ſiniſtram & rurſus ad dextram: ad hæc mutatio retrorſum. Ad turmas quod ſpectat, converſio totius turmæ uno flexu, reverſio in priorem poſitionem. item circumactus turmæ

turmæ duplici flexu, & circumactus turmæ triplici flexu. hoc amplius, eductiones gradu citato unius decuriæ, aut binarum ex utroque cornu, vel etiam interdum è media acie: & iterum adunatio ſervato ordine ad ſuam turmam, vel alam ſive præfecturam. adjice his, ordinationes in utroque cornu, vel ab initio in aciei inſtructione; vel poſtea per circumductionem pone tergum aciei. Motuum per agminis fracti huc aut illuc averſionem, ſupervacuam putabat eſſe meditationem. Fere enim idem eſſe, ut cum in itinere agmen ducitur. Secundum iſta erat acceſſio ad hoſtes & receptus. Atque hos motus omnes ita oportebat didiciſſe, ut ſi addere gradum neceſſitas cogeret, neque latitudinis neque longitudinis ſeriem ullo modo corrumperent: ſimul etiam ut rationem eandem intervallorum inter ipſas turmas ſervarent. Nihil enim periculoſius aut inutilius poſſe fieri cenſebat, quàm ſi ubi ſemel ordines ſoluti eſſent ab equitibus, turmales pugnam capeſſant. Hæc diſciplina quum & multitudinem, & ſociarum civitatum Pręfectos imbuiſſet, mox ipſa luſtravit oppida; inquirens, primò ecquid vulgus quæ præceperat caperet: deinde an qui per urbes Pręfecturas adminiſtrabant ad dictata hujuſmodi perſpicue & rite danda eſſent idonei. His ita præparatis, mox equitibus ex omnibus oppidis in unum locum convocatis, quos dixi motus ipſe per ſe edebat, & decurſionibus ipſe præerat, omnia per ſe adminiſtrans. Neque vero in decurrendo omnes alios antecedebat Scipio, ſicut

ἐξαγωγαὶ κατὰ λόχους καὶ διλοχίας ἀφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων μετὰ τάχους· ποτὲ δ' ἀπὸ τῶν μέσων. καὶ συναγωγαὶ πάλιν μετ' ἐποχῆς εἰς οὐλαμούς τε καὶ ἴλας εἰς ἱππαρχίας. ἐπὶ δὲ τούτων ἐκτάξεις ἐφ' ἑκατέρων τῶν κεράτων, ἢ διὰ παρεμβολῆς, ἢ διὰ παραγωγῆς τῆς παρὰ τοὺς οὐραγούς. τῆς μὲν γὰρ κατὰ περίκλασιν οὐ προσδεῖσθαι μελέτης ἔφη· σχεδὸν γὰρ ὡσανεὶ πορείας ἔχειν διάθεσιν. ἐκ δὲ τούτου, τὰς ἐπαγωγὰς τὰς ἐπὶ τοὺς ἐναντίους, καὶ τὰς ἀποχωρήσεις ἔδει συνεθίζειν ἐν πάσαις ταῖς κινήσεσιν ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε δεινὸν τὸ τάχος προσάγειν, ἐφ' ὅσον συζυγοῦντας καὶ συστοιχοῦντας διαμένειν· ἅμα δὲ καὶ τὰ διαστήματα κατὰ τοὺς οὐλαμοὺς τηρεῖν. ὡς ἱππέων λελυκότων τὴν τάξιν τὴν ἐν οὐλαμοῖς αἱρουμένων κινδυνεύειν, οὐδὲν ἐπισφαλέστερον ὑπάρχον, οὐδ' ἀχρειότερον. ταῦτα δ' ὑποδείξας τοῖς τε πολλοῖς, καὶ τοῖς ἀποτελέοις, αὖθις ἐπεπορεύετο τὰς πόλεις ἐξετάζων· πρῶτον μὲν, εἰ συμπεριφέρονται οἱ πολλοὶ τοῖς παραγγελλομένοις· δεύτερον δ', εἰ κρατοῦσιν οἱ κατὰ πόλεις ἄρχοντες τοῦ σαφῶς καὶ δεόντως διδόναι τὰ παραγγέλματα· κρίνων πρὸς τὴν ἀλήθειαν οὐδὲν ἀναγκαιότερον εἶναι τῆς τῶν κατὰ μέρος ἡγεμόνων ἐμπειρίας. Προ- 22
κατασκευασάμενος δὲ τὰ προειρημένα τοῦτον τὸν τρόπον, συνῆγε τοὺς ἱππεῖς ἐκ τῶν πόλεων εἰς ἕνα τόπον, καὶ δι' αὑτοῦ τὰς κινήσεις ἐπετέλει. καὶ τὸν ὅλον χειρισμὸν αὐτοῖς ἐποιεῖτο τῆς ἐξοπλισίας, οὐ

[illegible]

προηγούμενος πάντων, ὅπερ οἱ νῦν ποιοῦσιν ἡγεμόνες, ὑπολαμβάνοντες ἡγεμονικὴν εἶναι τὴν πρώτην χώραν. ἔστι γὰρ ἀπειρότερον, ἅμα δ' ἐπισφαλέστερον ἄρχοντος· ὃς ὁρᾶται μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ὑποτεταγμένων, ὁρᾷ δ' οὐδένα. οὐ γὰρ στρατιωτικῆς ἐξουσίας, ἀλλ' ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας, ἅμα δὲ καὶ δυνάμεως δεῖγμα δεῖ φέρειν τὸν ἵππαρχον ἐν ταῖς ἐξοπλισίαις, ποτὲ μὲν ἐν πρώτοις, ποτὲ δ' ἐν ἐσχάτοις, ποτὲ δὲ κατὰ μέσους γινόμενον. ὅπερ ὁ προειρημένος ἀνὴρ ἐποίει, παριππεύων, καὶ πάντας ἐφορῶν αὐτὸς καὶ προσδιασαφῶν αὐτοῖς ἀποροῦσι, καὶ διορθῶν ἐν ἀρχαῖς πᾶν τὸ διαμαρτανόμενον. ἦν δὲ τὰ τοιαῦτα τελέως βραχέα καὶ σπάνια διὰ τὴν προγεγενημένην ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἐπιμέλειαν. Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς ἕως λόγου τὸ τοιοῦτον ὑπέδειξε· φήσας, ὅτι καθάπερ ἐν οἰκοδομίαις, ἐὰν κατὰ μίαν πλίνθον θῆς καὶ καθ' ἕνα δεσμὸν, καὶ καθ' ἕνα δόμον ἐπιμελείας τύχῃ τὸ συνάρραγμα· οὕτως ἐν στρατοπέδῳ τὸ κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ λόχον ἀκριβωθὲν, ὅλην ποιεῖ τὴν δύναμιν ἰσχυράν.

hodie fieri amat à ducibus: qui duci proprie convenientem locum eſſe putant, ut primus ſit omnium. atqui ducatus ejuſmodi & imperitiam arguit, & cum periculo eſt conjunctus. ita enim dux videtur ille quidem ab omnibus, ſed ipſe videt neminem. Enimvero præfectum equitum in decurſionibus non poteſtatem quam habet in milites oportet oſtendere, ſed ſuæ peritiæ, atque facultatis ductandi exercitus ſpecimen edere, modò in prima, modò in ultima, interdum in media acie verſantem. Atque hoc Scipio egregie faciebat; quum & turmas obequitaret, & ſingulos inſpiceret, ac ſi qua in re hęſitarent, ipſe clarius omnia explicans, & ut quidque peccaretur, id omne ab initio ſtatim corrigens. ſed quòd in ſingulis erudiendis diligentem operam poſuiſſet, plane tum pauca inveniebat & oppidò rara quę corrigeret. Quod autem Publius rebus ipſis, id Demetrius Phalereus verbo tenus docuit, cum diceret: Sicut in ædificiis, ita demum domui toti fore proſpectum, cum ſinguli lateres rite fuerint diſpoſiti, & ſinguli ordines affabre ſic facti, ut nullus relinquatur hiatus: ita in exercitu, quoties & viritim & per ſingulos manipulos ut bene omnia ſe habeant cum cura fuerit proviſum, univerſam aciem firmam ex eo & validam futuram.

Αἰτωλῶν μέμψις κατὰ Ῥωμαίων, διὰ παραβολῆς ἐξενεχθεῖσα, ὑπ' ἀνδρὸς τὰ τῶν Αἰτωλῶν οὐ φρονοῦντος.

Ætolorum querimonia de Romanis, eleganti ſimilitudine expreſſa, ab homine non Ætolo.

DICEBAT

DICEBAT ille, quod nunc fieret, ſimillimum eſſe ei rerum diſponendarum & tractandarum rationi, cujus eſt in præliis uſus: nam & ibi levem armaturam ac ſtrenuiſſimam copiarum partem primam ut plurimum periculis objici, & interire ante alios: at prælii totius eventum phalangi & gravi armaturæ adſcribi. Similiter & nunc quoque inquiebat, primi adeunt pericula Ætoli, quique alii Peloponneſii ſunt his ſocietate juncti: Romani in modum phalangis ſtant in ſubſidiis. Igitur ſi illi adverſa uſi fortuna deleti eſſent, Romanos tamen ex acie ſe recepturos, & ſine ullo damno fore abituros. ſin vincerent Ætoli, (quod ſuperi ne ſirint,) Romanos & hos & alios omnes Græcos ſuæ poteſtati ſubjecturos.

ΕΙΝΑΙ γὰρ τὸ νῦν γιγνόμενον ὁμοιότατον τῇ περὶ τὰς παρατάξεις οἰκονομίᾳ, καὶ χειρισμῷ· καὶ γὰρ ἐπ' ἐκείνων προκινδυνεύειν μὲν ὡς ἐπίπαν, καὶ προαπόλλυται τὰ κοῦφα καὶ τὰ πρακτικώτατα τῆς δυνάμεως· τὴν δ' ἐπιγραφὴν τῶν ἐκβαινόντων ἡ φάλαγξ, καὶ τὰ βαρέα λαμβάνει τῶν ὅπλων. νῦν δὲ παραπλησίως, προκινδυνεύουσι μὲν Αἰτωλοὶ καὶ Πελοποννησίων οἱ τούτοις συμμαχοῦντες· ἐφεδρεύουσι δὲ Ῥωμαῖοι φάλαγγος ἔχοντες διάθεσιν. κἂν μὲν οὗτοι πταίσαντες καταφθαρῶσιν, ἀναστρέψαντες ἐκ τῶν πραγμάτων, ἀβλαβεῖς ἀπολυθήσονται Ῥωμαῖοι· νικησάντων δὲ τούτων, ὃ μὴ δόξειε τοῖς θεοῖς, ἅμα τούτοις καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ὑφ' αὑτοὺς ἐκείνους ποιήσονται. 23

In Media præſidia ad firmandum imperium majora eſſe quàm in reliqua Aſia.

Opes admirandæ, quæ in Regia olim viſebantur quam Ecbatana urbs habuit.

Antiochi expeditio adverſus Arſacem, qui Parthorum imperium inter primos fundavit.

Ἡ τῆς Μηδίας διαφορὰ πρὸς τὰς ἄλλας τῆς Ἀσίας δυναστείας.

Ὅτι τὰ ἐν Μηδίᾳ Ἐκβατάνων τὰ βασίλεια πλοῦτον περιεῖχεν εἰς ὑπερβολὴν μέγαν.

Ἀντιόχου στρατεία κατὰ Ἀρσάκου, τοῦ τὴν Πάρθων ἀρχὴν συστήσαντος ἐν τοῖς πρώτοις.

E DYNASTARUM Aſiæ provinciis, omnium maxime idonea ſtabiliendo imperio eſt Media, cum propter regionis magnitudinem, tum propter numerum ingentem & præſtantiam quà virorum quà equorum. hoc quippe animantium genus univerſę prope Aſię Media ſuppeditat. Nam quę variis locis

ΕΣΤΙ τοίνυν ἡ Μηδία κατά τε τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἀξιοχρεωτάτη τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν δυναστειῶν, καὶ κατὰ τὸ πλῆθος, καὶ κατὰ τὰς ἀρετὰς τῶν ἀνδρῶν, ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἵππων. τοῖς γὰρ ζώοις τούτοις σχεδὸν ἅπασαν χορηγεῖ τὴν Ἀσίαν· τῷ δὲ καὶ τὰ βασιλικὰ 24

σιλικὰ συστήματα τῶν ἱπποτροφείων Μήδοις ὑποτετάχθαι διὰ τὴν εὐφυΐαν. περιοικεῖται δὲ πόλεσιν Ἑλληνίσι κατὰ τὴν ὑφήγησιν τὴν Ἀλεξάνδρου φυλακῆς ἕνεκεν τῶν συγκυρούντων αὐτῇ Βαρβάρων, πλὴν Ἐκβατάνων. Αὕτη δ' ἔκτισται μὲν ἐν τοῖς πρὸς τὰς ἄρκτους μέρεσι τῆς Μηδίας· ἐπίκειται δὲ τοῖς περὶ τὴν Μαιῶτιν καὶ τὸν Εὔξεινον μέρεσι τῆς Ἀσίας. ἦν δὲ βασίλειον ἐξ ἀρχῆς Μήδων. πλούτῳ δὲ καὶ τῇ τῆς κατασκευῆς πολυτελείᾳ μέγα τι παρὰ τὰς ἄλλας δοκεῖ διενηνοχέναι πόλεις. Κεῖται μὲν οὖν ὑπὸ τὴν παρωρείαν τὴν παρὰ τὸν * Ορον, ἀτείχιστος οὖσα. ἄκραν δ' ἐν αὐτῇ χειροποίητον ἔχει θαυμασίως πρὸς ὀχυρότητα κατεσκευασμένην. ὑπὸ δὲ ταύτην ἐστὶ βασίλεια Περσῶν. Καὶ τὸ λέγειν κατὰ μέρος, καὶ τὸ παρασιωπᾶν, ἔχει τινὰ ἀπορίαν. τοῖς μὲν γὰρ αἱρουμένοις τὰς ἐκπληκτικὰς τῶν διηγήσεων προφέρεσθαι, καὶ μετ' αὐξήσεως ἔνια καὶ διαθέσεως εἰθισμένοις ἐξαγγέλλειν, καλλίστην ὑπόθεσιν ἡ προειρημένη πόλις παρέχει· τοῖς δ' εὐλαβῶς προσπορευομένοις πρὸς πᾶν τὸ παρὰ τὴν κοινὴν ἔννοιαν λεγόμενον, ἀπορίαν παρασκευάζει καὶ δυσχρηστίαν. Πλὴν ἔστι γε τὰ βασίλεια τῷ μὲν μεγέθει σχεδὸν ἑπτὰ σταδίων ἔχοντα τὴν περιγραφήν, τῇ δὲ τῶν κατὰ μέρος κατασκευασμάτων πολυτελείᾳ μεγάλην ἐμφαίνοντα τὴν τῶν ἐξ ἀρχῆς καταβαλλομένων εὐκαιρίαν. οὔσης γὰρ τῆς ξυλίας ἁπάσης κεδρίνης καὶ κυπαριττίνης, οὐδε-

conſtituta habent Reges equorum armenta, ea Medorum curæ ob ſoli ubertatem ſunt commiſſa. eademque ut præſidium ne deeſſet adverſus conterminos Barbaros, ex Alexandri inſtituto Grecanicis urbibus undique cingitur, ſi Ecbatana dumtaxat excipias. quæ urbs in ea Mediæ condita eſt parte, quæ Aquiloni vento eſt oppoſita: imminet autem iis regionibus Aſiæ, quę ſecundum Mæotim & Pontum Euxinum porriguntur. Regia Medorum ibi quondam fuit. ac videtur ſane civitas hæc urbes omnes alias opibus & operum magnificentia ſuperaſſe longo intervallo. ſita eſt in montana regione quæ radicibus Orontis ſubjacet. mœnibus caret: ſed arcem habet manu factam, & ad firmitatem ad miraculum uſque munitam egregiè. arci regia ſubjacet: de qua ſatiuſne ſit cuncta ſigillatim exſequi, an penitus ſilere jure aliquis dubitet. Nam ut iis qui portentoſas narrationes in medium afferre amant, quique res quas commemorant exaggerare ſupra modum conſuerunt, pulcherrimam dicta urbs materiam præbet: ita illis qui ad ea omnia caute & cunctanter accedunt, quæ præter communem ſenſum dicuntur, difficultatem & inopiam conſilii eadem affert. Verumenimvero Regia hęc ejus amplitudinis eſt, ut ſtadia in circuitu habeat ſeptem: operum & ornamentorum tantam in ſingulis partibus magnificentiam prę ſe fert, ut quanta rerum omnium copia abundarent, qui ab initio fundarunt, facile ſit æſtimatu. Nam quum materia univerſa eſſet è cedro aut cupreſſo, nihilominus tamen haud

haud quidquam illius nudum à tegumento cerneres: ſed erant trabes, lacunaria, & columnæ ſive in porticibus, ſive in periſtyliis laminis partim argenteis partim aureis circumamictæ. omnes item tegulæ fuere argenteæ. laminarum porro iſtarum pleræque in adventu Alexandri & Macedonum ſunt detractæ: cæteræ cum Antigonus & Seleucus Nicanor rerum potiebantur. Adhuc tamen quo tempore eo venit Antiochus, fanum ſaltem, quod Ænæ indigetant, columnas circa habuit deauratas: & tegulæ quoque argenteæ plures ibidem erant congeſtæ. lateres quinetiam reſtabant, aurei quidem nonnulli, argentei verò multi. ex quibus omnibus pecunia illa eſt conflata quæ regia imagine cernitur ſignata; ad talentorum fere CIↃ CIↃ CIↃ CIↃ ſummam accedens.

Exiſtimabat Arſaces, ad hæc quidem uſque loca Antiochum fore venturum: ſed ad continentem his terram deſertam nequaquam auſurum, tantis præſertim cum copiis, trajicere, & maxime propter aquarum inopiam. nam in iis quæ dicimus locis nulla uſquam in ſuperficie terræ aqua apparet; etſi plures inſunt ſubterranei rivi ac putei etiam in illa ſolitudine cavati, quos locorum imperiti ignorant. Et eſt ſuper his fama vera ab indigenis prodita, qui ajunt, Perſas imperii ſui tempore, permiſiſſe iis qui aquam fontanam in aliquem locum induxiſſent non prius irrigatum, ut per quinque generationes ejus agri fructus caperent. Quum igitur è monte Tauro multi, iique magni aqua-

μίαν αὐτῶν γεγυμνῶσθαι συνέβαινεν· ἀλλὰ καὶ τὰς δοκοὺς καὶ τὰ φατνώματα, καὶ τοὺς κίονας τοὺς ἐν ταῖς στοαῖς καὶ περιστύλοις, τοὺς μὲν ἀργυραῖς, τοὺς δὲ χρυσαῖς λεπίσι περιειλῆφθαι· τὰς δὲ κεραμίδας ἀργυρᾶς εἶναι πάσας. τούτων δὲ τὰ μὲν πλεῖστα συνέβη λεπισθῆναι κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου καὶ Μακεδόνων ἔφοδον· τὰ δὲ λοιπὰ κατὰ τὴν Ἀντιγόνου καὶ Σελεύκου τοῦ Νικάνορος δυναστείαν. ὅμως δὲ κατὰ τὴν Ἀντιόχου παρουσίαν, ὅ, τε ναὸς αὐτὸς ὁ τῆς Αἴνης προσαγορευόμενος, ἔτι τοὺς κίονας εἶχε τοὺς πέριξ κεχρυσωμένους· κεραμίδες ἀργυραῖ, καὶ πλείους ἐν αὐτῷ συνετέθειντο· πλίνθοι δὲ χρυσαῖ τινὲς ὀλίγαι μὲν ἦσαν, ἀργυραῖ δὲ καὶ πλείους ὑπέμενον. ἐκ δὲ πάντων τῶν προειρημένων τὸ χαραχθὲν εἰς τὸ βασιλικὸν ἠθροίσθη νόμισμα, μικρῷ λεῖπον τετρακισχιλίων ταλάντων.

Ἕως μὲν οὖν τούτων τῶν τόπων ἤλπισεν αὐτὸν ἥξειν Ἀρσάκης. εἰς δὲ τὴν ἔρημον τὴν τούτοις προσχωροῦν, οὐ τολμήσειν ἐπὶ δυνάμει τηλικαύτῃ διεκβαλεῖν, καὶ μάλιστα διὰ τὴν ἀνυδρίαν. ἐπιπολῆς μὲν γὰρ οὐδέν ἐστι φαινόμενον ὕδωρ ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις· ὑπόνομοι δὲ πλείους εἰσί, καὶ διὰ τῆς ἐρήμου φρεατίας ἔχοντες ἀγνοουμένας τοῖς ἀπείροις. περὶ δὲ τούτων ἀληθὴς παραδίδοται λόγος διὰ τῶν ἐγχωρίων, ὅτι καθ' οὓς χρόνους Πέρσαι τῆς Ἀσίας ἐπεκράτουν, ἔδωκαν τοῖς ἐπί τινας τόπους τῶν μὴ πρότερον ἀρδευομένων, ἐπισαγομένοις ὕδωρ πηγαῖον ἐπὶ πέντε γενεὰς καρπεῦσαι τὴν χώραν. ὅθεν ἔχοντος τοῦ Ταύρου πολλὰς καὶ

μεγάλας ὑδάτων ἀπὸ τῆς δύσεως, πᾶ-
σαν ἐπιδεχόμενοι δαπάνην καὶ κα-
κοπάθειαν, ἐκ μακροῦ κατασκευ-
άζοντες τοὺς ὑπονόμους· ὥστε κατὰ
τοὺς νῦν καιροὺς, μηδὲ τοὺς χρω-
μένους τοῖς ὕδασι γινώσκειν τὰς
ἀρχὰς τῶν ὑπονόμων, πόθεν ἔχουσι
τὰς ἐπιρρύσεις. Πλὴν ὁρῶν Ἀρσά-
κης ἐπιβαλλόμενον αὐτὸν τῇ διὰ
τῆς ἐρήμου πορείᾳ, τὸ τηνικάδε
χωννύειν καὶ φθείρειν ἐνεχείρησε
τὰς φρεατίας. ὁ δὲ βασιλεὺς
ἐξαγγελθέντος αὐτῷ, πάλιν ἐξα-
πέστειλε τοὺς περὶ Νικομήδην μετὰ
χιλίων ἱππέων. οἳ καὶ καταλα-
βόντες τὸν Ἀρσάκην μετὰ τῆς δυνά-
μεως ἀποκεχωρηκότα, τινὰς δὲ τῶν
ἱππέων φθείροντας τὰ στόματα τῶν
ὑπονόμων, τούτους μὲν ἐξ ἐφόδου
τρεψάμενοι, φυγεῖν ἠνάγκασαν·
αὐτοὶ δὲ πάλιν ἀνεχώρησαν ὡς τὸν
Ἀντίοχον. ὁ δὲ βασιλεὺς διανύ-
σας τὴν ἔρημον, ἧκε πρὸς τὴν
Ἑκατόμπυλον προσαγορευομένην·
ἣ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ Παρθυηνῇ·
τῶν δὲ διόδων φερουσῶν ἐπὶ πάν-
τας τοὺς πέριξ τόπους, ἐνταῦθα
συμπιπτουσῶν, ἀπὸ τοῦ συμβαί-
νοντος ὁ τόπος εἴληφε τὴν προση-
26 γορίαν. πλὴν αὐτοῦ διαναπαύσας
τὴν δύναμιν, καὶ λογισάμενος,
ὡς εἰ μὲν οἷός τ' ἦν Ἀρσάκης διὰ
μάχης κρίνεσθαι πρὸς σφᾶς, οὔτ'
ἂν ἐξεχώρει λιπὼν τὴν αὐτοῦ χώ-
ραν, οὔτ' ἂν ἐπιτηδειοτέρους τό-
πους ἐζήτει πρὸς ἀγῶνα ταῖς σφε-
τέραις δυνάμεσι τῶν περὶ τὴν Ἑκα-
τόμπυλον· ἐπειδὴ δ' ἐκχωρεῖ, δῆ-
λός ἐστι τοῖς ὀρθῶς σκοπουμένοις
ἐπ' ἄλλης γνώμης ὤν· διόπερ ἔκρι-

rum defluxus manent, nullam ne-
que impenſam neque ærumnam re-
cuſabant, quo ad devehendam a-
quam è longinquo aquæductus con-
ficerent. adeo ut hodierno tempore,
ne illi ipſi quidem qui aquis utun-
tur, ſciant capita ſubterraneorum ri-
vorum unde manent, aut ubi ſca-
turiant. Cæterum Arſaces ut videt
Regem per ſolitudinem iter ingredi,
puteos ſtatim omnes obrui & cor-
rumpi jubet. quod poſtquam An-
tiocho eſt renuntiatum, Nicome-
dem iterum cum mille equitibus
miſit. ſed jam Arſaces cum copiis pe-
dem retulerat, quando hi venerunt.
equites ſolum nonnulli canalium
ora corrumpentes ſunt inventi: quos
regii primo impetu terga verte-
re, & conjicere ſe in pedes coëge-
runt: ipſi mox ad Antiochum ſunt
reverſi. Rex ſolitudinem emenſus,
ad oppidum venit, Hecatompylon
dictum. In media Parthia hæc urbs
eſt ſita: quum autem diverticula via-
rum quæ ad omnes circa ferunt re-
giones ibidem coëant, ex eventu ipſo
Centum portarum nomen locus in-
venit. Ibi ad reficiendum ex labori-
bus itineris militem pauci dies ſum-
pti. Inſtitit deinde reputare ſecum
Antiochus, Arſacem, ſi idoneas vires
haberet ad prælio ſecum decernen-
dum, nunquam profectò patriam
ſuam fuiſſe relicturum, & ejus fini-
bus exceſſurum, neque ad dimican-
dum ullum alium aptiorem ſuo ex-
cercitui locum requiſiturum, eo qui
Hecatompylo circumjacet. quem
ille quum deſerat, palàm facere recta
ratione rem putantibus, aliam ſibi
eſſe mentem. propterea in Hyrca-
niam

niam progredi ſtatuit. Tagas ut venit, & ab indigenis ſciſcitando cognovit, quantis difficultatibus viæ eſſent impeditæ, quas pertranſire ipſum prius oportebat, quam ad Labutæ montis ſumma illa juga perveniat, quæ in Hyrcaniam vergunt: quanta item Barbarorum multitudo occupatis locis quibuſque opportunis viæ immineret; faciendum cenſuit, ut expeditorum omnem numerum in varia partiretur agmina: & diviſis ipſorum ducibus quò cuique tendendum eſſet ſignificaret. fecit idem & in operariis, quos oportebat expeditorum manum quocunque pergerent comitari, & ut quiſque locus ab iis eſſet occupatus, eum ita concinnare, ut phalanx & jumenta facile illac tranſirent. Id quum Rex conſilii cepiſſet, primum ducere agmen Diogenem juſſit: tradiditque ei ſagittarios, funditores, & è montanis hominibus eos qui jaculandi & lapides mittendi peritiam habebant. hi nequaquam ordines ſervabant, ſed quoties occaſio vel locus poſtularet, viritim rem gerentes, in anguſtiis viarum maximo uſui erant & plurimum præſtabant. His alterum ſubjecit agmen, Cretenſium clypeatorum ad duo millia, ductore Polyxenida Rhodio. poſtremos deinde loricatos & ſcutatos, quorum ducatum gerebant Nicomedes Cous, & Nicolaus Ætolus. Progredientibus autem iſtis in itinere longe aſperior & anguſtior locorum natura eſt reperta, quam Rex putarat. Nam univerſus montium aſcenſus ſtadiorum erat circiter trecentorum. cujus ſpatii maxima pars conficienda per con-

νε προάγειν εἰς τὴν Ὑρκανίαν. παραγενόμενος δ' ἐπὶ Τάγας, καὶ πυνθανόμενος τῶν ἐγχωρίων τήν τε δυσχέρειαν τῶν τόπων, οὓς ἔδει διεκβάλλειν αὐτὸν ἕως εἰς τὰς ὑπερβολὰς διεξίκοιτο τοῦ Λαβούτα, τὰς νευούσας ἐπὶ τὴν Ὑρκανίαν, καὶ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων τῶν κατὰ τόπους ἐφεστώτων ταῖς δυσχωρίαις αὐτῷ· προέθετο διατάττειν τὸ τῶν εὐζώνων πλῆθος, καὶ τοὺς τούτων ἡγεμόνας μερίζειν ὡς ἑκάστοις δέησει προσδύεσθαι. ὁμοίως δὲ καὶ τοὺς λειτουργοὺς, οὓς ἔδει παραπορευομένους τὸν καταλαμβανόμενον ὑπὸ τῶν εὐζώνων τόπον, εὔβατον παρασκευάζειν τῇ τῶν φαλαγγιτῶν καὶ τῇ τῶν ὑποζυγίων πορείᾳ. Ταῦτα δὲ διανοηθεὶς, τὴν μὲν πρώτην ἔδωκε τάξιν Διογένει· συστήσας αὐτῷ τοξότας καὶ σφενδονήτας, καὶ τῶν ὀρείων τοὺς ἀκοντίζειν καὶ λιθάζειν δυναμένους, οἵ τινες τάξιν μὲν οὐκ ἔνεμον, ἀεὶ δὲ πρὸς τὸν παρόντα καιρὸν καὶ τόπον κατ' ἄνδρα ποιούμενοι τὸν κίνδυνον, πραγματικωτάτην παρείχοντο χρείαν ἐν ταῖς δυσχωρίαις. Τούτοις δὲ συνεχεῖς Κρῆτας ἀσπιδιώτας ἐπέταξε περὶ δισχιλίους, ὧν ἡγεῖτο Πολυξενίδας Ῥόδιος. τελευταίους δὲ θωρακίτας καὶ θυρεοφόρους, ὧν εἶχον τὴν ἡγεμονίαν Νικομήδης Κῷος, καὶ Νικόλαος Αἰτωλός. Προαγόντων δὲ τούτων εἰς τὸ 27
πρόσθεν, πολλῷ δυσχερεστέρας συνέβαινε φαίνεσθαι τὰς τῶν τόπων τραχύτητας καὶ στενότητας τῆς τοῦ βασιλέως προσδοκίας. ἦν γὰρ τὸ μὲν ὅλον μῆκος τῆς ἀναβάσεως περὶ τριακοσίους σταδίους· ταύτης δὲ τὸ πλεῖστον μέρος ἔδει

ποιεῖσθαι τὴν πορείαν διὰ χαράδρας χειμάρρου, καὶ βαθείας, εἰς ἣν πολλαὶ μὲν αὐτομάτως ἐκ τῶν ἐπικειμένων κρημνῶν πέτραι κατενηνεγμέναι καὶ δένδρα, δύσβατον ἐποίουν τὴν δι' αὐτῆς πορείαν· πολλὰ δ' ὑπὸ τῶν Βαρβάρων εἰς τοῦτο τὸ μέρος συνηγεῖτο. καὶ γὰρ ἐκκοπὰς δένδρων ἐπεποίηντο συνεχεῖς, καὶ λίθων πλήθη καὶ μεγέθη συνηθροίκεισαν. αὐτοί τε παρ' ὅλην τὴν φάραγγα τὰς οἰκείας ὑπεροχὰς καὶ δυναμένας σφίσιν ἀσφάλειαν παρέχεσθαι κατειληφότες, ἐτήρουν. ὥστ' εἰ μὴ διήμαρτον ἐντελῶς, ἂν ἐξαδυνατήσαντα τὸν Ἀντίοχον ἀποστῆναι τῆς ἐπιβολῆς. ὡς γὰρ δέον τοὺς πολεμίους πάντας κατ' ἀνάγκην ποιεῖσθαι δι' αὐτῆς τῆς φάραγγος τὴν ἀνάβασιν, οὕτω παρεσκευάσαντο, καὶ πρὸς τοῦτο κατελάβοντο τοὺς τόπους. ἐκεῖνο δ' οὐκ ἔβλεψαν, ὅτι τῇ μὲν φάλαγγι καὶ τῇ ἀποσκευῇ οὐκ ἄλλως δυνατὸν ἦν, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνοι διέλαβον, ποιεῖσθαι τὴν πορείαν· πρὸς γὰρ τὰ παρακείμενα τῶν ὀρῶν οὐχ οἷόν τ' ἦν τούτοις προσβαλεῖν· ἀλλὰ καὶ τοῖς ψιλοῖς καὶ τοῖς εὐζώνοις οὐκ ἀδύνατος ἦν ἡ δι' αὐτῶν τῶν λευκοπέτρων ἀναβολή. ὅθεν ἅμα τῷ πρὸς τὸ πρῶτον φυλάκιον προσμίξαι τοὺς περὶ τὸν Διογένην, ἔξωθεν τῆς χαράδρας ποιουμένους τὴν ἀνάβασιν, ἀλλοιοτέραν ἐλάμβανε διάθεσιν. εὐθέως γὰρ κατὰ τὴν συμπλοκὴν αὐτοῦ τοῦ πράγματος διδάσκοντος ὑπερτιθέμενοι, καὶ προσβαίνοντες πρὸς τὰ πλάγια τῆς χώρας οἱ περὶ τὸν Διογένην, ὑπερδέξιοι τῶν πολεμίων ἐγίγνοντο· καὶ χρώμενοι πυκνοῖς τοῖς ἀκοντίσμασι καὶ τοῖς ἐκ χειρὸς

fragoſam convallem à torrente cavatam in magnam altitudinem. in hanc cum multa ſua ſponte ſaxa è ſuperpendentibus rupibus eſſent delata, multæ item arbores, difficile & impeditum iter reddebatur. ſed & Barbari ut difficultates augerent, multam operam poſuerant. nam & arboribus cæſis continuas fecerant concædes. magnam item lapidum ingentium vim eodem congeſſerant. & ipſi quoque per totam convallem opportunis omnibus locis ubi tuto conſiſtere poterant, occupatis, fines ſuos cuſtodiebant. Quod niſi eos ratio fugiſſet, Antiochum eo incepto, cui omnino impar fuiſſet, abſiſtere oportuiſſet. nam Barbari quaſi prorſus eſſet neceſſum, ut illac Rex tranſiret, ita ſe comparaverant, & ea fine loca illa inſederant. Nimirum iſti illud non viderant; phalangi quidem & impedimentis exercitus illac neceſſario, ſicut ipſi animis propoſuerant, fore iter faciendum: nam montes hinc inde adjacentes nulla ratione ab his poterant ſuperari: at quominus leviter armati, & expediti vel per nudas rupes ſcanderent, id vero naturam non vetare. Itaque ſimulac Diogenes intra convallem aſcenſum moliens, in primam ſtationem hoſtium incidit, multum diverſa rerum facies apparvit. nam in primo ſtatim conflictu, velut rebus ipſis monentibus quid eſſet opus facto, Diogenes & qui illum ſequebantur, ulterius progreſſi, & tranſverſis itineribus loca illa emenſi, ſupra caput hoſtium evaſerunt: ita ut jaculatione crebra, & ſaxis quæ manibus jaciebant

bant mirum in modum Barbaros infeſtarent. ſed fundis maxime eos lædebant, ſaxis eminus inceſſentes. Ubi autem primos illorum per vim regii depulerant, & locum ipſorum occupaverant, operarum tunc partes erant, purgare quicquid erat ante pedes, & omnia complanare, quoad ejus tuto fieri poterat. quod opus propter ingentem operarum numerum celeritate magna confiebat. Atq; ita quum funditores, ſagittarii & jaculatores modò imminentia hoſtibus juga vagè perſultarent, modò in unum coirent & opportuna quæque loca invaderent; clypeatorum deinde ſtationes ibidem ſubſiſterent, qui ſecundum ipſam convallem ordinibus ſervatis & militari gradu ambulabant, non ſteterunt Barbari: ſed relictis iis locis, ad ipſum montium illorum verticem cuncti ſe undique receperunt. Antiochus eo quem diximus modo cum copiis tutò locorum anguſtias pertranſiit: non ſane abſque difficultate & multo tempore. vix namque octavo die in jugum collis evaſerunt. quò item Barbari quum veniſſent conferti, atque ii ſibi perſuaſiſſent, aſcenſu hoſtem prohibere ſe poſſe, atrox prælium eſt ortum. pulſi ſunt ad extremum Barbari, idque hoc pacto evenit. Pugnabant illi cuneatim ſtipati in faciē cum phalangitis miro ardore. interim milites expediti ſilentio noctis longo circuitu loca ſuper caput hoſtium per averſa montis occupant. qua re cognita, repente Barbari conjiciunt ſe in pedes. Rex, qui conferto agmine & compoſito deſcen-

λίθοις, κακῶς διετίθεσαν τοὺς Βαρ-
βάρους. οὓς καὶ μάλιστα ταῖς σφεν-
δόναις ἐκακοποίουν ἐξ ἀποστήματος
βάλλοντες. ὅτε δὲ τοὺς πρώτους
ἐκβιασάμενοι κατάσχοιεν τὸν τούτων
τόπον, ἐδίδετο τοῖς λειτουργοῖς
κλῆρος εἰς τὸ πᾶν τὸ πρὸ ποδῶν
ἀνακαθαίρειν καὶ λεαίνειν μετ᾽
ἀσφαλείας. ἐγίνετο δὲ τοῦτο ταχέως
διὰ τὴν πολυχειρίαν. οὐ μὴν
ἀλλὰ τούτῳ τῷ τρόπῳ τῶν μὲν
σφενδονητῶν καὶ τοξοτῶν, ἔτι δ᾽
ἀκοντιστῶν κατὰ τοὺς ὑπερδεξίους τό-
πους πορευομένων σποράδην, ποτὲ
δὲ συναθροιζομένων καὶ καταλαμ-
βανομένων τοὺς εὐκαίρους τόπους,
τῶν δ᾽ ἀσπιδιωτῶν ἐφεδρευόντων,
καὶ παρ᾽ αὐτὴν τὴν χαράδραν πα-
ραπορευομένων ἐν τάξει, καὶ βά-
δην, οὐκ ἀνέμενον οἱ Βάρβαροι·
πάντες δὲ λιπόντες τοὺς τόπους,
ἠθροίσθησαν ἐπὶ τὴν ὑπερβολήν. οἱ 28
δὲ περὶ τὸν Ἀντίοχον ἀσφαλῶς διέβη-
σαν τὰς δυσχωρίας τῷ προειρημέ-
νῳ τρόπῳ· βραδέως δὲ, καὶ δυσχε-
ρῶς. μόλις γὰρ ἐγδοαῖοι πρὸς τὰς
κατὰ τὸν λόφον ὑπεροχὰς ἀφίκοντο.
τῶν δὲ Βαρβάρων συνηθροισμένων
ἐκεῖ, καὶ πεπεισμένων κωλύειν τῆς
ὑπερβολῆς τοὺς πολεμίους, ἀγὼν
συνέστη νεανικός. ἐξεώσθησαν δ᾽
οἱ Βάρβαροι διὰ τοιαύτας αἰτίας.
συστραφέντες γὰρ ἐμάχοντο πρὸς τοὺς
φαλαγγίτας κατὰ πρόσωπον ἐκθύ-
μως· τῶν δὲ νυκτὸς ἔτι τῶν εὐζώνων ἐκ-
περιελθόντων ἐκ πολλοῦ, καὶ κατα-
λαβομένων τοὺς ὑπερδεξίους καὶ κατὰ
νώτου τόπους, ἅμα τῷ συνιδεῖν οἱ
Βάρβαροι τὸ γινόμενον, εὐθέως πτοη-
θέντες, ὥρμησαν πρὸς φυγήν. ὁ δὲ
βασιλεὺς τὴν μὲν ἐπὶ πλεῖον ὁρμὴν τῶν
διωκόντων παρακατεῖχε μετὰ πολλῆς

σπουδῆς, ἀνακαλεσάμενος ταῖς σάλπιγξι διὰ τὸ βούλεσθαι καταβαίνειν ἀθρόους καὶ συντεταγμένους εἰς τὴν Ὑρκανίαν. συστησάμενος δὲ τὴν πορείαν ὡς ἐβούλετο, καὶ παραγενόμενος ἐπὶ Τάμβρακα πόλιν ἀτείχιστον, ἔχουσαν δὲ βασίλεια καὶ μέγεθος, αὐτοῦ κατεσκήνωσε. τῶν δὲ πλείστων πεποιημένων τὴν ἀποχώρησιν ἔκ τε τῆς μάχης καὶ τῆς περικειμένης χώρας εἰς τὴν προσαγορευομένην Σύριγγα πόλιν, ἣν συνέβαινε κεῖσθαι οὐ μακρὰν τῆς Τάμβρακος, εἶναι δὲ τῆς Ὑρκανίας ὡσανεὶ βασίλειον, διά τε τὴν ὀχυρότητα καὶ τὴν ἄλλην εὐκαιρίαν, ἔκρινε ταύτην ἐξελεῖν μετὰ βίας. ἀναλαβὼν οὖν τὴν δύναμιν προῆγε καὶ περιστρατοπεδεύσας, ἤρχετο τῆς πολιορκίας. Ην δὲ τὸ πλεῖστον μέρος τῆς ἐπιβολῆς ἐν ταῖς χωστρίσι χελώναις. τάφροι γὰρ ἦσαν τρεῖς, πλάτος μὲν οὐκ ἔλαττον ἔχουσαι τριάκοντα πηχῶν, βάθος δὲ πεντεκαίδεκα· ἐπὶ δὲ τοῖς χείλεσιν ἑκάστης χαρακώματα διπλᾶ ἐπέκειτο, καὶ τελευταῖον προτείχισμα δυνατόν. συμπλοκαὶ μὲν οὖν ἐγίγνοντο συνεχεῖς ἐπὶ τῶν ἔργων. ἐν αἷς οὐκ ἤνυον ἑκάτεροι φέροντες τοὺς νεκροὺς καὶ τοὺς τραυματίας, διὰ τὸ μὴ μόνον ὑπὲρ γῆς, ἀλλὰ καὶ κάτω γῆς διὰ τῶν ὀρυγμάτων ἐκ χειρὸς γίγνεσθαι τοὺς κινδύνους. οὐ μὴν ἀλλὰ τῷ πλήθει καὶ τῇ τοῦ βασιλέως ἐνεργείᾳ, ταχέως συνέβη καὶ τὰς τάφρους χωσθῆναι, καὶ τὸ τεῖχος πεσεῖν διὰ τῶν ὀρυγμάτων. οὗ συμβάντος, διατραπέντες οἱ Βάρβαροι τοῖς ὅλοις, καὶ τοὺς μὲν Ἕλληνας κατασφάξαντες τοὺς ἐν τῇ πόλει, τὰ δ' ἐπιφανέστατα

dere in Hyrcaniam volebat, receptui canere juſſis tubicinibus impetum ſuorum, fugientes longius perſequentium, compeſcuit. deinde agmine ita uti volebat compoſito, poſtquam Tambracem eſt ventum, quę urbs muros quidem nullos habet, ampla tamen eſt, ut in qua ſit Regia, eo loci eſt commoratus. Ac quoniam plerique omnes ſive qui è pugna evaſerant, ſive qui ex omni circa regione aufugerant, in oppidum ſe receperant, quod Syringem vocant; (nam & firmitate & rerum omnium commoditate præſtat is locus; à Tambrace non longe diſtans, eſtque id Hyrcaniæ quaſi caput:) vi illud expugnare cepit. Copiis igitur iterum acceptis, eò ducit: & poſitis circa urbem caſtris, obſidionem inſtituit. Cæterum totius incepti pars maxima in teſtudinibus aggeſtitiis erat poſita. Quum enim tres ductæ eſſent foſſæ, latæ cubitos non minus triginta, altæ quindecim, cujuſque illarum labris vallum duplex fuerat impoſitum; & poſtremo murus bene firmus. Itaque inter ipſa opera dimicationes continuæ edebantur. neque ſufficiebant qui utraque ex parte occiſos aut vulneratos auferebant, loco purgando; quòd non ſolum ſupra terram, verum etiam ſub terra intra cuniculos comminus certabatur. Et ſic tamen citò perfecit Rex quà multitudine operarum, quà inſtantiâ ſuâ & navitate, ut & foſſæ replerentur, & muri per cuniculos ſubruerentur. quod ut factum, Barbari de ſumma re in deſperationem adducti, Græcos qui in urbe erant obtruncant, ſupellectilis quod erat pretio-

pretioſiſſimum rapiunt, & fuga ſibi noctu conſulunt. eo Rex animadverſo, Hyperbaſim cum mercenario milite mittit. in quem Barbari quum incidiſſent, projectis impedimentis in oppidum denuo ſunt reverſi. cetratis deinde per ruinas muri magna vi irrumpentibus, omni plane jam ſpe depulſi, in deditionem venerunt.

Coſs. Romanorum Marcelli & Criſpini ex imperitia imperatoriæ artis cædes.

Imperatorem à præliis debere abſtinere, in quibus ſumma rerum non agitur.

Hannibalis laus.

QUUM vellent Coſs. M. Claudius Marcellus & T. Quintius Criſpinus qualis pars tumuli quæ vergeret in hoſtium caſtra, eſſet, liquidò explorare; cæteris intra vallum manere juſſis, ipſi cum turmis duabus equitum, & velitibus cum lictoribus circiter xxx ad loca inſpicienda ire pergunt. Forte fortuna Numidę quidam ſoliti iis ſtruere inſidias qui aut velitationibus hoſtem laceſſerent, aut omnino qui agmen præcederent quoties extra vallum copiæ educerentur, colli ſeſe applicuerant. his quum dato ſigno ſpeculator ſignificaſſet, perveniſſe nonnullos ex inimicis in ſummum collem, ſuper ipſorum capita; ſtatione relicta, tranſverſis limitibus itinere facto, Coſs. intercludunt & à caſtris ſuis ſeparant. In primo ſtatim congreſſu Marcellum cum aliquot

τῶν σκευῶν διαρπάσαντες, νυκτὸς ἀπεχώρησαν. ὃ δὴ βασιλεὺς συνθεασάμενος, Ὑπέρβασιν ἀπέστειλε μετὰ τῶν μισθοφόρων. ᾧ συμμίξαντες οἱ Βάρβαροι, ῥίψαντες τὰς ἀποσκευὰς, αὖθις εἰς τὴν πόλιν ἔφυγον. τῶν δὲ πελταστῶν ἐνεργῶς βιαζομένων διὰ πτώματος, ἀπελπίσαντες, σφᾶς αὐτοὺς παρέδοσαν.

Κλαυδίου Μαρκέλλου καὶ Κρισπίνου τῶν ὑπάτων ἐξ ἀπειρίας στρατηγικῆς ἀπώλεια.

Ὅτι τῶν κατὰ μέρος κινδύνων πλεῖστον ἀπέχειν δεῖ τὸν ἡγούμενον.

Ἀννίβου ἔπαινος.

ΒΟΥΛΟΜΕΝΟΙ δὲ οἱ ὕπατοι κατοπτεῦσαι σαφῶς τὰ 29
πρὸς τὴν τῶν ὑπεναντίων στρατοπεδείαν κεκλιμένα μέρη τοῦ λόφου, τοῖς μὲν ἐν τῷ χάρακι μένειν κατὰ χώραν ἐπήγγελλον· αὐτοὶ δὲ τῶν ἱππέων ἀναλαβόντες ἴλας δύο καὶ γροσφομάχους μετὰ τῶν ῥαβδοφόρων εἰς τριάκοντα, προῆγον κατασκεψόμενοι τοὺς τόπους. τῶν δὲ Νομάδων εἰθισμένοι τινὲς τοῖς ἀκροβολιζομένοις, καὶ καθόλου προπορευομένοις ἐκ τῶν ὑπεναντίων ἐνέδρας ποιεῖν, ὑπεστάλκεισαν κατά τινα συντυχίαν ὑπὸ τὸν λόφον. οἷς τοῦ σκοποῦ σημήναντος, ὅτι παραγίνονταί τινες κατ' ἄκρον τὸν βουνὸν ὑπερδέξιοι ἐκείνων, ἐξαναστάντες καὶ παρὰ τὰ πλάγια ποιησάμενοι τὴν πορείαν, ἀποτέμνονται τοὺς στρατηγοὺς, καὶ διακλείουσιν ἀπὸ τῆς ἰδίας παρεμβολῆς. Καὶ τὸν μὲν Κλαύδιον εὐθέως ἐν τῇ πρώτῃ συμπλοκῇ, καί τινας

ἑτέρους ἅμα τούτῳ κατέβαλον· τοὺς δὲ λοιποὺς κατατραυματίσαντες διὰ τῶν κρημνῶν ἠνάγκασαν ἄλλον ἄλλῃ φυγεῖν· καὶ τὸν υἱὸν τοῦ Κλαυδίου τραυματίαν, μόλις καὶ παραδόξως τὸν κίνδυνον διαπεφευγότα. οἱ δ' ἐν τῷ στρατοπέδῳ θεωροῦντες τὸ γινόμενον, οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν ἐπικουρῆσαι τοῖς κινδυνεύουσιν. ἔτι γὰρ ἀναβοώντων, καὶ πρὸς τὸ συμβαῖνον ἐκπεπληγμένων, καὶ τῶν μὲν χαλινούντων τοὺς ἵππους, τῶν δὲ καθοπλιζομένων, πέρας εἶχε τὸ πρᾶγμα. Μάρκος μὲν οὖν ἀκακώτερον ἢ στρατηγικώτερον αὑτῷ χρησάμενος, τοῖς δεδηλωμένοις περιέπεσε συμπτώμασιν. Ἐγὼ δὲ παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν πολλάκις ἀναγκάζομαι περὶ τῶν τοιούτων ὑπομιμνήσκειν τοὺς ἐντυγχάνοντας, θεωρῶν εἰ καὶ περί τι τῶν τῆς στρατηγίας μερῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τοῦτο διαμαρτάνοντας τοὺς ἡγεμόνας. καί τοι προδήλου τῆς ἀγνοίας ὑπαρχούσης. Τί γὰρ ὄφελος ἡγεμόνος ἢ στρατηγοῦ μὴ διειληφότος, τῶν κατὰ μέρος κινδύνων οἷς μὴ συμπλέκηται τὰ ὅλα, πλεῖστον ἀπέχειν δεῖν τὸν ἡγούμενον; τί δ' ἀγνοοῦντος, ὅτι κἂν ποτε ἀναγκάζωσιν οἱ καιροὶ πράττειν τι τῶν κατὰ μέρος, πολλοὺς δεῖ πρότερον ἀποθνήσκειν τῶν συνόντων, πρὶν ἢ τὸ δεινὸν ἐγγίσαι τοῖς προεστῶσι τῶν ὅλων; δεῖ γὰρ ἐν Καρὶ τὴν πεῖραν, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, οὐκ ἐν τῷ στρατηγῷ γίνεσθαι. τὸ μὲν γὰρ λέγειν, ὡς Οὐκ ἂν ᾤμην· Τίς γὰρ ἂν ἤλπισε τοῦτο γενέσθαι; μέγιστον εἶναί μοι δοκεῖ σημεῖον ἀπειρίας στρατηγικῆς καὶ βραδύτητος.

aliis proſtraverunt. cæteros vulneribus illatis fugere per præcipitia & abrupta alium alio coegerunt: in his Marcelli filium ſauciatum, qui ægrè & præter ſpem è periculo evaſerat. Atque hæc quum cernerent qui in caſtris remanſerant, opem tamen ferre nequaquam potuerunt. dum enim clamores tollunt, & caſu tam inopinato perculſi ſtupent; dum equos alii frenant, alii arma ſumunt, confecta res erat. Et Marcellus quidem, quum ſimplicius ſe atque incautius quam prudentius & Imperatori convenientius geſſiſſet, dictum a nobis tulit infortunium. Ego verò per univerſum opus meum de hujuſmodi rebus lectores admonere cogor: qui videam exercituum duces ſi ulla in parte alia muneris imperatorii, in hac vel maxime labi. Atqui error hic quantus ſit nemo non intelligit. Nam quid boni ſperes ab eo duce vel Imperatore, qui ne illud quidem certo cōſtitutum apud ſe habet, ab iis periculis in quibus fortuna totius rei non vertitur, abeſſe quàm longiſſime exercitus ductorem debere? qui etiam ignoret, quoties rerum neceſſitas Imperatorem adigit, ut aliquam prȩlii partem ipſe adeat, oportere, ut multi circunſtantium prius cadant, quàm ad eos periculum veniat, qui ſummæ rerum præſunt. Si quid enim cum periculo experiri velis, in Care id potiſſimum, ut verbum eſt vetus, non in Imperatore eſt faciendum. Dicere enim, Non putabam; aut, Quis hoc futurum exiſtimaſſet? id verò artis imperatoriæ inſcitiam & tarditatem ingenii mihi videtur arguere.

Equi-

Equidem fuiſſe Hannibalem Imperatorem eximium multis de cauſis judico. id quod vel ex eo poterit aliquis obſervare. Nam is quum in hoſtico tot annos egerit, fortunæ tot tam varios caſus ſit expertus, ſæpe ille quidem adverſariorum duces qui per partes prælia capeſſerent in fraudem, quæ fuit ejus ſolertia, illexit; ipſe tamen deceptus eſt nunquam, qui tot numero tantaſque pugnas pugnavit. Adeo videlicet magna providentia ſecuritati ſuę ſolitus fuit proſpicere. & meritò ille quidem. Nam etſi univerſus fuerit cęſus exercitus, incolumis modò ſit ſaluuſque Imperator, multas ſæpe Fortuna occaſiones largitur, damna ejuſmodi caſibus accepta reſarciendi ac vires reparandi. ubi vero fuerit de medio ſublatus velut in navi gubernator, quamuis Fortunæ beneficio victoriam exercitus devictis hoſtibus reportarit, nihil tamen ea res juvat; eo quod ſinguli ſpes ſuas omnes in ducibus habent repoſitas. Atque hæc eorum gratia dicta mihi ſunto, qui hoc genere peccati errant, vel propter inanem gloriam, vel propter animi levitatem juvenilem, niſi ea ſit potius imperitia rerum, aut hoſtis contemptus. Plane enim eorum quę diximus unum aliquod profecto ejuſmodi adverſorũ cauſſa ſolet exiſtere.

Quibus artibus Scipio inter hibernandum Hiſpanos amicitiæ Romanorum illigaverit.

De Edecone (ſive Edeſcone) Indibili, & Mandonio Hiſpaniæ regulis.

Διὸ καὶ τὸν Αννίβαν κατὰ πολλοὺς τρόπους ἀγαθὸν ἡγεμόνα κρίνω. κατὰ τοῦτο δὲ μάλιστά τις ἂν ἐπισημήναιτο, διότι πολλοὺς μὲν χρόνους ἐν τῇ πολεμίᾳ διατρίψας, πολλοῖς δὲ καιροῖς καὶ ποικίλοις χρησάμενος, ἔσφηλε μὲν τοὺς ὑπεναντίους πολλάκις ἐν ταῖς κατὰ μέρος χρείαις διὰ τὴν ἰδίαν ἀγχίνοιαν, ἐσφάλη δ' οὐδέποτε, τοσούτους καὶ τηλικούτους ἀγῶνας χειρίσας. τοιαύτην ἐποιεῖτο τὴν πρόνοιαν, ὡς ἔοικε, περὶ τῆς ἀσφαλείας αὐτοῦ· καὶ μάλα εἰκότως. ἀκεραίου μὲν γὰρ καὶ σωζομένου τοῦ προεστῶτος, κἄν ποτε πέσῃ τὰ ὅλα, πολλὰς ἀφορμὰς ἡ τύχη δίδωσι πρὸς τὸ πάλιν ἀνακτήσασθαι τὰς ἐκ τῶν περιπετειῶν ἐλαττώσεις. πταίσαντος δὲ καθάπερ ἐν νηῒ τοῦ κυβερνήτου, κἂν τὴν νίκην ἡ τύχη τοῖς πολλοῖς παραδιδῷ κρατεῖν τῶν ἐχθρῶν, οὐδὲν ὄφελος γίγνεται· διὰ τὸ πάσας ἐξηρτῆσθαι τὰς ἐλπίδας ἑκάστοις ἐκ τῶν ἡγουμένων. Ταῦτα μὲν οὖν εἰρήσθω μοι πρὸς τοὺς, ἢ διὰ κενοδοξίαν, ἢ μειρακιώδη * στάσιν περιπίπτοντας τοῖς τοιούτοις ἀλογήμασιν, ἢ δι' ἀπειρίαν, ἢ διὰ καταφρόνησιν· ἓν γάρ δή τι τῶν προειρημένων αἴτιον γίγνεται τῶν τοιούτων περιπετειῶν.

Ως Σκιπίων ἐν τῇ παραχειμασίᾳ τοὺς Ιβηρας εἰς τὴν Ρωμαίων φιλίαν ἐνεδήσατο.

Περὶ Εδεκῶνος, Ανδοβάλου καὶ Μανδονίου τῶν ἐν Ιβηρίᾳ δυναστῶν δυναστῶν.

Ὅτι πολλῷ μείζονος ἐμπειρίας προσδεῖται καὶ φυλακῆς τὸ καλῶς χρῆσθαι τοῖς κατορθώμασιν ἢ τὸ κατορθοῦν· καὶ περὶ τούτου Πολυβίου ἐπίστασις.

Ὡς Ἀσδρούβας, ὁ τοῦ Ἀννίβου ἀδελφὸς μάχῃ ἡττηθεὶς ὑπὸ Σκιπίωνος τῆς Ἰβηρίας ἐξεχώρησε.

Θαυμασμὸς Σκιπίωνος τοῦ παραιτησαμένου τὴν βασιλείαν δεδομένην οἱ ὑπὸ τῶν Ἰβήρων.

§ I ΚΑΤΑ δὲ τὴν Ἰβηρίαν Πόπλιος ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς, ποιούμενος τὴν παραχειμασίαν ἐν Ταρακῶνι, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων δεδηλώκαμεν, πρῶτον μὲν τοὺς Ἴβηρας εἰς τὴν αὐτῶν φιλίαν καὶ πίστιν ἐνεδήσατο διὰ τῆς τῶν ὁμήρων ἐν ἑκάστοις ἀποδόσεως· λαβὼν συναγωνιστὴν ἐκ ταὐτομάτου πρὸς τοῦτο τὸ μέρος Ἐδεκῶνα, τὸν δυνατὸν δυνάστην· ὃς ἅμα τῷ προσπεσεῖν τὴν τῆς Καρχηδόνος ἅλωσιν, καὶ γενέσθαι κύριον τῆς γυναικὸς αὐτοῦ καὶ τῶν υἱῶν τὸν Πόπλιον, εὐθέως συλλογισάμενος τὴν ἐσομένην τῶν Ἰβήρων μεταβολὴν, ἀρχηγὸς εἶναι ἐβουλήθη τῆς τοιαύτης ὁρμῆς· μάλιστα πεπεισμένος, οὕτως τήν τε γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα κομιεῖσθαι· καὶ δόξαι οὐ κατ' ἀνάγκην, ἀλλὰ κατὰ πρόθεσιν αἱρεῖσθαι τὰ Ῥωμαίων· ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. τῶν γὰρ δυνάμεων ἄρτι διαφειμένων εἰς τὴν παραχειμασίαν, παρῆν εἰς τὴν Ταρακῶνα μετὰ τῶν οἰκείων φίλων. ἐλθὼν δ' εἰς λόγους τῷ Ποπλίῳ, ταύτην ἔφη τοῖς θεοῖς μεγίστην χάριν ἔχειν, ὅτι

Polybii obſervatio, qua docet, majoris eſſe peritiæ & diligentiæ bene uti victoria quàm vincere.

Quomodo Aſdrubal prælio victus à Scipione Hiſpania excedens ad fratrem Hannibalem iter inſtituerit.

Polybius Scipionem admiratur, qui delatum ſibi regnum ab Hiſpanis repudiarit.

IN Hiſpania Publius Scipio Po.Ro. Imperator, Tarracone, ſicut antea oſtendimus, hibernans, ante omnia Hiſpaniæ populos remiſſione obſidum ad amicitiam & fidem ſuam illiciebat. quam ad rem forte fortuna adjutor ei eſt oblatus Edeco, notæ inter ſuos potentiæ regulus. Hic ſtatim ut captam eſſe Carthaginem accepit, & uxorem liberoſque ſuos in Scipionis poteſtatem deveniſſe, futurum omnino conjectans, ut Hiſpanorum defectio ad Romanos ſequeretur; ejus inclinationis animorum auctor eſſe videriq; voluit. nihil dubius, hoc maxime pacto & uxorem liberoſque ſuos ſibi fore Scipionem redditurum, & ſe quoque exiſtimatum iri, non neceſſitate, verùm ſponte & certo propoſito ad ad Romanos defeciſſe. neque aliter ſane contigit. Nam poſtquam exercitus in hiberna fuit dimiſſus, Tarraconem cum amicis & neceſſariis ſuis advenit. ibi cum Scipione inito colloquio, eo ſe nomine maximas diis agere gratias dixit, quod ex Hiſpa-

niæ

niæ regulis omnium primus ad eum acceſſiſſet. alios enim ſic Romanis manus porrigere, ut qui ſimul cum maximè ad Carthaginienſes legatos miſſitent, & ſpes eorum reſpiciant. ſe eo animo veniſſe ad eum, ut non ſe tantum, ſed etiam amicos omnes & cognatos in populi Rom fidem tradat. Quod ſi ab eo in amicitiam ſocietatemque reciperetur, magno ſe illi & in præſens & in poſterum quoque futurum uſui. Hiſpanos enim ſimulac viderint ſe in amicitiam receptum, & quæ jam poſtulet eſſe conſecutum, cunctos ut eadem ab ipſo impetrent adventuros, & recipiendi ſuos cupiditate flagrantes, & contrahendæ cum Ro. ſocietatis. in poſterum verò ſemel præoccupatis animis hoc genere honoris & humanitatis, adjutores ad quæ voluerit cunque ſemper paratos in iis quæ deinceps ſit moliturus ſe eos habiturum. petere igitur, ut conjugem & liberos ſibi redderet, utque amicus appellatus in patriam rediret. ibi ſe ut primum opportunam occaſionem foret nactus, & ſuam & amicorum propenſionem in Publium ipſum & populi Rom. imperium pro virili declaraturum. Poſt hęc verba Edeco finem dicendi fecit. Publius qui dudum facere illud ipſum erat paratus, & ſimilia iis quæ Edeco dixerat, ipſe quoque animo colligebat, uxore ac liberis ei traditis, amicitiam cum ipſo ſancit. tum autem ubi in familiari congreſſu variis artibus Hiſpani animum deliniiſſet, atque omnes qui illi aderant in ſpem rerum maximarum erexiſſet, ita eos domum re-

πρῶτος τῶν κατὰ τὴν χώραν δυναστῶν ἥκει πρὸς αὐτόν. τοὺς μὲν γὰρ ἄλλους ἀκμὴν διαπέμπεσθαι καὶ βλέπειν πρὸς Καρχηδονίους, τὰς δὲ χεῖρας ἐκτείνειν Ῥωμαίοις. αὐτὸς δὲ παραγεγονέναι, διδοὺς οὐ μόνον αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους καὶ συγγενεῖς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν. διόπερ ἂν νομισθείη παρ' αὐτοῦ φίλος καὶ σύμμαχος, μεγάλην μὲν αὐτῷ πρὸς τὸ παρὸν ἔφη, μεγάλην δὲ εἰς τὸ μέλλον παρέξεσθαι χρείαν. παραυτίκα μὲν γὰρ, θεασαμένους τοὺς Ἴβηρας πρός τε τὴν φιλίαν αὐτὸν προσδεδεγμένον, καὶ τετευχότα τῶν ἀξιουμένων, πάντας ἐπὶ παραπλήσιον ἥξειν, σπουδάζοντας κομίσασθαι τοὺς ἀναγκαίους, καὶ τυχεῖν τῆς Ῥωμαίων συμμαχίας. εἰς δὲ τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον προκαταληφθέντας τῇ τοιαύτῃ τιμῇ καὶ φιλανθρωπίᾳ, συναγωνιστὰς ἀπροφασίστους ὑπάρξειν αὐτῷ πρὸς τὰ λοιπὰ τῶν ἔργων. διόπερ ἠξίου τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα κομίσασθαι, καὶ κριθεὶς φίλος ἐπανελθεῖν εἰς τὴν οἰκείαν, ἕως ἂν λαβὼν ἀφορμὴν εὔλογον ἐναποδείξηται τὴν αὐτοῦ καὶ τῶν φίλων εὔνοιαν κατὰ δύναμιν, εἴς τε τὸν Πόπλιον αὐτὸν, καὶ τὰ Ῥωμαίων πράγματα. Ἐδεκὼν μὲν οὖν τοιαῦτα διαλεχθεὶς, ἐπέσχεν· ὁ δὲ Πόπλιος καὶ πάλαι πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἕτοιμος ὢν, καὶ συλλελογισμένος παραπλήσια τοῖς ὑπὸ τοῦ Ἐδεκῶνος εἰρημένοις, τὴν γυναῖκα καὶ τὰ τέκνα παρέδωκεν αὐτῷ, καὶ τὴν φιλίαν συνέθετο. πρὸς δὲ τούτοις παρὰ τὴν συνουσίαν ποικίλως ψυχαγωγήσας τὸν Ἴβηρα, καὶ πᾶσι τοῖς αὐτοῦ μεγάλας εἰς τὸ μέλλον ἐλπίδας ὑπογράψας, οὕτως εἰς τὴν οἰκείαν ἐξαπέ- 32

στελλε

πόλει. Τούτου δὲ τοῦ πράγματος ταχέως περιβοήτου γινομένου, πάντας συνέβη τοὺς ἐντὸς Ἴβηρος ποταμοῦ κατοικοῦντας, οἷον ἀπὸ μιᾶς ὁρμῆς ἑλέσθαι τὰ Ῥωμαίων, ὅσοι μὴ πρότερον αὐτῶν ὑπῆρχον φίλοι. ταῦτα μὲν οὖν καλῶς κατὰ νοῦν ἐχώρει τῷ Ποπλίῳ. Μετὰ δὲ τὸν τούτων χωρισμὸν, τὰς μὲν ναυτικὰς δυνάμεις διέλυσε, θεωρῶν οὐδὲν ἀντίπαλον ὑπάρχον κατὰ θάλατταν· ἐκ δὲ τῶν αὐτῶν ἐκλέξας τοὺς ἐπιτηδείους ἐπὶ τὰς σημαίας ἐμέρισε, καὶ συνηύξησε τοιούτῳ τρόπῳ τὰς πεζικὰς δυνάμεις. Ἀνδοβάλης δὲ καὶ Μανδόνιος, μέγιστοι μὲν ὄντες δυνάσται τότε τῶν κατ' Ἰβηρίαν, ἀληθινώτατοι δὲ Καρχηδονίων φίλοι δοξαζόμενοι, πάλαι μὲν ὑπούλως διέκειντο, καὶ καιρὸν ἐτήρουν ἐξότου προσποιηθέντες οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν ἀπιστεῖν αὐτοῖς, ᾔτησαν χρημάτων τε πλῆθος, καὶ τὰς γυναῖκας καὶ τὰς θυγατέρας εἰς ὁμηρείαν, καθάπερ ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐδηλώσαμεν. τότε δὲ νομίσαντες ἔχειν εὐφυῆ καιρὸν, ἀναλαβόντες τὰς ἑαυτῶν δυνάμεις ἐκ τῆς τῶν Καρχηδονίων παρεμβολῆς, νυκτὸς ἀπεχώρησαν εἴς τινας ἐρυμνοὺς τόπους, καὶ δυναμένους αὐτοῖς τὴν ἀσφάλειαν παρασκευάζειν. οὗ γενομένου, καὶ τῶν ἄλλων Ἰβήρων συνέβη τοὺς πλείστους ἀπολιπεῖν Ἀσδρούβαν, πάλαι μὲν βαρυνομένους ὑπὸ τῆς τῶν Καρχηδονίων ἀγερωχίας, τότε δὲ πρῶτον καιρὸν λαβόντας εἰς τὸ φανερὸν ποιῆσαι τὴν αὐτῶν προαίρεσιν· ὃ δὴ καὶ περὶ πολλοὺς ἤδη γέγονε.
3 Μεγάλου γὰρ ὄντος, ὡς πλεονάκις ἡμῖν εἴρηται, τοῦ κατορθοῦν ἐν πράγμασι, καὶ περιγίνεσθαι τῶν ἐχθρῶν ἐν ταῖς ἐπιβολαῖς· πολλῷ μείζονος ἐμπειρίας προσδεῖται, καὶ φυλακῆς, τὸ καλῶς χρῆ-

miſit. Hujus rei fama mox late dita, omnes cis Iberum populi, qui Romanorum antea amici non erant, uno quaſi impetu à Pænis ad eos defecerunt. Itaque ex animi ſententia res hac in parte Scipioni ſuccedebat. Qui his confectis quum videret nullum ſibi hoſtem à mari obſiſtere, claſſem diſſolvit. deinde è navalibus ſociis idoneos ſelegit, quos in legionum ſigna diviſit, & terreſtres copias ea ratione auxit. Erant ea tempeſtate Indibilis & Mandonius, omnis Hiſpaniæ potentiſſimi reguli, qui populi Carthaginienſis amiciſſimi vulgò exiſtimabantur. Hi exulceratos jam pridem animos gerentes, ex illo tempore occaſioni imminebant, quando Aſdrubal ſuſpectam ſibi eorum fidem prætexens, pecuniæ vim magnam, atque in locum obſidum uxores ipſorum & filias ab iis exegerat, ſicut in ſuperioribus oſtendimus. tunc igitur tempus opportunum ſe adeptos eſſe rati, cum omni popularium manu è Punicis caſtris in munita quædam loca, & quæ ſecuritatem ipſis poſſent præſtare, ſe receperunt. Quod ut factum, & reliquorum Hiſpanorum quàm plurimi Aſdrubalem reliquerunt; qui Pœnorum ſuperbiam graviter jam pridem quum ferrent, declarandæ tamen ſuæ voluntatis eam primam facultatem fuerant conſecuti. id quod ſæpe jam multis uſu venit. Nam etſi res magna eſt bella feliciter gerere, & quæ fueris molitus exſequendo, hoſtes ſuperare; longè tamen major opus eſt peritia rerum & cautio, ut ſucceſſu proſpero recte aliquis

utatur.

utatur. iccirco plures multò invenias, qui victoriam ſint adepti, quàm qui victoria ſciverint uti. quę tunc quoque fortuna Carthaginienſibus evenit. Nam hi poſt devictos Romanorum exercitus, occiſos etjam ambos imperatores, Publium & Cnæum Scipiones, ſuam eſſe jam Hiſpaniam abſque ulla contentione, perſuaſi, ſuperbe atque impotenter Hiſpanis dominabantur. itaque pro ſociis & amicis hoſtes ſibi ſubditos populos reddiderunt. & merito ſane hæc illis acciderunt: qui aliter parari imperia debere putarent, aliter ſervari. Nempe iſti non didicerant, optime illos imperia tueri, qui in iiſdem inſtitutis conſtantiſſime manſerint, quibus initio utebantur cum imperia conſtituere. Verumenimuero manifeſta nimis res eſt, & multorum experientia demonſtrata, homines de hominibus bene merendo, & bonam omnibus ſpē oſtentando, opes ſibi parere & fortunam ſecundam. qui ſi poſteaquam votorum facti fuerint compotes, maleficiis & impotente dominatu tanquam heri in ſubditos graſſari ceperint; merito ſane immutatis eorum qui præſunt moribus, & parentium quoque voluntates ſimul corruunt. quod & Pœni eo tempore ſunt experti. Aſdrubal igitur hiſce conflictatus difficultatibus, de ingruentibus ingenti mole negotiis multas & varias cogitationes agitabat. Moleſta erat illi Indibilis defectio; moleſta item diſcrepantia voluntatum, & diſſenſio quæ ipſum à cæteris ducibus abalienabat: anxium inſuper & ſollicitum Scipionis adventus eum reddebat. quem ille

σασθαι τοῖς κατορθώμασι. διὸ καὶ πολλαπλασίους ἂν εὕροι τις τοὺς ἐπὶ τῶν προτερημάτων γεγονότας, τῶν καλῶς τοῖς προτερήμασι κεχρημένων. ὃ καὶ τότε συνεβεβήκει περὶ τοὺς Καρχηδονίους. μετὰ γὰρ τὸ νικῆσαι μὲν τὰς Ῥωμαίων δυνάμεις, ἀποκτεῖναι δὲ τοὺς στρατηγοὺς ἀμφοτέρους Πόπλιον καὶ Γνάϊον, ὑπολαβόντες ἀδήριτον ὑπάρχειν αὐτοῖς τὴν Ἰβηρίαν, ὑπερηφάνως ἐχρῶντο τοῖς κατὰ τὴν χώραν. τοιγαροῦν ἀντὶ συμμάχων καὶ φίλων, πολεμίους εἶχον τοὺς ὑποταττομένους. καὶ τοῦτ' εἰκότως ἔπαθον. ἄλλως μὲν γὰρ ὑπέλαβον δεῖν κτᾶσθαι τὰς ἀρχὰς, ἄλλως δὲ τηρεῖν. οὐκ ἔμαθον δὲ, διότι κάλλιστα φυλάττουσι τὰς ὑπεροχὰς, οἱ μάλιστα διαμείναντες ἐπὶ τῶν αὐτῶν προαιρέσεων, αἷς ἐξ ἀρχῆς κατεστήσαντο τὰς δυναστείας. Καίτοι γε προφανοῦς ὄντος καὶ ἐπὶ πολλῶν ἤδη τεθεωρημένου, διότι κτῶνται μὲν ἄνθρωποι τὰς εὐκαιρίας εὖ ποιοῦντες καὶ προτεινόμενοι τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα τοῖς πέλας· ἐπειδὰν δὲ τῶν ἐπιθυμουμένων τυχόντες κακῶς ποιῶσι, καὶ δεσποτικῶς ἄρχωσι τῶν ὑποτεταγμένων, εἰκότως ἅμα ταῖς τῶν προεστώτων μεταβολαῖς, συμπίπτουσι καὶ τῶν ὑποταττομένων αἱ προαιρέσεις. ὃ καὶ τότε συνέβη τοῖς Καρχηδονίοις. 34 Ασδρούβας μὲν οὖν ἐν τοιαύταις περιστάσεσι πολλὰς καὶ ποικίλας ἐποιεῖτο περὶ τῶν ἐπιφερομένων πραγμάτων ἐννοίας· ἐλύπει μὲν γὰρ αὐτὸν ἡ περὶ τὸν Ανδοβάλην ἀπόστασις· ἐλύπει δὲ καὶ τὰ κατὰ τὴν ἀντιπαραγωγὴν, καὶ τὴν ἀλλοτριότητα τὴν ὑπάρχουσαν αὐτῷ πρὸς τοὺς ἄλλους στρατηγούς. ἠγωνία δὲ καὶ τὴν Ποπλίου παρουσίαν. καὶ ἤδη

προσδεκῶν αὐτὸν ἥξειν μετὰ τῶν δυνάμεων, θεωρῶν δ' αὐτὸν μὲν ἐγκαταλειπόμενον ὑπὸ τῶν Ἰβήρων, τοῖς δὲ Ῥωμαίοις πάντας ὁμοθυμαδὸν προσχωροῦντας, ἐπί τινας λογισμοὺς κατήντησε τοιούτους. προέθετο γὰρ, διότι δεῖ παρεσκευασμένον τὰ δυνατὰ συμβαλεῖν πρὸς μάχην τοῖς ὑπεναντίοις. κἂν μὲν ἡ τύχη δῷ τὸ νικᾶν, βουλεύσασθαι μετὰ ταῦτα περὶ τῶν ἑξῆς ἀσφαλῶς· ἐὰν δ' ἀντιπίπτῃ τὰ κατὰ τὴν μάχην, ποιεῖσθαι τὴν ἀποχώρησιν μετὰ τῶν διασωζομένων ἐξ αὐτῆς εἰς Γαλατίαν, κἀκεῖθεν παραλαβόντα τῶν Βαρβάρων ὡς πλείστους, βοηθεῖν εἰς τὴν Ἰταλίαν, καὶ κοινωνεῖν Ἀννίβᾳ τἀδελφῷ τῶν αὐτῶν ἐλπίδων. Ἀσδρούβας δὴ ταῦτα διανοηθεὶς, πρὸς τούτοις ἦν. Πόπλιος δὲ προσδεξάμενος Γάϊον τὸν Λαίλιον, καὶ διακούσας τῶν παραγγελλομένων ὑπὸ τῆς συγκλήτου, προῆγε τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐκ τῆς παραχειμασίας, ἀπαντώντων αὐτῷ κατὰ τὴν δίοδον τῶν Ἰβήρων ἑτοίμως, καὶ προθύμως συνεξορμώντων. Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀνδοβάλην, πάλαι μὲν διεπέμποντο πρὸς τὸν Πόπλιον, τότε δὲ πλησιάσαντος αὐτοῦ τοῖς τόποις, ἧκον ὡς αὐτὸν ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἅμα τοῖς φίλοις· καὶ συμμίξαντες, ἀπελογίσαντο περὶ τῆς προγεγενημένης σφίσι φιλίας πρὸς Καρχηδονίους· ὁμοίως δὲ καὶ τὰς χρείας καὶ τὴν ὅλην πίστιν ἐνεφάνιζον ἣν ἐτύγχανον ἐκείνοις παρεσχημένοι. μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἀδικίας ἐξηγοῦντο, καὶ τὰς ὕβρεις τὰς ἐξ ἐκείνων ἀπηντημένας. διόπερ ἠξίουν τὸν Πόπλιον αὐτὸν κριτὴν γίγνεσθαι τῶν λεγομένων. κἂν μὲν φαίνωσιν ἀδίκως ἐγκαλοῦντες Καρχηδονίοις, σαφῶς

infeſto exercitu contra ſe venientem quum jamjam exſpectaret; deſeri ſe ab Hiſpanis videret; atque eoſdem communi conſenſu Romanis ſe adjungere, haſce tandem conſiliorum rationes apud ſe inivit. Statuit namque, ubi diligentia quanta maxima poſſet, neceſſaria apparaſſet, acie decernendum eſſe cum hoſtibus. ſi Fortuna victoriam daret, quid porrò foret agendum, poſtea ſine diſcrimine ſe deliberaturum: ſin parum ex animi ſententia prælium cederet, è veſtigio cum ſuperſtitibus in Galliam ſibi eſſe concedendum, & inde aſſumpta Barbarorum manu quanta poſſet fieri maxima, Italiæ rebus ſuccurrendum, & cum fratre Hannibale eaſdem ſpes communicandum. Hęc cogitabat Aſdrubal, in his ſe occupabat; cum Scipio poſt C. Lælii adventum, cognitis Senatus mandatis, copias ex hibernis educere cepit; Hiſpanis quaqua iter faceret obviam ei prompto animo occurrentibus, & magna alacritate expeditionis comites ſe addentibus. Indibilis qui nuncios ad Scipionem dudum miſerat, ipſo tunc appropinquante, è Punicis caſtris ad eum cum amicis ſe contulit. Admiſſus ad colloquium, de amicitia quæ ſibi cum Carthaginienſibus interceſſerat multa diſſeruit: multa item ſubjecit, quanto eis fuiſſet uſui, quàm in omnibus fidem eis præſtitiſſet. deinde Pœnorum injurias expoſuit, & quantas ab iis paſſus eſſet contumelias. Scipionem igitur orare ſe, ut eorum quæ diceret judex eſſe vellet: ſi parum ipſi juſta cauſſa videretur, cur Carthaginienſes accuſaret, pro certo

certo ſtatueret, eum ſe eſſe qui neque Romanis fidem foret ſervaturus: ſin autem poſtquam iniurias Carthaginienſium plurimas recenſuerit, neceſſariam deficiendi ab eorum amicitia cauſſam viſus fuerit habere; ſperare Scipionem debere, ſe, qui nunc tranſitionem ad partes Romanorum faciat, conſtanter fidem populo Rom. ſervaturum. Hæc pluraq; his alia locutus Indibilis, conticuit. cujus ſermonem Scipio excipiens, fidē ſe iis quæ dixiſſet habere, reſpondit: contumelioſum namque Pœnorum ingenium probe ſibi eſſe notum, cum ex ea quam in alios Hiſpanorum uſurpaſſent petulantia, tum vel ex ea maxime, qua erga uxores ipſorum & filias eſſent uſi. quas ipſe quum accepiſſet, non jam obſidum loco haberi ſolitas, ſed captivarum & ſervarū, eam illis fidem præſtitiſſe, ut vix ipſi qui parentes erant, parem fuerint præſtaturi. Quum Indibilis & cæteri ita ſe intellexiſſe profeſſi, adorabundi Scipionem procubuiſſent, ipſumque REGEM ſalutaſſent, omnibus qui aderant plauſu & acclamatione dictum proſequentibus, Scipio eam appellationem averſatus, bene ipſos ſperare juſſit: æqua enim omnia & benigna à Romanis laturos. ac ſtatim conjugibus filiabuſque redditis, poſtero die fœdere accepta fides. Conventorum capita præcipua erant: Ut Romanos duces ſequerentur, & juſſa eorum capeſſerent. Secundum hæc in caſtra ſua reverſi, aſſumptis copiis ad Publium redierunt. atque iiſdem in caſtris tendentes cum Romanis ad

τὸν Πόπλιον. καὶ στρατοπεδεύσαντες ὁμοῦ

γινώσκειν αὐτὸν ὡς οὐδὲ τὴν πρὸς Ρωμαίους δύναιντο τηρεῖν πίστιν. ἐὰν δὲ πολλὰς ἀδικίας ἀναλογιζόμενοι, κατ' ἀνάγκην ἀφιστῶνται τῆς εὐνοίας τῆς ἐκείνων, καλὰς ἐλπίδας ἔχειν, διότι νῦν ἑλόμενοι τὰ Ρωμαίων, βεβαίως τηρήσουσι τὴν πρὸς αὐτοὺς εὔνοιαν. καὶ πλείω 35
πρὸς τοῦτο τὸ μέρος αὐτῶν διαλεχθέντων, ἐπεὶ κατέπαυσαν τὸν λόγον, μεταλαβὼν ὁ Πόπλιος, καὶ τοῖς ὑπ' ἐκείνων εἰρημένοις ἔφη πιστεύειν· μάλιστα δὲ γινώσκειν τὴν Καρχηδονίων ὕβριν ἔκ τε τῆς εἰς τοὺς ἄλλους Ἴβηρας, καὶ μάλιστα τῆς εἰς τὰς ἐκείνων γυναῖκας καὶ θυγατέρας ἀσελγείας. ἃς αὐτὸς παρειληφὼς νῦν οὐχ ὁμήρων ἐχούσας διάθεσιν, ἀλλ' αἰχμαλώτων καὶ δούλων, οὕτω τετηρηκέναι τὴν πίστιν, ὡς οὐδ' ἂν αὐτοὺς ἐκείνους τηρῆσαι πατέρας ὑπάρχοντας. τῶν δ' ἀνθομολογησαμένων διότι παρακολουθοῦσι, καὶ προσκυνησάντων αὐτὸν, καὶ προσφωνησάντων ΒΑΣΙΛΕΑ, οἱ μὲν παρόντες ἐπεσήμηναν τὸ ῥηθὲν, ὁ δὲ Πόπλιος ἐντραπεὶς, θαῤῥεῖν αὐτοὺς παρ' ἑνί· τεύξεσθαι γὰρ ἔφη σφᾶς ἁπάντων τῶν φιλανθρώπων ὑπὸ Ρωμαίων. καὶ παραυτίκα μὲν ἐκ χειρὸς τὰς θυγατέρας ἀπέδωκε· τῇ δ' ἐπαύριον ἐποιεῖτο τὰς συνθήκας πρὸς αὐτούς. ἦν δὲ τὸ συνέχον τῶν ὁμολογηθέντων, ἀκολουθεῖν τοῖς Ρωμαίων ἄρχουσι, καὶ πείθεσθαι τοῖς ὑπὸ τούτων παραγγελλομένοις. γινομένων δὲ τούτων, ἀναχωρήσαντες εἰς τὰς αὐτῶν παρεμβολὰς, καὶ παραλαβόντες τὰς δυνάμεις, ἧκον πρὸς τοῖς Ρωμαίοις, προῆγον ἐπὶ τὸν

Ἀνδρεύ-

Ἀσδρούβαν. ὁ δὲ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς, ἐτύγχανε μὲν διατρίβων ἐν τοῖς περὶ Κασταλῶνα τόποις· περὶ Βαίκυλαν πόλιν, οὐ μακρὰν τῶν ἀργυρείων μετάλλων. πυθόμενος δὲ τὴν παρουσίαν τῶν Ῥωμαίων, μετεστρατοπέδευσε· λαβὼν ἐκ μὲν τῶν ὄπισθεν, ποταμὸν ἀσφαλῆ, παρὰ δὲ τὸ κατὰ πρόσωπον πλευρὰν τοῦ χάρακος ἐπίπεδον τόπον, ὀφρὺν προβεβλημένον, ἔχουσαν καὶ βάθος ἱκανὸν πρὸς ἀσφάλειαν, καὶ μῆκος πρὸς ἔκταξιν, ἔμενεν ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων, προτιθέμενος ἐπὶ τὴν ὀφρὺν ἀεὶ τὰς ἐφεδρείας. Ὁ δὲ Πόπλιος ἐγγίσας, προθύμως μὲν εἶχε πρὸς τὸ διακινδυνεύειν, ἀπόρως δὲ διέκειτο θεωρῶν τοὺς τόπους εὐφυεῖς ὄντας πρὸς τὴν τῶν ἐναντίων ἀσφάλειαν. οὐ μὴν ἀλλὰ προσαναχὼν δύο ἡμέρας, καὶ διαγωνιάσας μὴ συνεπιγινομένων τῶν περὶ τὸν Μάγωνα, καὶ τὸν τοῦ Γέσκωνος Ἀσδρούβαν, πανταχόθεν αὐτὸν οἱ πολέμιοι περιστῶσιν, ἔκρινε παραβάλλεσθαι καὶ καταπειράζειν τῶν ὑπεναντίων. τὴν μὲν οὖν ἄλλην δύναμιν ἑτοιμάσας πρὸς μάχην συνεῖχεν ἐν τῷ χάρακι. τοὺς δὲ γροσφομάχους καὶ τῶν πεζῶν τοὺς ἐπιλέκτους ἐξαφιεὶς, ἐκέλευε προσβάλλειν πρὸς τὴν ὀφρὺν, καὶ καταπειράζειν τῆς τῶν πολεμίων ἐφεδρείας. τῶν δὲ ποιούντων τὸ παρακελευσθὲν εὐψύχως, τὰς μὲν ἀρχὰς ὁ τῶν Καρχηδονίων στρατηγὸς ἐκαραδόκει τὸ συμβαῖνον· θεωρῶν δὲ διὰ τὴν τόλμαν τῶν Ῥωμαίων τοὺς παρ' αὐτὸν πιεζομένους, καὶ κακῶς πάσχοντας, ἐξῆγε τὴν δύναμιν, καὶ παρενέβαλε παρὰ τὴν ὀφρὺν, πιστεύων τοῖς τόποις. κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον ὁ Πόπλιος, τοὺς μὲν εὐζώνους ἅπαντας ἐπαφῆκε, συντάξας βοη-

Aſdrubalem ire pergunt: qui tunc temporis in agro Caſtulonenſi prope urbem Bætulam in ſtativis erat; non procul ab argenti fodinis. Is de Romanorum adventu factus certior alium caſtris locum cepit. ubi quum fluvius ei terga defenderet, à fronte pro vallo eſſet planities, cujus oram omnem ſupercilium cingebat, ſatis habens & altitudinis ad præſtandam ſecuritatem, & longitudinis ad dirigendas in aciem copias; quietus eo loci ſe continebat, ſtationes dumtaxat armatorum in ſupercilio ſemper collocans. Scipio ut propius hoſtem acceſſit, prælio certare ille quidem ardebat: ſed qui videret locorum naturam pro munimento inimicis eſſe, inops conſilii hærebat. Biduum deliberando Romanus conſumpſit: qui deinde veritus, ne ſi Mago atque Aſdrubal Geſconis filius ſupervenirent, undique ab hoſtibus circunveniretur; audendo aleam adire & tentare hoſtes decernit. Igitur ubi reliquum etiam exercitum ad pugnam præparaſſet, intra vallum tenuit: velites & pedites extraordinarios miſit, juſſos crepidinem illam aggredi, & ibi diſpoſitas hoſtium ſtationes laceſſere. quibus animo forti juſſa exſequentibus dux Carthaginienſium initio dimicationis eventum exſpectabat; deinde ut videt Romanorum virtute ſuos premi, vehementerque laborare, copias educit, & locorum natura fretus, aciem ſecundùm ſupercilium inſtruit. Eodem quoque tempore Scipio, expeditorum univerſam manum immiſit, & iis qui pugnam primi commiſerant, auxi-

liatum

liatum ire præcepit. Ipſe, qui cæteros omnes habebat paratos, cum dimidia eorum parte ſupercilium circuit, & à ſiniſtro cornu aciei hoſtilis, pugnam cum Pœnis capeſſit. reliquum dimidium copiarum Lælio tradit, & ut pariter in cornu dextrum adverſariorum faciat impetum, præcipit. Hæc dum gerebantur, Aſdrubal cùm maxime exercitum caſtris educebat. nam hactenus ibi remanſerat locis confiſus, & perſuaſus, nunquam auſuros Romanos ſe aggredi. qui præter ipſius exſpectationem quum impreſſionem feciſſent, ea re factum, ut ipſe aciem in tempore non ſtruxiſſet. At Romani Pœnos à latere adorientes, prius quàm ad ſuas ſtationes cornua hoſtium ſe porrexiſſent, non ſolum abſque diſcrimine in ſummum clivum evaſerunt; ſed etiam pugna commiſſa dum adhuc ordinant aciem adverſarii, necdum ſuo loco conſiſtentem, alios dum in latera pugnant ſibi occurrentes obtruncant. alios qui jam ſtationes ſuas obtinebant, verſis tergis conjicere ſe in fugam compellunt. Aſdrubal, ſicut ab initio ſtatuerat apud ſe, inclinatam ſuorum aciem & retro averſam ut videt, ad extremum uſque vitę ſpiritum obſtinatè decertare, & ſpem ultimam experiri nequaquam tum voluit: ſed accepta pecunia & elephantis, quantum maximum agmen cogere potuerat è fugientibus ſecum trahens, ad loca amni Tago proxima ſe recepit, ad ſuperandum juga Pyrenæorum properans; Gallos eum tractum incolentes petiturus. Ne Scipio quidem ex uſu fore

θεῖν τοῖς προκινδυνεύουσι, τοὺς δὲ λοιποὺς ἑτοίμους ἔχων, τοὺς μὲν ἡμίσεις αὐτὸς ἔχων, περιελθὼν τὴν ὀφρὺν κατὰ τὸ λαιὸν τῶν ὑπεναντίων, προσέβαλλε τοῖς Καρχηδονίοις· τοὺς δ' ἡμίσεις Λαιλίῳ δοὺς, ὁμοίως παρήγγειλε τὴν ἔφοδον ἐπὶ τὰ δεξιὰ μέρη τῶν πολεμίων. οὗ συμβαίνοντος, ὁ μὲν Ἀσδρούβας ἀκμὴν ἐκ τῆς στρατοπεδείας ἐξῆγε τὴν δύναμιν· τὸν γὰρ πρὸ τούτου χρόνον ἐπέμενε πιστεύων τοῖς τόποις, καὶ πεπεισμένος μηδέποτε τολμήσειν τοὺς πολεμίους ἐγχειρεῖν αὐτοῖς. διὸ καὶ παρὰ τὴν προσδοκίαν γενομένης τῆς ἐπιθέσεως, καθυστέρει τῆς ἐκτάξεως. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι κατὰ κέρας ποιούμενοι τὸν κίνδυνον, οὐδέπω τῶν πολεμίων κατειληφότων τοὺς ἐπὶ τῶν κεράτων τόπους, οὐ μόνον ἐπέβησαν ἀσφαλῶς ἐπὶ τὴν ὀφρύν· ἀλλὰ καὶ προσάγοντες ἔτι παρεμβαλλόντων καὶ κινουμένων τῶν ὑπεναντίων, τοὺς μὲν αὐτῶν προσπίπτοντας ἐκ πλαγίου ἐφόνευον, τοὺς δὲ παρεμβαλόντας ἐξ ἐπιστροφῆς φεύγειν ἠνάγκαζον. Ἀσδρούβας δὲ κατὰ τοὺς ἐξ ἀρχῆς διαλογισμοὺς θεωρῶν κλινούσας καὶ διατετραμμένας τὰς αὑτοῦ δυνάμεις, τὸ μὲν ψυχομαχεῖν μέχρι τῆς ἐσχάτης ἐλπίδος ἀπεδοκίμαζε· λαβὼν δὲ τά τε χρήματα καὶ τὰ θηρία, καὶ τῶν φευγόντων ὅσους ἠδύνατο πλείστους ἐπισπασάμενος, ἐποιεῖτο τὴν ἀναχώρησιν παρὰ τὸν Τάγον ποταμὸν, ὡς ἐπὶ τὰς Πυρήνης ὑπερβολὰς, καὶ τοὺς ταύτῃ κατοικοῦντας Γαλάτας. Πόπλιος δὲ τὸ μὲν ἐκ

ποδὰς ἐπεῖθαι τοῖς περὶ τὸν Ἀσδρούβαν, οὐχ ἡγεῖτο συμφέρειν, τῷ δεδιέναι τὴν τῶν ἄλλων στρατηγῶν ἔφοδον· τὸν δὲ χάρακα τῶν ὑπεναντίων ἐφῆκε τοῖς αὑτοῦ στρατιώταις διαρπάζειν.

37 εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν συναθροίσας τὸ τῶν αἰχμαλώτων πλῆθος, ὧν ἦσαν πεζοὶ μὲν εἰς μυρίους, ἱππεῖς δὲ καὶ πλείους δισχιλίων, ἐγίνετο περὶ τὴν τούτων οἰκονομίαν. Τῶν δ' Ἰβήρων ὅσοι κατὰ τοὺς προειρημένους τόπους Καρχηδονίοις τότε συνεμάχουν, ἧκον ἐγχειρίζοντες σφᾶς αὐτοὺς εἰς τὴν Ῥωμαίων πίστιν. κατὰ δὲ τὰς ἐντεύξεις ΒΑΣΙΛΕΑ προσεφώνουν τὸν Πόπλιον. πρῶτον μὲν οὖν ἐποίησε τοῦτο, καὶ προσεκύνησε πρῶτος Ἐδέκων, μετὰ δὲ τοῦτον οἱ περὶ τὸν Ἀνδοβάλην. τότε μὲν οὖν ἀνεπιστάτως αὐτὸν παρέδραμε τὸ ῥηθέν. μετὰ δὲ τὴν μάχην ἁπάντων ΒΑΣΙΛΕΑ προσφωνούντων, εἰς ἐπίστασιν ἤγαγε τὸν Πόπλιον τὸ γινόμενον. διὸ καὶ συναθροίσας τοὺς Ἴβηρας, βασιλικὸς μὲν ἔφη βούλεσθαι καὶ λέγεσθαι παρὰ πᾶσι, καὶ ταῖς ἀληθείαις ὑπάρχειν· βασιλεύς γε μὴν οὔτε ἐθέλειν εἶναι οὔτε λέγεσθαι παρ' οὐδενί. ταῦτα δ' εἰπών, παρήγγειλε στρατηγὸν αὐτὸν προσφωνεῖν. Ἴσως μὲν οὖν καὶ τότε δικαίως ἄν τις ἐπεσημήνατο τὴν μεγαλοψυχίαν τἀνδρός, ἣν κομιδῇ νέος ὤν, καὶ τῆς τύχης αὐτῷ συνεκδραμούσης ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε πάντας τοὺς ὑποταττομένους ἐξ αὐτῶν ἐπί τε ταύτην κατενεχθῆναι τὴν διάληψιν καὶ τὴν ὀνομασίαν, ὅμως ἐν ἑαυτῷ διέμεινε, καὶ παρῃτεῖτο τὴν τοιαύτην ὁρμὴν καὶ

judicavit, ut fugientes è veſtigio perſequeretur: verebatur enim, ne ſupervenientes interea loci duces reliqui ſuos invaderent. caſtra hoſtium militibus diripere conceſſit. Die inſecuto coactis in unum captivis omnibus, quorum erat numerus, decem millia peditum, equitum duo millia & eo plures, ordinandis quę ad eos pertinebant operam dedit. Tum & Hiſpani qui in modò dictis locis à Carthaginienſibus ſteterant, Publium adire & in populi Rom. fidem ſeſe permittere. Atque hi in congreſſibus Scipionem REGEM appellabant: cujus rei quum primus exemplum dediſſet Edeco, qui & adorabundus ad genua ei procubuit, poſtea etiam Indibilis idem fecit. ſed tunc quidem ea vox inobſervata Scipionis aures prætervolavit: verùm poſt pugnam omnibus eum REGEM ſalutantibus, Publii animum ea res advertit. qui ad id ipſum convocata Hiſpanorum concione, Regalis quidem animi virum ait ſe velle & dici ab omnibus, & eſſe quoque re vera talem: at Regem neque velle eſſe, neque appellari à quoquam: deinde ut Imperatorem ſe nominarent præcepit. Magnanimitatem igitur Scipionis & tunc quidem jure aliquis fortaſſe plauſu & laudatione omnium dixerit fuiſſe dignam; per quam factum, ut homo adeo juvenis & ſecundę fortunæ flatu eo uſque evectus, ut omnes qui ejus imperio tenebantur, per ſe, nemine ſuggerente, in eam cogitationem devenirent, & in Regis appellatione ei deferenda conſentirent, mente tamen ſibi conſtiterit, & ejuſmodi ſtudia vulgi atque ſpeciem dignitatis repudiave-

diaverit. Multo tamen magis incomparabilem ejus magnitudinem animi admirabitur, qui ad poſtrema vitę ejus tempora oculos retulerit nam qui pręter res geſtas in Hiſpania, Carthaginienſes bello deviciſſet, maximam eamque pulcherrimam Africæ partem à Philæni aris ad columnas Herculis Romę patrię ſuę imperio ſubjeciſſet; Aſiam item, & Aſſyriæ reges domuiſſet, optimam denique maximamque Orbis partem ditionis Romanæ feciſſet, occaſionem ſæpe eſt nactus parandi ſibi regii dominatus in quacunque tandem inſtituiſſet ac voluiſſet Orbis terrarum parte. quæ res non dicam humanum ingenium, ſed etiam divinius aliquod, ſi ita fas dicere, poterat inducere, ut per ſuperbiam moderationis fines migraret: at Scipio univerſos mortales animi magnitudine longo adeo ſuperavit intervallo, ut bonum, quo ne optari quidem à diis majus quiſquam auſit, regnum dico, Fortunæ beneficio ſibi ſæpius oblatum, ſit aſpernatus; dum pluris faceret patriam & fidem erga ipſam, dominatione, propter quam omnes eum ſuſpecturi erant, & beatum prędicaturi, Scipio igitur eo tempore ex omni captivorum numero Hiſpanos ſelegit, eoſque omnes ſine pretio liberatos in ſuas domos dimiſit: ex equis trecentos Indibilem juſſit eligere: reliquos iis qui equis carebant aſſignavit. ac de cætero in caſtra Punica tranſducto exercitu, propter loci naturam egregie munitam, ipſe quidem duces reliquos Carthaginienſium opperiens, eo loci man-

φαντασίαν· πολὺ δὲ μᾶλλον ἄν τις θαυμάσειε τὴν ὑπερβολὴν τῆς περὶ τὸν ἄνδρα μεγαλοψυχίας, βλέψας εἰς τοὺς ἐσχάτους τοῦ βίου καιρούς· ἡνίκα πρὸς τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἔργοις κατεστρέψατο μὲν Καρχηδονίους, καὶ τὰ πλεῖστα καὶ κάλλιστα μέρη τῆς Λιβύης ἀπὸ τῶν Φιλαίνου βωμῶν ἕως Ἡρακλείων στηλῶν ὑπὸ τὴν τῆς πατρίδος ἐξουσίαν ἤγαγε· κατεστρέψατο δὲ τὴν Ἀσίαν, καὶ τοὺς τῆς Ἀσσυρίας βασιλεῖς, καὶ τὸ κάλλιστον καὶ μέγιστον μέρος τῆς οἰκουμένης ὑπήκοον ἐποίησε Ῥωμαίοις· ἔλαβε δὲ καιροὺς εἰς τὸ περιποιήσασθαι δυναστείαν βασιλικὴν, ἐν οἷς ἐπεβάλετο καὶ βουληθείη τόποις τῆς οἰκουμένης. Ταῦτα γὰρ οὐ μόνον ἀνθρωπίνην φύσιν, ἀλλὰ καὶ θειοτέραν, εἰ θέμις εἰπεῖν, ὑπερφρονεῖν ἂν ἐποίησε. ὁ δὲ Πόπλιος, τοσοῦτον ὑπερέθετο μεγαλοψυχίᾳ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, ὥστε οὗ μεῖζον ἀγαθὸν εὔξασθαί τις τοῖς θεοῖς οὐ τολμήσειε, λέγω δὲ βασιλείας, τοῦτο ἐκεῖνος πολλάκις ὑπὸ τῆς τύχης αὐτῷ διδόμενον ἀπηξίωσε, καὶ περὶ πλείονος ἐποιήσατο τὴν πατρίδα καὶ τὴν ταύτης πίστιν, τῆς τε περιβλέπτου καὶ μακαριστῆς δυναστείας. Πλὴν τότε γε διαλέξας ἐκ τῶν αἰχμαλώτων τοὺς Ἴβηρας, τούτους μὲν ἀπέλυσε χωρὶς λύτρων πάντας εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας. τῶν δ' ἵππων τριακοσίους κελεύσας ἐκλέξαι τοῖς περὶ τὸν Ἀνδοβάλην, τοὺς λοιποὺς διέδωκε τοῖς ἀνίπποις. καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη μεταλαβὼν τὴν τῶν Καρχηδονίων στρατοπεδείαν, διὰ τὴν τῶν τόπων εὐφυΐαν, αὐτὸς μὲν ἔμενε καραδοκῶν τοὺς καταλειπομένους τῶν Καρχηδονίων

στρατηγούς· ἐπὶ δὲ τὰς ὑπερβολὰς τῶν Πυρηναίων ὀρέων ἐξαπέστειλε τοὺς τηρήσοντας τὴν Ἀσδρούβα. μετὰ δὲ ταῦτα τῆς ὥρας ἤδη συναπτούσης, ἀνεχώρησε μετὰ τῆς δυνάμεως εἰς Ταρράκωνα ἐν τούτοις τοῖς τόποις ποιεῖσθαι τὴν παραχειμασίαν.

fit: ad montium vero Pyrenæorum juga miſit, qui Aſdrubalis tranſitum obſervarent. deinde, ubi jam æſtatis finis imminebat, Tarraconem cum univerſo exercitu conceſſit, habens in animo hiberna ibi locorum agere.

Πῶς Ῥωμαίων τοῖς Αἰτωλοῖς συμμαχούντων ἐκ πάσης ὀλίγου δεῖν τῆς Ἑλλάδος πρεσβεῖαι ἦλθον ὡς τὸν Φίλιππον.

Quomodo Romanis ſocietate junctis cum populo Ætolorum, ex univerſa fere Græcia legationes ad Philippum venerunt.

Πῶς Φίλιππος ὁ βασιλεὺς ἐν ταῖς περιστάσεσιν ἦν αὐτὸς αὑτοῦ κρείττων.

Philippi Regis virtutem in adverſis plurimum enituiſſe.

Πολυβίου περὶ φρυκτωρίας ἐκβολὴ λόγου, διαφόρους πυρσείας τρόπους περιέχουσα, τήν τε ὠφέλειαν τῆς ἐπινοίας ταύτης δηλοῦσα.

Polybii digreſſio de ſignorum datione per ignes elatos, quæ Pyrſia dicitur & Phryctoria: utilitatem ejus rei & varios modos explicans.

Ὅτι ἡ τῶν πάλαι ἁπλῆ πυρσεία κατὰ τὸ πλεῖστον ἦν ἀνωφελής.

Veterum Pyrſiam ſimplicem fuiſſe, ac propterea fere inutilem.

Διόρθωσις τῆς παλαιᾶς πυρσείας ὑπὸ Αἰνείου τοῦ Στρατηγικὰ βιβλία καὶ πλείω συνταξαμένου.

Veteris Pyrſiæ correctio, cujus auctor Æneas in libris De officio Imperatoris.

Ὅτι Αἰνείας βραχὺ μέν τι προεβίβασε, τοῦ γε μὴν δέοντος ἀκμὴν πάμπολυ τοῦ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν ἀπελείφθη.

Æneam in emendatione veteris Pyrſiæ aliquid præſtitiſſe, verum quod intenderat non eſſe ulla fere ex parte aſſecutum.

Διόρθωσις ἑτέρα ἐπινοηθεῖσα μὲν ὑπ' ἄλλων, τυχοῦσα δὲ τῆς ἐξεργασίας ὑπὸ τοῦ συγγραφέως.

Correctio alia, inventa quidem ab aliis, ſed expolita ab ipſo Polybio.

Ὅτι πολλὰ ἀδύνατα τὸ πρῶ-

Multa quæ principio fieri nunquam poſſe videbantur, ubi acceſ-

acceſſit uſus & exercitatio facillima evadere.

τὸν δοκοῦντα εἶναι, συνηθείας τυχόντα ῥᾷστα πάντων ἐπιτελεῖσθαι.

Lectio quàm multa contineat quæ rudes literarum meritiſſime mirentur.

Τὰ ἐπὶ τῆς ἀναγνώσεως δυσχερῆ καὶ παρὰ τοῖς ἀπείροις θαυμασμοῦ καὶ πάνυ ἄξια.

AETOLI ad magnas ſpes recens erecti, propter adventum Romanorum & Regis Attali, omnibus terrorem incutiebant, & à terra omnibus imminebant; à mari Attali & P. Sulpitii claſſes. Iccirco ad Philippum venere tunc Achæi orantes ut ſibi opem ferret. neque enim Ætoli tantum anxios & ſollicitos eos habebant, ſed etiam Machanidas, finibus Argivorum cum exercitu præſidens. Bæoti ab hoſtili claſſe male ſibi metuentes, ducem & auxilium poſcebant. omnium vero enixiſſimè qui Eubœam colunt, ut ſua providentia ab adverſariis ipſos defenderet. Similis & Acarnanum erat petitio. aderat & ab Epiri populis miſſa legatio. Nunciabantur etiam Scerdilaïdas & Pleuratus copias educere: ad hæc, Thraces Macedoniæ finitimos, præcipue autem Mædos conſilium iniſſe, ſi vel tantulum à regno ſuo Philippus foret avocatus, impreſſionem in Macedoniam faciendi. quinetiam Thermopylarum anguſtias Ætoli jam foſſis, vallo & præſidiis occupaverant: nihil dubitantes, quin eo pacto Philippum Græcia excluderent, & omnino quominus ſuis cis Pylas ſociis ſuppetias veniret, impedirent. Mihi vero videtur aliquis difficilia hujuſmodi tempora, per quæ magni

38 ΟΙ μὲν Αἰτωλοὶ προσφάτως ἐπηρμένοι ταῖς ἐλπίσιν ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων καὶ τῇ τοῦ βασιλέως Ἀττάλου παρουσίᾳ, πάντας ἐξέπληττον, καὶ πᾶσιν ἐπέκειντο κατὰ γῆν· οἱ δὲ περὶ τὸν Ἄτταλον καὶ Πόπλιον κατὰ θάλατταν. Διόπερ ἧκον Ἀχαιοὶ μὲν παρακαλοῦντες τὸν Φίλιππον βοηθεῖν· οὐ γὰρ μόνον τοὺς Αἰτωλοὺς ἠγωνίων, ἀλλὰ καὶ τὸν Μαχανίδαν, διὰ τὸ προκαθῆσθαι μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοῖς τῶν Ἀργείων ὅροις: Βοιωτοὶ δεδιότες τὸν στόλον τῶν ὑπεναντίων, ἡγεμόνα καὶ βοήθειαν ᾔτουν. φιλοπονώτατά γε μὴν οἱ τὴν Εὔβοιαν κατοικοῦντες, ἠξίουν τινὰ πρόνοιαν τῶν πολεμίων. παραπλήσια δὲ Ἀκαρνᾶνες παρεκάλουν. ἦν δὲ καὶ παρ' Ἠπειρωτῶν πρεσβεία. προσήγγελτο δὲ καὶ Σκερδιλαΐδαν καὶ Πλευρᾶτον ἐξάγειν τὰς δυνάμεις, ἔτι δὲ τοὺς προσορροῦντας τῇ Μακεδονίᾳ Θρᾷκας, καὶ μάλιστα τοὺς Μαίδους ἐπιβολὰς ἔχειν ὡς ἐμβαλοῦντας ἐπὶ Μακεδονίαν, ἐὰν βραχύ τι μόνον ὁ βασιλεὺς τῆς οἰκείας ἀποσπασθῇ. προκατελάμβανον δὲ καὶ τὰ περὶ Θερμοπύλας στενὰ τάφροις καὶ χάρακι καὶ φυλακαῖς βαρείαις Αἰτωλοί, πεπεισμένοι συγκλείειν τὸν Φίλιππον, καὶ καθόλου κωλύειν παραβοηθεῖν τοῖς ἐντὸς πυλῶν συμμάχοις. Δοκεῖ δέ μοι τὰς τοιαύτας περιστάσεις εὐλόγως ἄν τις ἐπισημήνασθαι,

καὶ συνεφιστάνειν τοὺς ἀναγινώσκοντας, ἐν αἷς πεῖρα καὶ βάσανος ἀληθινὴ γίνεται κατὰ τὰς ..... σωματικὰς δυνάμεις τῶν ἡγεμόνων. καθάπερ γὰρ ἐν ταῖς κυνηγεσίαις τὰ ζῶα τότε διάδηλα γίνεται κατὰ τὴν ἀλκὴν καὶ τὴν δύναμιν, ὅταν τὸ δεινὸν αὐτὰ περιστῇ πανταχόθεν· τὸν αὐτὸν τρόπον συμβαίνει καὶ ἐπὶ τῶν ἡγουμένων· ὃ δὴ τότε μάλιστα συνιδεῖν ἦν γινόμενον ὑπὸ τοῦ Φιλίππου. τὰς μὲν γὰρ πρεσβείας ἀπέλυσε πάσας, πάντα τὰ δυνατὰ ποιήσειν ἐπαγγειλάμενος, τῷ πολέμῳ πανταχόθεν ἐπεῖχε, καραδοκῶν πῇ καὶ πρὸς τίνα πρῶ-
τον δεήσῃ ποιεῖσθαι τὴν ὁρμήν. Προσ-
39 πεσόντος δ' αὐτῷ κατὰ τὸν καιρὸν
τοῦτον τοὺς περὶ τὸν Ἄτταλον διάραντας καὶ προσορμίσαντας τῇ Πεπαρήθῳ, κατεσχηκέναι τὴν χώραν, τούτοις μὲν ἐξαπέστειλε τοὺς παραφυλάξοντας τὴν πόλιν. εἰς δὲ Φωκέας καὶ τοὺς κατὰ τὴν Βοιωτίαν τόπους Πολυφαίταν ἐξέπεμψε μετὰ συμμέτρου δυνάμεως. εἰς δὲ Χαλκίδα καὶ τὴν ἄλλην Εὔβοιαν, Μένιππον ἔχοντα πελταστὰς χιλίους, Ἀγριᾶνας πεντακοσίους· αὐτὸς δὲ προῆγε ποιούμενος τὴν πορείαν εἰς Σκότουσσαν· παραπλησίως δὲ καὶ τοῖς Μακεδόσιν εἰς ταύτην τὴν πόλιν παρήγγελεν ἀπαντᾶν. πυθόμενος δὲ τοὺς περὶ τὸν Ἄτταλον εἰς Νίκαιαν καταπεπλευκέναι, τῶν δ' Αἰτωλῶν τοὺς ἄρχοντας εἰς Ἡράκλειαν ἀθροίζεσθαι χάριν τοῦ κοινολογηθῆναι πρὸς ἀλλήλους ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν ἐκ τῆς Σκοτούσσης, ὥρμησε σπεύδων καταταχῆσαι καὶ πτοῆσαι διασύρας τὴν σύνοδον αὐτῶν. τοῦ μὲν οὖν συλλόγου καθυστέρει· τὸν δὲ σῖτον φθείρας, καὶ

duces virtutum ſuarum quà animi quà corporis periculum faciunt, & verum ſpecimen illarum edunt, jure merito eſſe obſervaturus, & lectorum in eam rem attentionem requiſiturus: planè ut in venationibus, robur ferarum & vires tunc manifeſto ſe produnt, quando illas undique periculum circunſtat: ita prorſus etiam in ducibus fieri amat: quod ſane tunc cum maxime in Philippo uſuvenire cerneres. Nam is legationibus cunctis, facturum ſe omnia quæ poſſet pollicitus, dimiſſis, bello intentus curas ſuas in omnes partes extendebat; quò & in quem primum impetum facere oporteret ſollicite exſpectans. Inter iſta igitur, factus certior Attalum in Europam trajeciſſe & jam in Peparetho inſula portum tenviſſe, atque agrum Peparethiorum occupaſſe, armatorum manum quæ urbem tutaretur, eis ſubmiſit. Polyphantam cum idoneis copiis ad Phocenſes & Bœotiæ loca propugnanda miſit: Chalcidem, & in reliquam Eubœam Menippum, cum cetratis mille & Agrianis quingentis: ipſe Scotuſſam verſus agmen duxit: quò etiam Macedones ſibi juſſit occurrere. dein cognito Attalum Nicæam appuliſſe, & principes Ætolorum Heracleam conventuros, ut de præſenti bello in commune deliberarent; Scotuſſa cum exercitu profectus, quàm citatiſſimo poterat agmine eò contendit; ut turbato & diſſipato eorum conventu, omnium animos conſternaret. ſed conventus quidem priuſquàm ille veniret erat peractus; at meſſes accolarum ſinus

Ænien-

Ænienſium, partim corrupit, partim illis ademit, atque ita Scotuſſam eſt reverſus. in qua urbe relicto exercitu, ipſe cum expeditis & ala regia Demetriadem divertit, & conatus hoſtium obſervans, ibi moratus eſt. Ne quid autem illorum quę agerentur ipſum fugeret, ad Peparethios, & Phocidis atq; Eubœę ſocios ſuos miſit; monens ipſos ut ſimul quidque geſtum eſſet, ejus rei nuntium per accenſas ſublataſque faces in Tiſæum tranſmitterent. Theſſaliæ is mons eſt, commode ſitus ad ſignificandum aliquid dictis locis per faces lucentes. Sed quum ratio univerſa Pyrſiæ, id eſt utendi facibus ad dandum ſignum, quæ maximo in bellicis rebus uſui eſſe ſolet, parum accurate fuerit hactenus tractata; operę pretium facturus mihi videor, ſi eam non pretermiſero; verùm quanta par eſt diligentia mentionem illius hoc loco fecero. Nam ad perficienda quæ animo deſtinaveris, plurimum valere occaſionem, tum in omnibus rebus, tum in bellicis maxime, id vero nemo eſt quin ſciat. Omnium porrò inventorum eò conferentium, nullum eſt quod ęquè juvet ac faces è ſpeculis accenſæ: per quas ea quę modò ſunt facta, aut quę nunc cum maxime fiunt, poterit cognoſcere, etiam is qui trium quatuorve dierum iter aut etiam longius abfuerit, neceſſariam modò diligentiam adhibeat; ita ut opportunitatem latæ in tempore opis, ſimulac res quæque poſtulaverit, omnes ſint miraturi: id autem eveniet, propter faces omnia in tempore nunciantes. Enimvero prioribus temporibus,

παρελόμενος τῶν περὶ τὸν Αἰνείαν κόλπον κατοικούντων, ἐπανῆλθε. καὶ τὴν μὲν δύναμιν ἐν τῇ Σκοτούσῃ πάλιν ἀπέλιπε. μετὰ δὲ τῶν εὐζώνων καὶ τῆς βασιλικῆς ἴλης εἰς Δημητριάδα καταλύσας ἔμενε, καραδοκῶν τὰς τῶν ἐναντίων ἐπιβολάς. Ἵνα δὲ μηδὲν αὐτὸν λανθάνῃ τῶν πραττομένων, διεπέμψατο πρὸς Πεπαρηθίους καὶ πρὸς τοὺς ἐπὶ τῆς Φωκίδος, ὁμοίως δὲ καὶ πρὸς τοὺς ἐπὶ τῆς Εὐβοίας, καὶ παρήγγειλε διασαφεῖν αὐτῷ πάντα τὰ γιγνόμενα διὰ τῶν πυρσῶν ἐπὶ τὸ Τίσαιον. τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τῆς Θετταλίας ὄρος, εὐφυῶς κείμενον πρὸς τὰς τῶν προειρημένων τόπων περιφάσεις. Τοῦ δὲ κατὰ τὰς πυρσείας γένους, μεγίστας δὴ παρεχομένου χρείας ἐν τοῖς πολεμικοῖς, ἀνεργάστου πρότερον ὑπάρχοντος, χρήσιμον εἶναί μοι δοκεῖ τὸ μὴ παραδραμεῖν, ἀλλὰ ποιήσασθαι περὶ αὐτοῦ τὴν ἁρμόζουσαν μνήμην. Ὅτι μὲν ὁ καιρὸς ἐν πᾶσι μεγάλην ἔχει μερίδα πρὸς τὰς ἐπιβολάς, μεγίστην δ᾽ ἐν τοῖς πολεμικοῖς, παντὶ δῆλον· τῶν δὲ πρὸς τοῦτο συναγωνισμάτων, πλείστην ἔχουσι δύναμιν οἱ πυρσοί. ἄρτι μὲν γέγονε, τινὰ δ᾽ ἀκμὴν ἐνεργεῖται. καὶ δυνατόν ἐστι γινώσκειν ᾧ μέλει, ποτὲ μὲν ἡμερῶν τριῶν ἢ τεττάρων ὁδὸν ἀπέχοντι, ποτὲ δὲ καὶ πλειόνων. ὥστ᾽ ἀεὶ τοῖς δεομένοις πράγμασιν ἐπικουρίας, παράδοξον γίγνεσθαι τὴν βοήθειαν διὰ τῆς τῶν πυρσῶν ἀπαγγελίας. Τὸν μὲν οὖν πρὸ τοῦ χρόνον ἁπλῆς γιγνομένης τῆς πυρσείας, κατὰ τὸ πλεῖστον αὐτὴν ἀνωφελῆ συνέ-

βαίνει γίγνεσθαι τοῖς χρωμένοις. διὰ γὰρ συνθημάτων ὡρισμένων ἔδει τὴν χρείαν συντελεῖν. τῶν δὲ πραγμάτων ἀορίστων ὑπαρχόντων, τὰ πλεῖστα διέφυγε τὴν τῶν πυρσῶν χρείαν. οἷον ἐπ' αὐτῶν τῶν νῦν εἰρημένων· ὅτι μὲν ἧκει εἰς Ὠρεὸν καὶ Πεπάρηθον ἢ Χαλκίδα πάρεστι στόλος, δυνατὸν ἦν διασαφεῖν τοῖς περὶ τούτου συνθεμένοις. ὅτι δὲ μεταβάλλονταί τινες τῶν πολιτῶν, ἢ προδεδώκασιν, ἢ φόνος ἐν τῇ πόλει γέγονεν, ἢ τι τῶν τοιούτων, ἃ δὴ συμβαίνει μὲν πολλάκις, πρόληψιν δὲ ἔχειν πάντων ἀδύνατον· μάλιστα δὲ τὰ παραδόξως γιγνόμενα τῆς ἐκ τοῦ καιροῦ συμβουλίας καὶ ἐπικουρίας προσδεῖται· τὰ τοιαῦτα πάντα διέφυγε τὴν τῶν πυρσῶν χρείαν. περὶ ὧν γὰρ οὐκ ἐνεδέχετο προνοηθῆναι, περὶ τούτων οὐδὲ σύνθημα ποιήσασθαι δυνατόν. Αἰνείας δὲ βουληθεὶς διορθώσασθαι τὴν τοιαύτην ἀπορίαν, ὁ τὰ περὶ τῶν Στρατηγικῶν ὑπομνήματα συντεταγμένος, βραχὺ μέν τι προεβίβασε, τοῦ γε μὴν δέοντος ἀκμὴν πάμπολυ τοῦ κατὰ τὴν ἐπίνοιαν ἀπελείφθη.
41 γνοίη δ' ἄν τις ἐκ τούτων. Φησὶ γάρ, δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀλλήλοις διὰ τῶν πυρσῶν δηλοῦν τὸ κατεπεῖγον, ἀγγεῖα κατασκευάσαι κεραμαῖα κατά τε τὸ πλάτος καὶ κατὰ τὸ βάθος ἰσομεγέθη πρὸς ἀκρίβειαν· εἶναι δὲ μάλιστα τὸ μὲν βάθος τριῶν πηχῶν, τὸ δὲ πλάτος πήχεος· εἶτα παρασκευάσαι φελλοὺς βραχὺ

quòd ſimplex eſſet dandi per faces ſigni ratio, qui ea utebantur nullam ut plurimum inde utilitatem capiebant. Quoniam enim certis tantum ſignis de quibus convenerat totum id negotium peragebatur, quum ſint res infinitę, pars earum maxima per faces ſignificari non poterat. Ne aliunde petam exemplum, quàm ab iis ipſis quæ modò narrabamus: claſſem quidem appuliſſe vel ad Oreum, vel ad Peparethum vel Chalcidem, conſtitutis in id ſignis de communi conſenſu, facile erat ſignificare. at illa, mutare fidem quoſdam cives, aut prodere, vel cædem in urbe eſſe factam, vel aliud quid hujuſcemodi, qualia ſolent multa ſæpe accidere, quæ præcepiſſe animo cuncta prius nemo queat mortalium: (& tamen ea potiſſimum repentino vel conſilii vel opis auxilio opus habent, quæ ex inopinato contigerunt:) ad hæc inquam omnia nota facienda, faces incenſæ erant inutiles. nam earum rerum quæ provideri non poterant, qua ratione ſigna conveniſſent? Huic incommodo Æneas cujus exſtant commentarii Strategica inſcripti, ſive de officio Imperatoris, conatus mederi; etſi præſtitit ille quidem nonnihil, ab eo tamen rite perficiendo quod inſtituerat animo, quàm longiſſime abfuit. Id ex his poteſt intelligi. Ait Æneas, eos qui facum accenſarum ope negotia urgentia ſibi invicem declarare voluerint, vaſa fictilia parare ſibi debere, & latitudine & altitudine quam exactiſſime fieri poterit, æqualia: fere autem ſatis futurum, ſi altitudo ternum cubitorum, latitudo unius fuerit. ſubera deinde paranda latitudinis non multo mi-

to minoris, quàm ſint ora vaſorum. inque iis mediis baculos æquales eſſe infigendos: in quibus notata ſint paria intervalla ternum digitorum: partes autem omnes circumſcriptione aliqua ita diſtinguendas eſſe aliam ab alia, ut evidens ſit diſcrimen. In ſingulis horum vaſculorum partibus, eorum quæ belli temporibus evenire ſolent, notiſſima quæque eſſe ſcribenda, & quæ maxime ſunt univerſalia Verbi gratia: in prima, REGIONEM EQVITES SUNT INGRESSI; in ſecunda, PEDITES GRAVIS ARMATURÆ: in tertia, VELITES: poſt hæc, PEDITES CUM EQUITIBUS: deinde NAVES: & poſtea ANNONA, & ita deinceps ordine, donec in omnibus ſpatiis ea fuerint inſcripta, quæ fore eventura ratione probabili poteſt provideri; quæque pro ratione præſentis belli contingere queunt. his ita paratis, in utroque vaſe illud ſummo ſtudio monet obſervandum; ut canaliculos quibus depleantur, pares habeant, qui pari menſura aquam fundant. Secundum hæc repletis aqua vaſis ſuberis tabellas eſſe imponendas cum ſuis baculis. tum autem canaliculos eſſe laxandos ut pariter ex utroque aqua fluat. Atque his ita factis, quum ſint omnia utrobique paria & ſimilia, manifeſtum eſt illud neceſſario eventurum, ut quantum aquæ effluxerit, tantum ſuberis tabellæ deſcendant, & baculi intra vaſa occulantur. Poſtquam autem omnia quæ diximus pari celeritate & congruenter adminiſtrari ceperint; tunc delatis vaſis ad illa loca in quibus obſervatio dandi per faces ſigni facienda eſt utrique,

mox æquata primo univerſæ aciei fronte ire in hoſtem cepit: ubi verò jam haut plus ſtadio acies inter ſe aberant, juſſis Hiſpanis quo ceperant pede, ſervatis ordinibus porrò pergere; dextro cornui præcepit ut manipulos pariter ac turmas dextrorſum deflecteret; ſiniſtro, ut ſiniſtrorſum. Tum autem quum aſſumpſiſſet, ipſe quidem à dextra, L. verò Marcius & M. Junius à læva, turmas equitum ex anteſignanorum agmine ternas, & qui hos antecederent velites pro Romanæ militiæ more, itemque ſpiras ſive manipulos ternos (quot nempe Romanam cohortem conficiunt;) ac velut infracto agmine alii ad lævam, alii ad dextram ſuos avertiſſent, rectis ordinibus in hoſtem duxerunt, & citato gradu Pœnos invaſerunt: ſubinde interim qui proximi his ſteterant, præcedentium agmini ſeſe adjungentibus, & ſimili pacto facta averſione, eos ſequentibus. Jamque adeo non longe aberant iſti ab hoſtibus, cum Hiſpani, in Romanæ aciei fronte collocati, eò quod preſſo gradu incederent, ab iiſdem longum ſatis ſpatium diſtabant. tum Scipio, ſicut principio propoſuerat, per Romanas legiones rectis ordinibus dimicantes, utrunque ſimul Carthaginienſium cornu eſt aggreſſus. Cæterum poſteriores motus, per quos efficiebatur, ut qui ſequebantur in eandem cum antecedentibus lineam rectam ſe ſiſterent, & cum hoſtibus ſimiliter manus conſererent, contrariam inter ſe ſpeciem habuerunt.

τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπιβαλεῖν μετωπηδὸν ποιούμενος τὴν ἔφοδον· ἀποσχὼν δὲ περὶ στάδιον τῶν ὑπεναντίων, τοὺς μὲν Ἴβηρας τηροῦντας τὰς τάξεις τὸν αὐτὸν τρόπον ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν παρήγγειλε· τῷ μὲν δεξιῷ τὰς σημαίας καὶ τὰς ἴλας ἐπιστρέφειν ἐπὶ δόρυ, τῷ δ' εὐωνύμῳ τἀναντία. καὶ 21
λαβὼν αὐτὸς μὲν ἀπὸ τοῦ δεξιοῦ, Λεύκιος Μάρκιος δὲ καὶ Μάρκος Ἰούνιος ἀπὸ τῶν εὐωνύμων τρεῖς ἴλας ἱππέων τὰς ἡγουμένας, καὶ πρὸ τούτων γροσφομάχους τοὺς εἰθισμένους, καὶ τρεῖς σπείρας, (τοῦτο δὲ καλεῖται τὸ σύνταγμα τῶν πεζῶν παρὰ Ῥωμαίοις κοόρτις,) τὴν οἱ μὲν ἐπ' ἀσπίδα περικλάσαντες τούτους, οἱ δὲ περὶ δόρυ, προῆγον ὀρθίους ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἐνεργῆ ποιούμενοι τὴν ἔφοδον, ἀεὶ τῶν ἑξῆς ἐπιβαλόντων, κατὰ περίκλασιν ἑπομένων. ἐπεὶ δὲ τούτους μὲν οὐ πολὺ συνέβαινε τῶν πολεμίων ἀπέχειν, τοὺς δ' Ἴβηρας ἐν τῇ κατὰ πρόσωπον πλευρᾷ τόπον ἱκανὸν ἔτι διεστάναι, τῷ βάδην ποιεῖσθαι τὴν ἐπαγωγὴν, προσέβαλλον τοῖς κέρασιν ἀμφοτέροις ἅμα ταῖς τῶν ὑπεναντίων ὀρθίαις, ταῖς Ῥωμαϊκαῖς δυνάμεσι κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν. Αἱ δὲ μετὰ ταῦτα κινήσεις δι' ὧν συνέβαινε τοὺς ἑπομένους ἐπιπαρεμβάλλοντας ἐπὶ τὴν αὐτὴν εὐθεῖαν τοῖς ἡγουμένοις συγκαθίστασθαι τοῖς

πολεμίοις εἰς τὴν μάχην, τὴν ἐναντίαν εἶχον διάθεσιν ἀλλήλαις. καὶ καθόλου τὸ δεξιὸν κέρας τῷ λαιῷ, καὶ κατὰ μέρος οἱ πεζοὶ τοῖς ἱππεῦσιν. οἱ μὲν γὰρ ἐπὶ τοῦ δεξιοῦ κέρως ἱππεῖς μετὰ τῶν εὐζώνων ἐκ δόρατος ἐπιπαρεμβάλλοντες ὑπερκερᾶν ἐπειρῶντο τοὺς πολεμίους· οἱ δὲ πεζοὶ τοὐναντίον ἐξ ἀσπίδος παρενέβαλον. τῶν δὲ κατὰ τὸ λαιὸν, οἱ μὲν ἐν ταῖς σπείραις ἐκ δόρατος, οἱ δ' ἱππεῖς μετὰ τῶν γροσφομάχων ἐξ λαιᾶς. ἐγεγόνει μὲν οὖν ἐκ τῶν ἱππέων καὶ τῶν εὐζώνων ἀμφοτέρων τῶν κεράτων ἐκ ταύτης τῆς κινήσεως τὸ δεξιὸν εὐώνυμον. οὐ μικρὸν λόγον θέμενος ὁ στρατηγὸς, τοῦ μείζονος ἐποιήσατο πρόνοιαν τοῦ κατὰ τὴν ὑπερκέρασιν· ὀρθῶς λογιζόμενος. εἰδέναι μὲν γὰρ δεῖ τὸ γινόμενον, χρῆσθαι δὲ ταῖς πρὸς τὸν και-
22 ρὸν ἁρμοζούσαις κινήσεσιν. Ἐκ δὲ τῆς τούτων συμπλοκῆς, τὰ μὲν θηρία διὰ τῶν γροσφομάχων καὶ τῶν ἱππέων ἀκοντιζόμενα καὶ διαταραττόμενα πανταχόθεν, ἔπασχε μὲν κακῶς, ἔβλαπτε δ' οὐδὲν ἧττον τοὺς φίλους ἢ τοὺς πολεμίους. φερόμενα γὰρ εἰκῇ, τοὺς ὑποπεσόντας ἐξ ἀμφοῖν ἀεὶ διέφθειρε. Τῆς δὲ πεζικῆς δυνάμεως τὰ μὲν κέρατα τῶν Καρχηδονίων ἐθραύετο, τὸ δὲ μέσον τὸ κατὰ τοὺς Λίβυας, ὅπερ ἦν χρησιμώτατον, εἰς τέλος ἄπρακτον ἦν· οὔτε γὰρ παραβοηθεῖν ἠδύναντο τοῖς ἐπὶ τῶν κεράτων λιπόντες τὸν ἴδιον τόπον, διὰ τὴν τῶν Ἰβήρων ἔφοδον· οὔτε μένοντες

quam diverſitatem erat cernere, ſive in univerſum conſiderares cornu ad cornu quomodo ſe haberet; ſive per partes, equites cum peditibus contenderes. nam in dextro, equites cum levi armatura ubi dextram verſus præcedentibus ſe applicuiſſent, agmen ſuum extendere ad cingendos Pœnos conabantur: pedites contra, lævam verſus antegreſſis ſe adjungebant. in cornu ſiniſtro manipulis ad dextram priorum ſtationem ſibi occupantibus, equites cum velitibus ſiniſtrorſum tendebant. ita evenit per motus iſtos in utroque cornu equitum & levis armaturæ, ut dextimi fierent ſiniſtimi. cujus tamen rei Imperator non magnam rationem habens, id quod longe erat majus ſedulo curabat, ut cingere hoſtes porrectis cornibus poſſet. Nam ſcire quidem omnia quæ in præliis fieri ſolent neceſſe; uſurpare verò eos demum oportet motus, qui pro tempore conveniant. Accenſa per hos pugna, elephanti velitum & equitum miſſilibus confixi, & agitati undique, ac paſſim convulnerati, amicos & inimicos pariter lædebant. nam quum temere huc illuc ferrentur, in quoſcunque inciderant ex utraque acie omnes proſternebant. Jam pedeſtris aciei Carthaginienſium cornua erant abrupta, cum media acies in qua ſtabant Afri, robur univerſi exercitus Punici, manebat inutilis & immota. quippe neque in cornua, ut adjuvarent pugnantes diſcurrere poterant; ne ſi ſtationem desererent, mediam aciem venientibus ex adverſo Hiſpanis aperirent: neque rurſus ſtatione ſervata quę fuerat ipſi

ipſis attributa, ullum omnino ad victoriam momentum facere poterant; quod oppoſiti hoſtes ad manus conferendas propius non accederent. Cornua ſane acerrime aliquamdiu pugnarunt, quod utraque pars de ſumma rerum eo prælio periclitabatur. ubi verò jam æſtus à meridiano Sole venit, Pœnis quidem languore membra erant ſoluta; ut qui neque arbitratu ſuo copias eduxiſſent, & quominus corpora curarent fuiſſent impediti. at Romani cum viribus corporis & alacritate animorum erant ſuperiores; tum eo potiſſimum quod Imperatoris providentiâ pars ipſorum valentiſſima cum ignaviſſimis hoſtium fuerat commiſſa. Igitur Aſdrubal premente Romano, pedem retulit, primo quidem ſenſim; mox vero acies univerſa inclinata confertim ad proximi montis radices ſe recipere cepit. ſed quum acrius victores ſeſe inveherent, tergis extemplo datis, intra vallum omnes confugerunt. Quod niſi eorum ſalutem aliquis deus adjuviſſet, etiam caſtris confeſtim fuiſſent exuti. nunc ſæva tempeſtate in cœlo repente coorta, tanta vi atque impetu imber continuus eſt effuſus, ut vix in caſtra ſua ſe receperint Romani.

ἐπὶ τῶν ὑποκειμένων ἐνεργεῖν τι τῶν δεόντων οἷοί τ' ἦσαν, διὰ τὸ μὴ συνιέναι τοὺς κατὰ πρόσωπον πολεμίους αὐτοῖς εἰς τὰς χεῖρας. Οὐ μὴν ἀλλὰ χρόνον μέν τινα διηγωνίζοντο τὰ κέρατα γενναίως διὰ τὸ περὶ τῶν ὅλων ἑκατέροις συνεστάναι τὸν κίνδυνον· ἤδη δὲ τοῦ καύματος ἐφεστῶτος κατὰ τὴν ἀκμήν, οἱ μὲν Καρχηδόνιοι παρελύοντο διὰ τὸ μὴ πεποιῆσθαι τὴν ἔξοδον κατὰ τὴν ἰδίαν προαίρεσιν, κεκωλῦσθαι δὲ τῆς ἁρμοζούσης παρασκευῆς. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι καὶ τῇ δυνάμει καὶ ταῖς εὐψυχίαις καθυπερεῖχον· καὶ μάλιστα τῷ τοῖς χρησιμωτάτοις πρὸς τοὺς ἀχρειοτάτους τῶν πολεμίων . . . συμβεβηκέναι, διὰ τὴν τοῦ στρατηγοῦ πρόνοιαν. τὰς μὲν οὖν ἀρχὰς οἱ περὶ τὸν Ἀσδρούβαν κατὰ πόδα πιεζόμενοι τὴν ἀναχώρησιν ἐποιοῦντο· μετὰ δὲ ταῦτα κλίναντες ἀθρόοι, πρὸς τὴν παρώρειαν ἀπεχώρουν· ἐγκειμένων δὲ τῶν Ῥωμαίων βιαιότερον, ἔφυγον εἰς τὸν χάρακα προτροπάδην. εἰ μὲν οὖν μὴ θεός αὐτοῖς τις συνεπελάβετο τῆς σωτηρίας, παραχρῆμα ἂν ἐξέπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς. ἐπιγινομένης δὲ κατὰ τὸν ἀέρα συστροφῆς ἐξαισίου, καὶ καταρραγέντος ὄμβρου λάβρου καὶ συνεχοῦς, μόλις εἰς τὴν αὐτῶν στρατοπεδείαν ἀνεκομίσθησαν οἱ Ῥωμαῖοι.

Scipionis ſollicitudo ingens & anxietas animi, poſtquam exercitus Romani qui in Hiſpania erat pars defeciſſet.

Ὅτι ἀποστασίας γινομένης μέρους τινὸς τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως, ὁ Σκιπίων εἰς ἀπορίαν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἧκε καὶ δυσχρηστίαν.

Quomodo Scipio ſeditioſis militibus perſuaſerit, ut Carthaginem Novam ad ſe veni-

Πῶς ὁ Σκιπίων τοὺς ἀποστάτας ἔπεισεν εἰς Νέαν Καρχηδόνα ἔρχεσθαι, καὶ τίνι στρατηγήματι τῶν

ἀρχηγῶν τῆς στάσεως κύριος ἐγένετο.

rent, & quo aſtu capita ſeditionis in poteſtatem redegerit.

Λόγος Σκιπίωνος, ὃν πρὸς τοὺς ἀποστάτας ἔλεξε.

Concio Scipionis apud eos qui rebellaverant habita.

Πῶς ὁ Σκιπίων πρὸς μὲν τὸ πλῆθος διελύθη, τοὺς δὲ αἰτίους ἐκόλαζε πικρῶς.

Quomodo Scipio venia multitudini conceſſa admiſſæ culpæ, in mali auctores ſevere animadverterit.

23 Πόπλιος δὲ καίπερ ἤδη πεῖραν εἰληφὼς τῶν πραγμάτων ἐφ' ἱκανὸν, ὅμως οὐδέποτε μᾶλλον εἰς ἀπορίαν ἧκε καὶ δυσχρηστίαν. καὶ τοῦτ' ἔπαχε κατὰ λόγον· καθάπερ γὰρ ἐπὶ τῶν σωμάτων, τὰς μὲν ἐκτὸς αἰτίας τοῦ βλάπτειν, λέγω δ' οἷον ψύχους, καύματος, κόπου, τραυμάτων, καὶ πρὶν γενέσθαι, φυλάξασθαι δυνατὸν, καὶ γενομέναις εὐμαρὲς βοηθῆσαι· τὰ δ' ἐξ αὐτῶν τῶν σωμάτων γινόμενα φύματα καὶ νόσους, δυσχερὲς μὲν προϊδέσθαι, δυσχερὲς δὲ γενομένοις βοηθεῖν. τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ περὶ πολιτείας καὶ περὶ στρατοπέδων διαληπτέον. πρὸς μὲν γὰρ τὰς ἔξωθεν ἐπιβουλὰς καὶ πολέμους, πρόχειρος ὁ τρόπος τῆς παρασκευῆς, καὶ βοηθείας τοῖς ἀφιστάνουσι· πρὸς δὲ τὰς ἐν αὐτοῖς γινομένας ἀντιπολιτείας καὶ στάσεις καὶ ταραχὰς, δύσχρηστος ἡ βοήθεια, καὶ μεγάλης ἐπιδεξιότητος, καὶ διαφερούσης ἀγχινοίας δεομένη. Πλὴν ἓν παράγγελμα τοῖς πᾶσιν ἁρμόζει καὶ στρατοπέδοις καὶ πόλεσι καὶ σώμασιν, ὡς ἐμὴ δόξα· τοῦτο δ' ἐστὶ τὸ μη-

Etsi erat Scipio non mediocri jam uſu rerum exercitus, nunquam tamen inopia conſilii magis laboravit, neque difficultatibus majoribus fuit affectus, quàm nuntio de ſeditione militum Romanorum, qui Sucrone erant, accepto. & merito id quidem. Nam ſicut nocivæ corporibus cauſæ, extrinſecus advenientes, velut frigora, æſtus, laſſitudo, vulnera, & prius quam contingant, poſſunt caveri; & ubi contigerunt curari facile queunt: at quæ ex ipſis ortum habent corporibus ulcera aut morbi, & prius quàm oriantur, difficile prævidentur; & ſemel orta, difficile curantur: ſic & de Rebuſp. atque exercitibus idem eſt ſentiendum. Nam adverſus inſidias quidem & bella externorum hoſtium, apparatus & auxilia invenire proclive eſt, ſerio in eam curam incumbentibus: at quę in illis ipſis excitantur contrariarum factionum ſtudia, ſeditiones atque tumultus, & remedium vix ęgre patiuntur; & id ipſum magna dexteritate & eximia quadam opus habet ſollertia. Cenſeo tamen ego, omnibus exercitibus, Rebuſp. & ſocietatum corporibus unicum hoc congruere præceptum: nę in iis

in iis quæ jam diximus ceſſatio ab opere, aut otium diuturnius hominibus concedatur: idque præcipue rebus ſecundis, & quoties annonæ larga ſuppetit copia. Cæterum Scipio, qui ut initio diximus, homo eſſet ſingulari diligentia præditus, ſollertia & navitate, Tribunis militum congregatis, præſenti malo ut remedium hoc admoveretur, auctor fuit. Militibus ſtipendiorum ſuorum ſolutionem promittendam pro ſententia dixit: eaque pollicitatio ut fidem inveniret; quæ ad ſuſtentandum univerſum exercitum jam antè per omnes civitates imperatæ eſſent pecuniæ, eas in præſentia propalam & cum ſtudio eſſe exigendas; ea videlicet fine, ut ad ſolutionem dictorum ſtipendiorum cogi pecunia exiſtimetur. faciendum item eſſe, ut tribuni iidem atque antè, ad eos profecti auctores eis ſint, atque adeo petant ab ipſis, errorem ut emendare velint, & ad accipienda ſtipendia, vel ſinguli ad Imperatorem accedant, vel ſi ita maluerint, omnes ſimul. His ita expeditis, de cætero jam quid facto eſſet opus, è re nata conſilium fore capiendum dixit. Poſtquam ab iſtis hæc eſſent ad iſtum modum excogitata, ad pecuniam cogendam ſtudium omne eorum eſt converſum. Ubi Tribuni quæ conſtituta fuerant renuntiaſſent, Publius iis cognitis, deliberandum in concilio propoſuit, ſuper iis quæ eſſent porrò facienda. Placuit igitur illis, edictum proponere, ut dicta die omnes Carthaginem convenirent; & multitudini quidem veniam largiri, in ſeditionis verò auctores ſevere animadvertere. erant autem hi numero

δέποτε ἐὰν ἐπὶ πολὺ ῥαθυμεῖν καὶ σχολάζειν περὶ μηδὲν τῶν προειρημένων, ἥκιστα δ' ἐν ταῖς εὐροίαις τῶν πραγμάτων, καὶ ἐν ταῖς δαψιλείαις τῶν ἐπιτηδείων. Πλὴν ὅγε Πόπλιος ἅτε διαφερόντως ἐπιμελὴς ὢν, καθάπερ ἐξ ἀρχῆς εἶπον, ἔτι δ' ἀγχίνους καὶ πρακτικὸς, συναθροίσας τοὺς χιλιάρχους, τοιάνδε τινὰ τῶν ἐνεστώτων εἰσηγεῖτο λύσιν. ἔφη γὰρ, δεῖν ἀναδέξασθαι τοῖς στρατιώταις τὴν τῶν ὀψωνίων ἀπόδοσιν· χάριν δὲ τοῦ πιστεύεσθαι τὴν ἐπαγγελίαν, τὰς ἐπιτεταγμένας εἰσφορὰς ταῖς πόλεσι πρότερον εἰς τὴν τοῦ παντὸς στρατοπέδου χορηγίαν, ταύτας νῦν ἀθροίζειν ἐπιφανῶς καὶ μετὰ σπουδῆς, ὡς περὶ τὴν διόρθωσιν τῶν ὀψωνίων γινομένης τῆς παρασκευῆς. τοὺς δὲ χιλιάρχους τοὺς αὐτοὺς πάλιν πορευθέντας, ἀξιοῦν καὶ παρακαλεῖν μετατίθεσθαι τὴν ἄγνοιαν, καὶ κομίζεσθαι τὰς σιταρχίας, παραγινομένους ὡς αὐτὸν, ἄν τε κατὰ μέρη τοῦτο βούλωνται ποιεῖν, ἄνθ' ὁμοῦ πάντες. γενομένου δὲ τούτου, τὸ λοιπὸν ἤδη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἔφη δεῖν βουλεύεσθαι, τί δέον ἐστὶ πράττειν. οὗτοι μὲν οὖν 24
ταῦτα διανοηθέντες, ἐγίγνοντο περὶ τὴν τῶν χρημάτων ἐπιμέλειαν. Τῶν δὲ χιλιάρχων διασαφούντων τὰ δεδογμένα, γνοὺς ὁ Πόπλιος, ἀνεκοινοῦτο τῷ συνεδρίῳ τί δέον ἐστὶ ποιεῖν. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἡμέραν διασαφήσαντας, εἰς ἣν δεήσει παρεῖναι, πρὸς μὲν τὸ πλῆθος διαλύεσθαι, τοὺς δ' αἰτίους κολάζειν πικρῶς. οὗ-

τοι δ' ἦσαν εἰς πέντε καὶ τριάκοντα τὸν ἀριθμόν. Τῆς δ' ἡμέρας ἐπελθούσης, καὶ παραγινομένων τῶν ἀποστατῶν, ἐπί τε τὰς διαλύσεις καὶ τὴν κομιδὴν τῶν ὀψωνίων, τοῖς μὲν χιλιάρχοις τοῖς πρεσβεύουσι συνέταξε δι' ἀπορρήτων ὁ Πόπλιος ἀπαντᾶν τοῖς ἀποστάταις· καὶ διελομένους, ἕκαστον πέντε τῶν ἀρχηγῶν τῆς στάσεως, εὐθέως κατὰ τὴν ἀπάντησιν φιλανθρωπεῖν καὶ καλεῖν ὡς αὐτοὺς, μάλιστα μὲν πρὸς κατασκήνωσιν· εἰ δ' ἂν μὴ δύνωνται τοῦτο, πρός γε δεῖπνον, καὶ τοιαύτην συνουσίαν. τῷ δὲ μεθ' ἑαυτοῦ στρατοπέδῳ παρήγγειλε πρὸ ἡμερῶν τριῶν ἐφόδια παρεσκευάσθαι εἰς πλείω χρόνον ὡς ἐπὶ τὸν Ανδοβάλην αὐτόμολον Μάρκῳ πορευομένῳ· ὃ καὶ θαρσαλεωτέρους αὐτοὺς ἀκούσαντας ἐποίησε τοὺς ἀποστάντας. ἐν αὐτοῖς γὰρ ὑπέλαβον ἔσεσθαι τὴν πλείστην ἐξουσίαν, ἐπειδὰν συμμίξωσι τῷ στρατηγῷ, τῶν ἄλλων στρατοπέδων κεχωρισμένων. συνεγγιζόντων δ' αὐτῶν τῇ πόλει, τοῖς μὲν ἄλλοις στρατιώταις εἰς τὴν ἐπαύριον ἅμα τῷ φωτὶ παρήγγελτο μετὰ τῆς παρασκευῆς ἐξάγειν· τοῖς δὲ χιλιάρχοις καὶ τοῖς ἐπάρχοις * ὅταν ἐκπορευομένοις μετὰ τὸ πρώτως μὲν ἀποσκευὰς ἀποτίθεναι, τοὺς δὲ στρατιώτας κατέχειν ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπὶ τῆς πύλης. κἄπειτα διελεῖν σφᾶς ἐφ' ἑκάστην τῶν πυλῶν, καὶ φροντίζειν ἵνα μηδεὶς ἐκπορεύηται τῶν ἀποστατῶν. οἱ δὲ πρὸς τὴν ἀπάντησιν ἀποτεταγμένοι, συμμίξαντες τοῖς παραγινομένοις πρὸς αὐτοὺς, ἀπῆγον μετὰ φιλανθρωπίας τοὺς ἐν ταῖς αἰτίαις, κατὰ τὸ συντεταγμένον. τούτοις μὲν οὖν ὑπ' αὐτὸν τὸν καιρὸν ἐρρήθη

ad quinque & triginta. Ubi dies venit, poſtquam ſeditioſi milites & ad ſeditionem tollendam, & ad ſtipendia accipienda adveniſſent, Tribunis ſeptem qui & antea Sucronem ad leniendam ſeditionem ierant, arcanò præcepit Scipio; ut ſeditioſis obviam procederent, & principum ſeditionis partitione inter ipſos inſtituta, ſinguli quinos eorum in ipſo occurſu benignè appellatos, maxime quidem ad contubernium, ſin id minus poſſent, ad convivium certe & adventitiam cænam invitarent. Exercitui quem habebat ſecum Carthagine, ante triduum Scipio edixerat, ut cibaria plurium dierum pararet, cum M. Syllano adverſus Indibilem transfugam profecturus: quæ res ut à ſeditioſis eſt audita, animos illis ſupra modum fecit: ſic enim exiſtimabant, poſt alterius exercitus profectionem, ſe ubi ad Imperatorem veniſſent, in ſua poteſtate pleraque omnia habituros. Jam prope urbem erat ventum, cum militibus cæteris prima luce proficiſci juſſis, Tribunis & Pręfectis mandatum eſt, ut tanquam mox exituri, impedimenta quidem prima emitterent: at milites armatos in porta retinerent. deinde ut in ſingulas portas dividerent ſeſe, viderentque magna cura, ne quis ſeditioſorum exiret. Tribuni quibus prodeundi obviam provincia fuerat demandata, poſtquam venientibus occurriſſent, comitate verborum ſontes ad ſe, uti fuerat conſtitutum, adduxerunt. Fuerat Tribunis imperatum, ut eos ſtatim ſine ulla mora comprehenderent, ac mox peracta cœna eoſdem vincirent cuſtodi-

ſtodirentque: poteſtate exeundi hoſpitio nemini facta; eo dumtaxat excepto, qui ordinem rei apud ſingulos geſtæ Imperatori eſſet renuntiaturus. Poſtquam Tribuni quod juſſi fuerant peregiſſent, die inſequenti videns Scipio exercitum qui advenerat in foro congregatum ſtare, concionem militum luce prima advocat. Simulac datum eſt ſignum conveniendi, omnes confeſtim, pro more conſueto accurrere, menteſque omnium futuri exſpectatione ſuſpendi; ecquando Imperatorem eſſent viſuri; ecquid ab eo de rebus præſentibus audituri. Eo tempore Publius ad Tribunos circa portas miſit, ut armatos adducerent, & concioni ab tergo circunfunderent. Ipſe progreſſus in medium, ut primum apparuit, de ſtatu mentis circunſtantes dejecit. Vulgo enim plerique male ipſum habere quum putarent; ut præter opinionem bene valentem viderunt, ſpecies ipſa & color terrore intuentes defixit. Ibi tum Scipio ſuam orationem hoc fere modo eſt exorſus: Mirari enim ſe dixit, quid potiſſimum in rebus ſuis tantopere eorum animos offendiſſet; aut qua tandem ſpe freti defectionem ſuſtinuiſſent moliri. Tres ſiquidem eſſe cauſſas, propter quas contra patriam & eos qui ſummam rerum obtinent, ſeditionem concitare homines audeant: cum vel iis qui præſunt aliquo nomine ſuccenſent, & eorum imperium graviter ferunt; vel in præſenti ſtatu non acquieſcunt; vel denique ubi majora concupiſcentes in lætioris Fortunę ſpem venerunt. Age nunc dicite mihi, quid horum fuit quod

συλλαβεῖν· τοὺς δ' ἄνδρας ἐπειδὰν
δειπνήσωσι, δήσαντας τηρεῖν, μηδενὸς
ἐπὶ τῶν ἔνδον ἐκπορευομένου, πλὴν τοῦ
διασαφήσοντος τῷ στρατηγῷ παρ'
ἑκάστου τὸ γεγονός. Πραξάντων δὲ
τῶν χιλιάρχων τὸ συνταχθὲν, εἰς τὴν
ἐπιοῦσαν ὁ στρατηγὸς ἅμα τῷ φωτὶ
θεωρῶν τοὺς παραγινομένους ἠθροι-
σμένους εἰς τὴν ἀγορὰν, συνεκάλει
τὴν ἐκκλησίαν. πάντων δὲ συντρεχόν-
των κατὰ τὸν ἐθισμὸν ἅμα τῷ σημῆ-
ναι, καὶ μετεώρων ὄντων ταῖς δια-
νοίαις, πότ' ὄψονται τὸν στρατηγὸν, καὶ
τί ποτ' ἀκούσονται περὶ τῶν ἐνεστώ-
των· πρὸς μὲν τοὺς ἐπὶ τῶν πυλῶν
χιλιάρχους ὁ Πόπλιος διεπέμ-
ψατο, κελεύων αὐτοὺς ἄγειν τοὺς στρα-
τιώτας ἐν τοῖς ὅπλοις καὶ περιστῆναι
τὴν ἐκκλησίαν· αὐτὸς δὲ προπο-
ρευθεὶς, ἐξέστησε ταῖς διανοίαις
πάντας εὐθέως κατὰ τὴν πρώτην φαν-
τασίαν. ἔτι γὰρ ὑπολαμβάνοντες αὐ-
τὸν ἀσθενῶς ἔχειν οἱ πολλοὶ, κἄπειτα
παρὰ τὴν προσδοκίαν αἰφνιδίως ἐρ-
ρωμένον θεασάμενοι, κατὰ τὴν ἐπιφα-
σιν κατεπλάγησαν. οὐ μὴν ἀλλ' οὕτω
πως ἤρξατο τῶν λόγων. Ἔφη γὰρ θαυ- 26
μάζειν τίνι δυσαρεστήσαντες, ἢ ποί-
αις ἐλπίσιν ἐπαρθέντες, ἐπεβάλλον-
το ποιεῖσθαι τὴν ἀπόστασιν. τρεῖς
γὰρ αἰτίας εἶναι, δι' ἃς τολμῶσι
στασιάζειν ἄνθρωποι πρὸς πατρί-
δα καὶ τοὺς ἡγουμένους· ὅταν
ἐφεστῶσι μέμφωνταί τι καὶ δυσ-
χεραίνωσιν· ἢ τοῖς ὑποκειμένοις
πράγμασι δυσαρεστῶσιν· ἢ καὶ νὴ
Δία μειζόνων ὀρεχθῶσι καὶ καλ-
λιόνων ἐλπίδων. Ἐρωτῶ δὲ τί
τούτων ὑμῖν ὑπῆρξεν; ἐμοὶ δηλο-
νότι δυσαρεστήσατε, διότι τὰς σι-

vos moveret? Mihi videlicet of-

ταρχίας ὑμῖν οὐκ ἀπεδίδουν; ἀλλὰ τοῦτο ἐμὸν μὲν οὐκ ἦν ἔγκλημα. κατὰ γὰρ τὴν ἐμὴν ἀρχὴν, οὐδὲν ὑμῖν ἐνέλιπε τῶν ὀψωνίων· εἰ δ' ἄρα, ἐκ τῆς Ῥώμης, διότι τὰ πάλαι προσοφειλόμενα νῦν οὐ διωρθοῦτο. πότερον οὖν ἐχρῆν ἀποστάτας γινομένους τῆς πατρίδος καὶ πολεμίους τῆς θρεψάσης οὕτως ἐγκαλεῖν; ἢ παρόντας λέγειν μὲν περὶ τούτων πρὸς ἐμὲ, παρακαλεῖν δὲ τοὺς φίλους συνεπιλαβέσθαι καὶ βοηθεῖν ὑμῖν; δοκῶ γὰρ ἦν τοῦτο βέλτιον. τοῖς μὲν γὰρ μισθοῦ παρά τισι στρατευομένοις, ἔστιν ὅτε συγγνώμην δοτέον, ἀφισταμένοις τῶν μισθοδοτῶν. τοῖς δ' ὑπὲρ ἑαυτῶν πολεμοῦσι καὶ γυναικῶν ἰδίων καὶ τέκνων, οὐδαμῶς συγχωρητέον. ἔστι γὰρ παραπλήσιον, ὡς ἂν εἴ τις ὑπὸ γονέος ἰδίου φάσκων εἰς ἀργυρίου λόγον ἀδικεῖσθαι, παρείη μετὰ τῶν ὅπλων ἀποκτενῶν τοῦτον, παρ' οὗ τὸ ζῆν αὐτὸς ἔλαβε· Νὴ Δί', ἀλλ' ἐγὼ τὰς μὲν κακοπαθείας ὑμῖν καὶ τοὺς κινδύνους πλείους, ἢ τοῖς ἄλλοις ἐπέταττον, τὰ δὲ λυσιτελῆ καὶ τὰς ὠφελείας ἑτέροις μᾶλλον ἐμέριζον. ἀλλ' οὐδὲ τολμᾶτε τοῦτο λέγειν· οὐδὲ τολμήσαντες, δύναισθ' ἂν ἀποδεῖξαι. Τί οὖν ἐστιν ἐφ' ᾧ δυσαρεστούμενοι κατὰ τὸ παρὸν ἡμῖν, τὰς ἀποστάσεις ἐποιήσασθε; τοῦτο βούλομαι πυθέσθαι. δοκῶ μὲν γὰρ οὐδὲν οὔτ' ἐρεῖν, οὔτ' ἐπινοήσειν ὑμᾶς
27 οὐδένα. Καὶ μὴν οὐδὲ τοῖς ὑπο-

fenſi eratis, quod ſtipendia vobis non ſolverem. Atqui mea in eo nulla profectò culpa eſt: nam per me quidem & eam quę penes me eſt poteſtatem, nulla pars veſtri ſtipendii vobis unquam defuit: quod ſi ulla hic culpa fuit, Roma una eſt, cui ea ſit adſcribenda: quę ea vobis in præſentia non pręſtat, quę dudum debentur. Quid? eane vobis ſatis digna cauſſa fuit, cur ita mihi ſuccenſeretis, ut ſimul à patria deſciſceretis? & ut ejus quæ vos tulit atque educavit hoſtes evaderetis? an illud potius vobis erat faciendum; ut accedentes ad me, de ea re mecum ageretis, amicos etiam ut petitionem veſtram adjuvarent, & opem vobis ferrent, rogaretis. id enim, judicio meo, ſatius erat futurum. Iis ſane qui mercede alicui militant, interdum ignoſcas, ſi eos deſerant, à quibus ſoliti ſunt mercedem accipere; at illis qui bella pro ſeipſis gerunt, pro conjugibus liberiſque ſuis, nulla ejuſmodi concedenda eſt venia. Nam hoc perinde eſt, ut ſi quis pecuniæ alicujus fraudem ſibi à parente factam dictitans, propterea armatus ipſum iret occiſum, à quo vitam accepit. Verum ego, ſi diis placet, duriores labores & plura pericula vobis quàm cæteris imperabam: commoda militiæ & emolumenta aliis potius quàm vobis tribuebam. hoc vero ne vos quidem dicere audetis; neque ſi auſi eſſetis, probare unquam poſſetis. Quid igitur dicere habetis, quare ipſe in tanta apud vos ſim offenſa, ut propterea deficiendum à nobis, quod in præſentia feciſtis, vobis fuerit? iſtud ego vos per mihi velim dicere. nam equidem nihil ab ullo veſtrum dictum ac ne excogitatum quidem iri exiſtimo. Tædio certè præſentis ſtatus id nequa-

nequaquã eſt factum. quando enim Fortunæ major fuit ſerenitas? quando ad res bene gerendas pręſidia majora Roma habuit? quando militaribus viris ſpes majores quàm nunc propoſitæ? Sed dicet fortaſſe aliquis ex iis qui de Fortuna populi Rom. deſperant, plura apud hoſtes commoda oſtentari, ſpes majores & certiores. Cedò vero, apud quos hoſtes? apud Indibilem, credo, & Mandonium. quaſi verò ignoret quiſquam veſtrum, iſtos fluxa fide antea uſos, à Pœnis ad nos tranſiiſſe; nunc verò ſpreta iterum juriſiurandi religione ac fide, hoſtes populi Romani repente eſſe factos. Præclarum vero facinus, fidem iſtorum ſecutos eſſe vos, ut patriæ perduelles fieretis. Sed nec in vobis ipſis obtinendæ Hiſpaniæ ſpes ulla erat ponenda. qui quidem neque ſi Indibili conjungamini, neque ſi propriis ſeparatim viribus utamini, ad prælio nobiſcũ decernendũ idonei ſitis futuri. Quid igitur, obſecro vos, ſpectabatis? aveo enim id à vobis intelligere. An vos hoc facinus auſi eſtis, uſu rei militaris & virtute freti eorum ducum, quos jam elegiſtis? an faſcibus & ſecuribus eſtis confiſi, quæ ipſos præcedunt? de quibus ne plura quidem verba facere ſit honeſtum. Enimvero omnium eorum quę diximus nihil fuit quod vos moveret: neque ulla juſta vobis cauſſa ſuppeditat, quam adverſus nos aut adverſus patriam afferatis. Sed veſtrum patrocinium tum apud populum Rom. tum apud me ipſum ego jam ſuſcipiam; & certa atque indubitata omnium mortalium jura in medium afferam. Nimirum ita eſt:

κειμένοις ἀγάλλοντας. πότε γὰρ εὐεργία πραγμάτων μείζων; πότε δὲ πλείω προτερήματα γέγονε τῇ Ῥώμῃ; πότε δὲ τοῖς στρατευομένοις μείζους ἐλπίδες, ἢ νῦν; ἀλλ' ἴσως ἐρεῖ τις τῶν ἀπηλπικότων, ὅτι πλείω τὰ λυσιτελῆ τὰ παρὰ τοῖς ἐχθροῖς προὐφαίνετο, καὶ μείζους ἐλπίδες καὶ βεβαιότεραι; παρὰ τίσι δὴ τούτοις; ἢ παρ' Ἀνδοβάλῃ καὶ Μανδονίῳ; καὶ τίς ὑμῶν οὐκ οἶδε, διότι πρότερον μὲν οὗτοι παρασπονδήσαντες Καρχηδονίους, πρὸς ἡμᾶς ἀπέστησαν· νῦν δὲ πάλιν ἀθετήσαντες τοὺς ὅρκους καὶ τὴν πίστιν, ἐχθροὺς ἡμῖν σφᾶς αὐτοὺς ἀναδεδείχασι; Καλόν γε τούτοις πιστεύσαντας, πολεμίους γενέσθαι τῆς ἑαυτῶν πατρίδος. Οὐ μὴν οὐδ' ἐν αὐτοῖς εἴχετε τὰς ἐλπίδας, ὡς κρατήσοντες τῆς Ἰβηρίας. οὐδὲ γὰρ μετ' Ἀνδοβάλου ταχθέντες, ἱκανοὶ πρὸς ἡμᾶς ἦτε διακινδυνεύειν, μήτε καθ' ἑαυτοὺς ταττόμενοι. τί οὖν ἦν, ᾧ προσείχετε; πυθέσθαι γὰρ ἂν βουλοίμην ὑμῶν. ἢ διὰ τὸ ταῖς ἐμπειρίαις τῶν νῦν προχειρισθέντων ἡγεμόνων καὶ ταῖς ἀρεταῖς πιστεύοντες; ἢ καὶ ταῖς ῥάβδοις καὶ τοῖς πελέκεσι τοῖς προηγουμένοις αὐτῶν; ὑπὲρ ὧν οὐδὲ λέγειν πλεῖον καλόν. ἀλλ' οὐκ ἔστι τούτων ὦ ἄνδρες οὐδέν· οὐδ' ἂν ἔχοιθ' ὑμεῖς δίκαιον οὐδὲ τοὐλάχιστον εἰπεῖν, οὔτε πρὸς ἡμᾶς, οὔτε πρὸς τὴν πατρίδα. Διόπερ ἐγὼ περὶ ὑμῶν πρός τε τὴν Ῥώμην καὶ πρὸς αὐτὸν ἀπολογήσομαι, τὰ παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὁμολογούμενα δίκαια προθέμενος. ταῦτα δ' ἐστί· διότι

πᾶς ὄχλος εὐπαραλόγιστος ὑπάρχει, καὶ πρὸς πᾶν εὐάγωγος. ὅθεν αἰεὶ τὸ παραπλήσιον πάθος συμβαίνει περί τε τοὺς ὄχλους καὶ τὴν θάλατταν. καθάπερ γὰρ κἀκείνης ἡ μὲν ἰδία φύσις ἐστὶν ἀβλαβὴς τοῖς χρωμένοις καὶ στάσιμος· ὅταν δ᾽ εἰς αὐτὴν ἐμπέσῃ τὰ πνεύματα βίᾳ, τοιαύτη φαίνεται τοῖς χρωμένοις, οἷοί τινες ἂν ὦσιν οἱ κυκλοῦντες αὐτὴν ἄνεμοι. τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὸ πλῆθος ἀεὶ φαίνεται γίγνεσθαι πρὸς τοὺς χρωμένους, οἵους ἂν ἔχοι προστάτας καὶ συμβούλους. Διὸ κἀγὼ νῦν καὶ πάντες οἱ προεστῶτες τοῦ στρατοπέδου, πρὸς μὲν ὑμᾶς διαλυόμεθα, καὶ πίστιν δίδομεν ἐφ᾽ ᾧ μὴ μνησικακήσειν· πρὸς δὲ τοὺς αἰτίους ἀκαταλλάκτως διακείμεθα, κολάζειν αὐτοὺς ἀξίως καὶ τῶν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ τῶν εἰς ἡμᾶς ἡμαρτημένων. Ἅμα δὲ ταῦτ᾽ ἔλεγεν,
28 καὶ κύκλῳ μὲν οἱ στρατιῶται περιεστῶτες ἐν τοῖς ὅπλοις ἀπὸ παραγγέλματος, συνεψόφησαν ταῖς μαχαίραις τοὺς θυρεούς· ἅμα δὲ τούτοις δεδεμένοι γυμνοὶ οἱ τῆς στάσεως αἴτιοι γεγονότες εἰσήγοντο. τῷ δὲ πλήθει τοιοῦτον ὑπέστη δέος ὑπό τε τοῦ πέριξ φόβου καὶ τῶν κατὰ πρόσωπον δεινῶν, ὥστε τῶν μὲν μαστιγουμένων, τῶν δὲ πελεκιζομένων, μήτε τὴν ὄψιν ἀλλοιῶσαι, μήτε φωνὴν προέσθαι μηδένα, μένειν δὲ πάντας ἀχανεῖς ἐκπεπληγμένους πρὸς τὸ συμβαῖνον. Οἱ μὲν οὖν ἀρχηγοὶ τῶν κακῶν αἰκισθέντες, εἵλκοντο διὰ μέσου ἀπηλλαγμένοι τοῦ ζῆν. οἱ δὲ λοιποὶ παρὰ

omnis multitudo & in fraudem facile delabitur, & ad quævis facile impellitur. itaque maris & vulgi ſimilis ſemper eſt natura. Quemadmodum enim mare ſuapte natura innoxium eſt utentibus & quietum; ubi vero cum violentia in ipſum venti incubuerunt, mare quoque erga navigantes tale exiſtit, quales fuerunt venti à quibus omni ex parte agitatur. Plane ad hoc inſtar, etiam multitudo talis ſemper reperitur eſſe erga ſuos rectores, quales illi fuerint quos ipſa patronos nacta eſt, & conſiliarios. Propterea & ego & omnes qui exercitui præſunt, vobiſcum ante omnia in gratiam redimus; & rerum præteritarum nullam deinceps in animis noſtris hæſuram memoriam ſancte vobis pollicemur. qui è contrario adverſus principes ſeditionis inexorabiles, ſceleris in nos & patriam admiſſi dignas ab ipſis pœnas ſumus exacturi. Vix finem dicendi fecerat Scipio, cum armati qui corona concionem circumdederant, data teſſera gladiis ad ſcuta concrepuerunt. Simul ſeditionis auctores vincti nudique in medium ſunt producti, multitudinem tantus invaſit terror, tum ob eum metum qui undique à tergo oſtendebatur, tum ob triſte ſpectaculum, quod ante oculos obverſabatur; ut quum alii virgis cæderentur, alii ſecuri percuterentur, vultum nemo mutaret, vocem nemo mitteret; ſed attoniti & ſtupore ejus quod gerebatur torpidi manerent. Dum autem qui defectionis auctores aliis exſtiterant cruciati ac vita ſpoliati, per mediam concionem trahebantur; reliqui ab Imperatore

ratore & cęteris ducibus fidem ſimul omnes accipiebant, memoriam prę-teritorum nemini apud quenquam fraudi futuram. deinde ubi ad Tribunos ſinguli acceſſerant, apud illos jurabant, ſe mandatis Imperatorum obtemperaturos, neque adverſus populum Rom. quicquam eſſe molituros. Ita Scipio, quum magnorum malorum initia quę jam radices egerant, prudenter repreſſiſſet, in eandem mentem & animorum habitum ſuos reſtituit, quo prius erant.

Quomodo Scipio, expeditione ſuſcepta adverſus Indibilem & reliquos Hiſpanos qui defecerant, iis victis, coronidem rebus à ſe geſtis in Hiſpania impoſuerit, ac mox ad triumphum Romam redierit.

PUBLIUS Scipio in urbe ipſa Carthagine Nova concione militum confeſtim advocata, de Indibilis audacia, & perfidia in Romanos apud eos diſſervit: quam in ſententiam quum multa attuliſſet, multitudinis animos adverſus iſtos regulos vehementer concitavit. Prelia deinde illis commemoravit, cum Hiſpanis & Carthaginienſibus habita, qui Pœnis ducibus utebantur. è quibus præliis quum ſemper Romani victores redierint, non jam metuendum eſſe cuiquam, ne forte in eo bello quod cum Hiſpanis ſolis ſint geſturi, & quod ductu atque auſpiciis Indibilis ſit adminiſtrandum, acie decertantes vincantur. Iccirco ad ſocietatem hujus belli neminem

μὲν τοῦ στρατηγοῦ καὶ τῶν ἄλλων ἀρχόντων κατὰ κοινοῦ ἔλαβον τὰς πίστεις, ἐφ' ᾧ μηδένα μηδενὶ μνησικακήσειν· αὐτοὶ δὲ καθ' ἕνα προϊόντες, ὤμνυον τοῖς χιλιάρχοις, ἦ μὴν πειθαρχήσειν τοῖς παραγγελλομένοις ὑπὸ τῶν ἀρχόντων, καὶ μηδὲν ὑπεναντίον φρονήσειν τῇ Ῥώμῃ. Πόπλιος μὲν οὖν μεγάλων κινδύνων ἀρχὴν φυομένων καλῶς διορθωσάμενος, πάλιν ἀποκατέστησε τὰς οἰκείας δυνάμεις εἰς τὴν ἐξ ἀρχῆς διάθεσιν.

Πῶς ὁ Σκιπίων προελθεὶς ἐπὶ τὸν Ανδοβάλην καὶ ἄλλους τῶν Ἰβήρων ἀποστατήσαντας, καὶ τούτους μάχῃ νικήσας, συντέλειαν ἐπιτέθεικε τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρείαν ἔργοις, καὶ εἰς τὴν Ῥώμην θρίαμβον κατῆγε.

Ὁ ΔΕ Πόπλιος συναθροίσας 29
εὐθέως ἐν αὐτῇ τῇ Καρχηδόνι τὰς δυνάμεις εἰς ἐκκλησίαν, ἔλεγε περί τε τῆς Ἀνδοβάλου τόλμης, καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ἀθεσίας. καὶ πολλὰ πρὸς τοῦτο τὸ μέρος ἐνεγκάμενος, παρώξυνε τοὺς πολλοὺς πρὸς τὴν κατὰ τῶν προειρημένων δυναστῶν ὁρμήν. ἐπὶ δὲ τούτοις ἐξηριθμήσατο τοὺς προγεγενημένους αὐτοῖς ἀγῶνας πρὸς Ἴβηρας ὁμοῦ καὶ πρὸς Καρχηδονίους, στρατηγούντων Καρχηδονίων. ἐν οἷς ἀεὶ νικῶντας, οὐ καθήκειν, ἔφη, νυνὶ διαπτεῖν, μήποτε πρὸς αὐτοὺς Ἴβηρας Ανδοβάλου στρατηγοῦντος μαχόμενοι λειφθῶσι. Διόπερ οὐδὲ προσδέξασθαι συναγω-

νιστὴν Ἰβήρων οὐδένα καθάπαξ ἔφη, δι' αὐτῶν δὲ Ῥωμαίων συστήσεσθαι τὸν κίνδυνον· ἵνα φανερὸν γένηται πᾶσιν, ὡς οὐκ Ἴβηρσι Καρχηδονίους καταπολεμησάμενοι, καθάπερ ἔνιοι φασὶν, ἐξεβάλομεν ἐξ Ἰβηρίας· ἀλλὰ καὶ Καρχηδονίους καὶ Κελτίβηρας τῇ Ῥωμαίων ἀρετῇ καὶ τῇ σφετέρᾳ γενναιότητι νενικήκαμεν. ταῦτα δ' εἰπὼν, ὁμονοεῖν παρῄνει καὶ θαῤῥοῦντας εἰ καὶ πρὸς ἄλλον τινὰ, καὶ πρὸς τοῦτον ἰέναι τὸν κίνδυνον. περὶ δὲ τοῦ νικᾶν, αὐτὸς ἔφη μετὰ τῶν θεῶν ποιήσεσθαι τὴν καθήκουσαν πρόνοιαν. τῷ δὲ πλήθει τοιαύτη παρέστη προθυμία καὶ θάρσος, ὥστε παραπλησίους εἶναι πάντας ἐκ τῆς ἀπόψεως τοῖς ὁρῶσι τοὺς πολεμίους, καὶ μέλλουσιν ὅσον οὔπω πρὸς αὐτοὺς διακινδυνεύειν. τότε μὲν οὖν ταῦτ' εἰπὼν, διαφῆκε τὴν ἐκκλησίαν.

30 Τῇ δ' ἐπαύριον ἀναζεύξας προῆγε. καὶ παραγενηθεὶς ἐπὶ τὸν Ἴβηρα ποταμὸν δεκαταῖος, καὶ περαιωθεὶς τῇ τετάρτῃ μετὰ ταύτην προσεστρατοπέδευσε τοῖς ὑπεναντίοις, λαβὼν αὐλῶνά τινα μεταξὺ τῆς αὑτοῦ καὶ τῶν πολεμίων στρατοπεδείας. τῇ δ' ἑξῆς εἰς τὸν προειρημένον αὐλῶνα προσέβαλε τινὰ θρέμματα τῶν παρεπομένων τῷ στρατοπέδῳ, συντάξας ἑτοίμους ἔχειν τοὺς ἱππεῖς τῷ Γαΐῳ· τοὺς δὲ γροσφομάχους ἐπέταξε τῶν χιλιάρχων τισὶ παρασκευάζειν. ταχὺ δὲ τῶν Ἰβήρων ἐπιπεσόντων ἐπὶ τὰ θρέμματα, ἐφῆκε τῶν γροσφομάχων τινάς. γενομένης δὲ διὰ τούτων συμπλοκῆς, καὶ προσβοηθέντων ἑκατέροις πλειόνων, συνέστη μέγας ἀκροβολισμὸς τῶν πεζῶν περὶ τὸν αὐλῶνα. τοῦ δὲ καιροῦ παραγ-

prorſus Hiſpanorum velle ſe admittere: ſed Romano dumtaxat milite rem eſſe geſturum. omnes ut intelligant, non Hiſpanorum opera Carthaginienſes à nobis fuiſſe devictos, quod ajunt nonnulli, & ex Hiſpania dejectos: ſed Romanos ſua virtute & generoſa indole tum Carthaginienſes, tum Celtiberos viciſſe. His dictis ad concordiam eos eſt adhortatus, & ut fiduciȩ pleni ad hoc bellum, ſi ad ullum unquam aliud, proficiſcerentur. victoriam ſibi cum bonis diis, quantum par eſſet, curæ futuram. Hujuſmodi oratio eam alacritatem & fiduciam militum mentibus injecit, ut vultus ipſorum intuentibus ſimiles viderentur iis qui hoſtem in conſpectu habent, & acie cum illo jamjam ſunt decreturi. Ab hac oratione concionem Publius dimiſit. Die poſtero cum exercitu profectus, decimis caſtris pervenit ad Iberum flumen; inde ſuperato amni, die quarto in conſpectu hoſtium poſuit caſtra. campus autem montibus circunſeptus erat inter Punica Romanaque caſtra interjectus. Poſtridie ejus diei in dictam vallem pecora ex iis quæ impedimenta exercitus ſequuntur propulit; juſſo prius C. Lȩlio, paratos ut haberet equites, & ſimiliter Tribunorum nonnullis, ut præſto eſſent velites. quum è veſtigio Hiſpani in pecora incurriſſent, velites aliquot in eos immiſit. per hos commiſſo ſemel certamine, mox ab utraque parte pluribus accurrentibus, atrox peditum velitatio in ea valle eſt accenſa. Lælius qui, ut præce-

ptum

ptum ei fuerat, paratos equites ſecum habebat, è re nata occaſionem adeptus hoſtes adoriendi, occupatos in certamine cũ velitibus eſt aggreſſus, & à montis radicibus eos intercluſit, adeo ut plerique illorum palati per convallem ab equitibus perimerentur. Hoc pugnæ eventu irritati Barbari; quum præſertim vehementer metuerent, ne univerſo bello jam victi viderentur, & penitus perculſi; prima luce caſtris eduxere, & quicquid aderat illis virium in aciem direxere. Scipio etſi ad dimicandum paratus erat; quia tamen videbat Hiſpanos nullo judicio in vallem ſe demittere, & in patente campo non equites dumtaxat ordinare, verum etiam pedites; aliquandiu ſubſtitit eo conſilio, ut quamplurimos pedites in acie ſua hoſtes collocarent: licet namque victoriæ ſpem magnam in equitibus ſuis poneret, multo tamen in peditibus majorem; quod in pugnis ex compoſito ſumptis, & quoties pede collato res geritur, tum genere armorum, tum virtute miles Scipionis longe Hiſpano præſtaret. Ubi opportunum ei viſum eſt jam eſſe, diſpoſitis hoſtibus per infima clivi ſuos oppoſuit: adverſus eos qui in vallem deſcenderant quatuor cohortes ex acie ſua confertas induxit, & cum peditatu Punico prælium commiſit. Simul & C. Lælius per colles qui à pugnæ loco ad convallem uſque pertinebant equitatu circumducto, Hiſpanorum equites à tergo invaſit, eoſque ſecum dimicantes eſt moratus. itaque pedites equitum ſuorum præſidio nudati,

διδόντος εὐλόγους ἀφορμὰς πρὸς ἐπίθεσιν, ἔχων ὁ Γάϊος ἑτοίμους τοὺς ἱππεῖς κατὰ τὸ συνταχθὲν, ἐπεβάλλετο τοῖς ἀκροβολιζομένοις ἀποτεμνόμενος ἀπὸ τῆς παρωρείας· ὥστε τοὺς πλείους αὐτῶν κατὰ τὸν αὐλῶνα σκεδασθέντας ὑπὸ τῶν ἱππέων διαφθαρῆναι. γενομένου δὲ τούτου, παροξυνθέντες οἱ Βάρβαροι, καὶ διαγωνιάσαντες μὴ προηττηθέντες δόξωσι καὶ καταπεπλῆχθαι τοῖς ὅλοις, ἐξῆγον ἅμα τῷ φωτὶ, καὶ παρέταττον εἰς μάχην ἅπασαν τὴν δύναμιν. Ὁ δὲ Πόπλιος ἕτοιμος μὲν ἦν πρὸς τὴν χρείαν· θεωρῶν δὲ τοὺς Ἴβηρας ἀλογίστως συγκαταβαίνοντας εἰς τὸν αὐλῶνα, καὶ τάττοντας οὐ μόνον τοὺς ἱππεῖς, ἀλλὰ καὶ τοὺς πεζοὺς ἐν τοῖς ἐπιπέδοις, ἐπέμενε βουλόμενος ὡς πλείστους ταύτῃ χρήσασθαι τῇ παρεμβολῇ· πιστεύων μὲν καὶ τοῖς ἱππεῦσι τοῖς ἰδίοις, ἔτι δὲ μᾶλλον τοῖς πεζοῖς, διὰ τὸ κατὰ τὰς ἐξ ὁμολόγου καὶ συστάδην μάχας, τόν τε καθοπλισμὸν καὶ τοὺς ἄνδρας τοὺς παρ' αὐτῷ πολὺ διαφέρειν τῶν Ἰβήρων. ἐπεὶ δ' ἔδοξε τὸ 33
δέον αὐτῷ γεγονέναι, πρὸς μὲν τοὺς ἐν τῇ παρωρείᾳ τεταγμένους τῶν πολεμίων ἀντέταττε· πρὸς δὲ τοὺς εἰς τὸν αὐλῶνα καταβεβηκότας ἀθρόους ἄγων ἐκ τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ τέτταρας κόρτις, προσέβαλε τοῖς πεζοῖς τῶν ὑπεναντίων. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον καὶ Γάϊος Λαίλιος ἔχων τοὺς ἱππεῖς, προῆγε διὰ τῶν λόφων τῶν ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς ἐπὶ τὸν αὐλῶνα κατατεινόντων· καὶ προσέβαλλε τοῖς τῶν Ἰβήρων ἱππεῦσι κατὰ νώτου, καὶ συνεῖχε τούτους ἐν τῇ πρὸς αὐτὸν μάχῃ. λοιπὸν οἱ μὲν πεζοὶ τῶν ὑπεναντίων ἐρημωθέντες

τῆς τῶν ἱππέων χρείας, οἷς πιστεύσαντες εἰς τὸν αὐλῶνα κατέβησαν, ἐπιέζοντο καὶ κατεβαροῦντο τῇ μάχῃ. οἱ δ' ἱππεῖς τὸ παραπλήσιον ἔπασχον. ἀπειλημμένοι γὰρ ἐν στενῷ, καὶ δυσχρηστούμενοι πλείους ὑπ' αὐτῶν ἢ τῶν πολεμίων διεφθείροντο. τῶν μὲν ἰδίων πεζῶν ἐκ πλαγίου προσκειμένων αὐτοῖς, τῶν δὲ πολεμίων τῶν πεζῶν κατὰ πρόσωπον, τῶν δ' ἱππέων κατὰ νώτου προσεστώτων. τοιαύτης δὲ γινομένης τῆς μάχης, οἱ μὲν εἰς τὸν αὐλῶνα καταβάντες, σχεδὸν ἅπαντες διεφθάρησαν· οἱ δ' ἐν τῇ παρωρείᾳ διέφυγον. οὗτοι δ' ἦσαν εὔζωνοι, τρίτον δὲ μέρος τῆς ἁπάσης δυνάμεως· μεθ' ὧν καὶ τὸν Ἀνδοβάλην συνέβη διασωθέντα φυγεῖν εἴς τι χωρίον ὀχυρόν. Πόπλιος δὲ συντέλειαν ἐπιτεθεικὼς τοῖς κατὰ τὴν Ἰβηρίαν ἔργοις, παρῆν εἰς τὴν Ταρράκωνα, μεγίστης χαρᾶς κάλλιστον θρίαμβον καὶ καλλίστην νίκην τῇ πατρίδι κατάγων. σπεύδων δὲ μὴ καθυστερεῖν τῆς ἐν τῇ Ῥώμῃ καταστάσεως τῶν ὑπάτων, πάντα τὰ κατὰ τὴν Ἰβηρίαν διατάξας, καὶ παραδοὺς τὸ στρατόπεδον τοῖς περὶ τὸν Ἰούνιον καὶ Μάρκον, αὐτὸς ἀπέπλευσε μετὰ Γαΐου καὶ τῶν ἄλλων φίλων εἰς τὴν Ῥώμην.

Πῶς Ἀντίοχος πάλαι περιβλεπόμενος λύσιν τῶν πραγμάτων καὶ τοῦ κατὰ τῶν ἀποστησάντων πολέμου, μεσιτεύσαντος Τηλέου πρὸς Εὐθύδημον τὸν ὑπ' αὐτοῦ νικηθέντα εὐνοϊκῶς διελύθη.

32 ΚΑΙ γὰρ αὐτὸς ἦν ὁ Εὐθύδημος Μάγνης, πρὸς ὃν ἀπελογίζετο

quo maxime freti in vallem deſcenderant, gravi legionum agmine oppreſſi, pugnæ ſuſtinendæ pares non erant. In anguſto namque ſpatio deprehenſi, & magnis difficultatibus affecti, plures amittebant à ſuiſmet occiſos, quam ab Romanis: quum à lateribus ſui pedites eos læderent, ex adverſo peditatus hoſtium, à tergo denique equites undique imminerent. Hoc genere pugnæ, qui in convallem deſcenderant, omnes pene ſunt abſumpti: illi evaſerunt, qui in obliquo monte conſtiterant: hæc autem erat leviter armatorum manus, pars tertia admodum univerſi exercitus: cum iſtis & regulus Indibilis effugit, ſeque in munitum quendam locum recepit. Publius igitur ubi rebus Hiſpaniæ manum ſupremam impoſuiſſet, Tarraconem lætitia exultans venit, ut inde mox ſplendidiſſimum triumphum & pulcherrimam victoriam in patriam reportaret. qui ut conſularia comitia Romæ obire tempori poſſet, quod vehementer cupiebat, poſtquam omnia rite ordinaſſet, quæ ad Hiſpaniæ ſtatum pertinebant, exercitum etiam Junio Syllano & Martio tradidiſſet, cum C. Lælio & aliis amicis Romam decem navibus rediit.

Quomodo Antiochus, tædio affectus ob diuturnitatem belli contra eos qui rebellaverant in ſuperioribus ſatrapiis, Euthydemum quem acie vicerat, interprete Telea in amicitiam recepit.

LEGATUS Regis Antiochi cum ipſo Euthydemo Magnete diſceptabat:

ceptabat: qui dicebat, facere injuſte Antiochum qui ſe deturbare de regno tanto ſtudio contenderet. Neque enim à Rege ſe deſciviſſe; ſed quum alii deſciviſſent, eorum poſteros ſuſtuliſſe, & Bactrianorum imperium hoc pacto obtinuiſſe. Ubi in eandem ſententiam plura diſſeruiſſet, Teleam rogare inſtitit, ut pacis per benevolentiam conciliandæ interpres eſſe vellet; utque Antiochum oraret, ne regiam appellationem ſibi invideret, neque ejus decoris ſplendorem: quum præſertim, ſi huic petitioni Rex non adnueret, neutrius res futurę eſſent ſatis ſecurę. Adeſſe enim Nomadum Scytharum non exiguam manum, per quam utrique ſint periclitaturi: regionem certe univerſam, ſi ſemel incolę Nomadas admiſerint, abſque ulla controverſia Barbaris oppletam, in mores Barbaricos atque inſtituta degeneraturum. Hæc locutus, Teleam ad Antiochum miſit. Rex qui terminandi belli rationes dudum circunſpiciebat, auditis Teleę mandatis, eas ob cauſſas quas antè diximus pacis conditiones non invitus accepit. Et Teleas quidem ultro citroque ſæpius ad ambos ivit rediitque. tandem vero Euthydemus Demetrium filium ſuum ad ſanciendum fœdus miſit: cujus indole Rex cum eſſet delectatus, eumque adoleſcentem regno dignum & propter ſpeciem & propter quandam majeſtatem quam in congreſſibus præ ſe ferebat, judicaſſet; primo quidem unam è ſuis filiabus ſe ei deſponſurum promiſit: deinde ejus patri regii nominis uſurpandi fecit poteſtatem: tum autem fœderis conditiones ſuper cæteris rebus

φάσκοντα, ὡς οὐ δικαίως αὐτὸν Ἀντίοχος ἐκ τῆς βασιλείας ἐκβαλεῖν σπουδάζει· γεγονέναι γὰρ οὐκ αὐτὸς ἀποστάτης τοῦ βασιλέως, ἀλλ᾽ ἑτέρων ἀποστάντων, ἐπανελόμενος τοὺς ἐκείνων ἐκγόνους, οὕτω κρατῆσαι τῆς Βακτριανῶν ἀρχῆς. καὶ πλείω δὲ πρὸς ταύτην τὴν ὑπόθεσιν διαλεχθεὶς, ἠξίου τὸν Τηλέαν μεσιτεῦσαι τὴν διάλυσιν, εὐνοϊκῶς παρακαλέσαντα τὸν Ἀντίοχον, μὴ φθονῆσαι τῆς ὀνομασίας αὐτῷ τῆς τοῦ βασιλέως προστασίας. ὡς ἐὰν μὴ συγχωρῇ τοῖς ἀξιουμένοις, οὐδετέρῳ τῆς ἀσφαλείας ὑπαρχούσης. πλήθη γὰρ οὐκ ὀλίγα παρεῖναι τῶν Νομάδων, δι᾽ ὧν κινδυνεύειν μὲν ἀμφοτέρους, ἐκβαρβαρωθήσεσθαι δὲ τὴν χώραν ὁμολογουμένως, ἐὰν ἐκείνους προσδέχωνται. ταῦτα δ᾽ εἰπὼν, ἐξαπέστειλε τὸν Τηλέαν πρὸς τὸν Ἀντίοχον. ὁ δὲ βασιλεὺς πάλαι περιβλεπόμενος λύσιν τῶν πραγμάτων * βουλόμενος ταῦτα παρὰ τοῦ Τηλέου, προθύμως ὑπήκουσε πρὸς τὰς διαλύσεις, διὰ τὰς προειρημένας αἰτίας. τοῦ δὲ Τηλέου προσανακάμψαντος καὶ πολλάκις πρὸς ἀμφοτέρους, τέλος Εὐθύδημος ἐξέπεμψε Δημήτριον τὸν υἱὸν, βεβαιώσοντα τὰς ὁμολογίας. ὃν ὁ βασιλεὺς ἀποδεξάμενος, καὶ νομίσας ἄξιον εἶναι τὸν νεανίσκον βασιλείας κατά τε τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ κατὰ τὴν ἔντευξιν καὶ προστασίαν, πρῶτον μὲν ἐπηγγείλατο δώσειν αὐτῷ μίαν τῶν ἑαυτοῦ θυγατέρων· δεύτερον δὲ συνεχώρησε τῷ πατρὶ τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα. περὶ δὲ τῶν λοιπῶν ἐγγράπτους ποιη-

σάμενος

συμβόλου ὁμολογίας, καὶ συμμαχίαν ἔνορκον, ἀνεζεύξατο σιτομετρήσας δαψιλῶς τὴν δύναμιν, προσλαβὼν καὶ τοὺς ὑπάρχοντας ἐλέφαντας τοὺς περὶ τὸν Εὐθύδημον. ὑπερβαλὼν δὲ τὸν Καύκασον, καὶ κατάρας εἰς τὴν Ἰνδικὴν, τήν τε φιλίαν ἀνενεώσατο τὴν πρὸς τὸν Σοφαγασῆνον τὸν βασιλέα τῶν Ἰνδῶν. καὶ λαβὼν ἐλέφαντας, ὥστε γενέσθαι τοὺς ἅπαντας εἰς ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ἔτι δὲ σιτομετρήσας πάλιν ἐνταῦθα τὴν δύναμιν, αὐτὸς μὲν ἀνέζευξε μετὰ τῆς στρατιᾶς· Ἀνδροσθένη δὲ τὸν Κυζικηνὸν ἐπὶ τῆς ἀνακομιδῆς ἀπέλιπε τῆς γάζης, τῆς ὁμολογηθείσης αὐτῷ παρὰ τοῦ βασιλέως. διελθὼν δὲ τὴν Ἀραχωσίαν, καὶ περαιωθεὶς τὸν Ἐρύμανθον ποταμὸν, ἧκε διὰ τῆς Δραγγιανῆς εἰς τὴν Καρμανίαν· οὗ καὶ συνάπτοντος ἤδη τοῦ χειμῶνος, ἐποιήσατο τὴν παραχειμασίαν. Τὸ μὲν οὖν πέρας τῆς εἰς τοὺς ἄνω τόπους στρατείας Ἀντιόχου, τοιαύτην ἔλαβε τὴν συντέλειαν· δι' ἧς οὐ μόνον τοὺς ἄνω Σατράπας ὑπηκόους ἐποιήσατο τῆς ἰδίας ἀρχῆς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπιθαλαττίους πόλεις καὶ τοὺς ἐπὶ τάδε τοῦ Ταύρου δυνάστας. καὶ συλλήβδην ἠσφαλίσατο τὴν βασιλείαν, καταπληξάμενος τῇ τόλμῃ καὶ φιλοπονίᾳ πάντας τοὺς ὑποταττομένους. διὰ γὰρ ταύτης τῆς στρατείας ἄξιος ἐφάνη τῆς βασιλείας, οὐ μόνον τοῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην.

ſcripto complexus, & ſocietate jurejurando firmata, caſtra movit: ubi primum militibus commeatum largiter dediſſet, & elephantos omnes accepiſſet, quos Euthydemus ſecum habebat. Superato Caucaſo, Indorum fines ingreſſus amicitiam cum Sophagaſeno Rege renovavit; ibi quoq; elephātos alios accepit; ut jam centum quinquaginta beſtias haberet: deinde exercitui frumentum denvo menſus, copias cepit reducere. Androſthene Cyziceno relicto ad devehendam gazam ſibi à Rege promiſſam. Arachoſiam inde ventum: unde trajecto amni Erymantho, itinere per Drangianam habito, in Carmaniam venit. In ea provincia Rex quia hiems jam appetebat, in hibernis copias collocavit. Hunc habuit exitum ſuſcepta ab Antiocho in ſuperiores provincias expeditio. cujus ille hunc fructum tulit, ut non ſolum illarum regionum ſuperiorum ſatrapas imperio ſuo adjiceret: verum etiam urbes maritimas & omnes cis Taurum dynaſtas ſibi ſubjiceret: poſtremò ut perculſis audacia & navitate ſua univerſis ſubditis, regnum non mediocriter ſtabiliret. effecit namque Antiochus expeditione illa, ut non ſolum Aſiæ, verum etiam Europæ populis imperio dignus vulgo cenſeretur.

FINIS TOMI PRIMI.